
COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
O BIOC
TEXNH
BPAXYC H
ΔE
MAKPH
Alf. J. Downey. Del. et Sculpt
London 1924

ΑΡΕΤΑΙΟΥ
ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ
ΑΠΑΝΤΑ.

ARETAEI
CAPPADOCIS
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1828.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XXIV.

CONTINENS

ARETAEVM CAPPADOCEM.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1828.

DE ARETAEO.

1) *Aretaei aetas, vita.* 2) *Aretaei secta.* 3) *Aretaei merita in medicinam theoreticam et practicam.* 4) *Libri ejus qui adhuc exstant. Libri de re pharmaceutica deperditi.* 5) *Codices manuscripti.* 6) *Editionum Aretaei historia.* 7) *Commentatores in Aretaeum. Alia scripta Arataeum illustrantia.*

(Studio *Jo. Chr. Gottl. Ackermann*, Med. D. et Prof. Altorfin.)

I.

ARETAEUS Cappadox [a]) diversus fuit ab Aretaeo Corinthio, (Lucianus in Toxari). Sabinum etiam, Hippocratis commentatorem veterem, Gellio III. 16. et Galeno saepius memoratum, quo auctore Tiraquel-

a) De Aretaei aetate, secta, medicinali scientia, cet. omnium plenissime doctissimeque scripsit Jo. WIGAN. in dissertationibus Aretaeo ab ipso edito praemissis. Multa quoque scitu utilia de Aretaeo habet DAN. CLERICUS in hist. de la médecine part. 2. lib. 4. §. 2. cap. 3. pag. 508 sq. ed. Hagae Comit. 1729. 4. Conf. CAR. GOTTLOB. KÜHN de dubia Aretaei aetate. Lips. 1779. 8. Aretaeus de pulmonum inflammatione. Contextum Graecum, adjecta versione latina, edidit cum emendatt. et commentario CAR. WEIGEL. Lips. 1790. 4. SPRENGEL in *Versuch einer pragmat. Gesch. der Arzneykunde Th. 2. Abschn. 5. §. 43.*

*

lus Aretaeum Sabinum adpellaret, haud comperi. Quonam vero tempore floruerit Aretaeus Cappadox, celeber in medicina scriptor, haud facile suspicari licet, quod ipse nullius scriptoris praeter Homerum et Hippocratem meminit, neque vicissim ipse citatur a medicis antiquis, nisi ab Dioscoride euporist. pag. 112. in edit. Saraceni, Aetio tetrab. II. s. 4. cap. 47. et tetrab. III. serm. III. cap. I. et Paulo Aegineta lib. IV. cap. I. Ex his Aetius quinto saeculo vetustior non est, Paulus aetate inferior Aetio est, et teste Abul-Pharajio hist. dynast. pag. 114. 115. (edit. Pocock.) saeculo ineunte septimo vixit. Dioscoridem libros de materia medica composuisse aut ultimis annis imperii Neronis, aut saltem mox post Neronis decessum, supra probavimus cap. de Dioscoride. Hinc forsan Vossio adsentiendum foret, cui Aretaeus antiquissimus scriptor et diu ante Caesarum tempora clarus fuisse videtur, de vitiis sermon. pag. 419. 782. et de philosophia pag. 96 et 107. Sed argumentum, quo Vossius hoc evincere conatur, quod nimirum Aretaeus Ionice scribat atque Ionismus et Dorismus ante Caesarum tempora usurpari desierit, abunde confutatur ex Arriani Indicis, quae Ionica dialecto exarata sunt, et exemplo Cephalionis atque Dionysii Milesii, quos Ionice scripsisse Suidas testatur. Unde a Vossii sententia discedit Aegidius Menagius in amoenitatibus juris pag. 223. Ceterum quod post initia Caesarum vixerit Aretaeus, ex ipsius opere luculenter evinci potest. Etenim non modo antidoti a rege Mithridate confectae, sed etiam, notante Clerico hist. de la Médec. part. II. lib. IV. s. II. cap. 3., illius, quae, quoniam ei immiscerentur carnes viperinae, ab Aretaeo ἡ δι᾽ ἐχιδνῶν et ἡ διὰ θηρίων, a ceteris vero Graecis θηριακὴ vocata est, mentionem facit. Hujus autem auctor fuit Andromachus, Neronis archiater, ejusque componendi rationem versibus scriptam, quos Galenus servavit, (de antidotis lib. I. cap. 6. pag. 875. tom.

XIII. edit. Charter.) ad eumdem imperatorem misit. Quin et medicamentum διὰ βησασᾶ, quod item, Aetio teste, ab Andromacho excogitatum est, adhiberi praecipit Aretaeus de curat. acutor. morbor. lib. I. cap. 6. pag. 98. edit. Wigan. Nominat etiam, jam Petro Petito notante in praefat. ad comment. in Aretaeum pag. 136. d. edit. Boerhaavii, Aretaeum in lib. II. curat. acutor. morbor. cap. 5. in curatione ibi ἀρχίατρον nominare, idque nomen sane ante Andromachi Neronisque tempora in usu non erat, quod probavit Henr. Meibom. in comm. in Marc. Aurel. Cassiodori form. archiatror. comitis pag. 13. no. 2. et ego quoque probavi in tractatione: *Erläuterung der vornehmsten Medicinalgesetze bis zum XIII. Jahrhundert*, quae legitur in Cl. Pyl. *Repertorium für die gerichtliche Arzneykunde* part. II. pag. 167 sq. — Patet etiam ex Caelio Aureliano, qui in praefat. ad lib. I. chronicor. expresse dicit, *neminem ante Themisonem remedia tardarum valetudinum scripsisse*, libros Aretaei post Themisonis aetatem esse conscriptos, qui brevi ante Corn. Celsi tempora floruit. Ita minime dubium est, quin post initum a Nerone regnum medica Aretaeus sua monumenta litteris mandaverit b). Erravitque in Lindenio renovato G. A. MERCKLIN pag. 87. cum adfirmat, Aretaeum Strabonis et Gregorii Nazianzeni fuisse coaetaneum; haec enim perspicue secum pugnant, quum trecentis amplius annis junior fuerit Gregorius.

---

b) Ex Dioscoridis aetate temporeque, quo is euporista scripserit, statuit Jo. Wigan, Aretaeum non modo post susceptum a Nerone principatum, sed et ante exortum Titi imperium vixisse. vid. dissert. ejus de Aretaei aetate l. c. pag. 15. (Quarto aut quinto p. Chr. nat. seculo Aretaeum scripsisse sua ἰατρικὰ putat MATHVRIN V. LA CROZE in Vindic. vett. scriptor. contra Harduin. p. 122. qui se nescire fatetur, quibus de causis Aretaeus ionica dialecto fuerit usus, nisi forsitan, ut ea qualicunque eruditionis ostentatione familiarem sibi fuisse librorum Hippocratis lectionem comprobaret. K.)

Erravit etiam Petrus Petitus, qui eum Galeno inferiorem facit, neque tamen Juliani Caesaris principatu juniorem esse putat. vid. praefat. in ejusd. comment. in Aretaeum pag. 136. d.

Cappadox Aretaeus ubinam vitam egerit, incertum: procul dubio tamen in aliqua regione scripsit, cui liberum cum Italia Romaque erat commercium, quippe qui vina aegrotantibus Italica dari praecipiat Fundanum, Falernum, Signinum. (de curat. acutor. morbor. lib. II. cap. 3. pag. 113. edit. Wigan.)

II.

De secta Aretaei apud scriptores altum est silentium. DAN. CLERICUS in hist. de la médecine part. II. libr. IV. sect. II. cap. 3. primus ex Aretaei ipsius scriptis probare sibi visus est, eum pneumaticorum medicorum sectae fuisse addictum. Ejus sectae conditor fuerat Athenaeus, Attaliae, Ciliciae urbe, natus: eamdem post Athenaeum sequuti sunt Theodorus atque Agathinus, Athenaei discipuli, deinde Archigenes et Herodotus, Agathini discipuli, Magnusque et Leonides. Floruit vero ea secta perbrevi temporis spatio, a Vespasiano nimirum usque ad Antoninum Pium[c]). Ea secta praeter elementa ab dogmaticis medicis atque Galeno stabilita eorumque qualitates, calidum, frigidum, siccum, humidum, quintum elementum ex Stoicorum philosophorum mente statuebat, spiritum nempe cuncta penetrantem, a quo cuncta contineantur gubernenturque, quo spiritu recte constituto naturalia consistere ac hominem bene valentem esse, eodem vero offenso morbos procreari (vid. Osterhausen diss. de hist. sectae medicor. pneumaticor. sect. II. §. 1. pag. 42.) eodem penitus compresso,

---

c) Vid. Jo. CAROL. OSTERHAUSEN, auditoris mei, dissertat. doctissimam, exh. historiam sectae medicorum pneumaticorum. Altorf. 1791. 8. p. 33 sqq.

presso, hominem non permanere, sed repente mori adfirmabant. Spiritus offensiones varias existere posse in humano corpore tradidit Aretaeus. Si in casu epileptico intra pectus ferveat et inclusus omnia commoveat, facit ex ejus sententia spiritus, ut ad os atque nares humorum inundatio prorumpat. Si frigidus atque iners spiritus in intestinis nascitur, ileum parit. Refrigeratum consequitur asthma: spissus, humidus, actulosus lienis scirrhum efficit, subtilis, resolutus, tenuis et siccus phrenitim, congelatus apoplexiam [d]). Locus vero, ex quo Clericus et Jo. Wigan maxime probare voluerunt, Aretaeum pneumaticorum sectae addictum fuisse, est in capite de synanche, quod VII. est in lib. I. de causis et signis acutorum morborum, pag. 6. edit. citat. In eo Aretaeus synanchen a spiritus in calidissimum siccissimumque conversione deducit sine ulla membri cujusvis inflammatione, inque probationem ejus rei putat, homines in Charoneis specubus uno spiritus haustu interimi, quin etiam hominem sine morsu quovis, sed a lingua canis recepto tantum spiritu, in rabiem agi: eamdem spiritus mutationem etiam intra hominem fieri posse.

Sed, ut fieri solet in scriptoribus practicis, quorum generi Aretaeus accensendus est, ut subtiliores theorias aut negligant, aut non perspicue satis exponant, Aretaeus etiam sententiam suam de spiritu ita exposuit, ut ex ea, illum pneumaticorum sectae addictum fuisse, saltim non perspicue satis pateat. Sic locus de synanche Aretaei, in quo eum clarissime sententiam suam aperuisse referunt Clericus atque Wigan, quos viros deinde sequuti sunt in statuenda Aretaei theoria ad placita sectae pneumaticorum efforma-ta, Jo. Conr. Barchusen hist. medicinae Amst.

d) Ea Aretaei loca omnia, ex quibus probari posse ipsi visum est, Aretaeum fuisse pneumaticum, collegit Dan. Clericus l. c. Repetiit ea Wigan in diss. de Aretaei secta l. c. p. 19. 20.

1710. 4. p. 269. Jo. Henricus Schulze in compendio historiae medicinae Hal. 1744. pag. 332. et Alb. de Haller in biblioth. medicinae practicae tom. I. p. 192., probat tantum, Aretaeum duas anginae species statuisse, alteram inflammatoriam, alteram ab aëre tetris exhalationibus corrupto, hinc non a spiritu isto Stoicorum offenso natam. In qua sententia quoque fuit doctissimus in Aretaeum commentator, Petrus Petitus in commentar. et animadvers. in VIII Aretaei libros in edit. Aretaei Boerhaavian. Lugd. Bat. 1725. pag. 145. Reliqua etiam omnia loca, in quibus Aretaeus de spiritu loquitur, talia sunt, ut ex iis probari nequeat, hunc auctorem de spiritu Stoicorum corpora omnia penetrante et elementum corporum quintum efficiente verba fecisse. Omnia haec loca, ex quibus Aretaeum pneumaticum fuisse statuere auctores, collegit doctissimus Osterhausen diss. cit. sect. III. §. 1. pag. 79. probavitque, ex iis non patere, Aretaeum ei sectae fuisse addictum. Ceterum Aretaeus in explicanda morborum natura dogmaticorum theoria utitur, omnia ex quatuor qualitatibus elementorum explicans. Ad dogmaticorum igitur sectam eum pertinuisse recte judicavit Petrus Petitus in praefat. commentar. in Aretaeum pag. 135. f. A methodicorum secta alienissimus est.

III.

Etsi vero Aretaeus in ea medicinae parte, quae morbis medetur, tanta praestitit, quanta reliquorum medicorum praeter Hippocratem vix ullus, ejus tamen inter antiquos medicos famam fuisse vel nullam, vel valde saltem exiguam, mirandum est. Citant Aretaeum tantummodo Dioscorides, Aetius et Paulus; et ne hi quidem medici quidquam ex ejus scriptis excerpserunt hauseruntve, sed eum tantum nominarunt. Silentio praetermittunt eum reliqui veteres medici omnes, collectores etiam isti omnia compilantes, Galenus atque

Oribasius. Causa ejus rei haec Wigano (de Aretaei aetate pag. 16.) fuisse videtur, quod Archigenes, celeberrimus pneumaticus medicus, Romae florens, famam Cappadocis nostri nominis sui celebritate praestinxerit. Aretaeus etiam verbis Hippocraticis, sed obsoletis saepissime utitur. Stilus ejus a fuso isto Asiatico dicendi genere eorum temporum abhorret: scribit enim dialecto ionica, subtilique quadam et venusta orationis brevitate utitur, Homeri et Hippocratis imitatione ductus. Etiam postquam in occidentalibus Europae plagis excoli coeperunt graecae litterae, pauci ejus scripta lectitarunt, et magis criticae, quam medicinalis scientiae caussa. Nostro tempore ea frequenter usurparunt ii, qui sacro codici veteris et novi testamenti interpretando operam dederunt: morbos enim quosdam praeclare describit, de quibus in eo fit mentio, elephantiasin, maniae quasdam species, cet.

Etsi vero hoc fatum habuit Aretaeus, ut a Graecis post eum viventibus raro nominaretur, et ab omnibus retro saeculis usque ad nostra tempora semper ea ejus fuit fortuna, ut non nisi paucis admodum innotesceret, tamen, si Hippocratem excipis, nullum e medicorum antiquorum omnium grege invenies, quem cum Aretaeo, sive dicendi genus, sive argumenti, quod tractavit, gravitatem respicias, possis comparare. Homerum et Hippocratem in scribendo imitatur, Homerum, ita scribendo, ut ligatam ejus orationem imitari videatur, Hippocratem, ut brevitatem eamdem referat, ut paucis verbis multa comprehendat: ut, Aretaeum ubi legis, non medicum primo post Christum saeculo florentem, sed ex aurea linguae graecae aetate legere tibi videare.

Anatomes scientiam pro saeculi, quo vixit, ratione habuit magnam profundamque, majoraque sine dubio ejus scientiae documenta edidisset, si argumentum ad anatomen magis faciens pertractasset. De ejus anatomica scientia peculiarem dissertationem scri-

psit doctissimus WIGAN, quae legitur in Aretaei editione, quam is vir doctissimus curavit, a pag. 22.

Maxime autem in ea pathologia, quae in morborum historia versatur, et in curatione morborum tradenda inclaruit. Ejus merita circa pathologiam haec sunt. 1) Morbos quosdam, ante eum incognitos, primus descripsit, venae cavae acutum morbum, alios, quos hic enarrare non licet. 2) Aliorum historiam perfectiorem dedit, elephantiaseos, maniae, melancholiae diversarum specierum, tetani, cet. 3) In scribenda historia morborum talem se gessit, ut, ubi morbos ab eo descriptos legas, eos praesentes esse et coram intueri te sentias, atque, nisi superavit Hippocratem in scribenda hac morborum historia, illum saltim assequutus esse existimandus sit. De curandi ratione, quam tenuit Aretaeus, ita doctissime ac verissime judicavit cl. Wigan l. c. pag. 28.: *Uti ex proprio, non ex alieno penu haec de medendi arte monumenta depromsit Aretaeus, ita in eadem naturae ductum et magistram, quam ipse vocat optimam, experientiam secutus est, nec quidem ille magis in stilo efformando, quam in remediis adhibendis peritus artifex et concinnus. Eo ordine, ex judicio, ita distincte planeque traduntur curandi rationes, ut vix quidquam in hoc genere ex summi scriptoris manibus exierit absolutius. Quae ab antiquioribus dicta, eorum alia, utpote optima, selegit, alia limavit et expolivit: quaedam ipse primus haud infeliciter tentavit.*

IV.

Exstant Aretaei *περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία δ'*. De acutorum et chronicorum morborum caussis libri IV. initio manci. *Περὶ θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία δ'*. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri IV. manci mutilique omnes, ita, ut passim apud Aetium reperias ex Aretaeo citata, quae in exemplaribus no-

stris desunt. Librorum divisio ea est, ut libris duobus prioribus de caussis et signis acutorum morborum, libris vero duobus posterioribus de caussis et signis diuturnorum morborum sermo sit. In libris quatuor de curationibus idem ordo est, duobus nempe prioribus curatio acutorum, posterioribus vero duobus curatio diuturnorum pertractatur. Desunt vero in exemplaribus, quae habemus, libri primi de caussis et signis acutorum morborum cap. I. *περὶ φρενιτικῶν.* cap. II. *περὶ ληθαργικῶν.* cap. III. *περὶ μαρασμοῦ.* cap. IV. *περὶ ἀποπληξίης,* et initium capitis V. *περὶ ἐπιληψίης.* In libro primo de curatione diuturnorum morborum desunt cap. VI. *περὶ μανίης.* cap. VII. *περὶ παραλύσιος.* cap. IX. *περὶ ἐμπυϊκῶν.* cap. X. *θεραπεία τῶν ἐς τὸν πνεύμονα ἀποστάσεων.* cap. XI. *θέραπεία καχεξίης.* In libro II. de curatione diuturnorum morborum desuut caput I. *θεραπεία ὕδρωπος.* cap. IV. *θεραπεία τῶν ἐν κύστι.* cap. VIII. *θεραπεία κωλικῶν.* cap. IX. *θεραπεία δυσεντερίης.* cap. X. *θεραπεία λειεντερίης.* cap. XI. *θεραπεία ὑστερικῶν.* Multa etiam capita alia majore, alia minore parte mutila sunt.

Libri Aretaei *de re pharmaceutica*, quos composuisse ipse perhibet, quorumque caussa medicamentorum formulas in opere suo non tradidit, intercidere temporum injuria.

V.

Codices MSS. librorum Aretaei neque copiosi existunt, neque valde antiqui. Ad eos, qui mihi innotuerunt, referendi sunt:

Codex Harleyanus. Eum Wigano communicavit Ill. Harley, Comitis Oxoniensis filius unicus. Mancus est et mutila capitula plura exhibet, transposita alia. Scriptus esse videtur non ex uno exemplari, neque uno eodemque tempore, tamen una et eadem manu. Licet trecentis vel quadringentis annis parum antiquior esse videatur plurimisque passim mendis laborans,

eas tamen ex boni potius exemplaris, quam ex librarii defectu contraxit. Eo usus est deque eo haec refert Jo. Wigan in praefat. ad Aretaeum pag. 6. *Ex eo codice plus adjumenti in emendando Aretaeo habui, quam sperare ausus sum, cum omnes hujus auctoris MSS., de quibus ad me notitia pervenit, et parum veteres sint, et maculis etiam foedissimis inquinati; siquidem hujus ope non modo verbis Ionicae suae terminationes passim redditae sunt, sed et proba ac sana sententiarum quarundam lectione nitido tersoque huic auctori sensus proprius atque elegans restitutus. Quare codicem Aretaei Harleyano emendatiorem haud ullibi existere crediderim.*

Codex Vaticanus, valde recens. Ex eo vix quicquam suppetiarum hausit Jo. Wigan, nisi quod dialectum quandoque ejus auctoritate, ubi ceteri codices deficiebant, emendaverit. Est perquam vitiose scriptus et aliis magis mutilus.

Codex Augustanus, pariter ut omnes mutilus. vid. de eo Dav. Hoeschelii catal. graecor. codd. qui sunt in bibliotheca reip. August. Vindelic. nr. 113. pag. 54. Eum imperfecte descripsit, etsi eo in editione Aretaei concinnanda usus est, Georg. Henisch. vid. ei. praef. ad Aretaeum.

Codex Bavaricus, qui in bibliotheca Monachiensi existit. Eum non descripsit Georg. Henisch, etsi eo usus est.

Codex Venetus, in biblioth. D. Marci. Eo quoque usus est Georg. Henisch. Vid. Montfaucon tom. I. pag. 466.

Codex Parisinus, qui in bibliotheca regia servatur. Plenissimus est omnium; continet enim libri postremi capita quinque, quae in aliis codd. desiderantur, quaeque genuina esse ambigebat Henischius. Eum codicem edidit Jacobus Goupylus in editione Aretaei Parisina, ab anno 1554. in 8. quae graecarum Aretaei editionum princeps est. Duos insuper Goupylus

codices habebat, alterum, quem suo sumtu sibi comparaverat, alterum, quem ex Capelli museo depromserat.

(*Codex Neapolitanus*, in bibl. regia, chartac. saec. XV. de caussis et signis acutorum morborum liber II. qui incipit a dimidio capite 2. — de causis et notis diuturnorum adfectuum libri II. — de acutorum morborum curatione libri II. Deest caput ultimum libri II.)

Codex Florentinus est in bibliotheca Laurentiana Medicea plut. LXXV. Papyraceus est titulumque habet: Aretaei Cappadocis de signis morborum et eorumdem curationibus libri V. Is codex est absque principio et fine, dialecto Ionica. Primum, quod legitur, caput est de tetano, ultimum de melancholia. vid. Montfaucon. tom. I. pag. 389. Bandini III. pag. 162.

In bibliotheca Cathedralis ecclesiae *Patavinae* exstat P. 129. Aretaeus Cappadox de diuturnis et acutis morbis, ex museo Phil. Thomasini, nescio an Graece. Monfaucon tom. I. pag. 489.

Aretaei Cappadocis medica exstant in biblioth. Ambrosiana *Mediolanensi*. Montfaucon tom. I. pag. 493. Alius codex Aretaei, nescio an Graecus, exstat in eadem bibliotheca. Montfaucon tom. I. pag. 529.

Aretaei Cappadocis certorum malorum curationes exstant in bibliotheca Scorialensi regis Hispaniae. Montfaucon tom. I. pag. 617. (Plüer Itin. per Hispan. pag. 157.)

Aretaei libri VII. graece exstant mutili in bibliotheca reg. *Parisin*. nr. MMCCII. Libri VI. ibidem nr. MMCCLXXXIX. et, ut Hallerus putat, nr. MMCCLXXXVIII. in quo forte scriptum Rufi de renum et vesicae morbis Aretaei nomen fert.

Libri de signis et caussis acutorum et diuturnorum morborum et de istorum curatione, cetera mutilus codex exstat in biblioth. reg. Paris. nr. MMCLXXXVI.

Libri quatuor de caussis et signis et curationum exstant in biblioth. regia *Parisin.* nr. MMDCLXXXII. Solus liber I. de curatione acutorum est in bibl. reg. Paris. nr. MMCCXX.

In bibliotheca *Bavarica* Monachii est praeter codicem, quo Henischius usus est, etiam Aretaei liber de acutis morbis Graece.

(In bibl. Paulina Lipsiensi servatur codex membranaceus recentissimae aetatis aeque mutilus, ut reliqui omnes.)

Tribus codd. MSS. usus est Petr. Petitus in comment. in Aretaeum, quorum unum e bibliotheca collegii Claromontani Patrum societatis Iesu Cossardus, ei bibliothecae praefectus, ipsi commodavit: alios duos ex bibliotheca Menteliana accepit. Sed hi libri omnes ab uno propagati videbantur. Menteliani tamen paulo melioris notae erant.

Jo. Albertus Fabricius et Michael Maittaire Jo. Wigano varietates lectionum communicarunt Aretaei exemplaribus impressis adscriptas. Eas ex aliquo MS. codice fuisse decerptas autumat Wigan in praefat. ad Aretaeum pag. 7.

In bibliotheca publica universitatis *Lugduno-Batavae* exstat Henischii graeco-latina editio Aretaei, in qua Josephi Scaligeri manu plurima Aretaei loca sanantur, Gerardo Vossio adscribente. Vid. catalog. ejus bibliothecae pag. 138.

VI.

Editionum Aretaei historiam optime exposuit Jo. Wigan, qui illustrandis omnibus ad Aretaeum pertinentibus maximo studio vacavit.

Aretaei scripta, priusquam graece lucem vidissent, latine prodierunt, *Junio Paulo Crasso*, professore Patavino, interprete. Versio Venetiis apud Juntas impressa anno 1552. in 4. In praefatione ei interpretationi adnexa Crassus refert, Aretaei codicem ve-

terrimum et cariosum in manus suas incidisse, ipsum vero hunc codicem non sanum integrumque fuisse, sed mendis inquinatum, multis magnisque vulneribus concisum atque laceratum. Transtulit tamen eum codicem in latinam linguam, collatis tribus aliis exemplaribus MSS. ex quibus multa restituit, depravata correxit, confusa in ordinem redegit, loca, in quibus de medela dubitabat, asterisco notavit. In margine libri pauculae variantes lectiones notatae reperiuntur, non graece, sed latine conscriptae. Ceterum in hac Crassi editione libri de diuturnorum morborum curatione secundi capita quinque, secundum scilicet, tertium, quintum, sextum atque septimum desiderantur, quae postea in aliis editionibus tam graece quam latine loco suo restituta sunt.

Aretaeum primum graece edidit Jacobus Goupylus, adjectis iis libri postremi capitibus quinque, quae in Crassi versione desiderabantur. Graece e MS. in Galliarum regis bibliotheca se expressisse testatur, duorum aliorum codicum ope, quorum unus suis sumtibus comparaverat, alterum e Capelli museo depromserat. Exemplar hoc Parisiis nitidissime excusum est hoc titulo: *Ἀρεταίου Καππαδόκου περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλ. δ΄. Ὀξέων καὶ χρονίων νούσων θεραπευτικὰ βιβλ. δ΄. Aretaei Cappadocis de acutorum ac diuturnorum morborum causis et signis lib.* IV. *De acutorum et diuturnorum morborum curatione lib.* IV. Ex bibliotheca regia. *Parisiis, apud Andream Turnebum, typographum regium,* 1554. 8. Textus continetur paginis 195. Deinde tribus foliis continentur *αἱ διαφόροι γραφαὶ καὶ σφαλμάτων τινῶν ἐπανορθώσεις,* variae lectiones ex MSS. codicibus cum conjecturis aliquot non contemnendis. Editio haec est nitidissima, charta purissima, margines spatiosi, graeci vero typi elegantes quidem, at minuti. Maximam in hac editione operam impendit Goupylus, qui praefationi ad Oddonem Castillio-

nium, cardinalem, nomen suum praefixit, ut perpauci in ea typographi errores occurrant et trium istorum codicum collatione sententiae plurimae depravatae castigentur.

Eodem anno, scilicet 1554, post graeca tamen publici juris facta, Crassi interpretatio cum Rufo Ephesio Parisiis edita est apud Guilielmum Morelium et Jacobum Puteanum in 12. Titulum plenum vid. cap. de Rufo Ephesio, §. 4.

Huic adnotationes locorum subjiciuntur, qui in Aretaei codice graeco ab interpretatione Crassi discrepant, auctore G. M. T., quas notis suis ad varias lectiones intermiscuit in sua editione Aretaei Joannes Wiggan. Hic item capita illa quinque, quae Crassus non verterat, jam primum latine traducta sunt. Anonymum hunc fuisse Goupylum, vix dubitari potest. Celsum Crassum, Junii Crassi filium, ex Goupyli editione vertentem, fuisse Petitus asserit. Guil. Morelium auctorem esse ejus versionis, putant alii.

Secundum proxime memoratam editionem latinam Aretaei versionem inter medicae artis principes impressit Henricus Stephanus anno 1567. in fol. omissis tamen notulis, quas sub fine anonymus iste editor adjecerat.

Crassi versio ab eo recognita, traductis etiam ab eodem capitibus quinque, quae in priore ejus editione deerant, Basileae, apud Petrum Pernam, anno 1581. in 4. primum impressa est: licet a Crasso, ut ex epistola ejus, ad lectores data, patet, anno 1555. absoluta sit. Verum eam in publicum non prodiisse ante annum 1581. mortuo jam Paulo Crasso, constat ex typographi ad lectorem epistola, ubi haec leguntur: *Ediderat jam ante Junius Paulus Crassus Aretaeum a se e graeco in latinum versum Venetiis: nunc vero, ab ipso ante recognitum, et multis capitibus ex graeco exemplari auctum, (ut in praefatione scribit) filius ejus Celsus ad nos misit.* Ea

versio prodiit cum *medicis antiquis graecis* Junii Pauli Crassi, quorum titulum pleniorem vide cap. de Rufo Ephesio, §. 4.

Sequuta deinde est graeco-latina GEORGII HENISCHII editio: *Ἀρεταίου Καππάδοκος ἰατρικά. Aetiologica, semeiotica et therapeutica morborum acutorum et diuturnorum Aretaei Cappadocis. Graece et latine conjunctim edita tribus mss. codicibus, Veneto, Bavarico, Augustano collatis. Cum commentario, quo obscura doctrina de nominibus et parte adfecta morborum singulorum cum suis signis perspicua methodo illustratur, Autore Georgio Henischio B. medico Augustano. Augustae Vindelicorum, sumtibus Georgii Willeri apud Davidem Francum,* 1603. fol.

In praefatione sua dicit haec Henischius: *Tria inspexi manuscripta, Venetum, Bavaricum et Augustanum. Idem est initium in Augustano, quod in Lutetiano exemplari: deficiunt autem in illo sex* (error hic Henischii est, nam quinque tantum capita in secunda editione adjecta sunt.) *capita, quae desiderata in prima editione. Venetum et Bavaricum contractius est, utrumque a sexto capite περὶ τετάνου demum incipiens, et sex illis capitibus similiter carens. Haec vero capita, quae non alibi, quam in regio codice reperiuntur, genuina esse, non sine caussa ambigo. Aetium enim serm. II. cap. I. de diabete agens ex Aretaeo excerpsit, quae in ejus capite de diabete non leguntur, legi vero deberent, si legitimum esset.* Confutat Henischium Wigganus et id inde factum esse putat, quod Aretaei caput de diabete mancum sit. De editione sua haec amplius Heinischius: *Addidi autem conversionem Junii Pauli Crassi. Pauca quaedam, inserta textui latino et diverso charactere impressa sunt, ex notis anonymi Galli. In margine variae sunt lectiones, partim annotatae a Jacobo Goupylo, partim ex codice Augustano. Item,*

ne imperfectus (!) esset Aretaeus, et ad usum minus accommodatus, colores illius obliteratos purpurisso Galeni, et Alexandri Tralliani, inprimis vero Pauli Aeginetae, reconcinnare et mancum suis partibus absolvere volui, etc. Idque fecit inaniter atque infeliciter: quae enim desunt, omnes ex his auctoribus supplevit, qui tamen in omnium manibus sunt, neque Aretaeo vel in medendi, vel adeo in scribendi ratione similes.

Typi solum in hac editione Henischii laudem merentur. Hi majusculi sunt, oculisque legentis grati. Quae ex aliis in textum recepta leguntur, minore typo distincta sunt. In obeunda reliqua sui muneris parte inscium hominem et incurium se gessit. Codices, quod scio, oscitanter contulit, ut nova eorum collatione opus adeo sit. Aretaeum ne uno emendavit fere loco. Neque variae lectiones ullae ex Veneto ac Bavarico codice in libro leguntur. Excerpsit varias lectiones partim ex Goupyli editione, partim ex codice Augustano. Neque tamen etiam in hoc codice conferendo magnam diligentiam adhibuisse videtur. Verba quaedam e textu expulit, quae et auctoris sensui optime congruunt, et intellectu sunt facillima, in eorum vero locum quasdam inanes literas substituit, Augustani vero codicis varias lectiones quasdam, utut optimas ac textui maxime congruentes non recepit in textum. Textum cum omnibus erratis ex Goupyli editione auctum erratis typographi edidit. Latinam versionem sine minima emendatione reliquit. Commentarii, quos adtexuit, auctorem non illustrant, sed res continent, ab Aretaei ingenio alienissimas, quae nonnisi ex stolido capite profectae existimari possunt.

Ἀρεταίου Καππαδόκου περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. περὶ θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. De curatione

acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. Cum MSS. duobus Harleyano et Vaticano contulit: novamque versionem dedit Johannes Wiggan A. M. Aedis Christi alumnus. Accedit praefatio: dissertationes in Aretaeum: Variae lectiones: Notae et emendationes: Tractatus de Ionica Aretaei dialecto: quodque difficiliores hujus auctoris voces exponit, lexicon. Oxoniae, e typographeo Clarendoniano, 1723. in fol. maj.

Ea Wiggani editio est omnium, quae hactenus prodiere, splendidissima, accuratissima, plenissima. Suscepit Wigganus laborem ejus editionis parandae impulsu Joannis Freind. Fundamentum ei praebuit textus Goupyli, qui Henischii quoque erat: contulit vero diligenter duos MSS. codices Harleyanum atque Vaticanum, nec non lectionis varietatibus ab Jo. Alb. Fabricio atque Michaele Maittaire ipsi communicatis, paucis quidem, at utilibus, usus est. Eo modo nova et prioribus longe accuratior textus recensio nata est, eo magis commendanda, quod Wigganus in lectionibus recipiendis neque timidus nimis, neque audax fuit; sed medium tenuit. Latinam versionem de novo dedit, quia Crassi traductio, non quidem prorsus aspernanda, tamen saepissime, quod MSS. vitiosis utebatur, obscura et dubia est. Haec Wiggani versio optimis quoque atque probatissimis merito adnumeratur; etiam ubi Graeca ita corrupta sunt, ut iis mederi plane desperaret, ea non sine sensu probabili auctorisque de iis rebus tractationi haud incongruo adumbrare tentavit. Variantium lectionum congeriem e libris editis et MSS. collectam, ad editionis hujus paginas lineasque accommodavit, diligenter simul notatis omnibus, quas vel receperit, vel ejecerit. In notis, has lectiones sequentibus, copiosissimis, doctissimis, cur quasdam receperit, quasdam rejecerit, rationem dedit. Conjecturae ejus in emendando factae, utplurimum similibus vel Hippocratis, vel Aëtii, qui Aretaeo ma-

xime usus esse videtur in compilandis libris suis, hinc magni ad Aretaeum illustrandum usus est, vel Aretaei ipsius loquendi modis stabiliuntur. Notas sequitur tractatus de Aretaei dialecto, auctore Michaele Maittaire, qui cum librum suum insignem de dialectis graecis edidit, nondum in Aretaei scripta inciderat; verum ubi postea auctorem hunc evolvisset, et quaedam de ejus dialecto collegisset, ea rogatu Joannis Freind diligentissime recensuit et una cum Aretaei libris imprimenda permisit. Lexicon tandem adjectum est vocum, Aretaeo propriarum, antiquarum poeticarum, Ionicarum, non nisi his, qui plurimum in ejus lectione versati sunt, intellectu difficilium. Sed lexicon alphabeti ordine digestum est, ita, ut et indicis loco haberi possit. Ei lexico etiam loca aliorum medicorum veterum insunt, ex quibus compositiones medicamentorum, quae Aretaeus commendat, peti possunt. Praefixae sunt dissertationes doctissimae de Aretaei aetate, secta, opinionibus, in anatomicis scientia et praxi medica. Textus graecus unius tantum vel alterius literulae menda laborat, typis Oxoniensibus maximis atque optimis excusus. Notandum quoque est, Aretaeum primum medicum fuisse graecum, qui unquam prelo Oxoniensi fuerit subjectus. Ejus editionis trecenta tantum impressa fuisse exemplaria, docet H. Boerhaave in praefat. in Aretaeum. — [add. Acta erudit. Lips. ann. 1728. pag. 97 et 106.]

Ἀρεταίου Καππαδόκου περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. Περὶ θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία τέσσαρα. Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. Cum Commentariis integris Petri Petiti, medici Parisiensis atque clarissimi Joannis Wiggani doctis et laboriosis notis et celeberrimi Mattairii opusculis in eumdem, tandemque eruditissimi atque celebratis-

simi Danielis Wilhelmi Trilleri observationibus et emendatis. Editionem curavit Hermannus Boerhaave. Lugduni Batavorum, apud Janssonios van der Aa, 1731. fol. maj. Ad manus etiam mihi est editio, quae videri posset, altera, ab anno 1735. fol. quae vero plane ea est, quae ann. 1731. Typographus tantum alium titulum cum anno 1735. imprimendum curavit. Meum exemplar adeo titulo, qui anno 1731. impressus est, at ob novum titulum lacerato, non caret.

Quum veterum medicorum praeter Hippocratem et Galenum copia non esset, cogitabat Boerhaavius de eis eodem modo edendis atque jungendis, prouti Charterius Hippocratem et Galenum junxerat, ita, ut bibliotheca Graecorum medicorum haberetur completa. Otio vero carens et secessu, Joannem van Groeneveld, juris utriusque et medicinae Doctorem, excitavit, ut vellet cum ipso sustinere negotium, quod collatis consiliis una publico destinarent. Id operis is alacer est aggressus, ita, ut totus textus graecus cum latina versione impressus fuerit anno 1719. una cum subnexis notulis. Tum coepit Boerhaavius digerere Petiti commentaria in Aretaeum, Menagio memorata, et a Dan. Clerico desiderata. Interea temporis Richardus Mead Boerhaavium donabat Aretaeo a Wiggano edito. Doluit Boerhaavius gavisus. Doluit inprimis, se jam prius imprimendum curavisse hunc auctorem, ubi scivisset Wiggani propositum, ante impressum sub suis auspiciis Aretaeum, omnia Petitiana Wiggano fuisse donaturum. Sed continuandum propositum editionis erat a Boerhaavio, qui ingenue fatetur, *nullam ipsi in ea procuranda deberi laudem, nullam gloriam.* Textus Goupyli est. Versio latina, textui apposita, Crassi, quam Henricus Stephanus edidit in principibus artis medicae. In notulis subjunctis habentur, quae Josephus Scaliger adscripserat margini sui libri ex editione Henischii, quem librum postea Jo. Gerardus Vossius,

deinde Isaacus Vossius habuere, nunc bibliotheca academiae Leidensis (vid. supra §. 5.) possidet. Sunt hae emendationes fere quinquaginta per totum librum. Appositae etiam sunt in his notis correctiones Petri Petiti ex manuscriptis ingeniove, nec non emendationes Goupyli et Henischii. Varietates etiam in versionibus Junii Pauli Crassi, Henischii, Petiti, Scaligeri, notatae sunt. Post textum auctoris curavit subnectendos integros Petri Petiti commentarios, qui anno 1662. scripti diu latuerunt, intereaque temporis, ubi editionem suam Boerhaavius parabat, Londini etiam typis excusi sunt 1726. 4. sed non integri, verum tantum in tres priores libros. Hinc huic Boerhaavianae editioni id proprium est, quod *integros Petiti commentarios in octo Aretaei libros* continet, alibi nuspiam editos. Addidit deinde omnia, quae Wigganus illustrando Aretaeo protulerat, dissertationes, varias lectiones, notas, Michaelis etiam Mattairii commentarium de dialecto Aretaei, indicem vocum, Aretaeo propriarum, cet. Addidit etiam Dan. Wilh. Trilleri conjecturas et emendationes in Aretaeum, quas ille in Actis publicaverat Lipsiensibus, aliasque praeterea, quas Trillerus ad eum misit. Index tandem appositus est, a Pellerino confectus, rerum medicarum in Aretaeo notabilium.

Aretaei Cappadocis medici libri VII. accuratissime in latinum sermonem versi et ad Boerhaavianam editionem expressi prodierunt latine *Argentorati*, 1768. 8.

Latine etiam prodiit Aretaeus ex Jo. Wiggani versione, Vindobonae 1790. 8. Plena est ea editio errorum.

Germanice versum Aretaeum edidit F. O. Dewez, Viennae, 1790. 8. cum notulis, parum utilibus. [anglice I. Moffat, Londini 1785. 8.]

Editio Parisina Aretaei graeco-latina, quam auctam memorat Merklini Lindenius renovatus Petri Petiti annotationibus, non prodiit.

VII.

Commentarii in Aretaeum exstant Petri Petiti, medici Parisini, anno 1662. ad finem perducti. Hos brevi prodituros sibique inscriptos testatus est *Menagius*, ad Diog. Laert. anno 1692. editum, pag. 253. Eosdem commentarios memorat etiam Dan. Clericus in hist. de la médecine part. II. lib. IV. s. II. cap. 3. pag. 308. edit. Hagan. 1729. at ab eo non visos. Eos commentarios, Petiti manu scriptos, anno 1703. aere suo redemerat Joannes Jensius, a quodam typotheta, qui victum artis hujus opera quaeritabat in typographia Pauli Schelti, Hagae Comitum. Ille vero referebat, se id manuscriptum volumen reperisse in cistella, Lutetiis Parisiorum Hagam delata, cum viri supellectile ab anicula matertera, in Galliis defuncta, cujus paupercula ad eum hereditas pervenerat. Ab Jensio ad Boerhaavium transierunt.

Editi sunt hi *Petri Petiti commentarii in tres priores Aretaei Cappadocis libros* Londini, 1726. 4. Editor est *Mich. Maittaire.* De Petri Petiti vita et scriptis commentatio praefixa est. Ex Graevianis schedis hi commentarii enati ab eoque publicati sunt. Sed non integri ad eum pervenerunt et pars eorum posterior ab eo non potuit reperiri. Integri vero *in octo Aretaei libros* commentarii redeunt in editione Boerhaaviana. Philologici et critici sunt.

Ad Aretaeum illustrandum haec tandem scripta pertinent:

Sepia Volvox *Jo. van der Linden.* Prodiit seorsim Lugd. Bat. 1653. 4. et exstat in select. Leid. 1653. 4. pag. 89. pertinet ad Aretaeum II. de caussis et sign. acutor. cap. 6.

In Diario Britannico 1751. exstant *observations sur quelques maladies singulières d' Aretée et de Caelius Aurelien.*

Dan. Wilh. Trilleri conjecturae et emendationes

in Aretaeum, e Boerhaavio receptae, prostant in Actor. Lipsiens. ann. 1728. pag. 101. sq.

In *Jo. Ern. Imman. Walchii* antiquit. medic. selectis, Jen. 1772. 8. in quibus commentationes academicae continentur, antea editae occurrit nr. VIII. pag. 159. commentatio *de morbis veterum obscuris,* et nr. IX. *de venae cavae acuto morbo apud Aretaeum.* Scripsit in has commentationes Ill. *Baldingerus* duo programmata, alterum *de venae cavae acuto morbo in Aretaei lib. II. cap.* 8. *Jenae.* 1771. 4. quod recusum legitur in *Gruneri* diss. Jenensib. vol. I. pag. 209. alterum quod docet *Aretaei ἆσθμα πνευμῶδες veteribus non esse ingnotum.* Jen. 1772. 4.

Aretaeus de pulmonum inflammatione. Contextum Graecum adjecta latina versione edidit, emendationes et commentarium adjunxit Carolus Weigel. Sect. I. Lips. 1790. 4.

PRAEFATIO

EDITORIS BATAVI.

Artem medendi ex auctoribus prius edoctus qui contulit cum observatis clinicis, experietur, semper in duas potissimum easque vehementer differentes inter se sententias secessisse medicos. Horum quippe plurimi putant, vim intelligentiae humanae adeo penetrabilem, ut intenta idearum, sponte animo obversantium, contemplatione discere queat, non modo vitae rationem omnem atque sanitatis, imo vero et morbos, causas horum, eventa, quin et remedia quoque, certumque tandem curandi modum. Verum hi, postquam medicinae exercendae operam dabant, deploravere cito paupertatem ingenii, sollicitique cogebantur circumspicere ad experimenta rerum, ut usu saperent. Alii ergo vias ingressi, quae duxerant ad primam disciplinae hujus antea ignotae inventionem, totos se dederunt fideliter observandae naturae hominis per unicum sensuum usum; vitae, sanitatis, morborum, sanationis, mortis, imo et mortuorum apparitiones sedulo annotabant; dumque felices notaverant eventus, minusque laetos, tandem vi memoriae et rationis disputatione ex multitudine singularium lento gradu nisuque prudenti incipiebant generale quid condere, quod promere dein possent. Itaque caute et circumspecte, talia sanandis applicantes aegris, addendo quid novi

semper aut demendo, corrigendo priora crebro, sera tandem experientia, longa die, inceperunt assequi facultates sano corpori proprias, aliarumque rerum in machinam humanam potestatem. Tumque demum constitit, vitae, sanitatis, morbi, mortis, sanationis, certum haberi modum et stabiles leges, quae penitus perspectae docent, quid fieri oporteat, quibusque usus sit, ut morbus caveatur aut sanetur. Quo pressius quis naturae solius vestigia hic sequitur, eo felicius mederi visus est. Ideoque prisca medicina, haec vero graeca nobis, eo sincerior, quo minus opinionum commentis et sectarum litibus obnoxia, quam recentior, cui temporum inquinamenta perpetuo accesserant. Effecerat haec veritas, ut docendo admotus *Hippocratem* laudarem discipulis, et post hunc praeclarum *Aretaeum*. Quia vero hujus vix dabatur copia, cogitare incepi primo de evulgandis medicis, qui praeter *Hippocratem* et *Galenum* graeco sermone scripserant: quum uniti simul duo illi principes, Charteriana industria facile comparandi, postulare viderentur et caeteros quoque grajos suis jungendos voluminibus: ut ita bibliotheca graecorum medentium haberetur completa. Ipse quidem tum temporis animosus rem aggredi instituebam. Sed brevi post haec otio carebam et secessu, adeo ad haec necessariis, obrutus quotidie crescentibus magis neque evitandis negotiis. Quare egregium virum, ut aliis in artibus, ita in sapientia praecipue medica versatissimum, *Joannem van Groeneveld*, juris utr. Doctorem et medicinae, nunc senatorem et judicem urbanum, excitavi, ut vellet mecum una sustinere negotium, quod, collatis consiliis, una dein destinaremus publico. Ille id alacer est aggressus, feliciter quoque absolvit, ut totus quidem textus graecus et latina versio, ut hic jam offertur, impressus fuerit anno hujus seculi decimo nono, una cum subnexis notulis.

Tum incepi digerere, quae acceperam clarissimi

Petiti, celeberrimo *Menagio* memorata et a claro *Daniele Clerico* adeo desiderata, commentaria integra in hunc auctorem. Quum interea vir in arte medica inclytus, omnique scientia et virtute excellens, *Richardus Meadius* me donavit *Aretaeo*, quem ediderat vir celeberrimus *Joannes Wiggan*, simul addidit, trecenta modo exemplaria impressa non obstitura editioni, quam affectabam. Id Junii trigesimo anni vigesimi quarti hoc seculo contigit. Gavisus dolui! laetabar, nobili scriptori medico per industriam et sapientiam eximii *Wiggani* accessisse omne id pulchri, quod a peritia in lingua graeca, eruditione medica, diligentia et acumine ingenii solertissimi afferri poterat; publico hinc gratulans mihique. Dolui, me jam prius curavisse imprimendum hunc auctorem; scripsique, in Angliam datis literis, me, si id scivissem ante absolutionem jam factam nostrae impressionis, nunquam hanc moliturum fuisse, sed libenter voluisse omnia *Petitiana* eximio *Wiggano* donare. Idem id egregio viro coram dixi, cum dulcissimo me alloquio honoraret. Singulari ille humanitate obtulit deditque mihi exemplum descripti codicis Vaticani, quod Romae conscribendum sibi curaverat, atque petenti veniam ultra ex editione sua in meam transferendi, quod vellem. En ortum hujus nostrae editionis, in qua procuranda nulla mihi laus, nulla debetur gratia. Conatus sum evulgare auctorem necessarium auditoribus meis, neque tamen eo sane tempore usquam venalem. Addere institui, quae illustrando illi corradere aliunde potui. Eo contentus unice nihil prorsus de meo addere ausus sum: novi, me neque instructum dotibus ad hanc rem requisitis, et carere tempore necessario. Igitur textus graecus hic impressus juxta nitidam *Goupyli* editionem. Versio latina addita, quam *Henricus Stephanus* edidit in principibus medicorum; quae est illa ipsa completa, quae prius prodierat ab anonymo, quem *Goupylum* eruditi alii suspicantur; sed *Celsum*

Crassum, *Junii Crassi* filium, ex *Goupyli* editione vertentem, *Petitus* asserit. In notulis subjunctis habentur, quae, princeps literatorum, *Josephus Scaliger* adscripserat margini sui libri ex editione *Henischii*, quem librum postea magnus *Joannes Gerardus Vossius*, deinde *Isacus Vossius* habuit, unde jam bibliotheca academica reip. nostrae possidet. Sunt hae emendationes fere quinquaginta per totum librum. Praeterea ibidem correctiones *Petiti* ex manuscriptis ingeniove apponuntur, ut et conjecturae; quin et quam brevissimo compendio ea, quae ex *Petito* textui intelligendo sufficerent. Tum et *Goupyli* et *Henischii* varia ad scripturam graecam. Id curabam, ut lector subsistens forte ad obscuriora uno intuitu haec adminicula coram cerneret. In altera notularum parte unico notantur verbulo varietates in versione *Junii Pauli Crassi*, *Henischii*, *Petiti*, *Scaligeri*. Post textum auctoris ita absolutum curavi subnectendos clarissimi *Petri Petiti* integros commentarios, tamdiu promissos exspectatosque, quibus conscribendis tot annos, tot labores impendit, de quibus praefatio auctoris ipsa omnino videnda. Atque ita tandem satisfactum proposito clarissimi scriptoris, votisque medicorum et literatorum. Anni quidem sunt elapsi triginta et duo fere quum hoc scriptum aere suo redemerat celeberrimus *Joannes Jensius* a quodam typotheta, qui victum artis hujus opera quaeritabat in typographia *Pauli Schelti* Hagae Comitum. Ille vero referebat, se id manuscriptum volumen reperisse in cistella, Lutetiis Parisiorum Hagam delata, cum vili supellectile ab anicula matertera in Galliis defuncta, cujus paupercula ad eam haereditas pervenerat.

Addidi dein illa omnia, quae eximius *Wigganus* summa diligentia, successu felicissimo, illustrando *Aretaeo* protulerat pulcherrima ad literarum studia artemque medicam; sola excepta versione, quam elaboravit optimam, quia jam dudum fuerat absoluta im-

pressio textus nostrae editionis priusquam prodiret *Wigganiana*. In his reperire est quidquid desiderari potest ad historiam editionum hujus auctoris, aetatem ejus, sectam, scientiam anatomicorum, curandi rationem. Videmus hic catalogum variarum lectionum (a *pag.* 466. *ad* 485.) summa cum cura et fide concinnatum, atque observationes acerrima quidem conscriptas solertia in easdem (a *pag.* 485. *ad* 509.). In gratiam literatorum additur et viri celeberrimi *Michaelis Mattairii* commentarius de dialecto *Aretaei*, ordine alphabetico; index graecus ejusdem, in quo voces loquendique formae, *Aretaeo* propriae, nec adeo notatae lexicographis; appendix ad hunc indicem; dissertatio de *Aretaei* syntaxi et stylo; conjecturae de quibusdam *Aretaei* locis, quorum suspecta lectio; variantium lectionum appendix.

Denique doctissimi et clarissimi *Danielis Wilhelmi Trilleri* conjecturas et emendationes in *Aretaeum* subnexui, quas ille in actis publicaverat Lipsiensibus, àliasque praeterea, quibus ad me datis me honoravit, hancque splendide ornavit editionem.

Indicem tandem rerum medicarum copiosissimum in *Aretaeum* elaboratum a medico peritissimo et diligentissimo, *Pellerino*, offero: in quo medicinae studiosi uno intuitu cernunt, quidquid de quacunque cujusque morbi proprietate auctor scripsit.

His igitur, commilitones, praeclarorum virorum laboribus uti, frui potestis, leviaque hinc inde typorum vitia aequi bonique ferre, quae in minutiis graecis vix vigil quis vitaverit.

CLARISSIMI VIRI

D. WIGGAN

PRAEFATIO,

Varias *Aretaei* editiones et quid in ejus editione praestitum sit recensens.

ARETAEI scripta haec, priusquam *graece* lucem vidissent, *latine* prodierunt, *Junio Paulo Crasso, Professore Patavino,* interprete, *Venetiis* impressa a. d. 1552 in 4to. In praefatione interpretationi suae annexa habet *Crassus: Forte liber quidam graece manu scriptus, veterrimus et cariosus, in manus meas incidit. In fronte libri nomen auctoris inscriptum erat,* Aretaei *videlicet* Cappodocis. *De morbis agebat, qui singulatim humani corporis membra corripiunt. Ipsum avide, ut mihi moris est, et ter et quater perlegi. Perlectus liber cum gaudio, tum moerore animum perfudit meum; quippe gavisus sum tam egregii auctoris librum, qui vetustatis injuria hominumque socordia in tenebris tot saecula jacuisset, in lucem dei beneficio fuisse vindicatum: indolui vero non mediocriter, ipsum non sanum, non integrum, sed multis mendis inquinatum, multis magnisque vulneribus concisum et laceratum ad manus nostras delatum esse. Caeterum haec fragmenta colligere, utque pluribus usui forent, latina facere ac publicare satius esse judicavi, quam ea in totum carie, tineis, situque deleri permittere.* Post *Aretaei* laudem haec deinde adjicit: *Quam multos in eo trans-*

ferendo labores tulerim, quantum temporis atque olei absumserim, vix queam dicere, quum plurimis undique vulneribus confossus esset. Ex tribus *tamen* collatis exemplaribus *multa quae deficiebant restitui: quae erant depravata, castigavi: quae confusa erant, in ordinem redegi: per conjecturas etiam certissimas ab artis medicae peritia desumtas non paucos locos librariorum incuria vitiatos antiquae et sanae lectioni restitui. De quibus autem ambigebam, neque sinceram veritatem eruere mihique penitus satisfacere poteram, eos* asterisco *notavi, aliorumque judiciis pensitandos castigandosque reliqui; utque in summa dicam, quantum huic libro opis attulerim, qui candida mente et livore purgata ipsum curiose lectitabunt et cum graecis exemplaribus conferent, facile deprehendent.* In margine libri *variantes* pauculae *lectiones* inveniuntur, non graece, sed *latine* tantum conscriptae. Caeterum in hac *Crassi* editione *libri de diuturnorum morborum curatione secundi* capita *quinque, secundum* scilicet, *tertium, quintum, sextum* atque *septimum* desiderantur: quae postea in aliis editionibus, tam graece, quam latine, loco suo restituta sunt.

Utinam et aliae hujus operis, quae desunt, partes e tenebris erui et cum his quae supersunt in corpus unum atque perfectum resarciri possent; cum manca haec et miseris modis lacera membra perito cuique arbitro tam exquisita arte elaborata, tam vel in hac mutilatione pulchra videantur, ut ea nulli etiam integro antiquitatis monumento posthabeant. Nam in libris omnibus manuscriptis, quos vel ego vidi vel editores caeteri, non occurrunt de causis et signis acutorum morborum *libri primi* capita *prima quatuor*, neque principium *quinti*; *in libro de diuturnorum curatione primo* desunt prorsus caput *sextum* atque *septimum*, principium etiam et finis *octavi*, dehinc autem *nonum, decimum, undecimum* ac *duodecimum*,

item *decimi tertii* principium et finis, *decimi quarti* finis, penitus denique *decimum quintum et decimum sextum*; in *libro secundo de diuturnorum curatione* deficit caput *primum*, *quartum*, *septimi* finis, *octavum*, *nonum*, *decimum*, *undecimum* cum principio *duodecimi*. In variis autem totius operis partibus videntur deficere non modo verba quaedam, sed et plurimae quandoque lineae. Porro in *libro de acutorum curatione primo* caput *septimum* (de *angina* scilicet medenda) in fine mancum esse, in aliqua vero parte saucium caput *secundum libri secundi de diuturnorum curatione* (ubi de *diabete* agitur) quod ab aliis editoribus haud annotatum est, probavi [a]) ex *Aëtio*, qui *Aretaeum* nonnisi in duorum istorum affectuum tractatione nominat; et ex eodem quaedam se depromere testatur, quae in his jam reperiri nequeunt. Caput etiam *sextum libri de curatione diuturnorum secundi*, uti conjicio, minime integrum est, sed potius maxima ex parte mutilum.

Aretaeum graece primum edidit *Jacobus Goupylus*, adjectis iis *libri postremi* capitibus *quinque*, quae in *Crassi* versione desiderabantur. Graeca e *MS.* in *Galliarum Regis* bibliotheca se expressisse testatur *duorum* aliorum *codicum* ope, quorum unum suis sumptibus comparaverat, alterum e *Capelli* Museo depromserat. Exemplar hoc *Parisiis* nitidissime excusum est a. d. 1554 in 8vo. apud *Adrianum Turnebum*, *typographum regium*. Quin et maximam in hac editione curam impendit *Goupylus*, utpote cum perpauca hic typographorum errata occurrant, et *trium* istorum *codicum collatione* sententiae plurimae depravatae castigentur, et in fine libri *variantes* adjiciantur manuscriptorum *lectiones*, cum conjecturis aliquot non contemnendis.

Eodem anno, scilicet 1554, post graeca tamen

---

a) Vid. notas ad calcem versionis horum capitum.

publici juris facta, *Crassi* interpretatio *Parisiis* edita est apud *Guilielmum Morelium* et *Jacobum Puteanum* in 8vo. Huic annotationes locorum subjiciuntur, qui in *Aretaei* codice graeco ab interpretatione *Crassi* discrepant, *auctore G. M. T.* quae notis nostris ad varias lectiones intermixtae reperientur. Hic item capita illa *quinque,* quae *Crassus* non verterat, jam primum *latine* traducta sunt. *Anonymum* hunc fuisse *Goupylum* vix dubitari potest.

Juxta proxime memoratam editionem latinam *Aretaei* versionem inter medicae artis principes impressit *Henricus Stephanus* anno 1567. in fol., omissis tamen notulis, quae sub fine *anonymus* iste editor adjecerat.

Crassi versio ab ipso recognita, traductis etiam ab eodem capitibus *quinque,* quae in priore ejus editione deerant, *Basileae* apud *Petrum Pernam* anno 1581. in 4to. primum impressa est: licet a *Crasso,* ut ex epistola ejus ad lectores data patet, anno 1555. absoluta fuerit. Verum haec in publicum non prodiisse ante annum 1581., mortuo jam *Paulo Crasso,* constat ex typographi ad lectorem epistola, ubi haec leguntur: *Ediderat jam ante* Junius Paulus Crassus Aretaeum *a se e graeco in latinum versum* Venetiis: *nunc vero, ab ipso ante obitum recognitum et multis capitibus ex graeco exemplari auctum, (ut in praefatione scribit) filius ejus* Celsus *ad nos misit.*

Omnium postrema est editio, quae *graeco-latine* prodiit *Augustae Vindelicorum* anno 1603. in fol. In prima libri pagina haec *Aretaei* scripta praedicantur esse *graece* et *latine* conjunctim edita, *tribus MSS. codicibus, Veneto, Bavarico, Augustano, collatis*; cum commentario, quo obscura doctrina de nominibus et parte affecta morborum singulorum cum suis signis perspicua methodo illustratur, auctore *Georgio Henischio B. Medico Augustano.* In praefatione sua dicit haec *Henischius:* Tria *inspexi* ma-

nuscripta, Venetum, Bavaricum et Augustanum. *Idem est initium in* Augustano, *quod in* Lutetiano *exemplari: deficiunt autem in illo* sex [b]) *capita, quae desiderata in prima editione.* Venetum et Bavaricum *contractius est, utrumque a sexto capite περὶ τετάνου demum incipiens, et* sex *illis capitibus similiter carens. Haec vero capita, quae non alibi, quam in* regio *codice reperiuntur, genuina esse non sine causa ambigo*; Aëtius *enim sermone* 11. *cap.* 1. *de* diabete *agens, optima, inquit,* (*ut ait* Aretaeus) *est in dolio facta evaporatio ad exsudandum, eo modo ut caput extra dolium promineat frigidumque aërem attrahat, reliquum vero corpus omne calefiat. Id autem in capite de* diabete, *quo* Aretaeus *auctior redditur, non continetur: contineri deberet, si legitimum esset. Idem de reliquis judicium.* Quinam autem hic est argumentandi modus? Annon in *Aretaeo* partes capitum passim, perinde ac capita integra desunt? Annon etiam in curanda *angina*, prout supra monuimus, verba *Aretaei* ab *Aëtio* proferuntur, quae in hoc libro nusquam legimus? Eodem itaque jure caput illud de *angina* tanquam spurium repudiare potuit. Verum in istis capitibus scriptionis similitudo et medendi norma eadem, quae in caeteris usurpatur hujus libri partibus, minimum dubitandi locum relinquunt, quin eidem quoque auctori adscribi debeant. Quid quod ea, ut in *regio*, ita et in *Harleyano* codice (de quo infra loquemur) inveniamus. De editione sua haec amplius *Henischius*; *addidi autem conversionem* Junii Pauli Crassi, Medici et Professoris Patavini. *Pauca quaedam inserta textui latino et diverso charactere impressa sunt ex notis* Anonymi Galli. *In margine* variae *sunt* lectiones, *partim annotatae a* Jacobo Goupylo, *partim ex codice*

b) Error hic *Henischii* est; nam *quinque* tantum capita in *secunda* editione adjecta sunt.

Augustano. Item *ne imperfectus esset* (*inquit*) Aretaeus *et ad usum minus accommodatus, colores illius obliteratos purpurisso* Galeni *et* Alexandri Tralliani, *imprimis vero* Pauli Aeginetae *reconcinnare et mancum suis partibus absolvere volui, nec temere; multa enim sunt apud* Aeginetam *locis aliis, quae ex* Aretaeo *desumta esse constat.* Hoc negotii sane et inaniter suscepit, neque feliciter exsecutus est: cum auctores ab eo memorati in manibus doctorum vulgo haberentur, neque *Aretaeo* ullo modo essent vel in medendi vel in scribendi genere similes; *Paulum* vero, licet *Aretaei* mentionem faciat, vix quicquam ex eo hausisse deprehendo; plurima certe, et ea magni momenti, tum in describendis tum in curandis morbis, dialecto tantum immutata, in libros suos transcripsit *Aëtius*; quae loca ad imum latinae nostrae versionis passim annotavimus. Caeterum *Henischius* opus hoc typis quidem satis nitidis (etenim graeci his, quibus in hac editione utimur, haud dissimiles sunt) excusum publico dari curavit: verum in obeundo suo munere ita se gessit, ut summae possit vel incuriae, vel inscitiae, vel utriusque merito accusari. Nam praeterquam quod elegantissimo huic auctori commentarios nonnisi jejunos admodum atque futiles attexuerit, textum ipsum, *tribus* licet *MSS.* instructus, vix uno, ni fallor, emendavit loco. *Tria* haec *MSS.* in fronte libri ab eo *collata* dicuntur; sed editorem ea tantum, ut in praefatione inquit, *inspexisse* crediderim. Quod ad *Venetum* et *Bavaricum* attinet, nullae annotatae sunt ex iis *variae lectiones,* cum se eas, quae in margine sunt, excerpsisse dicat partim ex *Goupyli* editione, partim ex codice *Augustano.* In hoc quidem conferendo non modo ingenti illum accuratione, sed et fide et velut religione quadam usum esse facile crederes, cum quae librariorum manifestissima sunt errata et vel accentuum differentias pro variis lectionibus apponat. Verum hae omnes non ita magno in

numero sunt, ut mihi, qui *duos* codices *MSS.* cum libris editis contulerim, et animadverterim quot quantaeque in his occurrant discrepantiae, magnam is in hac re videatur adhibuisse diligentiam. Porro, nescio qua animi perversitate, verba quaedam e textu expulit, quae et auctoris sensui optime congruunt et intellectu sunt facillima; in eorum vero locum quasdam inanes literas substituit (nam voces quidem graecae, nedum legitimae lectiones, neutiquam vocandae sunt;) et quanquam in *Augustano* codice *lectiones* aliquot reperiantur haudquaquam rejiciendae, quarum pars in textum admitti possit, pars etiam debeat, tamen harum nullam, quasi malo quodam fato, illuc inseruit. Immo textum adeo non illustravit, ut leviuscula omnia sive in literis sive in accentibus errata ex *Goupyli* editione in suam fideliter transferri et alia insuper incredibili numero per solitam typographorum negligentiam irrepere sit passus. *Latinam* quidem *versionem* sine minima emendatione reliquit.

Petri Petiti, medici *Parisiensis*, in *Aretaeum* observationes brevi prodituras sibique inscriptas testatus est *Menagius* ad *Laërtium* 1692. editum, p. 253., sed necdum prodiisse illas intellexisse se dicit *Fabricius* c). De *Petiti* hujus haeredibus curavi ut quaereretur *Parisiis*, eo consilio, ut aliquid de his observationibus amplius cognoscerem: sed quinam fuerint illi, certior fieri non potui. Nusquam vero cum *Fabricio* puto exstare editionem *Parisiensem Aretaei* graecolatinam in 4to., quam auctam *Petri Petiti* annotationibus memorat *Merklini Lindenius* renovatus, a. 1686. editus.

Quod ad hanc editionem attinet, id equidem oneris suscepi impulsu solo viri clarissimi *Johannis Freind*, qui auctorem hunc, licet in doctorum manibus rariorem, inter *Graecos* tamen et ingenio et arte praestan-

---

c) Biblioth. graec. l. 4. pag. 102.

tissimum, in re medica ipse scriptis exornanda non minus eloquens et accuratus, quam in ea exercenda experiens atque felix, publicandum mihi emaculandumque commendavit. Id profecto tres circiter abhinc annos aggressus sum, et quid in hac re praestiturus essem, literatis exposui; multo autem maturius e typographeo exiisset *Aretaeus*, nisi proposito meo obstitisset valetudo perquam infirma. Nam in hujusmodi negotiis labor haudquaquam tenuis est, utut tenuis sit gloria. *Graecum Aretaei* exemplar cum apud bibliopolas ne quidem unum reperiri posset, et pauca ea, quae in privatis bibliothecis erant, a viris doctis pariter et curiosis maximo in pretio haberentur, *graeca* haec omnia manu mea exscripta praelo commisi. Ea ut pristino suo nitori, si ita fieri posset, quadantenus restituerentur, studium curamque haud mediocrem impendi. Etenim haud modo libros duos editos inter se, sed eos etiam cum codicibus *MSS. duobus* contuli. Horum alterum mihi suppeditavit e ditissima sua bibliotheca *Dominus Dominus Harley, Comitis Oxoniensis* filius unicus, qui, literarum cultor fautorque eximius, ut libros quosque optimos rarioresque undique summo studio colligit, ita eos in literatorum usum pervolutandos summa cum facilitate impertit. Alter ut, juxta exemplar *MS.* in *Vaticana Romae bibliotheca* asservatum, exscriberetur procuravi: quod non sine magna, ut videtur, accuratione praestitit *Dominicus Regoletti, graecus*, ut ipse ait, in eadem bibliotheca *scriptor*.

Caeterum in *Harleyano* codice deest pars illa capitis de causis et signis epilepsiae, unde ordiuntur libri editi; alia tamen quae in his leguntur, in eo itidem continentur omnia. Verum capita illa *postremi* libri *quinque*, quae in prima *Crassi versione* deerant, non in suo hic loco, sed in primis *MS.* paginis reperiuntur, aliquo inter ista et illud ubi de causis tetani agitur vacuo relicto spatio. Capita etiam *mutila* in

omnibus *tria*, de curatione nempe phthiseos, jecoris et lienis, extra ordinem in hoc *MS.* posita sunt: utpote cum hoc de liene illud de phthisi praecedat; quae autem de jecore scribuntur in fine totius codicis adjecta sint post curationem elephantiasis. Hoc ideo accidisse existimo, quod non ex uno exemplari aut eodem tempore omnia exscripserit librarius; sed, transpositis istis capitibus post reliqui totius libri exarationem in lucem unde unde protractis, ea illic descripserit: cum in suis quidem locis aliquid intervalli relictum foret, sed quod minus ad ista recipienda esset amplum. Codex enim integer una et eadem manu scriptus est. Hic autem, licet trecentis annis parum antiquior esse videatur, plurimisque passim mendis laborans, eas tamen ex boni potius exemplaris, quam librarii defectu contraxit. Nam alioqui scriptura pro istis temporibus satis nitida et accurata est; et gravissima in hoc errata aliis etiam *MSS.* communia sunt: et in eo monstra ista turpia verborum, quae ubique occurrunt, punctulis, tanquam stigmate quodam, inuruntur. Porro ex eo plus adjumenti in emendando *Aretaeo* habui, quam sperare ausus sum: cum omnes hujus auctoris *MSS.* de quibus ad me notitia pervenit, et parum veteres sint, et maculis etiam foedissimis inquinati; siquidem hujus ope non modo verbis *Ionicae* suae terminationes passim redditae sunt, sed et proba ac sana sententiarum quarundam lectione nitido tersoque huic auctori sensus proprius atque elegans restitutus. Quare codicem *Aretaei Harleyano* emendatiorem haud ullibi exstare crediderim.

Codex *Vaticanus*, ut ex amico intelligo, qui hunc rogatu meo inspexit exscribendumque curavit, valde recens est. Ex eo vix quicquam suppetiarum hausi, nisi quod *dialectum* quandoque, hujus auctoritate, ubi caeteri *MSS.* in hac re deficerent, emendaverim. Hic, ut caeteri, perquam vitiosus est.

Aliis item, ut credo, magis mutilus; nam licet ista in principio de causis et signis epilepsiae contineat, omnia in eo desunt, quae post stellulas in hac editione capiti de curatione melancholiae interpositas habentur.

Haud inutiles etiam, licet numero paucae, *variae* fuerunt *lectiones*, quas in suo utriusque *Aretaeo* margini ascriptas mecum communicarunt viri in libris graecis latinisque versatissimi, deque re literaria optime meriti, *Joannes Albertus Fabricius* HAMBURGENSIS et *Michael Maittaire*. Lectiones has non fuisse docti cujuspiam conjecturas, verum ex aliquo MS. decerptas, ex hoc liquet, quod inter eas reperiantur aliquae sensus plane expertes, quaeque in iis, quibus nos utimur, *MSS.* similiter legantur.

Latinam versionem de novo dare libuit, quia *Crassi traductio*, licet haud prorsus aspernanda, tamen saepissime, quoniam paucis vitiosisque *MSS.* instructus id operis susceperit, obscura, ut fatetur ipse, ac dubia sit; mihi quidem insuper duriuscula ac parum elegans videtur, ita ut neque graeca legentibus multa planius explicet, et ipsa, sine graecorum auxilio, haud raro vix intelligi queat. Num in hac plus, quam in ista, operae adhibitum sit, nescio; nostra non dubito quin lectoribus futura sit commodior: cum rerum, quibus ille destitutus est, supra dictarum ope et *Aretaei* cum aliis medicis antiquis, cum *Aëtio* praesertim, qui multa ex eo, nulla ejus facta mentione, evidentissime hausit, *Aretaei* denique cum *Aretaeo* ipso comparatione, sententias haud paucas, minime antea comprehensu faciles, clare saltem hic expressas invenient. Ubicunque graeca ita corrupta sunt, ut iis mederi prorsus desperaverim, ea non sine sensu aliquo, uti arbitror, probabili, auctorisque de iis rebus tractationi haud incongruo, adumbrare tentavi. Hoc quicquid est, in *versione* licitum esse existimavi: quoniam, re sic instituta, auctori nulla fieri potest injuria; nam in *textu graeco* nihil vel in melius, con-

jecturis tantum ac divinationibus meis, sed omnia aliqua auctoritate fretus, immutavi. Quoniam vero *Crassum*, verbo verbum nimis fide reddentem, sententias ipsas aliquando nec latine satis nec dilucide efferre percepi, id potius mihi curae fuit, ut integra orationis membra, quam ut voces quasvis, plene et aperte, cum ea simul qua licuit brevitate, exponerem; *Celsique*, qui *Tiberii* temporibus non modo de *medicina*, sed et de *rhetorica*[d]) optime purissimeque scriptitavit, phrasibus et loquendi formulis, quam saepissime potui, sum usus. Imis *latinae versionis* paginis *notulas* quasdam subjeci; ubi *Hippocratis* effata indicantur, quae sine ulla saepe mutatione scriptis suis immiscuit *Aretaeus*, ea ut plurimum ex germanissimis ejus libris hauriens, uti ex *Aphorismis*, *Prognosticis* et *libro de victu acutorum*. Ibidem locos etiam subnotavi, unde plurima clam in commentarios suos intrusisse deprendi *Aëtium*: eos item, qui aliis omnino similes sunt, quos *Aëtius* ex *Archigene* sese petere testatur; quod quidem, si quem unquam *Aretaei* ulterius emendandi cupido ceperit, studiis suis haud incommodum reperiet. Quodque morborum saepe, quorum signa causasque explicaverat *Aretaeus*, curationes temporis injuria perierint, non absurdum fore judicavi, si lectores ad medendi rationem in iisdem affectibus a medicis ejusdem sectae usurpatam remitterem: praesertim cum ex his *Archigenes* et *Aretaeus* vix quicquam de aliqua re scripserint, quod non et in instituenda medicina plane conveniat et iisdem fere verbis praecipiatur. Alia quoque diversae materiae *notis* interposui, quorum praecipua sunt quaedam ad *historiam medicam* spectantia.

Variantium lectionum congeriem, e *libris editis* et *MSS.* ante memoratis collectam, ad editionis hujus

---

d) In *Quintiliano* reperiuntur aliqua *Celsi* de rhetorica fragmenta.

paginas lineasque accommodavi. Haud multa ex iis, ut opinor, quispiam eruet, quod faciliorem reddet *Aretaei* lectionem; nam quicquid ad eam rem facere videbatur, *textui* ipsi haud dubitanter inserui; inter *varias lectiones* iis, quae ejecta sunt, detrusis vocabulis: notato simul, quaenam in unoquoque libro voces sint receptae. *Dialecticas* vero vocularum formationes, quae in *editis* aliter se haberent, sive has in *Harleyano* sive in *Vaticano* codice repererim, in *textum* itidem admisi; quibus in locis id factum sit, aut utrius codicis auctoritate, declarare supervacaneum existimans. Nimis multa, nimis gravia quoque et aperta librariorum errata metuo ne inter has *lectiones* posuerim; sed vel ex his alia emendandi occasionem aliquando arripui: et ex iis lector intelliget, quam turpiter depravata ad nos pervenerint *Aretaei* scripta, quanta ideo in conjectando licentia indulgeri debeat, quamque nulla spes omnia corrigendi affulgeat. In *notis* has *lectiones* sequentibus, cur quasdam receperim, quasdam rejecerim, rationem reddidi; aliae ita manifeste se tuentur, aliaeque sese ipsas coarguunt, ut de iis nihil ultra dici possit. Quas feci in emendando, *conjecturae*, ut plurimum similibus vel *Hippocratis* vel *Aëtii* vel *Aretaei* ipsius loquendi modis stabiliuntur.

Tractatum de *Aretaei dialecto* componere decreveram; quae res ideo prorsus negligi non debuit, quoniam adeo parvo in numero ad nos pervenerunt scriptores *Ionici*. Hoc quod longe accuratius doctiusque quam ego id exsequi potuissem, immo quod consummatissime praestitum sit, humanitati debetur viri eruditissimi *Michaelis Maittaire*, qui cum librum suum insignem de *dialectis graecis* edidit, nondum in *Aretaei* scripta inciderat: verum ubi postea auctorem hunc evolvisset et quaedam de ejus dialecto collegisset, ea rogatu viri cl. *Johannis Freind* diligentissime recensuit et una cum *Aretaei* libris imprimi benevole permisit.

Aretaeus, ubi mendae non subsunt, scriptor utcunque perspicuus, tamen quia verbis *antiquis* et *poeticis* et *Ionicis*, *Hippocratis* scilicet et *Homeri* stylum imitatus, frequentissime utatur, iis qui in auctorum istorum lectione non sint plurimum versati, haud raro intellectu difficilis videbitur. Habet etiam ipse verba quaedam sibi propria ac peculiaria; in vocibus quoque novo more componendis, poetarum ritu, uber, facilis, peritus. Quare *lexicon* huic operi attexere necessarium duxi, quod quidem minus doctis difficiliora explanaret *Aretaei* verba, *criticis* autem novarum vocularum messem, veteresque novo sensu usurpatas uno quasi intuitu ostenderet. Igitur quasdam et per se satis cognitas, et licet cum aliis vocibus haud communi more connexas, tamen ex orationis serie haud difficulter comprehendendas; eas item quae dubiae essent, variisque sensibus in hoc auctore adhibitae, *alphabetico* ordine digessi: ita ut etiam *indicis* loco, quoad verba notatu digniora, (nam rerum memorabilium in libri totius fine subjicietur *index*) hoc esse possit *lexicon*. Medicamenta frequenter adhiberi praecipit *Aretaeus*, quorum compositio in his ejus libris haud explicata est; (horum praeparationem eum descripsisse verisimile est in iis quae de *re pharmaceutica* se confecisse perhibet commentariis) quapropter in lexico locos in antiquorum scriptis subnotare, unde medicamentorum istorum formulae peti possent, non inutile futurum putavi.

Praefationem hanc subsequentur *dissertationes* aliquot de *Aretaei aetate*, *secta*, *opinionibus*, *scientia anatomica* et *praxi medica*; ubi quae de his rebus memoratu digna reperire potui in unum redacta ordine exponentur.

Caeterum ut haec omnia accurate emendata nitideque impressa in publicum prodirent, nec operae nec sumtibus parcere volui. *Textus* praesertim *graecus*, unius tantum et alterius literulae menda laborat, *typis*

Oxoniensibus maximis atque optimis excusus. Utinam et alii aliquando, qui in eadem lingua de his rebus digne tractarunt, e magnifico nostro *typographeo* edantur. Nam cum intra quinquaginta annos proxime elapsos in celeberrima hac academia plures, iique optimae notae et omnis fere generis, auctores *graeci* magis emaculate, magis sumtuose, quam in ulla alia Europae urbe, impressi sint, jure aliquo miremur, quod nihil quicquam *medici* cujusvis *graeci*, ne *Galeni*, ne *Hippocratis* quidem opusculum ullum *praelo* fuerit unquam *Oxoniensi* subjectum. Primum itaque inde prodeuntem, inter antiquos mole, non pretio exiguum, lectores eruditi, benigne accipite *Aretaeum*; et quicquid in hoc opere peccatum sit, studiis his jam languescentibus faventes ignoscite.

DE
A R E T A E I
A E T A T E.

Quonam tempore floruerit *Aretaeus*, haud ita facile suspicari licet, eo quod nullius omnino scriptoris, qui quidem ad nos pervenit, nisi *Homeri* et *Hippocratis* meminerit: neque vicissim ipse, nisi a tribus scriptoribus antiquis, auctore scilicet librorum quorundam qui sub *Dioscoridis* [a]) nomine feruntur, *Aëtio* [b]) et *Paulo* [c]) denique; idque strictim et quasi fortuito, memoretur. Ex his *Aëtius quinto* saltem saeculo non vetustior est, siquidem ex *Oribasio*, *Juliani* Imperatoris medico, qui sub finem *quarti* inclaruit,

---

a) Dioscorid. Euporist. pag. 112. edit. 1598. b) Tet. 2. serm. 4. cap. 47. et Tet. 3. serm. 3. cap. 1. c) L. 4. cap. 1.

multa passim se haurire testetur [d]). Immo si *Aëtium* ipsum consulamus, invenietur adhuc recentior; nam et *Cyrillum* [e]), Archiepiscopum *Alexandrinum*, qui a. C. 444. mortuus est, et *Petrum Archiatrum* [f]), *Theodorici* [g]) scilicet *Gothi*, qui circa 500. imperavit, diserte nominat. *Aëtio* aetate inferior est *Paulus*; (si *Arabibus* [h]) fides, saeculo ineunte *septimo* clarus:) quippe qui quaedam ex *Alexandro Tralliano* desumit [i]): *Alexander* autem, qui *Romae* (teste *Agathia*) circa *Justiniani* tempora floruit, nonnulla mutuatur ex *Aëtio* [k]). *Dioscorides* vero *Anazarbaeus* sine dubio libros de materia medica composuit intra *Neronis Titique* imperia; is enim *τοῦ κρατίστου Licinii* (vel *Lecanii*) *Bassi* [l]), quasi tum viventis, mentionem facit: *Lecanius* autem *Bassus* consulatum gessit anno *Neronis* XI [m]); eodemque anno, quo *Plinius* naturalem suam historiam *Tito Vespasiano* (sic enim cum *Cigalino* [n]) arbitror) dicavit, e vita decessit.

Ab hac itaque parte nihil contra *Vossium* [o]) dici potest, qui *Aretaeum* diu ante *Caesares* vixisse scribit, hoc innixus argumento, quod lingua usus fuerit *Ionica:* quam quidem *Vossius* aliquot ante haec tempora saeculis a nemine usurpatam fuisse affirmat. Illud tamen a *Vossio* perperam asseri probat *Menagius* [p]), qui, ut alia omittam, *Arriani Indica*, *Adriano* Imperatori dicata, *Ionice* scripta esse monet. Caeterum, quod post initia *Caesarum* exstiterit *Aretaeus*, ex hoc ipsius opere luculenter evinci potest: etenim non modo *antidoti* a rege *Mithridate* confectae, sed etiam (uti animadvertit vir doctissimus *Clericus* [q]) il-

---

d) Tet. 1. serm. 2. cap. 197. e) Tet. 1. serm. 1. cap. 24. f) Tet. 2. serm. 4. cap. 110. g) Du Fresne Gloss. in voce *ἀρχίατρος*. h) Abul-Pharagii histor. i) L. 3. cap. 28. k) L. 12. cap. 8. l) Praef. ad mat. medic. m) Pigh. annal. rom. L. 18. n) Praef. ad Plin. nat. hist. o) De philosophia c. 13. p) Amoenitat. juris. q) Hist. de la medecine part. 2. liv. 4. sec. 2. ch. 3.

lius, quae quoniam ei immiscerentur carnes viperinae, ab *Aretaeo* ἡ δι' ἐχιδνῶν[r]), ἡ διὰ θηρίων[s]), a caeteris vero *Graecis* θηριακὴ vocata est, mentionem facit. Hujus autem auctor fuit *Neronis* Archiater, *Andromachus:* ejusque componendi rationem versibus elegiacis, qui apud *Galenum* [t]) etiamnum exstant, conscriptam ad eundem Imperatorem misit. Quin et medicamentum *διὰ βησασᾶ,* quod item *Aëtio* teste [u]) ab *Andromacho* excogitatum est, adhiberi praecipit *Aretaeus* [x]). Ita minime dubium est, quin post initum a *Nerone* regnum medica haec ille monumenta literis mandaverit.

Neque minus certo affirmari potest, eundem *Dioscoridi* fuisse aetate aequalem, si libros de *Euporistis,* ubi occurrit *Aretaei* uomen, recte illi ascriptos judicemus. Hoc quidem negant nonnulli: audiamus autem, quid de hac re sentiat *Dioscoridis* editor, *Sarracenus. Duos hosce libros, qui quidem omnium prope morborum per εὐπόριστα remedia, eaque simplicia, aut certe ex paucioribus composita, complectuntur, plerique* Dioscoridi Anazarbaeo *ascriptos falso fuisse suspicantur: nec immerito. Enimvero vix quisquam reperietur, cui vel prima inspectione non videantur partim ex illius libris de materia medica, partim ex aliorum quorundam auctorum scriptis, non quidem ipsius* Dioscoridis, *sed alius potius cujuspiam opera, collecti et quasi consarcinati: quippe cum hic simplicibus nonnullis prorsus aliae tribuantur appellationes, quam quae apud illum exstant, ac soloecismi etiam complusculi, in quos vix alibi auctor ille impegisse deprehenditur, passim occurrant. Attamen cum alioqui dicendi genus unum idemque constet esse, aut certe non ita ei dissimile, quo* Dios-

---

r) Pag. 135, lin. 14, 15. s) Pag. 122, lin. 12; et 133, 6. t) De antidot. L. 1. u) Tet. 2. serm. 4. cap. 47. x) Pag. 87. lin. 51.

corides *noster* ἐν τοῖς Ὑλικοῖς *usus est, praetereaque saepenumero ab* Aëtio *ad hunc eundem auctorem remedia varia referantur, quae non aliunde quam ex his ipsis* Parabilium *ad* Andromachum *libris deprompta nemo non judicet: una cum piae memoriae doctissimis viris* Moibano *et* Gesnero *eo facile adducor, ut credam et hosce libros aeque ac priores illos* Dioscoridi Anazarbaeo *attribui oportere. Neque vero cum sint fuerintque semper unius ejusdemque stirpis diversa synonyma, quorum essent aliis alia significantiora, cuiquam alienum videri debet, unum et eundem scriptorem, prout succurrit, modo hoc modo illud nomen ad arbitrium usurpasse. Quin et pro diversorum temporum ratione, quibus haec ipsa scribi potuerunt, apud vulgum,* quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi, *diversa quoque nomina invaluisse mihi fit verisimile. Quod ad soloecismos attinet, minime dubium est, quin plerique librariorum seu incuria seu etiam inscitia obrepserint. Sed et nonnullos interdum ipsi* Dioscoridi *per imprudentiam excidisse haudquaquam negaverim, quum et ad res magis quam ad ipsa verba attenderet, et esset illi sermo* graecus *insolitus ac inusitatus, uti vel ipse* Galenus *lib. XI. Simplicium abunde testatus est. Nihilominus ut quaecunque* Dioscoridis *nomine circumferebantur opera uno volumine comprehenderentur, hos etiam libros prioribus adjiciendos existimavimus.*

De eadem hac re quoque dubitatum est, ideo quod nihil de hoc *Dioscoridis* opere dixerit *Galenus.* Atqui, praeterquam quod silentium nulla in re testimonii loco haberi debeat, hi *Euporiston* libri, in quibus remedia tantum paratu facilia nude ac simpliciter exponuntur, neque ita diligenter elaborati, neque adeo medicinae usibus accommodati videntur, ut ab iis in medendi arte magnopere juvari potuerit, vir in omnium medicorum scriptis et in morborum curatione versatissimus, *Galenus.* Etiam *Oribasius,* qui omnia

sua volumina ex aliorum scriptis contexuit, *Dioscoridem*, licet ex his ejus libris plurima depromat, tamen haud quatenus satis sit, de hac re tractasse pronuntiat [y]). Quid? an non videmus *Galenum* et *Plinii* et *Erotiani* semel [z]) tantum, idque leviter, fecisse mentionem? licet *historiae naturalis* ab illo collectae haud mediocris pars e rebus *medicis* constet; hic autem vocum *Hippocraticarum* interpretationem ita diligenter conscripserit, ut *Galenus*, idem ipse agens, permulta sit ex eo mutuatus. Adeo liquet minime hos eum latuisse auctores, et tamen parum abfuisse, quin utrumque silentio praetermiserit. Porro *Galeni* scripta, in quibus solis idoneam is invenisset de hoc *Dioscoridis* opere loquendi occasionem, ad manus nostras minime pervenerunt. Nam libri de *Euporistis*, quos inter *Galeni* scripta reperimus, pro *subdititiis* vulgo habentur. Id profecto non injuria; cum, quae de hac re composuit *Galenus*, ea suo tempore non superfuisse tradat *Oribasius* [a]), qui *collectiones Juliano* dicatas de omni re medica ex optimorum auctorum scriptis in unum redegit, ita ut nihil omiserit eorum quae *Galenus* dixerit [b]). Certe *Oribasius*, qui *Dioscoridis Euporista* diserte nominat, his ipsis de quibus agimus libris usus est: cum ex iis, uti cuivis utrumque auctorem conferenti statim patebit, magnam partem *tertii quartique* ad *Eunapium* libri plane exscripserit. Neque alios ab his vidit *Oribasii* aetate non ita multo inferior *Aëtius*: quoniam ex *Dioscoridis Euporistis* aliqua se haurire [c]) profitetur, quae et in his quoque expressa [d]) invenimus. Itaque sicui minus placuerit hos *Dioscoridi* libros attribuere, (qui cur ei tribui non debeant, haudquaquam percipio,) quisquis tamen eorum fuerit auctor, hunc adeoque

y) Praef. ad euporist. z) Fabric. biblioth. tom. 4. in indice scriptorum a Galeno allegatorum. a) Praef. ad euporist. b) Praef. ad. med. collect. c) Tet. 2. serm. 4. cap. 2. d) Dioscor. eup. pag. 13. lin. 14.

Aretaeum Oribasio vetustiorem esse omnino statuendum est. Caeterum, ut ante *Oribasii* aetatem libri isti, nisi ad *Dioscoridem* revera pertinuissent, ascripto ejus nomine venditarentur (praeterquam quod id ita evenisse nulla a vetere quoquam injecta sit suspicio) videtur factu fuisse difficillimum. Etenim haud unquam medicae magis viguere literae, quam in saeculis *Dioscoridi Oribasioque* interjectis: uti constat ex magna illa insignium medicorum copia, quos haec tempora profudere, quorumque nomina et etiam scripta quaedam adhuc in *Galeno, Oribasio* et *Aëtio* reperiuntur.

Fuerunt quidem praeter *Dioscoridem Anazarbaeum* alii *duo*, qui de rebus ad medicinam pertinentibus scripserunt, eodem nomine appellati. Horum alter, cognomento *Phacas*, *Antonii* et *Cleopatrae* familiaritate clarus [e]): alterum, quem et *Alexandrinum* et *juniorem* vocat, paulo ante sua tempora vixisse tradit *Galenus* [f]). Is autem qui *Euporista* composuit, haec *Andromacho* inscribit: cujus nominis *duo* itidem exstiterunt, *Neronis* Archiater, et Archiatri filius. Horum ne *senioris* quidem ad aetatem *Phacas* iste pervenire potuit; *Andromachi,* saltem *junioris*, temporibus (neque enim certi quid de alterutrius *Andromachorum* morte novimus) florere poterat *junior* ille *Dioscorides.* Sed cum *Aëtius Paulusque,* sive quid ex libris de *materia medica*, sive ex *Euporistis* desumant, nihil adjiciant, nisi se id ex *Dioscoride* hausisse: neque simul indicent, utro ex opere aut quo ex *Dioscoride* idem depromant, (quia in medicamentorum explicatione *Anazarbaeum* operam navasse erat omnibus notissimum) ambos hos eundem *Dioscoridem* pro utriusque operis auctore habuisse censendum est. Quod si *Euporista Anazarbaeo* demum adjudicemus, haec ab illo

e) Suidas in lexic. f) Praef. in exegesin. vid. Ἰνδικὸν in exegesi.

Archiatro potius quam ejus filio inscripta fuisse probabile est. Nam *Erotianus* in vocum *Hippocraticarum* collectione, quam *Andromacho* dicat Archiatro, quaedam ex *Dioscoridis* libris de materia medica profert: qui, cum ab omnibus magnopere celebrentur et *Euporistis* longe sint accuratius perfectiusque compositi, aliquo etiam post ea tempore conscripti fuisse videntur. Itaque si haec vera esse credamus, quae certe sunt maxime verisimilia, *Aretaeum* non modo post susceptum a *Nerone* principatum, (de quo dubitandi non est locus) sed et ante exactum *Titi* imperium vixisse statuendum est. Sin quis adhuc fieri posse affirmet, ut haec de *Euporistis* filio *Andromachi* fuerint dicata, vel etiam a *Dioscoride* illo *juniore* composita, ne tum quidem quicquam, nisi hoc, evinceret; scilicet id tantum ex hoc scriptore certo colligi posse, quod saltem vel *Trajani* vel *Adriani* temporibus haud inferior fuerit *Aretaeus.*

Sed et ad opinionem nostram confirmandam id etiam facit, quod, non nisi intra determinatum illud a *Neronis* ad *Adriani* usque imperium annorum intervallum, *Aretaei* satis commode collocari possit aetas. Neque enim diutius secta viguit *pneumatica*, quorum opinionibus hunc sese addixisse mox docebimus. Nam ex his, medicorum suae aetatis princeps, *Trajano* et etiam *Adriano* rerum potiente (uti ex *Juvenale* g) constat) inclaruit *Archigenes*; cujus praeceptor fuit *Agathinus*, *Agathini* vero, sectae istius auctor, *Athenaeus.* Quare omnino necesse est, ut non procul a *Neronis* imperio secta haec initium acceperit. Praeter eos, de quibus sumus jam locuti, non nisi alii tres a *Galeno* memorantur *Pneumatici, Herodotus, Magnus* et *Leonides*; quorum *Herodotus, Agathino* etiam magistro usus, *Romae* magna cum

---

g) Sat. 6, l. 235: quam satyram his temporibus scripsit.

laude artem suam exercuit[h]). Ante hunc, uti e *Coelio Aureliano* discimus, scriptis suis innotuit *Magnus*[i]): *Leonides* autem *Archigeni* saltem aequalis fuit, quippe cujus mentionem faciat idem *Coelius*[k]), qui *Sorani* scripta se in *latinum* sermonem convertisse agnoscit[l]): *Soranus* autem iste, *Trajano Adrianoque* imperantibus[m]), medicinam excoluit. Contra sectam hanc, tanquam jam demortuam et in virorum illorum libris duntaxat superstitem disputat *Antonini* imperatoris medicus, *Galenus*. Itaque non alio tempore *Aretaeum* exstitisse credibile est, quam eo, intra quod aliqui saltem ejusdem sectae viguere medici.

At hic scrupulus quidam injici potest, *Galenum* scilicet, qui innumera medicorum nomina et opiniones scriptis suis ubique immiscuit, si *Aretaeum* subsequutus esset, non fuisse commissurum quin aliquam ejus alicubi fecisset mentionem. Profecto fatendum est, hujusmodi argumento multo facilius quemvis eo adduci posse, ut *Aretaeum Galeno* fuisse juniorem, quam ut *Euporista* illa ad *Dioscoridem* non pertinere, existimet. Neque enim omnino verisimile est, ut *Galenus Hippocraticae*, si quis alius, artis eloquentiaeque admirator, si in *Aretaei* scripta unquam incidisset, hunc, medicinae parenti ita similem ac pene aemulum, memoratu dignum non judicasset. Neque vero, cum idem hic multa de morborum tam causis quam remediis doceat minime vulgaria, ejus scripta sine aliqua vel honoris vel reprehensionis nota praetermisisset *Galenus*; praesertim cum *Pneumaticorum* caeteros frequenter collaudet, frequenter etiam coarguat. Causam vero, cur a *Galeno* auctor noster parum esse cognitus posset, invenio perquam probabilem. *Archigenis* (circa cujus aetatem vixisse *Aretaeum*, et quocum sectam habuisse communem docui-

h) Galen. i) Ac. morb. l. 2, cap. 10. k) Ac. morb. l. 2, cap. 1. l) Ibid. m) Suidas.

mus) fragmenta, sparsim apud *Aëtium* restantia, *Aretaei* scriptis ita omnino similia sunt, ut non modo curandi rationem, quae et ipsa saepe singularis et duobus hisce auctoribus quasi propria est, sed et easdem descriptiones observationesque iisdem sententiis, iisdem fere verbis expressas, apud utrumque frequentissime legamus. Quare minime mirum videri debet, si *Archigenes*, qui eadem, quae in *Aretaei* scriptis leguntur, libris suis comprehendit, quique in urbe *Roma*, terrarum orbis imperatrice, medicinam exercuit, hujus famam nominis sui celebritate praestinxerit. Quid quod verbis *Hippocraticis* quidem, sed obsoletis saepissime utatur *Aretaeus*; et, cum his temporibus fusum illud et *Asiaticum* dicendi genus invalesceret, in desuetudinem jam abierant, quae *Hippocratem* secutus eleganter hic usurpat, tum *dialectus Ionica*, tum subtilis quaedam ac venusta orationis brevitas. Contra *Archigenes*, licet in eo eadem sit alioqui forma et quasi color sermonis, minime tamen (quod ex illius scriptis apud *Galenum* restantibus patet) aut verbis, quae *Ionibus* propria sunt, utitur, aut communes eorundem more voculas unquam immutat: sed *Atticam*, id est vulgarem, sequitur loquendi normam. Atqui *Aretaei* quidem libros, si ad ipsius manus unquam pervenissent, magni aestimasset *Galenus*, qui in *Hippocratis* scriptis ipse versatissimus, ea jam tum vel a *Graecis* minus intellecta amplis doctisque illustravit commentariis; iidem vero *Aretaei* libri a caeteris medicis, utpote qui eadem, magis populari sermone, docentem in manibus haberent *Archigenem*, negligi prorsus poterant, ideoque ne *Galeno* quidem ipsi innotescere.

Caeterum quod ad hos duos *Pneumaticos* attinet, nullo modo dubitari potest, quin alter alterius vestigiis nimis presse institerit. Facilius tamen adducor, ut credam *Archigenem* ex *Aretaeo*, quam hunc sua ex illo sumpsisse. Quippe *Aretaeum* *Archigene*, uti

jam monuimus, magis verisimile est aetate aliquanto priorem, quam eo vel posteriorem vel etiam ei aequalem fuisse. Porro *Archigenes, Syria* licet oriundus, *Romae* in luce atque conspectu omnium artem suam profitebatur; et ejusdem libri in manibus atque ore hominum versabantur, non modo *Galeni*, sed et eorum, qui *Aretaei* meminerunt, *Aëtii* scilicet *Paulique* temporibus.

Cappadox noster ubinam locorum vitam egerit, incertum; proculdubio tamen in aliqua regione haec literis consignavit, cui liberum cum *Roma* intercedebat commercium: quippe qui vina aegrotantibus *Italica* dari praecipiat, *Fundanum*, *Falernum*, *Signinum* n); quod cum ita fuerit, quanam spe, quonam consilio notissimi illius auctoris lucubrationes pro suis venditare potuit *Aretaeus?* praesertim cum nihil fere in rebus, nihil in rerum explicatione immutarit, nisi quod sententias omnino similes nitida quidem et eleganti, sed antiqua et insueta orationis forma vestierit. Certe de rebus tantum ab ipso visis atque cognitis sese loqui profitetur: opinionem suam de rebus dubiis ubique profert o): de reliquis duabus medicinae partibus, *chirurgia* p) scilicet et *pharmacia* q), sese scripsisse testatur, et medicamentum a se inventum praedicat r): propriaque experientia s) praecepta sua confirmat singularis idem medendi artifex et magister. An non longe facilius hominis obscuri scripta, qui tamen cum eo sectam haberet communem, et cujus neque patria ab illius gente neque aetas ab illius aevo multum erat remota, *Romae* nondum inclaruisse comperiens, sibi ascribere potuit *Archigenes?*

Huic rei profecto simile quiddam admisit *Aëtius*, qui *Aretaei* quidem in duorum affectuum tractatione mentionem fecit, multo tamen plura ex eodem, sup-

n) Pag. 101. lin. 50. o) Pag. 51. lin. 22, 23. p) Pag. 115. lin. 36. q) Pag. 134. lin. 11. r) Pag. 132. lin 47. s) Pag. 47. lin. 44. et pag. 80. lin. 36, 37.

presso ejus nomine, passim traduxit: cum iste caeteroqui tam in descriptionibus, quam in curationibus morborum vix quicquam nisi alicujus auctoritate praecipiat. Praeter *Aëtium* non nisi pauci admodum sunt *Graeci* medici, *Galeno* juniores, quorum scripta ad haec tempora pervenerunt, *Oribasius, Alexander, Paulus, Actuarius, Theophilus* etc. Hos *Aretaeo* recentiores esse satis manifestum est. Ex his *Paulus* duntaxat *Aretaeum* nominat: atqui nec ipse *Paulus*, nec reliquorum aliquis quicquam ex eo, quantum ex horum lectione comperio, hauserunt. Hoc quidem eo magis mirum est, quod, cum libros suos ex aliorum scriptis maximam partem confecerint, vix medicamentum quodvis praecipiant, cujus usum ii non inventoris nomine insigniant, nec ullam curandi rationem imperent, quam non alicujus auctoritate commendent. Ita vel inter *Graecos Aretaei* nomen parum inclaruisse percipimus. Immo neque, postquam in *occidentalibus* his plagis *Graecae* excoli coeperunt literae, ita multos ejus scripta lectitasse animadvertimus; ex quibus etiam doctissimos, uti *Henricum Stephanum*, *Mercurialem* et *Foësium*, criticae haec magis, quam medicae scientiae gratia evolvisse manifestum est. Quare utcunque auctor hic post initia quidem *Neronis*, nondum coepto tamen (uti videtur) *Domitiani* imperio, medicinam scriptis jam illustrasset, hunc tamen a *Galeno* haud memorari res neutiquam mira est; cum ab omnibus retro saeculis usque ad hunc diem ea semper fuerit illius fortuna, ut non nisi paucis admodum innotesceret.

DE ARETAEI SECTA.

De *Aretaei* secta altum est apud auctores silentium*): primus et unicus, quod sciam, ex ipsius *Aretaei* scriptis probat, vir multae reconditaeque eruditionis, cl. *Clericus* [a]), eam fuisse, quam vocant *pneumaticam*. Hujus autem disciplinae princeps fuit *Athenaeus*, patria *Cilix*, *Attaliae* natus (unde *Coelio* dictus *Tharsensis* [b]) cum *Plinio* fere aetate conjunctus. De cujus quidem in rebus medicis philosophandi ratione haec ex *Galeno* accipimus [c]). *Secundum* Athenaei *sententiam elementa non sunt quatuor illa prima corpora, sc. ignis, aër, aqua, terra, sed eorum qualitates*, calidum, frigidum, humidum et siccum; *ex quibus duo causarum* efficientium *munere fungi, puta calidum et frigidum*; *duo* materialium, *siccum et humidum supponit.* Quintum *vero ex* Stoicorum *opinione introducit*, spiritum *cuncta penetrantem, a quo omnia contineantur et gubernentur. — Et paulo post* — Athenaeus *vero et* Archigenes spiritu *solo ea penetrante, tum naturalia consistere, tum morbos universos hoc prius offenso creari dixerunt. Unde et* Pneumatici, *veluti qui omnia* spiritibus *attribuant, nuncupantur.*

Sed quanquam nemo eorum, qui paulo ante floruerant, medicorum, *Galeno* teste [d]), ita accurate ut *Athenaeus* universam rei medicae rationem literis mandaverit, ejus tamen opera, quae fuerant plurima, penitus interciderunt, praeter reliquias quasdam, eas-

---

*) De sectae pneumaticorum medicorum historia scripsit diss. inaug. accuratam Jo. Ca. Osterhausen. Altorf. 1791. 8. K.

a) Histoire de la medecine part. 2. liv. 4. sec. 2. ch. 3.

b) Acut. morb. l, 2. cap. 1. c) De sectis. d) Element. 15.

que perpaucas, quas sparsim hodie apud *Oribasium* invenimus. Sed neque in his litera ulla occurrit, quae vel illius opinionem uberius exponat vel doceat quidnam per *spiritum* istum designare voluerit, quonam modo *pati* aut *offendi* istum putaverit, aut qua ratione denique *spiritus* istius vis ad morbos vel creandos vel tollendos pertinere censenda sit. Nam quod de *pulsu* scribit *Athenaeus*, quod scilicet sit *motus* [e]) *per distentionem naturalem et involuntariam* spiritus, *qui in arteriis est et in corde, quique ex seipso et in seipsum movetur, unaque cor moveat et arterias*, id perperam cl. *Clericus* vel intelligere vel interpretari videtur. Nam in hoc ipso *Galeni* loco non *spiritus* legitur, sed *calidi*. Atqui *spiritum* a *calido* quid esse distinctum volunt *Pneumatici*.

Idem dicendum est de *Agathino*, *Magno*, *Herodoto* atque *Archigene*, qui *Athenaeo* et secta et aetate successerunt: quorum etsi satis multa *Galeni* etiam et *Oribasii* temporibus exstiterint, perpauca tamen, eaque momenti sane exigui, ad manus nostras pervenerunt. Ita ut si quid de hac medicorum secta scire volumus, id nuspiam nisi ab *Aretaeo*, ex hac itidem disciplina profecto, petendum sit.

Spiritum igitur *Aretaeus* a corde per pulmones trahi dicit (pag. 15.), eumque tertium quoddam et ab (pag. 16.) *humoribus* et a *solidis* partibus diversum ponit, quorum omnium convenienti ordine et modo vitam hominis administrat *natura*: in hoc *Hippocratem* haud dubie secutus, qui corpus dividit (Epidem. l. 6. sect. 8.) in *solidas* partes, *humores* et ea quae *impetum faciunt*. *Spiritus* adeo hic, cum vim obtineat maximam, quasi principium motus est habitus; idemque in humana fabrica praestat, quod in mundi membris *Virgilianus* iste,

e) Galen. de puls. differ. 4. 14.

— intus alit; totosque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
(Aen. l. 6. v. 726.)

Quae quidem philosophia e *Stoicorum* scholis manavit; qui animam mundi ubique diffusam esse docuerunt, ita ut omnia, *Cicerone* interprete (natur. deor. 2, 7.), uno divino et continuato *spiritu* continerentur. Unde et *Galenus Chrysippum*, *Stoicorum* principem, *pneumaticae* etiam sectae *patrem* appellat.

Itaque *spiritus* hic, si rectam agendi normam sine ullo impedimento sequatur, universam machinam animat, alit, conservat: eodem penitus compresso (p. 10.), homo non diu permanet, sed repente moritur. Sin aliquo vitio laboret *spiritus*, aut vi aliqua labefactetur, quod idem est ac cum eum *pati* et *offendi* dicunt *Pneumatici*, varia morborum genera oriuntur, pro causarum varietate diversa.

Spiritum quippe multifariam affici posse docet *Aretaeus*. Si enim in casu *epileptico* (p. 3.) intra pectus ferveat et inclusus omnia commoveat, facit ut ad respirationis exitus, os scilicet atque nares, humorum inundatio prorumpat. Si intus nascitur, frigidus ac iners, qui nec per superiora nec inferiora facile transmitti potest (p. 18.), sed per intestinorum sinus convolutus inhaeret, *ileon* parit. Refrigeratum et humiditate oppressum consequitur asthma (p. 40.); cui igitur mulieres magis patent, quam viri, quia humidae frigidaeque sunt: eodem in morbo ex inflatione *spiritus* collum intumescit. Spissus, humidus, nebulosus *spiritus lienis scirrhum* (p. 4.), subtilis et resolutus, tenuis et siccus *phrenitin* (p. 75. et 77.), congelatus *apoplexiam* (p. 83.) creat. Idem in *tympania* licet locum non mutet, sed maneat undique aequalis (p. 49.), tamen si in nebulam quandam et aquam immutetur, tum etiam locum mutat et *asciten* adesse haud obscure praenuntiat. Quod si in imbecillo corpore parum firmus sit, cum orbe quovis facile con-

volvitur; quare si quidvis in circulo rotatum aut circumvolutum turbinem inspiciat *vertigini* (p. 122.) obnoxius, metus est ne *spiritu* etiam circumvoluto in morbum recidat. Est ubi torpentem *spiritum* (p. 77.) excitari: est ubi cucurbitularum ope ex oppressis pulmonibus (p. 94.) foras protrahi jubet *Aretaeus*. Sed suam de *spiritu* sententiam nullibi ita clare aperit, ac cum *anginae synanches* dictae naturam explicat. *Mihi autem, inquit* (p. 5.), *videtur ipsius tantum* spiritus *id esse vitium, qui prava quadam mutatione in calidissimum siccissimumque convertitur, sine ulla membri cujusvis inflammatione. Neque sane id ita fieri valde mirum videri debet; siquidem in* Charoneis *specubus homines non affectu quopiam corporis acutissime strangulantur, sed vel unico* spiritus *haustu interimuntur, priusquam corpus ullo modo sit affectum; quinetiam sine morsu quovis, sed a lingua canis recepto tantum* spiritu *in rabiem homo agitur. Eadem itaque* spiritus *mutatio intra hominem fieri potest: quoniam in homine aliae res innumerae cum exterioribus causis similitudinem habent. Succi sunt, qui extra atque intra corpus mortem inferunt; morbi venenis similes sunt, et ab epoto medicamento eadem, quae in febribus, evomuntur. Quam ob causam factum esse verisimile est, ut in* pestilentia, *quae* Athenas *afflixit, nonnulli* Peloponnesios venena *in puteos, qui in* Piraeeo *erant, conjecisse censerent; etenim pestilenti morbo magnam esse cum* venenis *affinitatem homines non intelligebant.*

Haec fere de *spiritu, quinto* sectae *pneumaticae* principio, habet *Aretaeus*: an recte, an secus senserit, judicent alii: quod vero ad reliqua *quatuor*, calidum scilicet atque frigidum, siccum ac humidum spectat, ea in singulis fere paginis ad explicandas tum morborum causas, tum curandi rationes adhibet.

Hunc in quampluribus cum *Methodicis* convenire, mihi utique non liquet; eumque qui illius scripta

paulo diligentius expenderit, ad hanc opinor sententiam accessurum. Sane a *Methodicorum* charactere nihil fere eo remotius, qui quidem nec *locum affectum*, nec *causam*, nec *aetatem*, nec *tempestatem*, nec *regionem*, nec *aegri vim* aut *naturam* aut *habitum* curant, a solo *affectu* indicationem sumere satis habentes, deque eo non speciatim, sed communiter et universe statuunt, *i. e.* *κοινότητας* quasdam, quae particularia comprehendant, sequuntur: hasque dicunt esse duas, praeter aliam mixtam, quibus nomina *στέγνωσις* et *ῥύσις*; omnemque morbum vel *στεγνὸν*, vel *ῥοῶδες*, *videl.* astrictum, vel fluentem, vel ex utroque compositum. Indicia vero curationis esse, in astrictis relaxationem, in fluentibus astrictionem; in mixto, ei quod urget resistendum (Gal. de sectis 291.).

Ad hunc modum perspicue et luculenter *sectae methodicae* de re medica opinionem aperit *Galenus*. Quid autem huic simile effert *Aretaeus?* qui de hoc *astrictionis fluorisque* commento ne verbum quidem prodidit: qui cum de morbis tractaret, id sibi tanquam perpetuam scribendi regulam praescripsit, ut eorum *causas* praecipue *sedesque* erueret, signorum varietatem et implicationes omni qua posset subtilitate explicaret: quique caetera ita minute et exquisite persecutus est, ut quod ad aëris constitutionem, ad coeli oras, ad naturae vires, ad corporis temperiem, ad aetatum denique rationes spectaret, ne minimum quidem praetermiserit. Exemplum liceat proferre. In *phthisi* (pag. 36. 37.) describenda quo judicio, qua accuratione formam morbi et lineamenta adumbrat? ita ad naturam exprimitur facies ista *Hippocratica*, ut etiam in conspectu nostro quasi spectrum aliquod versari videatur. Multa ibi de mali ipsius vario genere, multa de symptomatum gradibus, nonnulla de praesagii notis disserit: quae demum aetas, qui habitus, quae regio huic labi suscipiendae maxime idonea

sit, haud vulgari acumine recenset. Horum fere singula apud *Methodicos*, ut unum pro omnibus adducam *Coelium Aurelianum* (morb. chronic. lib. 2. cap. 14.), frustra quaesiveris. Ita parum cum *Methodicis* congruere videmus *Aretaeum*. Quod si in curandi ratione cum iis saepe conveniat, idem de caeteris quibuscunque *sectis* statuendum: nam quod ad *remediorum* delectum attinet, etiam *Dogmatici* atque *Empirici*, quorum de morborum rationibus opiniones dissitissimae sunt, ne dicam contrariae, haud valde inter se dissentiunt.

Sed de *secta Aretaei* satis; ad alia properandum est. Hoc unicum subjicere liceat, nihil esse hoc scriptore ad naturae veritatem efformatius, nihil distinctius, nihil enucleatius, nihil pictius: cujus sane ingenium, ut *Phidiae* signum, nequit simul non et aspici et probari. Iis quippe coloribus, tanquam exquisitus artifex, morborum imagines effingit, ut eos inter legendum oculis usurpare videamur.

Varia *maniacorum* (pag. 31. E. et seq.) specimina, eaque fere ab aliis intacta, tanquam in tabula depicta contemplari libeat: ut, *quibuscunque cum hilaritate* insania *est, noctes diesque rideant, ludant, saltent, ut in libidinem palam ferantur: et tanquam ex certamine aliquo victoriam adepti cum coronis incedant: species haec astantibus innoxia est. Alii vero, qui cum iracundia furunt, etiam vestes suas aliquando discindunt et ministros obtruncant et sibimet ipsis mortem consciscunt; et haec quidem species non sine periculo est etiam eorum, qui intersunt. Species autem sunt innumerae. Qui ingeniosi et eruditi sunt*, astronomiam *sine praeceptore*, philosophiam *per se ipsos callent,* poëtices *tanquam ex afflatu musarum periti sunt; ita vel in morbis aliquid emolumenti habet liberalis institutio. Rudes autem et indocti homines vel pondera circumferunt, aut lutum in fictilia efformant, aut fabrilem artem exer-*

cent, aut lapides dolant. Vanis etiam opinionibus addicti sunt; etenim homo fuit, qui ne ampullae *quaedam deciderent metuebat, quoniam ex iis unam se esse arbitraretur; et alius quidem* laterem *esse se existimans bibere prorsus noluit, ne humore difflueret.*

Haec etiam historia fama divulgata est: faber erat quidam, qui, cum esset domi, prudens omnino fuit artifex, ligna perite metiebatur, scindebat, complanabat, clavis connectebat aptabatque, domum solerter exstruebat: cum iis, qui opera locabant, colloqui, pacisci, justamque poterat laboris mercedem exigere. Is adeo intra locum ubi artem exercebat, suam, mente plane constabat: at si vel ad forum vel ad balneum vel alio quavis de causa esset egressurus, instrumenta deponens primo ingemiscebat, deinde in ipso exitu constringebat humeros; postquam autem e domesticorum conspectu et ab opere suo ejusque limitibus processisset, homo prorsus insaniebat: et si reverteretur illico, redibat etiam ad se; ita mens ejus et artis locus iisdem erant circumscripta terminis.

Epilepticum (pag. 2. 3.) vero, totis artubus contortum atque convulsum, *tetano* (pag. 3. 4.) laborantem, quasi fidiculis distractum discerptumque, quis est qui, cum semel perlegerit, non statim se praesentem adesse et coram intueri quodammodo sentiat: ita ut a *malo victus* (cum *Aretaeo* loquor) *nullam ultra medicinam adhibere conatus una cum iis dolere tantum* condiscat. Quae sane illius atque omnium, uti arbitror, judicio *magna est medici infelicitas.*

DE
ARETAEI
IN
REBUS ANATOMICIS SCIENTIA.

ARETAEUS rei *anatomicae* scientiam tum ad morborum causas, tum ad medendi rationes investigandas ita necessariam esse judicavit, ut in ipso singulorum fere capitum initio quaedam de fabrica partis affectae perstrinxerit. In quo quidem *Erasistrati* atque *Herophili* vestigiis institisse videtur, qui *sectae dogmaticae* principes habiti, neminem, nisi in hac arte versatum, medici munere, uti decebat, fungi posse voluerunt. Itaque, scriptor utcunque brevis atque concisus, hunc locum fusius atque distinctius, quam ii, qui inter veteres de morbis tractarunt, explicuit *Aretaeus*. Quam vero ille rerum *anatomicarum* notitiam habuerit, ipsius *Aretaei* interpres fidus paucis persequar.

Cor igitur ex illius sententia vitae atque roboris principium (pag. 16. lin. 9.) est; in eo anima et natura (p. 16. lin. 29.) ejus locatur. Quod et *Hippocrates* et *Chrysippus Stoicus* docuit. Quare *syncope* (p. 15. lin. 61. 62.), cum *cordis* vitaeque morbus sit, humanae constitutioni plane adversaria est, et vinculorum quaedam dissolutio est, quibus facultas continetur vitalis. *Cor* (p. 10. lin. 23. 24.) vero, viscus calidum, in medio *pulmonum* jacet, quod respirationis vitaeque principium est: illud etiam frigidi aëris attrahendi desiderium *pulmoni* injicit, siquidem eum incendit: *cor* autem est id quod attrahit.

Pulmo (p. 10. lin. 37.) autem naturaliter doloris est expers, quoniam illius substantiae raritas quaedam inest, *lanae* assimilis; *arteriae* vero per eum disseminantur asperae, cartilaginosae, eaeque etiam doloris

immunes: musculos nusquam, nervos tantum exiguos habet et tenues, qui motui ipsius inserviunt. Et haec vera causa est, cur in *peripneumonia*, quae *pulmonis inflammatio* est, dolorem *pulmo* non percipiat, sed adsit pectoris quaedam gravitas, quae tamen dolore vacet. *Membranae* (p. 10. lin. 44.) vero omnes, per quas *pulmo pectori* annectitur, sensu acutissimo praeditae sunt: quae si cum eo inflammentur, accedit etiam dolor; veluti cum *pleuritis* comitem habeat *peripneumoniam*.

Eadem etiam ratio est in *sanguinis rejectione*, quod in eo tantum casu (p. 15. c.), ubi sanguis ex *pulmone* fertur, qui affectus omnium est gravissimus, aegri etiam cum ad ultima ventum est de se non desperent, quia scilicet *pulmo* dolorem non sentiat. Nam vel in exiguo dolore laborantes mortem horrescunt, et plerique magis exterrentur quam laeduntur: contra, cum in maximis affectibus dolor abest, nullus etiam mortis subest timor; et id mali magis perniciosum est, quam terrificum.

Arteriarum pulsus sanguinem propellunt, quare si vulnerentur eae, ob frequentem earum motum orae vulneris non facile committuntur (p. 13. lin. 59. 60.). *Arteria crassa* (p. 108. lin. 5.), quae secundum dorsi spinam juxta *venam cavam* protenditur, *aorta* scilicet (ab *Aretaeo* post *Praxagoram* [a]) *ἀρτηρία παχείη* dicta) una cum *vena cava inflammationem* patitur: quae quidem *inflammatio* a veteribus *causi* species vocata est. In ea enim notae similes iis, qui in *causo*, oriuntur; febris etiam sicut in *causis* ad *syncopen* tendit: etenim *venae* radix est *jecur*, *arteriae* vero principium *cor*. Haud abs re igitur existimes superiores horum viscerum partes praecipue laborare; cor enim *arteriae* calorem impertit, *venae* autem jecur sanguinem: et cum utraque magna sit, magnae item

a) Rufus Ephesius de appellat. corp. human. lib. 1. cap. 34.

sunt quae his innascuntur *inflammationes*. Eadem vero (pag. 21. lin. 21.) *arteria* in *venae cavae inflammationibus* juxta spinam palpitat; quod a pulsu in altera praecordiorum parte significatur. Nam *arteria* juxta *venam* ad sinistrum latus posita cum illa consentit, utpote quae in omne corpus diducatur. De hoc *arteriae venaeque* hujus affectu vix ulla apud antiquos, quorum scripta in manibus nostris versantur, reperiri potest mentio. Quicunque autem de eo tractaverint, *Praxagorae* opinionem in hac re secuti sunt; qui uti e *Ruffo Ephesio* discimus, in ea *vena*, quae a *jecore* in *renes* mittit propagines, *initium* esse *febrium* affirmavit: solamque eam *κοίλην* ipse nominavit: quanquam alii illam itidem, quae sursum in cor per septum transversum evadit, ita (lib. 1. cap. 33.) appellaverint. Ita quoque eandem vocat, ambasque has ejusdem *venae* continuationem esse docet *Aretaeus*.

Venae a *jecore* tanquam radice oriuntur, ab eoque sanguinem accipiunt. A *portis jecoris* (pag. 20. lin. 32.), inter ejus extrema, *vena* lata procedit, quae in tenues ac plures usque divisa in totum denique *jecur* per venas adeo minutas distribuitur, ut eae visum effugiant. Harum summis osculis aliarum extremitates committuntur, quae ex tenuibus pluribusque majores paucioresque fiunt, et in medio tandem *jecore* in *venam* unicam atque grandem coalescunt. Inde per divisionem duae factae ultra *jecur* pertinent. Harum altera, primam *jecoris* fibram sursum penetrans, in gibba ejus parte iterum emergit: et postea, *septo transverso* perforato, intra pectus protensa, nulli rei adhaerescens, sed ibidem suspensa, *cordi* inseritur; *vena cava* haec vocatur. Altera, quinta et inferiore *jecoris* fibra usque ad gibbam ejus partem trajecta, juxta spinam exit, eique usque ad coxas praetenditur; haec etiam *vena cava* est: idem enim nomen obtinet, quoniam una atque eadem *vena* est, initium sumens

a *jecore*. Nam si quis velit, lamellam possit a superiore *vena cava*, quae ad *cor* pertingit, in eam, quae juxta *spinam* serpit, rursusque a *spina* per *jecur* intra *cor* transmittere; eadem enim via est.

In *vena* hac praeter *inflammationem* supra memoratam oriuntur affectus, quae vocantur *κέδματα* (pag. 20. lin. 63.): in quo casu *sanguinis* ex istius ruptione *profusio* citissime interimit.

In *cavam* autem (pag. 96. lin. 16. 17.) in *cubito venam* ex omnibus praecipuis visceribus est sanguinis via: haec autem quaeque hac superior *vena* est, unius *venae* in brachio sunt propagines, quo fit ut nihilo magis juvet, superiorem quam hanc incidere: nam propaginum ignari sunt, quotquot superiorem *stomacho* et *jocinori* annectunt. At si a *liene* fiat sanguinis profusio, sinistrae manus *venam* illam, quae inter minimum digitum atque annularem jacet, medicorum nonnulli incidere jubent, quoniam ad *lienem* usque pertinere arbitrantur: sed ipsa etiam inferioris *venae cubiti* propago est: cur itaque hanc prope digitos potius, et non in *cubito* quis inciderit? Etenim in *cubito* major est et sanguinem facilius effluere permittit.

Opus *procreandi* (pag. 19.) *sanguinis* ad *jecur*, quod est *venarum radicatio*, pertinet; unde et illius maxima pars *sanguinis* quaedam *concretio* est. Etenim ut alimento in *jecur* (pag. 106. lin. 50.) semper patet introitus, nec alia via est, per quam cibus in omne corpus a *ventriculo* et *intestinis* diducatur, ita et ex hoc viscere in universum corpus sanguinis emanatio est. Quae et *Erasistrati* fuit sententia. *Portae jecoris* ex membranis nervisque tenuibus quidem illis, maximi tamen ad vitam momenti, atque ex venis grandibus contexuntur. Itaque exiguae inflammationes saepissime ibidem oriuntur. Praeterea, ut *philosophi* quidam prodiderunt, huic loco *animae appe-*

titus insidet. *Bilis* (pag. 44. D.) autem in *jecore* creatur, quae per *vesicam* in hoc viscere sitam secernitur, et per vias quasdam in intestina defertur. Quae viae si vel *inflammatione* vel *scirrho* obstruantur, et ista exundet *vesica*, *bilis* retro fluit; itaque sanguini commiscetur, qui per omne corpus dimanans *bilem* quoque in omnia membra secum trahit; inde in *ictero* corporis species *bile* tingitur. Stercus autem album est argillaeque simile, neque *bilis* colore tinctum, quoniam humoris istius affluxu caret: unde alvus etiam sicca est, quia *bile* neque madescit neque stimulatur.

Lienis (pag. 44. E.) alimentum nigrum est, isque sanguinem atrum quasi deterget et elaborat. *Lien* est viscus rarum (pag. 43. lin. 52. 53.) et naturae dissolubilis (pag. 44. lin. 7.): itaque vitiis, *vomicae* puta aut *abscessui*, facile obnoxius.

Stomachus (pag. 56. lin. 39.) voluptatis ac molestiae dux est; et eo quod cordi facultatum omnium principio sit vicinus, (siquidem cordis pulmonumque medio (pag. 57. lin. 31.) annectitur, et una cum illis spinae adhaerescit,) ad robur animique sive firmitatem sive demissionem per consensum cum *anima* multum valet. Haec *stomachi* praecipua est facultas. Ex voluptate nascitur bona concoctio, carnosus corporis habitus, colorque vividus; ex molestia his contraria et interdum animi dejectio, *stomacho* alimenti indigente. *Stomachi* vero affectus proprii sunt (pag. 16. lin. 16.) *nausea*, *vomitus*, *cibi fastidium*, *singultus*, *eructatio*, et ea nonnunquam acida. Licet vero *stomachi* constitutio (pag. 132. lin. 23.) in *stomachicis* plerumque siti vacet, in eo tamen *sitis* (pag. 128. lin. 37. 38.) origo et fons est.

Colon etiam pariter ac *ventriculus* (pag. 58. lin. 14.) *concoctioni* inservit (pag. 45. lin. 7.), ab eoque ad *je-*

e *

cur deducitur alimentum. Neque vero alimentum omne per canales tantum sensibus expositos, sed vel multo majorem ejus partem universo corpori natura per *vapores* subministrat, qui ab omni in omnem partem facile transeunt, a natura etiam per solida atque densa diducti. *Colon* autem intestinum est (pag. 19. lin. 18.) praegrande et undequaque fusum atque sinuatum: tenuibus intestinis et carnosius et crassius et noxae tolerantius; itaque cum hic insederit dolor *colicus*, levius est periculum. Affectis quippe *tenuibus intestinis* (pag. 19. lin. 4.) tenuis et acutus subest dolor; ubi vero *colon* laborat, plurima est humoris abundantia, et gravitas ei inhaeret. Porro propter illius situm atque connexionem dolor modo ad costas pertingit, ac *pleuritidis* opinionem facit, siquidem in his etiam oritur febris; modo hic aut illic sub iis costis, quae *nothae* vocantur, percipitur; ita ut *jecur* aut *lienis* dolere videatur, rursusque ad ilia descendit. Quibusdam etiam ob eandem causam *ossi sacro* infigitur, et femoribus musculisque testiculorum qui *cremasteres* appellantur; cujus quidem rei rationem ipse non ignorans medicorum quorundam inscientiam perstringit, qui in hoc casu *cremasteras* exciderant, quasi propriam mali causam in se continuissent (pag. 59. lin. 34.). Quid *recentiores anatomici* afferunt ad veritatem propius adductum?

Intestinorum (pag. 61. lin. 18.), uti *ventriculi*, sunt *tunicae duae*, quarum altera alteri oblique superincumbit: quando igitur harum connexio dissolvitur, uti nonnunquam fit in *dysenteria*, *interior tunica secundum* longitudinem absistens foras exit, multisque veritatem ignorantibus excreti ipsius intestini metum injicit, et *exterior* tantum intus remanet, carnemque contrahit, et ad cicatricem perducitur, homoque sanescit; id *inferius intestinum* tantummodo patitur, quippe cujus *tunicae* carnosae sint.

Renes natura glandulosi sunt (pag. 52. lin. 42.), sed colore rubicundiores, *jocinori* potius similes quam *mammis testiculisque*; hi enim glandes sunt, sed albidiores. *Renes* autem testiculorum figuram referunt, magis lati tamen et incurvi. His sinus insunt exigui, collo angustiori, percolandae urinae inservientes: ex quibus nervosi duo exeunt, fistularum instar, canaliculi sive *ureteres*, qui *vesicae* humeris utrinque inseruntur; et ab utroque *rene* aequalis est ad *vesicam* urinae via. Natura sinus *renum* oblongos et *ureteribus*, qui angustiores sunt, aequales fabricavit (pag. 53. lin. 7. 8.).

Vesica (pag. 55. lin. 29. 30.) crassitudinis est admodum exiguae, *nervusque* natura existit; quapropter neque carnem contrahit, neque ad cicatricem facile perducitur. In repletione distenditur, et cum inanis est, considit; itaque idem in *ulcere*, quod *articulus* in extensione et contractione patitur: atqui in *articulo* omnia difficulter sanescunt *ulcera*. Ad haec urina biliosa et acris *ulcus*, si *vesicam* occupaverit, erodit.

Prope se invicem jacent *anus* et *vesica* (pag. 55. lin 10.); quamobrem in *recti* inflammatione *vesica* urinae difficultate afficitur; et in *vesicae affectibus sedes* nihil dejicit, quamquam haud sit alvus sicca.

Membranae sunt (pag. 64. lin. 52.) ilibus affixae, quae *uteri* ligamenta sunt nervosa: harum illae, quae *uteri* fundo inseruntur juxta lumbos, tenues sunt: alterae juxta cervicem ejus hinc atque hinc *ilibus* adhaerescentes valde nervosae existunt lataeque tanquam navigii vela. Itaque si omnes hae *membranae* relaxentur, sede sua foras exit *uterus*. Apparet aliquando ex *duabus uterum* succingentibus *membranis interior*, et ab alterius continuitate divellitur: etenim *duae* tan-

tum membranae istius divisurae sunt: quarum haec ob humoris fluxionem abscedit, sicut etiam ex *abortu* et *partu* violento: tum vero *chorio* adhaerescit; nam si illud vi extrahitur, simul prodit *uteri tunica:* at si foemina mortem evaserit, in sedem suam regressa, ei ad amussim connectitur vel paululum extra propendet. *Uteri* aliquando *osculum*, usque ad *cervicem* duntaxat, prolabitur; sed ultro se recipit, si suffimenta adhibeantur vel obstetricis manu sensim placideque reponatur.

Caput sensuum *nervorumque* originis locus est (pag. 73. lin. 50. 51.), sanguinemque a corde potius attrahit quam aliis membris impertit. Itaque cum morbi causa *nervis* insit, sensus noxa haud vacant. Nervi licet (pag. 79. lin. 59.) illinc undiquaque oriantur, tamen *sinciput* (pag. 85. lin. 53. 54.) locus omnium sensuum communis: ab eoque omnia adjumenta omnesque noxae derivantur. Quare in *fomentis* adhibendis, usque ad *verticem* tantum, neque ulterius procedere oportet. Neque solum *sensus* initium esse a *nervis* (pag. 34. lin. 13. et seqq.), sed membrorum actionem et *motum* omnem ab iis ortum habere, *Erasistrati* sequax, voluit *Aretaeus*. Proinde si infra *caput principium aliquod afficiatur, uti* medullae spinalis membrana, *partes, quae eodem nomine vocantur, et etiam continuae sunt, resolvuntur*; dextrae, *si* nervi *dextri laesi fuerint: si sinistri, laevae. At si mali principium sit in* capite, nervis *affectis dextris, sinistrae resolvuntur partes: laevis itidem patientibus, dextrae. Hujus rei causa est, quod* nervorum *situs juxta originem invertitur; etenim dextri non in directum ad dextras partes usque ad finem pertingunt: sed utrique origini suae inserti continuo se invicem transeunt in figuram literae* graecae X, *ad oppositam partem tendentes. Utque in summa di-*

cam, sive totum simul corpus, sive aliqua membra vel ab alterutra, vel ab utraque parte resolvuntur; nervi *interdum, qui a* capite *oriuntur, laborant, qui, ut paucis dicam*, sensu *facile privantur, sed per sepsos* motum *haud ita facile amittunt: iidem, si per consensum ab his qui* motui *inserviunt aliquid vitii contraxerint*, motus *quoque paululum deperdunt: aliquid enim* motus, *quanquam haud ita multum, naturaliter habent per se. Interdum vero laeduntur* nervi, *qui ex aliis musculis exeuntes in aliis terminantur: et hi sunt, qui praecipuam* motus *partem continent, eumque* capitis nervis *impertiunt*; *ab istis enim plurimum* motus *hi derivant, licet per se habeant paululum*; *isti igitur* motus *defectionem praecipue patiuntur*: *raro autem aut, ut ego arbitror, nunquam per se sensum amittunt. Et si forte fasciculus quispiam* nervorum, *qui ex osse quovis proficiscentes in alio finiuntur fiunt, vel exsolutus fuerit vel disruptus, impotentes et trahuntur partes*, sensu *tamen non privantur.*

Nervis autem morbus proprius est, juxta *Aretaeum, tetanus* (pag. 15. lin. 58.): iisque praecipuam inesse *melancholiae* (pag. 124. lin. 48. 49.) causam docet: eos in *phrenitide* (pag. 73. lin. 8.) laborare ac saepe contrahi: omnium autem *nervorum* affectum esse *arthritidem* (pag. 65. lin. 28. 29.).

Haec fere ad rem *anatomicam* spectantia exposuit *Aretaeus*; non ut humani corporis fabricam quasi dissector doceret, sed ut, quod medici est, illius notitiam ad morborum rationes explicandas accommodaret: *dogmaticorum* morem secutus, qui, *cum interioribus partibus et dolores et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, quas ipse ignorat* (Celsus in praefat.). Itaque in nullius magistri verba juratus, licet modo ad *Hippo-*

cratis, modo ad *Erasistrati*, modo ad *Herophili* sententiam accedat, suam tamen interea opinionem libere interponit.

D E

CURANDI RATIONE,

QUAM TENUIT *ARETAEUS.*

Uti ex proprio, non ex alieno penu haec de medendi arte monumenta deprompsit *Aretaeus*, ita in eadem *naturae ductum* (pag. 121. lin. 13. 14.) et *magistram*, quam ipse vocat *optimam* (pag. 80. lin. 42.), secutus est *experientiam*; nec quidem ille magis in stylo efformando, quam in remediis adhibendis, peritus artifex et concinnus. Eo ordine, eo judicio, ita distincte pleneque traduntur curandi rationes, ut vix quicquam in hoc genere ex summi scriptoris manibus exierit absolutius. Quae ab antiquioribus dicta, eorum alia, utpote optima, selegit, alia limavit et expolivit: quaedam ipse primus haud infeliciter tentavit. Sed haec alias: nunc quod hujus loci est, varia medendi genera, quibus ille est usus, perbreviter recolamus.

De Vomitione. Vomitum cieri, tam in acutis, quam diuturnis morbis, *Hippocratis* vestigiis insistens, praecipit *Aretaeus*. Quippe si *bilis* aut *pituita* exundet, si cibi corrupti [a]) aut humorum sive *cruditas* [b]) subsit sive *copia* [c]), si accedat *nausea* [d]), si porro *stimulo* quodam aut corporis *contentione* (p. 82. lin. 23.) uti oporteat, si denique *altas radices egerit* morbus [e]),

---

a) In ileo. pag. 105. lin. 40. et in epileptico puerorum paroxysmo. pag. 84. lin. 18. b) Ibid. et in cholera. pag. 103. c) In coeliacis. pag. 132. lin. 35. d) In apoplexia. pag. 82. lin. 23. e) In elephantiasi. pag. 134. lin. 60. et pag. 136. lin. 12.

ita ut caetera incassum fuerint remedia, haec curandi via optimo consilio adhibetur. Vomitio autem interdum *aqua tepida*[f]) aut *oleo*[g]), interdum *mulsa*[h]) aut *radiculis*[i]), idque modo *jejuno*[k]) stomacho, modo a *coena*[l]) et a *radicularum* esu commode effici potest, siquidem leniter agendum sit: sin efficacius quid requiratur, *helleborum* utrumque commendat, sed maxime *album*; ultimum valentissimumque omnium evacuantium auxilium (pag. 118. lin. 22.). Hoc autem dari jubet cum *alica* aut *lente* incisum ad ʒij; vel imbecillioribus cum melle decoctum ad cochlearia duo vel tria[m]). Quod itidem factitavit ejusdem disciplinae sequax *Herodotus*[n]). Sed alias easque haud mediocres virtutes habet *helleborus albus*; *neque enim* vomitum *modo provocat* (p. 136. lin. 12. 13.), *sed est medicamentorum etiam omnium ad humores* purgandos *efficacissimum: non excretorum varietate et copia, id enim* cholera *morbus potentius facit; neque vero intentionibus et violentia inter vomendum, id enim nausea in mari validius praestat. Caeterum neque vim neque qualitatem malam habet; quo fit ut laborantibus salutem reddat, et per exiguam purgationem, et cum intentione parva. Porro vetustorum omnium morborum, qui radices jam altas egerint, cum reliqua auxilia nihil quicquam opis praestiterint, id unicum remedium est: siquidem* igni *facultate par est* helleborus albus, *et quicquid ignis*

---

f) In cholera. pag. 103. lin. 55. et coeliaco morbo. pag. 132. lin. 35. g) In ileo, pag. 105. lin. 44. h) In coeliaco morbo. pag. 132. lin. 35. i) In coeliaco morbo. pag. 132. lin. 36. et elephantiasi, pag. 134. lin. 56. et melancholia. pag. 125. lin. 33. et scotomate, pag. 118. lin. 60. k) In coeliaco morbo. pag. 132. lin. 35. et elephantiasi, pag. 134. lin. 54. 55. et melancholia, pag. 125. lin. 33. l) In elephantiasi, pag. 134. lin. 55. et scotomate, pag. 118. lin. 60. m) In scotomate, pag. 119. lin. 5. n) Oribas. med. col. lib. 8. cap. 1. 2. 3. 7.

ustione facit, illo plus helleborus *albus per interiora discurrens operatur: spirationem nempe facilem ex difficili, ex malo colore bonum, et ex macie habitum corporis pinguem efficit.* Et hanc fortasse medicinam libentius adhibuit *Aretaeus, claro* ductus *Herophili praeconio* o), *qui helleborum fortissimo duci similitudine aequabat; concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire.*

Id obiter notandum, ab *Aretaeo* praecipi *vomentia,* non modo ut *primae viae* expurgentur aut quicquid crudi ventriculo inhaeserit sursum ejiciatur, quod quidem unice veteres attendisse videntur; sed ut motu illo vehementi et contentione qua inter vomendum ventriculus caeteraque viscera cientur (pag. 82. lin. 23.), tum solidae partes succuti ac stimulari, tum humores aut resolvi aut revelli possint. Itaque omnibus fere in *capitis* morbis *vomitum* excitari jubet. Et recentior experientia nos abunde docuit, quam vim in morbis *chronicis*, ubi altas radices egerint, exerceat haec medendi via, praesertim in *ischiade*, in *tumoribus oedematosis*, in *ictero.*

De purgatione. *Purgantia* in morbis plerisque *chronicis* vel ad educendos humores, vel ad revellendos, vel ubi quid stimulo cieri oporteat, passim adhibet *Aretaeus.* Horum alia ex medica materia, uti *thymus Atticus, coccus Cnidius, aloë, hiera,* quam quidem ad ℨij. dari praecipit: alia ex valentiore constant, ut *cneorum* puta, *elaterium, aes combustum* et *helleborus* niger. Efficacissimum vero omnium vel sursum vel deorsum purgantium *helleborus* albus. Et his quidem vel per se vel cum ptisana et mulsa uti convenit.

De clysteribus. Alvus itidem ducitur ope *enematis*, idque commode, siquid in intestinis emol-

o) Plin. histor. natur. 25. 5.

liendum aut excernendum sit, vel siquid a visceribus aut a capite revellendum. Itaque in omnibus fere morbis, quos comitatur *inflammatio*, perpetui sunt usus. *Enematum* materia pro varietate morbi multiplex est: *sal*, *nitrum*, *hyssopus*, *ruta*, *centaureum*, *terebinthina*, *castoreum*, ex *oleo* vel *aqua* decocta. Quod si stimulo opus fuerit, injicienda sunt acriora, quae *pituitam* et *bilem* educant, veluti *euphorbium* ac *colocynthis* (Apoplex. pag. 81. lin. 55.).

De sanguinis missione. Sanguinem in morbis quibuscunque, sive diuturnis sive acutis, utut in his frequentius, mitti jubet *Aretaeus*. Etenim cum acuti sint, persaepe ita in praecipiti stat vita, ut nisi haec medendi via malum abegerit, illico moriendum sit: igitur ille, cunctatione omni abjecta, hoc auxilii genus prae caeteris esse tentandum judicat. Quare cum sanguis incensus fuerit, uti in peracutis morbis plerumque accidit, venam mature atque fidenter aperit. In renum inflammatione v. gr. expedite et copiose. In angina sanguinem educit latiori incisione, ut cum impetu et confertim exeat, quoniam ita fluens erit et ad calorem quam citissime mitigandum et ad strangulationem solvendam et ad reliqua omnia mala imminuenda efficax: in pleuritide primo die et iterum eodem die extrahit: in peripneumonia et jecoris et venae cavae inflammatione *duarum* simul venarum sectionem praecipit: in omni denique haemorrhagia actutum, eo judice, secanda est vena, et assidue, postquam paululum sanguinis detractum sit, iterum detrahendum est et eodem die et postridie et die perendino. Ita in venae cavae inflammatione idem opus saepius repetit. Sed sanguinem mittere uti frequenter est res admodum delicata et nonnunquam periculi satis plena, ita acerrimo judicio utendum esse monet: quo fit, ut in angina, pleuritide, peripneumonia, qui morbi sunt maxime praecipites, utcunque quoad anima

deficere incipiat, continuari debeat sanguinis detractio, non tamen quoad omnino defecerit, eum fluere sinendum sit. Etiam in apoplexia praestat, inquit, debito minus mittendo delinquere: nam si largiori detractione opus esse videatur, et bonae aliquae appareant notae, vena potest iterum incidi. Ad eundem modum in jecoris et venae cavae inflammatione, in cephalaea, in melancholia, multus sed non confertim, bis nempe ac ter, idque alio die, mittendus est sanguis, ut vires interim confirmentur. Idem in omnibus diuturnis (p. 115. lin. 11.) morbis praestare convenit.

Venas autem in diversis corporis partibus, praecipue quidem in *cubito* et in *talo*, quandoque autem sub *lingua*, in *fronte*, in *naribus*, in *pube* p) incidere jubet. Primus autem ex scriptoribus, quorum opera his diebus supersunt, *venae sectionis* in *manu* mentionem facit *Aretaeus*, in eo loco, ubi contra medicos quosdam disputat, qui *sinistrae manus* venam illam, quae inter minimum digitum atque annularem jacet, in rejectione sanguinis (pag. 96. lin. 27.) incidi voluerunt: primus itidem mensuram sanguinis, quae aliquando emitti debeat, ad *heminam* (pag. 112.) scilicet aut ad *heminae dimidium* (pag. 116. lin. 37.), praescripsit: quod quidem accuratissimi scriptoris cl. *Danielis Clerici* diligentiam fugit, cum *Aretaeum* de hac re nihil prodidisse affirmet q).

Haec de venarum sectione. Secuit etiam, nullo quod sciam auctore inductus, in cephalaea, vertigine atque epilepsia *arterias*: easque ad verticem, ad oculi angulos, juxta nasum, eas tum ante, tum pone aurem sitas, earumque *majores* quidem ramusculos (pag. 115.) aperiri commode posse scribit: quanquam harum uti-

---

p) Quando secetur quaepiam ex his vena, v. Indicem in voce Phlebotomia. q) Histoire de la medecine, part. 3. liv. 3. ch. 4.

que quae *anterius* ad aurem jacent, nullam apud scriptores mentionem fieri perperam affirmet *Severinus*. (De chirurg. effic. 40.)

De cucurbitulis. Cucurbitularum usus apud *Aretaeum* uti et apud *Hippocratem* frequentissimus in omnibus fere morbis, ubi sanguinem mitti oporteat: idque tam in lentis quam in subitis casibus; in *lethargo, cephalaea, melancholia, epilepsia, coeliaca* atque *iliaca passione* ac etiam *hysterica*, perinde ut in *apoplexia, tetano, phrenitide, syncope, peripneumonia, cholera, jecoris* aliarumque partium *inflammationibus*. Et hoc quidem ille factitavit pro morbi natura diversimode et in variis locis. In *melancholicis* cucurbitas jocinori et ventriculo aut hujus ori admovet; dorso item aut inter scapulas, qua parte adhaerescit illi stomachus. In *phreniticis* atque *lethargicis vertici* potius; in *apoplecticis* et *tetano* correptis *occipiti* imprimendas esse censet. Et in hoc ultimo quidem affectu eae ab utroque spinae latere applicandae: sed parum admodum flammae adhibendum: nam arcta cucurbitulae labiorum impressio dolores convulsionesque excitat: oportet ergo diu trahere ac leniter potius, quam brevi tempore festinanter id efficere. Contra in *pleuritide* cucurbitula debet esse magna, undequaque lata et ad dolentem locum ambiendum capax: multaque sub ea flamma succendenda est; non modo ut carnem attrahat, verum etiam ut ante ignis extinctionem calefaciat. Extincto igne, si scarificando tantum sanguinis detraxeris, quantum vires permiserint, evidentissimum est in *pleuriticis* auxilium.

Cucurbitulas etiam *siccas* sine ferro, quas *κούφας* vocant, adhibet, aut coxis easque (phrenit. 76. apoplex. 83.) dorso aut inter (ileos. 105. choler. 104.) scapulas aut abdomini infra umbilicum (ibid.) affigi praecipit.

De sanguisugis. Restat et alia sanguinis mittendi via, ab *Hippocrate* et veteris aevi medicis haud quaquam memorata: eam primus hirudinum ope instituisse vel saltem scriptis mandasse videtur *Themison* r), *Asclepiadis* auditor, qui aetate paulo *Aretaeum* praecurrit. Sed utcunque hoc fuerit *Themisonis* inventum, nulla ejus apud *Celsum* nec etiam apud *Galenum* occurrit mentio. *Aretaeus* autem hirudines tribus in locis admoveri jubet: in satyriasi nempe ad sanguinem ex intimis locis educendum; in coeliaco affectu eas post cucurbitulas apponit: in jecoris denique inflammatione nonnullis hirudines magis quam scarificationem prodesse scribit: siquidem bestiolae morsus interius descendit et majores erosiones facit: unde sanguinis profluvium ab his concitatum aegrius supprimitur. Postquam autem animal saturatum exciderit, cucurbitulam affigit, quae ex intimis partibus sanguinem jam attrahat.

De medicamentis: Ut in signis morborum explicandis, ea praecipue quae ad *prognosin* pertinent *Aretaeus Hippocratis* auctoritate stabilivit; (quem, *Celso* (praef. ad lib. 2.) teste, recentiores quoque medici, quamvis quaedam in *curationibus* mutarint, tamen haec optime *praesagisse* fassi sunt;) ita in acutorum curatione ejusdem vestigia presse secutus est, praesertim quoad victus institutionem ac missionem sanguinis. Medicamenta in peracutis affectibus praeter vomitoria et purgantia per os sumenda aliquando praecipit: sed ea neque varia admodum neque multiplicia. Horum quippe aegrotantium optimam medelam, eodem duce s), ab *alimento* peti judicavit; neque raro ea, quae aegrotantibus offert, medicamenta eorum cibo quasi furtim (pag. 90. lin. 32. 33. pag. 98. lin. 53.)

---

r) Cael. Aurelian. in cephalaea.

s) Hippocr. lib. aliment.

immiscet. Cibum vero cunctis febricitantibus humidum esse aptissimum post medicinae parentem docet: (pag. 74.) *ptisanae* praesertim varias praeparationes exhibens, ejusque virtutes magistri sui verbis praedicans: ita ut ad febrilem aestum temperandum sorbitionibus potissimum confidat. Itaque sive urinam (letharg. phrenit.) cieri, sive humores attenuari et incidi (pleur. perip.), sive sputa educi (ibid.), sive alvum liquari (ib.) cupit, cum ptisanis atque jusculis modo simplicibus, modo in quibus medicamenta ad id idonea dissolvuntur, id exsequitur. Utcumque autem victu tenui in febribus utatur, in iis tamen ubi vires jam deficiunt, sicut in morbo *cardiaco*, sive is per se, sive ex alio, uti *phrenitide*, oriatur, a paulo largiori cibo vinique praesertim potione, nullis adhibitis medicamentis, subsidium unicum petit. Vinum enim, inquit, in substantia celeriter alit, usque ad extrema ubique permeat, robori robur adjicit, spiritum torpentem excitat, frigus calore temperat, humorum redundantiam comprimit, extrorsum erumpentia atque diffluentia coërcet: ad haec odore suave ac jucundum est, ad confirmandas vires vitamque restaurandam valens et ad mentem in furore mitigandam efficacissimum (phrenit. 77.). Eo itaque uti praecipue *cardiaco* utitur, sed cum ea cautione, ut neque in inflammationibus (syncop. 100. 52.) propinetur (quoniam in his dolores auget, sed ubi hae absunt, naturam instauret) neque ita meracum, ut hominem inebriet nervosque offendat (choler.). Id ideo cum cibo aquaque mixtum alias dari praecipit, eam mediocritatem interim secutus, ut neque aeger inedia consumatur, neque cibi copia opprimatur (syncop. 101. et 102.). Hac praecipue via in curatione *acutorum*, quibus febres conjunguntur, nititur: vix nisi in *pleuritide* quidem et *peripneumonia* medicamenta paulo largius adhibens, ea scilicet quae humores extenuent et ad tran-

spirandum idoneos reddant, quaeque eosdem lubricos fluxosque ita ut per superiora educi possint, efficiant. (95. 10.) In his itidem duobus (pleurit. 93. 2.) morbis medicamenta *somnifera* devorari jubet, quae ut antiqui omnes perraro praeceperunt, ita sub mortem, quanquam hanc ab iis acceleratam minime sensisse videatur, communi autem praejudicio deterritus, usurpari vetat. Nam si, inquit, in ipso strangulatus impetu et morbo appropinquante id genus medicamenti exhibeas, te necis auctorem vulgus esse arbitrabitur. (peripneum. 95. 24.) Siquidem et anodynis in *ileo* uti haud dubitat, (106. 10.) *theriaca* puta *etc.* licet in eodem morbo somnifera medicamenta medico vix adhibere licere dixisset, nisi (105. 39.) ita ut, cum praesentia mala haud evitari posse manifeste praevideat, aegrum aliquando gravitate capitis torpida sopiat. Ex omnibus autem quotquot adhibet tam ad acutos quam diuturnos morbos medicamentis, praecipue *castoreo* utitur: utpote quod nervorum morbis mederi censeat, in lethargo (79. 59.) scilicet, apoplexia, tetano, suffocatione hysterica, satyriasi, epilepsia, gonorrhoea. Id itaque cum inter omnia concoctionem promoventia (122. 11.) excellat, modo potui dat, modo in intestina infra injicit, modo in nares, utpote omnium sternutamenta excitantium optimum, inspirat: externis denique applicationibus, *perfusionibus* scilicet, *illitionibus* et *cataplasmatis* immiscet. In curandis autem morbis diuturnis paulo frequentius medicamenta praecipit, quorum praecipua sunt quae ad concoctionem faciunt, uti *absinthii* succus, *theriaca*, *mithridatium*, *Bestini* antidotus, *castoreum* (121.) etc. praecipit etiam ea quae *urinam* movent, uti in jecoris abscessu et renum affectibus: aliquando et *sudorem* moventia quaeque perspirationis vias fluxiliores (109.) efficiunt, praescribit. Sed nuspiam ita prolixus est in remediis adhibendis ac in morbo illo omnium contumacissimo, elephan-

tiasi. Id quidem obiter notandum, quod *Hippocratem* secutus uti quiete in acutis multum utitur, ita ad diuturnos exercitia maxime commendat. Horum ille varia genera perscribit: quae non modo in diuturnis morbis adhiberi vult, sed etiam post acutorum decessum, ubi ii in longos transiverint (syncop. marasm.). In ordinanda victus ratione valde accuratus est: praesertim omnia quae ad *lactis* asinini, caprini, equini, ovilli, etiam muliebris usum pertinent, multis in locis fusius exponit.

Quod ad *externa* remedia spectat, ea tam in acutis quam diuturnis morbis frequentissime usurpat. In hoc quidem cum *Methodicis* maxime congruens, uti etiam in evidentium signorum descriptione; cum alioqui tam in causis subtilioribus enarrandis ex *anatomia* scilicet petitis, quam in magnorum remediorum indicationibus ab iis ut plurimum dissentiat. Itaque *perfusiones, epithemata, fomenta, illitiones, cataplasmata, suffimigia, embregmata, balnea* etc. omnis fere pagina describit, ad refrigerandum et calefaciendum, ad humectandum et siccandum, ad relaxandum et astringendum, ad emolliendas partes et roborandas, ut humores per habitum digerantur, ut corpora fluxa et ad perspirationem apta reddantur. Horum materia modusque quo adhiberi debeant ubique occurrit. De *sinapismis* itidem et *phoenigmis* frequens est mentio: in quo auxilii genere saepius cum *Archigene* convenit, qui docente *Aëtio* de his multa scriptitavit.

Quaedam denique ex *chirurgia* petit; in epilepsia *terebram* cranio adhibet: in capitis dolore *ustionem*; *ferramentum* igne candens in abscessu jecoris suadet; de aspera arteria *secanda* loquitur, quamvis sectionem ipsam improbat. In *calculosis* vesicam incidi jubet, locumque incisionis designat: ad urinam

eliciendam *cathetere,* nisi inflammatio adsit, utitur. Haec fere habet chirurgica: et sane dolendum est periisse ea, non modo quae de hoc (102. 126.) ipso argumento scripsit, sed quae de omni (80.) genere *febrium,* quae de morbis (81.) *mulierum,* quae de *dharmacia* seorsim exposuit. Ingens sane hoc rei medicae dispendium, quod vel minima scriptoris elegantissimi monumenta interciderint.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΤΙΩΝ ΚΑΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΟΞΕΩΝ ΠΑΘΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ἡ ἀρχὴ λείπει.

Ed. Oxon. [2.] Ed. Lugd. B. (1.)

Κεφ. έ. [περὶ παροξυσμοῦ ἐπιληπτικῶν.] * ἀμβλύτητες, ἴλιγγοι, τενόντων βάρεα, φλεβῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσιες καὶ διατάσιες, ναυτίᾳ τὰ πολλὰ μὲν ἐπὶ σιτίοις, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀσιτίῃσι, καὶ βληχρὴ, καὶ φλέγμα ἐμεῖται συχνόν· ἀποσιτίη καὶ ἀπεψίη ἐπὶ σμικροῖσι ἐδέσμασι· φυσώδεες, ἐπηρμένοι ὑποχόνδρια. τάδε μὲν οὖν δια-

ARETAEI CAPPADOCIS DE CAVSIS ET SIGNIS ACUTORVM MORBORVM LIBER PRIMVS.

Principium deficit.

Cap. V. [*De epilepsia s. morbo comitiali.*] * hebetudo, vertigo, tendinum gravitas, venarum, quae in collo sunt, repletio atque distentio, nausea praecipue quidem post cibum, sed quae per abstinentiam quoque lenta continuat, multaeque pituitae vomitus: post exiguam cibi assumtionem fastidium et cruditas: inflationibus replentur: praecordia ipsorum intumescunt. Et haec quidem perpe-

νεκέα. ἢν δὲ πλησίον εἴδεος ᾖ τοῦ παροξυσμοῦ, κύκλῳ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῆς ὄψιος πορφυρέων ἢ μελάνων, ἢ πάντων ὁμοῦ συμμεμιγμένων, ὡς δοκέειν τὴν ἐν οὐρανῷ τετανύσθαι ἶριν. ἦχοι ὤτων, βαρυοδμίη, ὀργίλοι, πικρόχολοι παραλόγως. κατέπεσον γοῦν τινὲς ὑπὸ προφάσιος ἐξ ἀθυμίης· μετεξέτεροι δὲ ῥεύματι ποταμοῦ ἀτενέες ἐνιδόντες, ἢ τροχῷ δινευμένῳ, ἢ βέμβικι ἑλισσομένῃ· ἄλλοτε δὲ ὄσφρησις βαρέων ὀσμῶν κατέβαλε, ὥσπερ γαγάτου λίθου. τοῖσδε μὲν οὖν ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ (2) κακὸν ἐστηρίχθη τε καὶ ἐντεῦθεν πημανθὲν ἄρχεται· μετεξετέροισι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ποῤῥωτέρω τῆς κεφαλῆς νεύρων, ὁκόσα ξυμπαθέα τῇ ἀρχῇ, γίγνεται. δάκτυλοι γοῦν μεγάλοι χειρῶν ἢ ποδῶν ξυνέλκονται, καὶ [3] πόνος καὶ νάρκη καὶ τρόμος ἕπεται. καὶ ἐς κεφαλὴν τουτέων ἡ ὁρμὴ ἧκεν, ἢν ἕρπον τὸ κακὸν εἰς τὴν κεφαλὴν ἵκηται, πάταγος τουτέοισι γίγνεται ὡς ἀπὸ πληγῆς ἢ ξύλου, ἢ λίθου. καὶ ἐξαναστάντες ἐκδιηγεῦνται, ὡς ὑπό τευ ἐξ ἐπιβουλῆς παταχθέντες. ἥδε μὲν τοίη ἀπάτη γίγνεται ὁκόσοισι τόδε πρῶτον τὸ κακὸν

tua sunt. At, si instantis accessionis timor subsit, splendores quidam ante oculos purpurei vel nigri, vel ex omnibus coloribus inter se permixtis in circulo obversantur, ut iris in coelo praetenta videatur: aures eorum tinniunt: ipsi foedos odores sentiunt, iracundi praeter rationem ac biliosi sunt. Quidam itaque nulla alia de causa quam prae moerore ciciderunt: alii cum in profluentem aquam, vel in rotam versatam, vel in turbinem circumvolutum fixis oculis intuerentur: alios gravium odorum sensus, quemadmodum lapidis Gagatis, prostravit. Quibusdam vitium in capite confirmatum est, et inde noxae fit initium: nonnullis autem a nervis incipit, qui a capite longius absunt, et cum parte primum adfecta consensum habent. Itaque magni manuum pedumve digiti contrahuntur, dolorque et torpor et tremor insequuntur, omnisque horum impetus in caput se convertit: cumque malum ad caput perrepserit, fragorem quendam, quasi ex ictu lapidis aut ligni, percipiunt: et postquam exsurrexerint, sese ex insidiis ab aliquo percussos esse clamitant. Sed ea fraude

Ed. Oxon. [3.] Ed. L. B. (2.)

ξυνέπεσε· οἷς δὲ ξύνηθες τὸ πάθος, ἢν ἐπίῃ μὲν ἡ νοῦσος, ἐς δάκτυλον δὲ ἤδη ἀφίκηται, ἢ ἀπό τευ ἄρξηται, ξυνηθέας ἀρωγοὺς καλέουσι τοὺς παρεόντας, προγνῶσι τοῦ μέλλοντος ὑπ' ἐμπειρίης· διασφίγγειν τε καὶ ἀνακλάειν καὶ συντείνειν δέονται τὰ κατάρχοντα μέρεα· καὶ αὐτοὶ δὲ ἑωϋτέοισιν ἕλκουσι τὰ μέρεα, ὅκωσπερ τὴν νοῦσον ἐξαιρούμενοι· καὶ σφέων ἡ τοιήδε ἐπικουρίη κοτὲ καὶ ἐς τὴν ἡμετέρην σημασίην διώσατο. πολλοῖσι δὲ φόβος ἐστὶ ὡς ἐπιόντος θηρίου, ἢ σκιῆς φαντασίῃ, καὶ οὕτω κατέπεσον. ἐν δὲ τῇ σημασίῃ ἀναισθήτως μὲν κέεται ἄνθρωπος, χεῖρες δέ οἱ σπασμῷ ξυνέρχονται, σκέλεα οὐ διαπεπλεγμένα μοῦνον, ἀλλὰ τῇδε κἀκεῖσε βαλλόμενα αὐτοῖς ἀπὸ τῶν τενόντων. ἐσφαγμένοισι ταύροισι ἥδε ἰκέλη ἡ ξυμφορή· αὐχὴν ἀγκύλος, κεφαλὴ ποικίλως διάστροφος. ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐς τὸ πρηνὲς τοξοῦται, εὖτε ἐς τὸ στέρνον ἡ γένυς ἐρείδει, ἄλλοτε δὲ ἐς τὸ μετάφρενον ἀνακλᾶται, ὅκως τοῖς ἀπὸ τῆς κόμης ἑλκομένοισι βίῃ, εὖτε ἔνθα ἢ ἔνθα ἐπὶ τοὺς ὤμους ἵζάνει. χάσκουσι μέγα, στόμα ξηρὸν,

capiuntur ii solum, quos iam primum morbus hic invasit. At qui malo adsueti sunt, si id instet, digitumque jam occupaverit, vel ab alia quavis parte inceperit, futuri per experientiam scientes ex adstantibus, quotquot iis opem ferre consueverint, vocant, eosque obsecrant, ut partem primum adfectam constringant, et reflectant, et intendant, eandemque ipsi vellunt, morbum ita cupientes eximere; idque aliquando auxilium isto die accessionem depulit. Multi ingruentis ferae opinione, vel umbrae alicuius visu perterriti, atque ita prolapsi sunt. Porro in ipsa accessione homo sine sensu jacet: manus contrahuntur: crura non modo a se invicem diducta, sed etiam huc et illuc vi tendinum disjiciuntur. Jugulatorum taurorum in hac calamitate speciem referunt: cervix incurvatur: caput variis modis pervertitur; nonnunquam enim in pronum, tanquam arcus, inflectitur, et tum quidem pectori mentum adglutinatur: alias ad dorsum reflectitur, sicut in his, qui capillis vi magna retrahuntur, tunc autem hac vel illac super humeros incumbit. Late hiant: os siccum est, lin-

γλῶσσα προμήκης, ὡς καὶ κίνδυνον τρώματος μεγάλου γίγνεσθαι, ἢ ἀποτομῆς· κοτὲ σπασμῷ ξυνερείσουσιν οἱ ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ ἐνδεδινημένοι, βλέφαρα τὰ πολλὰ διέχοντα ξὺν παλμῷ· ἢν δὲ ἐπιμύσαι κοτὲ ἐθέλοιεν, οὐ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς καὶ τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος. ὀφρύες ἄλλοτε μὲν ἐς τὸ μεσόφρυον ἀνειμέναι, ὅκως τοῖς χαλεπαίνουσι, ἄλλοτε δὲ ἐς τοὺς κροτάφους ἀπηγμέναι, πολλόν τι μᾶλλον, ὡς τὸ δέρμα περὶ τὸ μέτωπον σφόδρα περιτετάσθαι καὶ τὰς τοῦ μεσοφρύου ῥυτίδας ἐξαληλίφθαι· μῆλα ἐρυθρὰ, παλλόμενα, χείλεα κοτὲ μὲν ἄμφω ἐς ὀξὺ μεμυκότα, ἄλλοτε δὲ ἐς τὰ πλάγια ἀπηγμένα, εὖτε τοῖσι ὀδοῦσι περιτείνεται τοῖσι μειδιῶσι ὁμοίως· ἐρύθημα μήλων. ἐν αὔξῃ δὲ τοῦ κακοῦ καὶ πελιδνότης τοῦ προσώπου προσγίγνεται, ἀγγείων τῶν ἐν τῷ αὐχένι διάτασις, ὡς ἐν πνιγὶ ἀφωνίη, ἀναισθησίη, καὶ εἰ μέγα ἐμβοῇς· νυγμὸς δὲ καὶ στεναγμὸς ἡ φωνὴ, καὶ ἡ ἀναπνοὴ, καὶ ἡ πνὶξ ὡς ἀπαγχομένῳ· σφυγμοὶ σφοδροὶ καὶ

gua propendet, adeo ut periculum sit ne vel graviter vulneretur, vel etiam abscindatur: nonnunquam dentes convulsione arcte colliduntur: oculi in interiorem partem voluti: palpebrae cum palpitatione late dehiscunt, easque, si forte connivere cupiant, nequeunt committere ut, quod ex oculis album est, subter adpareat: supercilia interdum in mediam frontis partem contrahuntur, quemadmodum in iratis fit: aliquando ad tempora vehementer reducuntur, ita, ut cutis circa frontem valde intendatur, omnesque penitus e fronte deleantur rugae: malae rubent et palpitant: labia aliquando in acutum ambo compressa, interdum in obliquum revulsa, et, more subridentium, circa dentes praetenta. Verum ubi morbus increscit, accedit vultus livor: vasorum, quae in collo sunt, distentio; sicut in strangulatione, vox supprimitur, neque ullus, etiamsi late vociferere, sensus: quaedam tamen ad loquendum quasi irritatio est, sed pro voce suspiria tantum emittunt: eadem est respiratio et suffocatio, ac si laqueo strangularentur: pulsus in initio vehemens, celerque et magnus: circa finem parvus, tardusque et languidus; ex toto autem

Ed. Oxon. [3. 4.] Ed. L. B. (2. 3.)

ταχέες, καὶ σμικροὶ ἐν τῇσι ἀρχῇσι· μεγάλοι δὲ καὶ βραδέες καὶ νωθροὶ ἐπὶ τῷ τέλει, ἄτακτοι δὲ ἐς τὸ ξύνολον· αἰδοίων ξύντασις. τάδε μὲν οὖν ἐς τέλος τῆς σημασίης πάσχουσι· ἢν δὲ ἐς ἄφεσιν ἀφικνέωνται τοῦ κακοῦ, οὖρα αὐτόματα, κοιλίης περίπλυσις· μετεξετέροισι (3) δὲ καὶ γονῆς ἀπόκρισις τῇ θλίψι καὶ πιέσι τῶν ἀγγείων, ἢ γαργαλισμῷ τοῦ πόνου, καὶ ὑγρασίης προβλῆσι. γίγνονται γὰρ ἐν νεύροισι πόνοι καὶ τοῖσδε. στόμα δίϋγρον, φλέγμα πολλὸν, παχὺ καὶ ψυχρὸν, καὶ [4] εἰ ἕλκοις αὐτὸ, ἐπὶ μᾶλλον ἂν πλῆθος αὐτέου μηρύσαιο. ἢν δὲ χρόνῳ μακρῷ καὶ πόνῳ πολλῷ βρασθῇ μὲν τὰ ἔνδον τοῦ θώρηκος, πνεῦμα δὲ ἐγκατειρχθὲν τὰ πάντα σείσῃ, σπασμὸς δὲ καὶ τάραχος τῶν αἰτίων ἔῃ, κλύδων δὲ ὑγρῶν ἀναπνέῃ ἐς τὰς διαπνοὰς, στόμα καὶ ῥῖνα, σὺν ὑγρῷ τὸ πνεῦμα, ἄνεσις δὴ τῆς πρόσθεν πνίξιος ἁπάντων ἔοικε. ἀφρὸν δὲ ἀποπτύουσι ὥσπερ ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι πνεύμασι ἡ θάλασσα τὴν ἄχνην· εὖτε καὶ ἐξανίστανται ὅτ᾽ ἐν ὡς τελευτήσαντος τοῦ κακοῦ. ἐπὶ δὲ τῇ ἀποπαύσι νωθροὶ τὰ μέλεα

inordinatus; pudendorum tentigo. Et haec sunt quae juxta finem accessionis patiuntur. Sed cum ad mali remissionem iam perventum est, urinae sponte profluit: alvus liquatur; et nonnullis propter vasorum adstrictionem compressionemque, perque irritamentum, quod e dolore provenit, et humoris eruptionem, seminis fit profluvium: siquidem his etiam nervi dolent: os iam humidum habent, multamque pituitam eamque crassam atque frigidam effundunt, magnamque ejus copiam, si trahere velis, possis, tanquam in filum deducere. Quodsi longo tempore, multoque cum dolore, quae sunt intra pectus, quasi ferveant, spiritusque inclusus omnia commoveat, et eorum, quae morbi causae sunt, convulsio quaedam et perturbatio sit, et ad respirationis exitus, os scilicet atque nares, humorum inundatio prorumpat, quae fuit antea partium omnium strangulatio, remittere videatur; spumam autem exspuunt, sicut aequor ventis ingentibus concitatum: jamque morbo quiescente consurgunt. Verum ubi is recessit, per membra segnitiem, et in capite gravitatem continuo

Ed. Oxon. [4.] Ed. L. B. (3.)

τὰ πρῶτα, καρηβαρικοὶ, διαλελυμένοι, πάρετοι, ὠχροὶ, δύσθυμοι, κατηφέες, καμάτῳ καὶ αἰσχύνῃ τοῦ δεινοῦ.

Κεφ. ϛ΄. [Περὶ Τετάνου.] Σπασμοὶ οἱ τέτανοι, κάρτα μὲν ἐπίπονοι, ὀξύτατοι δὲ κτεῖναι, ἀτὰρ οὐδὲ ῥηΐδιοι λυθῆναι. μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι καὶ τενόντων τάδε πάθεα· ξυνδιδοῖ τε τὸ κακὸν εἰς τὸ πᾶν. ἅπαντα γὰρ ξυμπαθέα τῇσι ἀρχῇσι γίγνεται· ἰδέαι δὲ τῆς ξυνολκῆς ἔασι τρεῖς· ἐς εὐθὺ, ἐς τὸ κατόπιν, ἐς τοὔμπροσθεν. ἐς εὐθὺ μὲν ὁ τέτανος, εὖτε ἀστραβὴς ἄνθρωπος καὶ ἀκαμπὴς ἐντέταται· αἱ δὲ ἐς τοὐπίσω, ἢ ἐς τοὔμπροσθεν ξυνολκαὶ ξὺν τῇ τάσι καὶ τῷ χορίῳ ἴσχουσι τὴν ἐπίκλησιν. τὴν μὲν γὰρ κατόπιν τοῦ νοσέοντος ἀνάκλισιν ὀπισθότονον καλέομεν, τῶν τῇδε πεπονθότων νεύρων. ἐμπροσθότονον δὲ ἢν ἐς τοὔμπροσθεν καμπύληται ἄνθρωπος ἐπὶ τοῖσι πρόσθεν νεύροισι. τόνος γὰρ νεύρων καὶ ἐντάσιος οὔνομα. προφάσιες δὲ τῶνδε μυρίαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τρώματι φιλέουσι γίγνεσθαι ὑμένος, ἢ μυῶν, ἢ

sentiunt, et ex lassitudine ac pudore resoluti sunt, languidi, pallidi, tristes et demissi.

Cap. VI. [*De tetano sive nervorum distentione.*] Tetani, nervorum distentiones sunt, quae vehementes inferunt dolores, celerrimeque interimunt, neque facile possunt solvi. Musculi tendinesque malarum hisce adfectibus praecipue tentantur: sed universo corpori malum communicantur, quoniam omnes partes iis, quae primo adfectae sunt, consentiunt. Species autem convulsionis sunt tres: nam vel in directum fit, vel in posteriorem partem, vel in anteriorem. *Tetanus* in directum dicitur, cum homo ita intendatur, ut in neutram partem se torqueri possit aut inflectere. Convulsiones autem, quae vel retrorsum vel in anteriorem partem fiunt, ab intentione et loco, ad quem ea fit, nomen obtinet. Nam in aversam partem laborantis reclinationem vocamus *opisthotonum*, nervique, qui eo loci sunt, adficiuntur. *Emprosthotonus* autem dicitur, cum homo in anteriorem partem a nervis, qui ibidem sunt positi, incurvatur. Tonus enim nervorum atque intensionis nomen est commune. Horum adfectuum causae sunt innumerae; siquidem post vulnera

νεύρων νυγέντων, εὖτε τὰ πολλὰ θνήσκουσι. ἐπὶ τρώματι γὰρ σπασμὸς θανάσιμον· σπᾶται δὲ καὶ ἐπὶ ἀμβλώματι ἡ γυνὴ, ἀτὰρ καὶ ἥδε οὐ μάλα περιγίγνεται. καί τευ πατάξαντος μεγάλως τὸν αὐχένα μετεξέτεροι σπῶνται. καὶ ψύξις δὲ κάρτα ἰσχυρὴ γίγνεται αἰτίη. διὰ τόδε χεῖμα μὲν μάλιστα πάντων τίκτει τάδε τὰ πάθεα, δεύτερον δὲ ἦρ σὺν τῷ μετοπώρῳ, θέρος δὲ ἥκιστα, εἰ μὴ κατάρξῃ τρῶμα ἢ νούσων ἀλλοδαπῶν ἐπιδημίη· γυναῖκες δὲ ἀνδρῶν σπῶνται μὲν μᾶλλον, ὅτι ψυχραί· ἀτὰρ αἵδε περιγίγνονται μᾶλλον, ὅτι ὑγραί. ἡλικίαι δὲ, παῖδες μὲν ξυνεχέες, ἀλλ' οὐ μᾶλλον θνήσκουσι, ὅτι ξύνηθες καὶ οἰκεῖον πάθος· νέοι δὲ τουτέων ἧσσον πάσχουσι, μᾶλλον δὲ θνήσκουσι, ἀκμάζοντες ἥκιστα· γέροντες δὲ πάντων μᾶλλον καὶ πάσχουσι καὶ θνήσκουσι. [5] αἰτίη γὰρ ψύξις καὶ ξηρότης γήραος, καὶ θανάτου ἡ φύσις. ἢν δὲ ἡ ψύξις ἔῃ σὺν ὑγρῷ, ἀσινέστεροί τε καὶ ἀσφαλέστεροι εἰς κίνδυνον οἱ σπασμοί. (4) ξύνεστι μὲν αὐτέοισι ἀθρόον μὲν ἅπασι

fieri solent, cum vel membrana, vel musculus, vel nervus punctionem accepit, e quibus mors plerumque sequitur: nam post vulnus nervorum distentio mortifera est. Convellitur etiam ex abortu mulier: et ea quoque vix evadit. Alii ex vehementi cervicis ictu eodem malo excipiuntur. Frigus etiam violentum ejusdem causa est: quapropter hieme hi adfectus maxime oriuntur: vere et auctumno minus: aestate perraro, nisi vulnus praecesserit, aut peregrini morbi populariter grassentur. Mulieres nervorum distentionibus magis opportunae sunt quam viri: quoniam frigidae naturae sunt; sed et frequentius liberantur, quia humidiores sunt. Quod ad aetates pertinet, pueri hisce adfectibus adsidue infestantur, sed ex iis minus moriuntur, quia vitium ipsis usitatum est ac familiare; juvenes minus quam pueri tentantur, sed saepius opprimuntur; qui aetate constanti sunt, hisce morbis minime obnoxii vivunt; senes iisdem maxime patent, et frequentissime moriuntur: in causa est frigiditas siccitasque senectutis, quae mortis etiam natura est; nam si frigidum cum humido conjungatur, minus noxiae et periculosae sunt convulsiones. Omnes hos adfectus, ut in summa lo-

εἰρῆσθαι πόνος καὶ ἔντασις τενόντων καὶ ῥάχεος καὶ μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι καὶ θώρηκι. ἐρείδουσι γὰρ τὴν κάτω γένυν πρὸς τὴν ἄνω, ὡς μηδὲ μοχλοῖσιν ἢ σφηνὶ διὰ ῥηϊδίως στῆσαι δύνασθαι. ἢν δὲ καὶ βίῃ διαγαγὼν τοὺς ὀδόντας ἐνστάξῃ τὶς ὑγρὸν, οὐ καταπίνουσι, ἀλλ' ἐκχέουσι, ἢ ἐν τῷ στόματι ἴσχουσι, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνακόπτεται· ὅ τε γὰρ ἰσθμὸς συνερείδεται καὶ τὰ παρίσθμια σκληρὰ καὶ ἐντεταμένα ἐόντα οὐ ξυμπίπτει εἰς τὴν ἔνθλιψιν τοῦ καταπινομένου. πρόσωπα ἐρυθρὰ, πεποικιλμένα, ὀφθαλμοὶ μικροῦ δεῖν ἀτενέες, μόλις περιδινούμενοι, πνὶξ ἰσχυρὴ, ἀναπνοὴ κακὴ, χειρῶν καὶ σκελέων τάσις, μύες παλλόμενοι, πρόσωπα ποικίλως διάστροφα, μῆλα καὶ χείλεα τρομώδεα, γένυς παλλομένη, ὀδόντων ἄραβος· ἐπ' ἄλλῳ δὲ ἄν τινι καὶ τὰ ὦτα, ἐγὼ δὲ ἐθηεύμην καὶ ἐθώυμαζον· οὖρα ἐπισχόμενα μέχρι δυσουρίης καρτερῆς, ἢ αὐτομάτως ἐκχεόμενα θλιβομένης τῆς κύστεος. τάδε μὲν οὖν ξὺν πάσῃ ἰδέῃ σπασμῶν. ἴδια δὲ ἑκάστης, τετάνου μὲν ἡ ἐς εὐθὺ ἀπότασις ὅλου ἀστραβὴς πάντῃ καὶ

quar, comitatur dolor intentioque tendinum ac spinae, musculorumque, qui in maxillis sunt et pectore; nam superiorem maxillam inferiori ita adnectunt, ut illae neque vectibus neque cuneis facile diduci possint: vel si quis dentes violenter separans humorem instillaverit, hunc deglutire nequeunt, sed vel effundunt, vel in ore continent, vel in nares regerunt: quoniam fauces compressae sunt, tonsillaeque durae atque intentae ad alimenti protrusionem deglutitionemque non committuntur. Facies rubet et variis coloribus distinguitur: oculi paene immobiles cum dolore vertuntur: strangulatio vehemens: spirandi difficultas: manuum crurumque intentio: musculorum palpitatio: facies variis modis distorta: maxillarum labiorumque tremor: menti conquassatio: dentium stridor; in quodam etiam homine aures cum fragore concussae, quod et ipse vidi, et admiratus sum; urina vel cum magna difficultate supprimitur, vel propter vesicae compressionem sponte prorumpit. Haec autem in omni convulsionis genere contingunt. Propria vero cuiusque haec sunt. In tetano universum corpus rectum et immobile sine ulla flexionis po-

ἀκλινὴς, εὐθέα δὲ καὶ σκέλεα καὶ χεῖρες. ὀπισθότονος δὲ κατόπιν ἀγκύλλει τὸν ἄνθρωπον, ὡς τὴν κεφαλὴν ἀνακεκλασμένην μεσσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων κέεσθαι, βρόχος ἐξέχει, γένυς τὰ πολλὰ διίσταται, σπάνιον δὲ, εὖτε ξυνερείδει τῇ ἄνω, ῥωχμὸς ἡ ἀναπνοὴ, προπετέες κοιλίην καὶ θώρηκα. οὖρον τουτέοισι μᾶλλον ἀκρατές. ἐπιγάστριον ἐπιτεταμένον καὶ, εἰ ἐπικρούοις, ἐνηχοῦν, χεῖρες ἐν ἐκτάσι κατόπιν κεκλασμέναι, σκέλεα ξυγκεκαμμένα· ἐναντίως γὰρ ἰγνύϊ κακόν τι κάμπτεται. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν ἕλκωνται, κυρτοὶ μὲν τὰ νῶτα, ἐπ᾽ ἶσον τοῖσι μεταφρένοισι τῶν ἰσχίων ἐξωθευμένων· ῥάχις ἕλκει ἐς εὐθύ· κορυφὴ, κεφαλὴ πρηνὴς, ἐς θώρηκα συννενευκυῖα, γένυς ἐπὶ τοῖσι στέρνοισι πεπηγυῖα, χεῖρες συνηρεισμέναι, σκέλεα ἐκτεταμένα. πόνοι ἁπάντων καρτεροὶ, φωνὴ ἁπάντων κλαυθμώδης· στενάζουσι δὲ μύζοντες βύθιον. ἢν μὲν οὖν τοῦ θώρηκος καὶ τῆς ἀναπνοῆς λάβηται τὸ κακὸν, ῥηϊδίως τοῦ ζῆν ἀπήγαγε· ἀγαθὸν μὲν τῷ νοσέοντι ἐς πόνων καὶ διαστροφῆς καὶ αἰσχύνης ἀπαλλαγὴν, ἀλυπότερον δὲ καὶ τοῖσι παρεοῦσι, κἢν υἱὸς, ἢ πατὴρ ἔῃ. ἢν δὲ ἐς τὸ ζῆν ἔτι

testate intenditur: rectae manus sunt et crura. *Opisthotonus* autem retro flectit hominem, ita ut caput revulsum inter humeros jaceat: guttur extat: maxillae dehiscunt, raroque fit ut sibi invicem committantur: in spirando stertor: venter atque pectus prominent: urina his maxime sine voluntate profluit: abdomen intentum, et, si id percutias, resonans: manus cum extensione retro velluntur: cura contorquentur. Nam vitioso quodam more et poplitibus contrario incurvantur. Si *emprosthotonus* est, tergum gibbum fit: coxae extruduntur, ut cum dorso in directum jaceant: spina tota recta est: caput pronum, et in pectus vergit: mentum pectori adglutinatur: manus consertae: crura extenta. Dolores omnium vehementes sunt: vox omnium flebilis: suspirant omnes et ex alto gemunt. Quodsi pectus atque spiritum morbus occupaverit, mors in propinquo est; itque ita fieri, ipsi aegro felicissimum est, ut dolores distortionemque et turpitudinem morte commutet: praesentibus etiam minus triste, licet vel filius sit, vel pater. Quodsi vita etiamnum re-

διαρκέῃ τῆς ἀναπνοῆς, εἰ καὶ κακῆς, συντελουμένης δ' οὖν, ἐς τὸ πρόσθεν οὐ τοξοῦνται μόνον, ἀλλὰ καὶ σφαιροῦνται, ὡς τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῖσι γούνασι ἔχειν, καὶ τὰ σκέλεα καὶ τὰ νῶτα ἐς τὸ πρόσθεν κεκλάσθαι, ὡς δοκέειν ἐς ἰγνύην κατὰ γόνυ τὸ ἄρθρον ἐξῶσθαι. ἐξάνθρωπος ἡ συμφορὴ, καὶ ἀτερπὴς μὲν ἡ ὄψις, ὀδυνηρὴ δὲ καὶ τῷ ὁρέοντι θέη· ἀνήκεστον δὲ τὸ δεινόν· ἀγνωσία δὲ ὑπὸ διαστροφῆς καὶ τοῖς φιλτάτοις ἀνθρώποις· εὐχὴ δὲ τοῖσι παρεοῦσι ἡ πρόσθεν οὐχ ὁσίη, νῦν ἀγαθὴ γίγνεται, ἀπελθέμεναι τοῦ βίου τὸν [6] κάμνοντα, ἐς ἀπαλλαγὴν ξὺν τῷ ζῆν καὶ τῶν πόνων καὶ τῶν ἀτερπέων κακῶν. ἀτὰρ οὐδὲ ἰητρὸς παρεὼν ὁρέων οὔτε ἐς ζωὴν, οὔτε ἐς ἀπονίην, ἀτὰρ οὔτε ἐς μορφὴν ἔτι ἐπαρκέει. εἰ γὰρ καὶ ἐπευθῦναι ἐθέλοι τὰ μέλη, (5) ζῶντα ἂν διατμῆξαι καὶ κατάξαι τὸν ἄνθρωπον. τοῖσι οὖν κεκρατημένοισι οὐκέτι ἐγχειρέων ξυνάχθεται μοῦνον. ἥδε ἐστὶ τοῦ ἰητροῦ μεγάλη συμφορή.

Κεφ. ζʹ. [Περὶ Συνάγχης.] Ἡ συνάγχη κάτοξυ μὲν

stet, quamvis vitiato, remanente tamen, spiritu, in anteriorem partem, non in arcus tantum, sed etiam in sphaerae similitudinem incurvantur, ita ut caput genubus adnexum habeant: dorsumque et crura ita in anteriorem partem convelluntur, ut articulus iuxta genu intra poplitem convulsus esse videatur. Calamitas mortalibus intolerabilis, cuius etiam adspectus intuenti gravis est ac molestus; malum autem prorsus insanabile; laborantem etiam amici ob corporis distortionem non agnoscunt. Votum quoque praesentibus, prius impium, nunc honestum efficitur, ut aeger quam primum obeat, vitamque et dolores et mala acerbissima morte commutet. Neque vero medicus ipse praesens vidensque quidquam valet vel ad salutem praestandam, vel ad doloris levamentum, vel etiam ad figurae emendationem; citius enim hominem vivum disciderit atque divulserit quam membra recta effecerit; nullam itaque a malo victis medicinam adhibens una cum iis dolere tantum potest: haec vere magna est medentis infelicitas.

Cap. VII. [*De synanche sive angina.*] Angina

Ed. Oxon. [6.] Ed. L. B. (5.)

τὸ πάθος· ἀναπνοῆς γὰρ ἡ πίεσις. δύο δὲ τὰ εἴδεα· ἢ γὰρ τῶν ὀργάνων τῶν τῆς ἀναπνοῆς ἐστὶ φλεγμονὴ, ἢ μοῦνον τοῦ πνεύματος πάθος, ἐφ' ὡὑτέου τὴν αἰτίην ἴσχοντος. ὀργάνων δὲ, παρισθμίων, ἐπιγλωσσίδος, φαρυγγέθρου, κίονος, ἄκρης ἀρτηρίης· ἢν δὲ ἐπινέμηται ἡ φλεγμονὴ, καὶ γλώττης καὶ γνάθων τῶν εἴσω· εὖτε προβάλλουσι τῶν ὀδόντων τὴν γλῶτταν ὑπερβολῇ μεγέθεος. πίμπλησι γὰρ τὴν χώρην τοῦ στόματος, καὶ τὸ περιττὸν ταυτέης ὑπὲρ τοὺς ὀδόντας ἐκχεῖται. συνάγχη καὶ κυνάγχη τόδε καλέεται, ἤτοι τῷ ξυνεχέϊ πάθεϊ τῶνδε τῶν ζώων, ἢ τῷ ξυνήθεϊ τῆς προβολῆς τῆς γλώσσης, καὶ ἐν ὑγείῃ. τῷ ἑτέρῳ δὲ εἴδεϊ τὰ ἐναντία ξύνεστι· ξύμπτωσις τῶν ὀργάνων, καὶ ἰσχνότης ἐπὶ μᾶλλον τῆς ἑκάστου φύσιος· καὶ πνὶξ καρτερὴ, ὡς δοκέειν σφίσι αὐτέοισι ἐς θώρηκα ἐς τὸ ἀφανὲς ἐγκεκρύφθαι τὴν φλεγμονὴν ἀμφὶ καρδίην καὶ πνεύμονα· συνάγχην τήνδε καλέομεν, οἷον συνεύουσαν ἔνδον καὶ ἄγχουσαν. ἐμοὶ δὲ δοκέει αὐτέου τοῦ πνεύματος μούνου τὸ κακὸν ἔμμεναι, τροπὴν πονηρὴν ἐς τὸ

peracutus est adfectus: quoniam spiritus compressio est. Eius duae sunt species. Nam vel partium, quae spirandi instrumenta sunt, inflammatio est, vel solus ipse spiritus adficitur, causamque morbi in se ipso continet. Instrumenta dico tonsillas, epiglottidem, fauces, columellam, summamque asperam arteriam: et si ulterius serpat inflammatio, lingua etiam et maxillarum interiores partes adficiuntur; in quo casu linguam prae nimia ejus magnitudine extra dentes proferunt: haec enim os totum replet, et reliqua pars eius supra dentes effunditur. *Synanche*, vel *Cynanche* (i. e. canina angina,) malum hoc vocatur: vel quoniam animalia ista eo adsidue infestantur, vel quia etiam in sanitate linguam exserere consuerunt. In altera specie notae his contrariae sunt: instrumenta spirandi collabuntur, et tenuiora fiunt quam in naturali cujusque habitu: suffocatio ita vehemens, ut in pectore circa cor et pulmones inflammatio clam occultari videatur. *Synanchen* adpellamus, quia urget interius atque angit. Mihi autem videtur ipsius tantum spiritus id esse vitium, qui prava

θερμότατον καὶ ξηρότατον τρεπομένου, ἄνευθεν τοῦ σώματός τινος φλεγμονῆς. ἔστι δὲ οὐ μέγα τὸ θωῦμα. καὶ γὰρ ἐν Χαρωνίοισιν αἱ πνίξιες οὐ σωμάτων πάθεϊ ὀξύταταί γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῇ εἰσπνοῇ θνήσκουσι ἄνθρωποι, πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθέειν. ἀτὰρ καὶ ἀπὸ γλώσσης κυνὸς εἰσπνεύσαντος μοῦνον ἐς τὴν ἀναπνοὴν, οὔτι μὴν ἐνδακόντος, λυσσᾷ ὁ ἄνθρωπος. τοιήνδε οὖν τῆς ἀναπνοῆς τὴν τροπὴν οὐκ ἀδύνατον γίγνεσθαι ἔνδοθεν· ἐπεὶ καὶ ἄλλα μυρία τῶν ἐν ἀνθρώπῳ τὴν αὐτὴν ἰδέην τοῖς ἔξωθεν αἰτίοις ἴσχει. χυλοὶ φθείροντες ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. ἀτὰρ καὶ νοῦσοι φαρμάκοισι δηλητηρίοισι ἴκελαι, καὶ ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι ὁκοῖα πυρετῶν εἵνεκα. ὅθεν οὐδ' ἀπεοικὸς ἐν τῷ λοιμῷ τῷ ἐν Ἀθήνῃσι μετεξετέρους δοκέειν εἰς τὰ φρέατα ἐν τῷ Πειραιεῖ ὑπὸ Πελοποννησίων ἐμβεβλῆσθαι φάρμακα. οὐ γὰρ ξυνίησαν ἄνθρωποι τὸ ξυνὸν τοῦ κακοῦ τοῦ λοιμώδεος πρὸς τὰ δηλητήρια. [7] ξύνεστι δὲ τοῖσι μὲν κυναγχικοῖσι φλεγμονὴ παρισθμίων, φαρυγγέθρου, παντὸς τοῦ στόματος. γλῶσσα προπετὴς ὑπὲρ τοὺς ὀδόντας καὶ τὰ χείλεα· σιελοχόοι, φλέγμα

quadam mutatione in calidissimum siccissimumque convertitur, sine ulla membri cujusvis inflammatione. Neque sane id ita fieri res valde mira videri debet; siquidem, in Charoneis specubus homines non adfectu quopiam corporis acutissime strangulantur, sed vel unico spiritus haustu interimuntur, priusquam corpus ullo modo sit adfectum. Quin etiam sine morsu quovis, sed a lingua canis recepto tantum spiritu in rabiem homo agitur. Eadem itaque spiritus mutatio intra hominem fieri potest, quoniam in homine aliae res innumerae cum exterioribus causis similitudinem habent. Succi sunt qui extra atque intra corpus mortem inferunt; morbi venenis similes sunt; et ab epoto medicamento eadem, quae in febribus, evomuntur. Quam ob causam factum esse verisimile est ut in pestilentia, quae Athenas adflixit, nonnulli Peloponnesios venena in puteos, qui in Piraeo erant, coniecisse censerent; etenim pestilenti morbo magnam esse cum venenis adfinitatem homines non intelligebant. Ceterum in iis, qui cynanchici vocantur, tonsillarum, faucium, totiusque oris

παχύτατον, ἀποῤῥέον καὶ ψῦχον· ἐρυθροὶ τὰ πρόσωπα, καὶ ἐπηρμένοι, ὀφθαλμοὶ ἐξίσχοντες, ἀναπετέες, ἐξέρυθροι· τὸ ποτὸν ἐς τὰς ῥῖνας ἀνακόπτεται· πόνοι καρτεροὶ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς πνιγὸς συνδιωκόμενοι ἀμαυροῦνται. θώρηξ καὶ καρδίη φλέγεται· ποθὴ (6) ψυχροῦ ἠέρος· εἰσπνέουσι δὲ μικρὸν πάνυ, ἔς τε καὶ ἀπεπνίχθησαν, ἐμφραγείσης τῆς ἐς τὸν θώρηκα διόδου. ἐνίοισι δὲ ἐς πνεύμονα ἡ ξύνδοσις ῥηϊδίως· οἳ δὲ μεταστάσι θνήσκουσι· πυρετοὶ νωθροὶ, μαλακοὶ, οὐδὲν ὠφελέοντες, εἰ δὲ τῷ ἐς ἀγαθὸν τρέποιτο, ἀποστάσιες γίγνονται ἔνθα καὶ ἔνθα παρ᾽ οὖς, ἔξω ἢ ἔνδον, ἐς τὰ παρίσθμια· κἢν μὲν ξὺν νάρκῃ, μὴ κάρτα βραδέως, περιγίγνονται μὲν, ξὺν πόνῳ δὲ καὶ κινδύνῳ· ἢν δὲ τρεπομένων ἐς ἀπόστασιν ὄγκος μέζων ὑπογίγνηται, ἐς κορυφὴν τῆς ἀποστάσιος ἀνισταμένης, ἀθρόον πνίγονται. τάδε μὲν τὰ κυνάγχης εἴδεα. ξυνάγχης δὲ σύμπτωσις, ἰσχνότης, ὠχρότης σύνεστι· ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, εἴσω δεδυκότες, φάρυγξ καὶ γαργαρέων ἀνεσπασμένοι, παρίσθμια ἐπὶ μᾶλλον προσίζοντα, ἀφω-

inflammatio est; lingua extra dentes atque labia prominet: saliva effunditur: pituita frigida, et crassissima profluit: facies cum tumore rubet: oculi exserti, pallentes, rubore suffusi: potus in nares rejicitur: dolores vehementes, qui tamen propter urgentem strangulationis vim minus sentiuntur: pectus et cor exardescunt: frigidi aëris desiderium est, sed ejus parum admodum trahere possunt, quoad intercluso tandem transitu strangulentur. Quibusdam malum in pulmones continuo transit, eosque ita interimit; febres enim oriuntur lentae, tenues, nihil relevantes. Quod si cui res in bonum vertitur, abscessus vel extra, hinc atque illinc, juxta aures, vel interius, prope tonsillas fiunt; et si non admodum tarde cum torpore suppuratio excitetur, evadere quidem possunt, sed cum dolore ac periculo. At si oriatur tumor, cum adfectus ad suppurationem tendit, et in acutum tollatur abscessus, suffocatio repente sequitur. Haec utique cynanches signa sunt. In synanche autem partes collabuntur et tenuiores fiunt; accedit pallor: oculi concavi, interiusque demersi: fauces et columella retrahuntur: tonsillae magis sibi invicem commit-

νίη· πνὶξ ἡ τοῦδε τοῦ εἴδεος τῆς πρόσθεν, πολλόν τι κραταιοτέρη, ἐν θώρηκι ἐόντος τοῦ κακοῦ, ἔνθα ἡ ἀρχὴ τῆς ἀναπνοῆς· οἱ δὲ ὀξύτατοι θνήσκουσι αὐτῆμαρ· ἔσθ' ὅπη καὶ πρὶν καλέσασθαι τὸν ἰητρὸν, οἱ δὲ καὶ ἐσκαλεσάμενοι οὐδὲν ὤναντο. ἀπέθανον γὰρ πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν ἐπὶ τέχνῃ χρήσασθαι. ὁκόσον δὲ ἐς ἀγαθὸν τρέπεται, ἐπιφλεγμαίνει πάντα, ἅπερ ἐς τὸ ἔξω ἡ φλεγμονὴ ἐξοκείλει, ὡς συνάγχην ἀπὸ κυνάγχης γίγνεσθαι· ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐν θώρηκι οἴδημα καρτερὸν, ἢ ἐρυσίπελας ἐμφανέως. καὶ ἰητρὸς δὲ ἀγαθὸς ἢ σικύῃ εἰς τὸν θώρηκα τὸ κακὸν ἀνήγαγε, ἢ σίνηπι ἐς τὰ στέρνα καὶ ἐς τὰ παρὰ γνάθους μέρεα ἐπιθεὶς, εἵλκυσε ἔξω καὶ διέπνευσε· μετεξετέροισι δὲ ἐς μὲν βραχὺ τὸ κακὸν ὑπὸ τουτέων ἀπετάθη ἔξω, ἀπολυθὲν δὲ ἀθρόως ἐπαλινδρόμησε καὶ ἐπανῆξε. προφάσιες δὲ μυρίαι, ψύξιες μᾶλλον, ἧσσον ἐκκαύσιες, πληγαὶ, ὀστέων ἰχθύων διαπάρσιες ἐς τὰ παρίσθμια, ψυχροποσίαι, μέθαι, πλησμοναὶ, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς κακά.

tuntur: vox supprimitur. Strangulatio in hac specie multo felicior est quam in priori: quoniam in pectore vitium est, ubi positum est respirationis principium. Hi celerrime etiam primo die mori solent, et interdum priusquam medicum arcessere possint, vel si arcessiverint, nihil quicquam opis sentiunt, sed obeunt, priusquam ille praesidia artis queat adhibere. Quibuscunque autem in melius vertitur, in omni parte excitatur inflammatio, et extrorsum procedit, et e synanche fit cynanche. Magnus etiam tumor in pectore, et ibidem erysipelas adparens salutiferum est. Et periti medici est, admota praecordiis cucurbitula, malum educere, vel sinapi pectori partibusque circa maxillas imponere, morbumque ita extrahere et discutere. Nonnullis autem pro brevi tempore vitium his auxiliis extractum est, et postquam solutum esset, statim revertens aegrotantem suffocavit. Hujus adfectus causae sunt innumerae; fit enim ex frigore frequentius, rariusque ex aestu, ex ictu, ex ossibus piscium intra tonsillas defixis, ex frigidae potu, ex nimia vini cibique abundantia, et ex respirationis vitiis.

Κεφ. η΄. [*Περὶ τῶν κατὰ τὴν Κιονίδα κακῶν.*] Τὸ ἀπὸ τῆς ὑπερώης ἐκκρεμὲν σῶμα στεῤῥὸν, μεσηγὺ τῶν παρισθμίων, κίων καὶ γαργαρεὼν καλέεται. σταφυλὴ γὰρ πάθεός ἐστιν οὔνομα. νεῦρον [8] δέ ἐστι ἡ κιονὶς τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ὑγρόν. ἐν γὰρ ὑγρῷ κέεται χωρίῳ. ὅδε οὖν ὁ γαργαρεὼν πλεῦνα πάσχει πάθεα. καὶ γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ παχύνεται, ἶσος ἀπὸ τῆς βάσιος ἄχρι τοῦ πέρατος ἄκρου, ἐπιμήκης γιγνόμενος, καὶ ἐρύθημα ἴσχει. κίων δὲ τοῦδε τοῦ πάθεός ἡ ἐπίκλησις. εἰ κατὰ πέρας μοῦνον στρογγύλλεται, καὶ μεγέθεϊ πελιδνὸς γίγνεται, καὶ ὑπομελανίζει, σταφυλὴ ἐπώνυμον τόδε τὸ πάθος. πάντα γὰρ ἴκελα αὐτέῃ, καὶ σχῆμα, καὶ χροιὴ, καὶ μέγεθος. τρίτον πάθος ἐστὶ ὑμένων, ἔνθα καὶ ἔνθα, οἷόν τι λέπεα πλατέα, ἢ νυκτερίδων πτέρυγες ἐκφαίνονται· ἱμάντιον τόδε καλέεται. ἱμᾶσι γὰρ ἴκελαι αἱ τῶν ὑμένων εἰς πλάτος ἐξαπλώσιες. εἰ δὲ ἐς λεπτὸν καὶ εὐμήκη ὑμένα τελευτᾷ κιονὶς, οἷόν τι οὐραχὸν κατὰ πέρας ἴσχουσα, κράσπεδον τὴν ἐπωνυμίην ἴσχει. (7) γίγνεται δὲ τόδε καὶ αὐτομάτως

Cap. VIII. [*De columellae adfectibus.*] Solida caruncula, quae ex palato inter tonsillas dependet, columella, et gurgulio adpellatur. *Σταφυλὴ* enim, (sive *uva*) nomen est adfectus. Columella vero natura humidus quidam nervus est; nam in humido jacet loco. Pluribus autem ista malis obnoxia est; nam per inflammationem crassescit, et a basi usque ad extremum apicem aequalis fit, et in longum protenta rubore suffunditur; *κίων*, (sive *columella*) hujus adfectus nomen est. Si in extrema tantum parte rotundatur, et cum magnitudinis incremento livida et subnigra fit, *σταφυλὴ*, (sive *uva*) vocatur hic adfectus: quoniam et figura, et magnitudine, et colore, uvae perquam similis est. Tertius adfectus ad membranas pertinet, quae hinc atque illinc, tanquam lata vela, aut vespertilionum alae, exporriguntur; id genus morbi *ἱμάντιον*, (sive *lorum*) vocatur: quia lororum speciem refert lata membranarum explicatio. At si in tenuem et oblongam membranam columella desinat, et quasi urachum quendam in fine habeat, *κράσπεδον* (sive *fimbria*) vocatur. Hic adfectus, sicut etiam ceteri, sponte sua, ex defluxione

μὲν ἐκ ῥεύματος, ὅκωσπερ καὶ ἕτερα· ἀτὰρ καὶ ἀπὸ τομῆς ἐπικαρσίης, ἐγκαταλιπόντος τοῦ ἰητροῦ ὑμένα κατὰ μίαν πλευρήν· ἢν δὲ δικρόα ὑμέσι δισσέοισι ἐκκρεμέσι ἔνθα καὶ ἔνθα γίγνηται, οὔνομα μὲν οὐκ ἴσχει τόδε πάθος ἔκδηλον. ἅπαντα δὲ ῥηΐδιον θεησάμενον γιγνώσκειν. πνὶξ δὲ ἐπ' αὐτέοισι πᾶσι, καὶ ἥκιστα ῥηϊδίως καταπίνουσι. βὴξ ἐπὶ πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῖσι ἱμαντίοισι, καὶ ἐπὶ τοῖς κρασπέδοισι. γαργαλισμὸς γὰρ τῆς ἀρτηρίης ἀπὸ τῶν ὑμένων γίγνεται· ἔσθ' ὅπη δὲ καὶ ἐνστάζει τὶ τοῦ ὑγροῦ λάθρη ἐς τὴν ἀρτηρίην, ὅθεν ἀναβήσσουσι· ἐπὶ δὲ τῇ σταφυλῇ καὶ τῷ κίονι δύσπνοια ἐπὶ μᾶλλον, καὶ κάρτα πονηρὴ κατάποσις. καὶ γὰρ ἐς τὰς ῥῖνας ἐπὶ τῶνδε τὸ ὑγρὸν ἀναθλίβεται, συμπαθίῃ τῶν παρισθμίων, γηραιοῖσι ὁ κίων συνήθης, σταφυλὴ δὲ νέοισι καὶ ἀκμάζουσι· πολύαιμοι γὰρ καὶ ἐπιφλεγμαίνει μᾶλλον. ἡβάσκουσι δὲ καὶ παισὶ τὰ ὑμενώδεα. τάμνειν δὲ πάντα ἀσινέα· ἐπὶ δὲ τῇ σταφυλῇ ἔτι ἐρυθριῶσι, αἱμοῤῥαγίη καὶ πόνοι καὶ φλεγμονῆς ἐπίδοσις.

oritur: et etiam ex transversa sectione, cum in uno latere medicus membranam reliquerit. Quodsi columella bifida reddatur, geminis membranis hinc atque hinc pendentibus, nomen quidem nullum habet, sed adfectus ipse satis patet. Reliqui etiam omnes ex adspectu solo facile cognoscuntur. In omnibus suffocatio urget, et deglutiendi difficultas: in omnibus adest tussis, sed in eo praecipue, quem *lorum*, eoque, quem *fimbriam* vocari propositum est: quoniam aspera arteria a membranis titillatur, et interdum humoris aliquid in eandem clam destillat, quae res tussim provocat. At in eo adfectu, qui *uva*, eoque, qui *columella* nominatur, spirandi devorandique difficultas multo major est; nam in his humor ad nares rejicitur, quia tonsillae iam cum columella consentiunt. Senes morbus, *columella* dictus, infestare solet: *uva* iuvenes, eosque, qui aetate consistunt: quia multi sanguinis sunt, isque in his facilius inflammatur; pubescentes et pueri membranarum vitiis magis patent. In omnibus columella tuto absciditur: sed in *uva*, quamdiu rubor permanet, abscissionem sanguinis profluvium et dolor et inflammationis incrementum sequitur.

Κεφ. θ'. [Περὶ τῶν κατὰ τὰ παρίσθμια ἑλκῶν.] Ἕλκεα ἐν τοῖσι παρισθμίοισι γίγνεται τὰ μὲν ξυνήθεα εὐήθεα καὶ ἀσινέα, τὰ δὲ ξένεα λοιμώδεα καὶ κτείνοντα. εὐήθεα μὲν ὁκοῖα καθαρά ἐστι καὶ σμικρὰ καὶ ἀβαθῆ, οὐδὲ ἐπιφλεγμαίνει, καὶ ἀνώδυνα· λοιμώδεα δὲ ὁκόσα πλατέα, κοῖλα, λιπαρὰ, ἐπιπάγῳ λευκῷ, ἢ πελιδνῷ, ἢ μέλανι συνεχόμενα· ἄφθαι τοὔνομα τοῖσι ἕλκεσι. ἢν δὲ καὶ ὁ ἐπίπαγος ἴσχῃ βάθος, ἐσχάρη τὸ πά[9]θος καὶ ἔστι καὶ καλέεται· ἐν κύκλῳ δὲ τῆς ἐσχάρης ἐρύθημα γίγνεται καρτερὸν καὶ φλεγμονὴ καὶ πόνος φλεβῶν, ὡς ἐπ' ἄνθρακος, καὶ μικρὰ διεξανθήματα ἀραιὰ γιγνόμενα, ἔπειτα προσεπιγιγνόμενα συνήφθη τε ἂν καὶ πλατὺ ἕλκος ἐγένετο. κἢν μὲν ἔξω ἐς τὸ στόμα νέμηται, ἐπὶ τὴν κιονίδα ἥκέ τε μὴν, καὶ τὴν ἀπέταμεν, καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἐσκεδάσθη, καὶ ἐς οὖλα, καὶ ἐς χαλινούς· καὶ ὀδόντες ἐκινήθησαν καὶ ἐμελάνθησαν· καὶ ἐς τὸν τράχηλον ἡ φλεγμονὴ ἐξώκειλε. καὶ οἵδε μὲν οὐ πολυήμεροι θνήσκουσι φλεγμονῇ καὶ πυρετοῖσι, κακωδίῃ καὶ ἀποσιτίῃ. ἢν δὲ ἐς τὸν θώρηκα

Cap. IX. [*De tonsillarum ulceribus.*] Ulcera in tonsillis fiunt, quorum aliqua usitata sunt, mitia, et innoxia: alia vero insueta, pestilentia et letifera. Mitia quidem pura sunt, exigua, nec profunda, neque inflammantur, et dolore vacant. Pestilentia vero sunt quae lata et cava sunt et sordida, quaeque humore quodam concreto, eoque vel albo, vel livido, vel nigro comprehenduntur: *aphthae* his ulceribus nomen est. Quodsi concretio ista altius descenderit, adfectus ἐσχάρη (sive *crusta*) et est et vocatur; et circa crustam rubor ingens oritur et inflammatio et venarum dolor, quemadmodum in *carbunculo* fit, et exiguae tenuesque pustulae, quarum aliae aliis supervenientes coalescunt latumque efficiunt ulcus. Id si in os exterius serpat, ad columellam quoque pervenit, eamque exest, et ad linguam etiam et ad gingivas dentiumque alveolos tendit: sub quo dentes labefactantur et nigrescunt, et ad collum inflammatio pertingit; quique ita adfecti sunt, intra paucos dies inflammatione ac febribus, foetore et inedia consumti intereunt. Verum si ad praecordia per asperam tendat arteriam, etiam eo ipso

Ed. Oxon. [9.] Ed. L. B. (7. 8.)

νέμηται διὰ τῆς ἀρτηρίης, καὶ αὐτῆμαρ ἀπέπνιξε. πνεύμων γὰρ καὶ καρδίη, οὔτε ὀδμῆς τοιῆσδε, οὔτε ἑλκέων, οὔτε ἰχώρων ἀνέχονται, ἀλλὰ βῆχες καὶ δύσπνοιαι γίγνονται. αἰτίη μὲν οὖν τοῦ ἔργου τῶν παρισθμίων, κατάποσις ψυχρῶν, τρηχέων, θερμῶν, ὀξέων, στυφόντων· τάδε γὰρ τὰ μέρεα καὶ θώρηκι εἰς φωνὴν καὶ ἀναπνοὴν, καὶ κοιλίῃ ἐς τροφῆς διαπομπὴν, καὶ στομάχῳ ἐς κατάποσιν διακονέεται. εἰ δὲ καὶ τοῖσι ἔνδον τὶ συμβαίη πάθος, κοιλίῃ, καὶ στομάχῳ, καὶ θώρηκι, ἐς τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰ παρίσθμια καὶ τὰ τῇδε χωρία τοῦ κακοῦ ἡ ἀναφορὴ καὶ ἀπερεύξιες. διὰ τόδε παιδία μάλιστα πάσχει ἄχρις ἥβης· μάλιστα γὰρ παιδία καὶ μεγάλα καὶ ψυχρὸν ἀναπνέει· πλεῖστον (8) γὰρ τὸ θερμὸν ἐν τουτέοισι· ἀκρατέα δὲ καὶ ἐδωδῆς καὶ ποικίλων ἐπιθυμία, καὶ ψυχροποσίη· καὶ βοῆσαι μέγα καὶ ἐν ὀργῇ καὶ ἐν παιδιῇ. καὶ κούρῃσι δὲ μέχρι καθάρσιος ἐπιμηνίων τάδε ξυνήθεα. χώρη δὲ τίκτει Αἴγυπτος μάλιστα. καὶ γὰρ ἐς ἀναπνοὴν ἔη ξηρὴ καὶ ἐς ἐδωδὴν ποικίλη. ῥίζαι γὰρ καὶ βοτάναι καὶ λάχανα

die suffocantur; cor enim et pulmones neque talem odoris foeditatem, neque ulcera, neque saniem sustinent: quin etiam urget tussis ac spirandi difficultas. Causa vero tonsillarum adfectus devoratio est frigidorum, asperorum, calidorum, acidorum, et adstringentium. Etenim hae partes et pectori ad vocis spiritusque usum inserviunt, et ventri ad alimenti transmissionem, et stomacho ad ejusdem deglutitionem opitulantur. Et si internis partibus quodvis malum incidat, vel ventri, vel stomacho, vel pectori, ad tonsillas et fauces atque partes citra positas malum per eructationes adscendit. Quapropter pueri ad pubertatem usque vitio hoc praecipue tentantur, quoniam ii praecipue multum atque frigidum aërem trahunt, (nam his plurimum caloris inest,) intemperantes etiam in cibo sunt, et varia adpetunt, et frigidam bibunt, alteque et cum irascuntur et in ludo clamitant. Idem puellis etiam, donec per menstrua purgari incipiant, usitatum est. Ex regionibus id Aegyptus maxime profert; istic enim et aër spirando siccus adducitur et victus genus varium est, ex

πολλὰ καὶ σπέρματα δριμέα, καὶ ποτὸν παχὺ, ὕδωρ μὲν ὁ Νεῖλος, δριμὺ δὲ τὸ ἀπὸ τῶν κριθέων καὶ τὸ τῶν βρυτέων πόμα. τίκτει δὲ καὶ ἡ Συρίη, μάλιστα κοίλη· ὅθεν Αἰγύπτια καὶ Συριακὰ ἕλκεα τάδε κικλήσκουσι. τρόπος δὲ θανάτου οἴκτιστος· πόνος μὲν δριμὺς καὶ θερμὸς, ὡς ἐπ' ἄνθρακος, ἀναπνοὴ κακή. ἀναπνέουσι γὰρ ὀδωδὸς σηπεδόνα καρτερήν· τὸ αὐτὸ δὲ πάλιν συντόνως τὸν θώρηκα ἐμπνέουσι· ἀσηροὶ, ὡς μηδὲ ἑωυτέων τὴν ὀδμὴν ἀνέχεσθαι· ὠχροὶ ἢ πελιδνοὶ τὰ πρόσωπα, πυρετοὶ ὀξέες, δίψος, ὡς ἐκ πυρός. τὸ δὲ ποτὸν οὐ προσίενται, δέει τῶν ἐμπόνων. ἄσσονται γὰρ, ἢν τοῖσι παρισθμίοισι ἐνθλίβωσι, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνατρέχῃ. καὶ ἢν μὲν κατακέωνται, ἀνακαθίζουσι, ἀνακεκλίσθαι οὐκ ἀνεχόμενοι· ἢν δὲ ἀνακαθίσωσι, ὑπὸ ἀπορίης αὖθις ἀνακλίνονται. τὰ πολλὰ δὲ ὀρθοστάδην περιΐασι· ἀκρασίῃ γὰρ ἡσυχίης τὴν ἠρεμίην φεύγουσι, πόνῳ πόνον λῦσαι θέλοντες. ἀναπνοὴ εἴσω μεγάλη· ψυχρὸν γὰρ ἠέρα ποθέουσι ἐς ἐμψυ-

radicibus atque herbis oleribusque et seminibus acribus, quae ibi large proveniunt: potus autem crassus est vel ex aqua Nili, vel ex acri liquore, qui ex hordeo, aut eo qui e radicibus conficitur. Idem morbus etiam in *Syria*, et praesertim ea parte quae *Coelosyria* adpellatur, frequens est: unde fit ut *Syria* et *Aegyptiaca* ulcera vocitentur. Modus autem mortis est miserrimus: dolor acris et fervidus, qualis in *carbunculo* fit: parva respiratio, quoniam foedissimum putredinis odorem exspirant, eumque prorsus intra pectus statim attrahunt: adeoque infestantur, ut ne sui quidem odorem sustinere valeant; facies pallida, vel livida: acutae febres; sitis adeo intensa, ut igne succendi videantur, et potionem tamen aversantur ex doloris metu: vehementer enim adfliguntur, vel si ea tonsillas comprimat, vel si in nares recurrat. Et si forte decubuerint, decubitum non ferentes exsurgunt: cumque exsurrexerint, prae molestia rursus decumbunt: plerumque vero recti stantes obambulant; nam quia nullo modo levamen adsequuntur, quietem refugiunt, et dolorem novo dolore depellere conantur. Multum intro spiritum adducunt, quia gelido aëre refrigerari expetunt, sed parum

ξιν· ἔξω δὲ σμικρή. πυρίκαυτα γὰρ ἐόντα τὰ ἕλκεα προσεμπίπραται ὑπὸ θέρμης τῆς ἀναπνοῆς. βράγχος, ἀφωνίη, καὶ τάδε ἐπὶ τὸ κάκιον ἐπείγει, εὖτε ἀθρόον καταπεσόντες εἰς τὴν γῆν ἐξέλιπον.

[10] Κεφ. ι. [Περὶ πλευρίτιδος.] Ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι καὶ τῇ ῥάχει καὶ τῷ ἔνδον θώρηκι ἄχρι κλειδῶν ὑμὴν λεπτὸς κραταιὸς ὑπέστρωται, τοῖσι ὀστέοισι προσπεφυκώς, ὑπεζωκὼς τοὔνομα. ὧδε, ἐπὴν φλεγμονὴ γένηται, πῦρ ξὺν βηχὶ καὶ πτυάλοισι ποικίλοισι, πλευρῖτις τὸ πάθος καλέεται. χρὴ δὲ ταῦτα ἀλλήλοισι ξυνῳδέα καὶ ξύμπνοια ἔμμεναι, ἀπὸ μιῆς αἰτίης ξύμπαντα· ὁκόσα γὰρ τουτέων σποράδην ἄλλα ὑπ' ἄλλης αἰτίης γίγνεται, κὴν τὰ πάντα ἅμα ἐπιφοιτήσῃ, οὐ καλέεται πλευρῖτις· ξύνεστι δὲ πόνος ὀξὺς κληϊδέων, πῦρ δριμὺ, κατάκλισις ἐπὶ μὲν τὴν φλεγμαίνουσαν πλευρὴν εὔφορος· ἐν ἕδρῃ γὰρ ἵζει τῇ ἑωυτέου ὁ ὑμήν· εἰς τὸ ἐπέκεινα δὲ ἐπώδυνος· ὑπὸ γὰρ τοῦ ἄχθεος καὶ τῆς φλεγμονῆς καὶ τῆς ἐξαρτήσιος ἀποτέταται ἡ ὀδύνη ἄχρι τῆς ἁπάσης ξυνα-

ejus exspirant, quoniam ulcera tanquam igne succensa a fervente spiritu magis inflammantur; accedit raucitas vocisque suppressio; et haec quidem magis magisque urgent, quoad tandem in terram subito corruentes animam exspirent.

Cap. X. [*De pleuritide, sive laterum dolore.*] Sub costis et spina et interiori pectoris parte usque ad jugula tenuis atque valida membrana ossibus adhaerens praetenditur, quae *succingens* adpellatur. In hac cum orta fuerit inflammatio, adest febris cum tussi et sputis variis, cui adfectui nomen est *pleuritis.* Oportet autem ut haec omnia ab una et eadem causa fiant, et quasi concordent et conspirent inter se; quamquam enim omnia simul adsint, et alia tamen ab alia causa separatim provenerint, *pleuritis* non vocatur. In hac vero subest acutus dolor usque ad jugula pertingens: calor acer: decubitus in latus inflammatum facilis, quia tunc in sede sua membrana remanet; at si in oppositam partem jaceat aeger, sequitur dolor acerbissimus: quia propter membranae pondus deorsum trahens et ejusdem suspensionem inflam-

φίης τοῦ ὑμένος ἐς ὤμους καὶ κληῗδας, μετεξετέροισι δὲ καὶ ἐς νῶτα καὶ ἐς ὠμοπλάτην τὴν νωτιαίην, τὴν πλευρῖτιν ἐκάλεον οἱ πρόσθεν. παρέπεται δὲ δύσπνοια, ἀγρυπνίη, ἀποσιτίη, μήλων ἐρύθημα φαιδρὸν, βὴξ ξηρὴ, πτύελα μόλις ἀναγόμενα, φλέγμα ἢ χολῶδες, ἢ δίαιμον κατακορέως, ἢ ὑπόξανθον· καὶ τάδε τάξιν οὐκ ἴσχοντα, ἄλλοτε δὲ ἄλλα ἐπιφοιτέοντα καὶ ἀπογιγνόμενα· κάκιον δὲ ἁπάντων, ἢν τὸ δίαιμον ἐκλείπῃ. (9) γίγνονται δὲ παράληροι· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ κωματώδεες, καὶ ἐν τῇ καταφορῇ παράφοροι. ἢν μὲν οὖν ἐς κακὸν τρέπηται ἡ νοῦσος, πάντων ἐπὶ τὸ κάκιον ἐπιδιδόντων, ἐντὸς ἑβδόμης οἵδε θνήσκουσι ἐς συγκοπὴν ἐμπεσόντες. ἢν δὲ ἀπὸ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἡ ἀρχὴ τῆς ἀναγωγῆς τῶν πτυέλων γίγνηται καὶ τῶν ξυντεινόντων κακῶν, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην θνήσκουσι. ἔσθ᾽ ὅπη δὲ μεσηγὺ τουτέου τοῦ χρόνου ἐς πνεύμονα πάντων ξύνδοσις γίγνεται. ἕλκει γὰρ πνεύμων ἐς ἑωυτὸν, καὶ μανὸς καὶ θερμὸς ἐὼν, καὶ ἐς ὁλκὴν τῶν πέλας κινεύμενος, εὖτε ἀθρόον ἀπεπνίγη ὤνθρωπος, μεταστάσει τοῦ πάθεος· ἢν δὲ ταύτην ὑπερέλθῃ ὁ νοσέων,

mationemque dolor per totam ejus continuationem extenditur usque ad humeros et jugula; quibusdam etiam ad dorsum et scapulas, quam veteres *pleuritidem in dorso* vocarunt. Sequitur autem spirandi difficultas, vigilia, cibi fastidium, malarum rubor floridus, sicca tussis, sputa vix exscreata, pituita vel biliosa, vel sanguine saturata, vel subflava, cuius omnia genera sine quovis ordine aliter aliterque et adveniunt et recedunt; pessimum tamen est, si sputum cruentum desiit: delirant etiam, et interdum *comate* occupantur, et in ipso sopore mente desipiunt. Itaque si his increscentibus morbus ad exitium inclinet, in *syncopen* aegri decidentes intra septimum diem moriuntur. Sed si a secunda septimana sputa prodire coeperint, et augescant mala, obeunt circa diem decimum et quartum. Interdum fit ut intra duo haec tempora malum omne transeat in pulmonem: trahit enim id in se ipsum pulmo, rarus calidusque existens, et ad ea quae prope sunt adducenda sese commovens; jamque aeger e morbi in hanc partem migratione repente strangulatur.

καὶ ἐντὸς εἰκοστῆς μὴ ἀποθνήσκῃ, ἔμπυος γίγνεται. τάδε μὲν οὖν, ἢν ἐς κακὸν ἐπιδιδῷ· ἢν δὲ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τράπηται, αἱμοῤῥαγίῃ διὰ ῥινῶν λάβρως, εὖτε ἀθρόον λύεται ἡ νοῦσος· ἐπειδὴ καὶ ὕπνος καὶ ἀναγωγὴ φλεγμάτων, ἔπειτα δὲ χολωδέων λεπτῶν, ἐπὶ δὲ μᾶλλον λεπτοτέρων, αὖθις δὲ διαίμων, παχέων, σαρκοειδέων. κἢν ἐπὶ τῶν διαίμων παλινδρομέῃ μὲν ἡ χολή, ἐπ' αὐτῇ δὲ φλέγμα, [11] ἀσφαλὴς ἡ ἀποκατάστασις· καὶ τάδε, ἢν ἀπὸ τρίτης ἡμέρης ἄρχηται, καὶ ῥηϊδίως ἀναβήσσουσι, λεῖα, ὁμαλὰ, ὑγρὰ, στρογγύλα. ἐς ἑβδόμην γὰρ καθίστανται, εὖτε καὶ κοιλίης ἐκταραχθείσης χολωδέων, ἀναπνοῆς κατάστασις, γνώμη εὐσταθὴς, πυρετοὶ ἐνδιδόντες, εὔσιτοι· ἢν δὲ ἀπὸ τῆς δευτέρης ἑβδομάδος τάδε ἄρξηται, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην καθίστανται· ἢν δὲ μὴ, εἰς ἐμπύημα τρέπεται, εὖτε ῥίγεα ἐνδείκνυται, πόνοι νυγματώδεες, ἀνακαθίνυσθαι θέλουσι, ἀναπνοὴ κακίων· δέος τότε μᾶλλον μὴ πνεύμων ἀθρόον τὸ πῦος ἑλκύσας ἀποπνίξῃ τὸν ἄνθρωπον, τὰ πρῶτα καὶ τὰ μείζω διαφυγόντα κακά. ἢν δὲ

Quodsi ultra diem istum superstes sit, neque intra vigesimum moriatur, *suppuratus* fit. Et haec quidem, si adfectus ad perniciem tendat, eveniunt. At si ad sanitatem spectat, larga sanguinis e naribus profusio morbum repente exsolvit; siquidem somnus accedit, et pituitae sputum sequitur: deinde humoris biliosi atque tenuis: postea multo tenuioris: et deinde cruenta atque crassa et carnosa quaedam exscreantur. Et si post cruenta sputa bilis redeat, et post eam pituita, aegroti de salute securi sunt; cum eo tamen, ut, si haec a tertio die incipiant, iique laevia, aequalia, humida, et rotunda facile extussiant, septimo die liberentur: quo tempore etiam venter deiectionibus biliosis perturbatur: spiritus e facili trahitur: mens constat: febres remittunt: cibi cupiditas revertitur; verum si eadem a secunda septimana inchoentur, die decimo quarto redit sanitas. Id nisi fiat, in *suppurationem* adfectus vertitur, quae per horrores et dolores pungentes significatur: accedit sedendi cupiditas, majorque spirandi molestia; tum vero praecipue timor subest, ne pulmones pus repente in se attrahentes hominem, postquam

ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν πλευρέων ῥέψῃ, καὶ διαστήσῃ τάσδε, καὶ κορυφὴν ἐς τὸ ἔξω προβάληται, ἢ ἐς ἔντερον ἐνραγῇ, τὰ πολλὰ περιγίγνεται ἄνθρωπος. φέρει δὲ τὴν νοῦσον ὥρη μὲν χειμὼν μάλιστα πάντων, δεύτερον φθινόπωρον, ἦρ δὲ ἧσσον, ἢν μή κοτε ψυχρὸν γίγνοιτο· θέρος δ' ἥκιστα. ἡλικίη πρῶτον τῶν ἄλλων πάσχουσι γέροντες, οἳ καὶ μᾶλλον ἑτέρων τὸ πάθος διαδιδράσκουσι. οὔτε γὰρ μεγάλη ἂν γίγνοιτο φλεγμονὴ ἐν ξηρῷ τῷ σκήνεϊ, οὔτε ἐς πνεύμονα ἡ μετάστασις. ψυχρότερος γὰρ ἢ ἐπὶ ἄλλης ἡλικίης, καὶ ἀναπνοὴ σμικρὴ, καὶ ἡ ὁλκὴ ἁπάντων ὀλίγη. νέοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ ἀκμῆς, οὐ μάλα μὲν πάσχουσι, ἀτὰρ οὐδὲ μάλα περιγίγνονται· οὐ γὰρ ἂν πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ φλεγμονῇ· ἐπὶ δὲ τοῖσι μεγάλοισι μείζων ὁ κίνδυνος. παῖδες ἥκιστα νοσέουσι πλευρῖτιν· ἀτὰρ καὶ ἧσσον θνήσκουσι. τά τε γὰρ σώματα μανὰ καὶ τὰ ὑγρὰ εὔροα καὶ πολλὴ ἡ διαπνοὴ καὶ ἀποφορή. ὅθεν οὐδὲ μεγάλη ξυνίσταται φλεγμονή· ἥδε τῆς ἡλικίης εὐτυχίη ἐν τῷδε τῷ πάθεϊ.

priora et graviora mala evaserit, suffocent. At si abscessus inter costas subrepat, easque separet, et in exteriorem partem acuatur, vel in intestina pars effundat, homo plerumque ad sanitatem perducitur. E tempestatibus, hieme saepissime morbus hic oriri solet: deinde auctumno: vere rarius, nisi forte id frigidius sit, et aestate rarissime. Ex aetatibus senes frequentius quam ceteri *pleuritide* tentantur, sed ex ea facilius quoque evadunt: quia in sicco corpore neque magna facile excitatur inflammatio, neque transit in pulmones, qui in hac aetate frigidissimi sunt, et parum spiritus adducunt, et ceterarum rerum attractionem habent imbecillem. Juvenes autem, et qui aetate constanti sunt, in adfectum hunc non frequenter incidunt, sed ad sanitatem difficilius perducuntur: neque enim levi de causa, neque ex parva inflammatione aegrotaverint; porro cum magna subest causa, majus etiam imminet periculum. Pueri ex omnibus minime *pleuritide* corripiuntur, et ex ea rarissime etiam obeunt: quia corpora illis rara, et humores fluxi sunt, in iisque perspiratio atque exhalatio multa est: unde fit ut in illis vix magna contrahatur inflammatio; ea est hujus aetatis in adfectu hoc felicitas.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΤΙΩΝ ΚΑΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΟΞΕΩΝ ΠΑΘΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Oxon. [13.] Ed. L. B. (10.)

[13] (10) Κεφ. α'. [περὶ πνευμονίης.] Δυοῖσι τοῖσι πρώτοισι, τροφῇ καὶ πνεύματι, τὰ ζῶα ζῇ· τουτέων δὲ πολλὸν ἐπικαιροτέρη ἡ ἀναπνοή. ἢν γὰρ ἐπίσχῃ τις ὠυτὴν, οὐκ εἰς μακρὰν διαρκέσει, ἀλλ' αὐτίκα θνήσκει ὤνθρωπος. ὄργανα δὲ μυρία, ἀρχὴ μὲν ῥῖνες, ὁδὸς ἀρτηρίη, χώρη δὲ πνεύμων, θώρηξ δὲ πνεύμονος ἔρυμα καὶ δοχή· ἀλλὰ τἄλλα μὲν ὅκως ὄργανα μοῦνον διακονέεται τῷ ζώῳ· πνεύμων δὲ καὶ τὴν αἰ-

ARETAEI CAPPADOCIS DE CAVSIS ET SIGNIS ACVTORVM MORBORVM LIBER SECVNDVS.

Cap. I. [*De peripneumonia.*] Duabus praecipue rebus, alimento atque *spiritu*, tenetur animantium vita; ex his autem longe plurimum praestat *spiritus:* is si comprimatur, homo non diu permanet, sed repente moritur. Hujus instrumenta complura sunt; initium nares: transitus fit per asperam arteriam: locus continens pulmo est: pectus autem pulmonis vallum est ac receptaculum. Sed ceterae quidem partes, tanquam instrumenta duntaxat, homini inserviunt; pulmo solus causam etiam attractionis in

τίην ἴσχει τῆς ὁλκῆς. ἐνίζει γὰρ αὐτέου μέσον σπλάγχον θερμὸν ἡ καρδία, ζωῆς καὶ ἀναπνοῆς ἀρχή. ἥδε καὶ τῷ πνεύμονι τῆς ὁλκῆς τοῦ ψυχροῦ ἠέρος τὴν ποθὴν ἐνδιδοῖ. ἐκφλέγει γὰρ αὐτὸν, ἕλκει δὲ καρδίη. πρῶτον τοιγαροῦν ἢν μὲν ἡ καρδίη πάθῃ, οὐκ εἰς μακρὰν τοῦ θανάτου ἡ ἀμβολή· ἢν δὲ πνεύμων, ἐπὶ μὲν σμικρῇ τῇ αἰτίῃ, δύσπνοια, ζώει κακῶς, θάνατος μήκιστος, ἤν μέν τις ἀκέηται· ἐπὶ δὲ μεγάλῳ πάθεϊ, ὁκοῖον ἡ φλεγμονὴ, πνιγμὸς, ἀφωνίη, ἄπνοια, ὄλεθρος αὐτίκα· ἥδε ἐστὶν ἣν καλέομεν περιπνευμονίην, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος, ξὺν ὀξέϊ πυρετῷ, εὖτε ξύνεστιν αὐτέοισι βάρος τοῦ θώρηκος, ἀπονίη, ἢν μοῦνος φλεγμήνῃ πνεύμων. ἄπονος γὰρ ἡ φύσις αὐτέου· μανὸς μὲν γὰρ τὴν οὐσίην, εἰρίοισιν ἴκελος. ἀρτηρίαι δὲ διελήλανται τρηχεῖαι, χονδρώδεες, καὶ αἵδε ἄπονοι· μύες δὲ οὐδαμῆ, σμικρὰ δὲ νεῦρα, λεπτὰ, ἐς κίνησιν ἐπίκαιρα. ἥδε τῆς ἀπονίης αὐτὴ ἡ αἰτίη. ἢν δὲ καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὑμένων ἐπιφλεγμήνῃ, οἷσι πρὸς τὸν θώρηκα προσέρχεται, ξύνεστι καὶ πόνος, ανα-

se continet: nam in ipsius medio cor, viscus calidum, jacet, quod respirationis vitaeque principium est; illud etiam frigidi aëris attrahendi desiderium pulmoni injicit, siquidem eum incendit: cor autem est id, quod attrahit. Itaque si cor adficitur, mors non longe abest. Sed si pulmo tentetur, idque levi de causa fat, adest spirandi difficultas: vita misera diu protrahitur,[1] nisi si quis medicinam adhibere curet. Verum in adfectu gravi, qualis inflammatio est, adest strangulatus, vocis animaeque interclusio, et celerrima pernicies. Hic ille morbus est, quam *peripneumoniam* vocamus, quae pulmonis inflammatio est, cum acuta febre: in qua pectoris subest gravitas, sed quae dolore vacat, si solus inflammetur pulmo. Is enim naturaliter doloris expers est, quoniam illius substantiae raritas quaedam inest lanae adsimilis: arteriae vero per eum disseminantur asperae, cartilaginosae, eaeque etiam doloris immunes; musculos nusquam, nervos tantum exiguos habet atque tenues, qui motui ipsius inserviunt. Et haec quidem vera est causa, cur dolorem pulmo non percipiat. Sed si membrana quaevis ex iis, per quas pulmo pectori

Ed. Oxon. [13. 14.] Ed. L. B. (11.)

πνοὴ κακὴ, θερμὴ, ἀνακαθίνυσθαι ἐθέλουσι σχῆμα ὄρθιον ἐς ἀναπνοήν. τόδε γὰρ ῥήϊστον τῶν σχημάτων. ἐρυθροὶ τὰ πρόσωπα· ἐπὶ δὲ μᾶλλον τὰ μῆλα· τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν λαμυρώτατα καὶ πίονα. ῥὶς ἄκρη σιμὴ, φλέβες ἐν κροτάφοισιν ἢ καὶ τραχήλῳ διηρμέναι, ἀποσιτίη, σφυγμοὶ τὰ πρῶτα μεγάλοι, κενοὶ, πυκνότατοι, ὁκοῖόν τι συνεληλαμένοι. θερμασίη ἡ μὲν ἐς τὸ ἔξω ἀμυδρὴ, ὑγροτέρη· ἡ δὲ ἐς τὸ ἔνδον ξηρὴ, θερμοτάτη· ἐφ' ᾗ ἀναπνοὴ θερμὴ, δίψος, γλώσσης ξηρότης, ἐπιθυμίη ψυχροῦ ἠέρος, γνώμης ἀπορίη, βὴξ ξηρὰ τὰ πολλά. ἢν δέ τι ἀνάγηται, φλέγμα ἀφρῶδες, ἢ ὑπόχολον κατακορὲς, ἢ δίαιμον ἀνθηρὸν σφόδρα· τόδε ἐστὶ τὸ δίαιμον τῶν ἄλλων κάκιον. ἢν δὲ ἐπὶ τὸ θανατῶδες ἐπιδιδοῖ, ἀγρυπνίη, ὕπνοι σμικροὶ, νωθροὶ, κωματώδεες, φαντασίαι ἀξύνετοι· παράληροι τὴν γνώμην, ἐκστατικοὶ οὐ μάλα. [14] ἀγνωσίη τῶν παρεόντων κακῶν. ἢν γοῦν ἐπανείρῃ περὶ τῆς νούσου, οὐδὲν ὁμολογέουσι δεινόν· ἄκρα ψυχρὰ, ὄνυχες πελι-

adnectitur, cum eo inflammetur, accedit etiam dolor. Spiritus gravis est ac fervidus; ut facilius spirent, aegri recto corpore residere cupiunt, qui habitus est ad eam rem aptissimus: facies rubet, et in ea praesertim malae: quod in oculis album est, humidissimum et pingue adparet: acumen nasi simum fit: venae in temporibus et cervice elatae sunt: cibi fastidium. Pulsus in initio mali magnus, vacuus, creberrimus, quasi compressus; calor in exterioribus partibus obscurus et humidior; in interioribus autem aridus atque fervidissimus; ex quo spiritus incalescit, sitis fit, et linguae siccitas, et frigidi aeris desiderium, et animi molestia: accedit etiam tussis, quae plerumque sicca est, vel si quidquam exscreetur, pituita prodit aut spumans, aut bile saturata, vel cruenta et coloris floridissimi: atque cruentum id ceteris generibus magis perniciosum est. Quodsi morbus ad exitium inclinet, vigilia sequitur, somnusque parvus fit et segnis et comati similis; vanas imagines accipiunt: animus desipit, sed non violenter admodum perturbatur: malorum praesentium ignari sunt; itaque si eos quemadmodum se habeant roges, nihil grave pati se agno-

Ed. Oxon. [14.] Ed. L. B. (11.)

δνοὶ, ἄγρυπνοι, σφυγμοὶ μικροὶ, πυκνότατοι, ἐκλείποντες, εὖτε ἀγχοῦ τουτέου ὄλεθρος. ἑβδομαῖοι γὰρ τὸ πλέον θνήσκουσιν· ἢν δέ κοτε ἐπαναφέρῃ ἡ νοῦσος, καί τι ἐς ἀγαθὸν τρέπηται, αἱμοῤῥαγίη λάβρως ἐκ ῥινῶν, κοιλίῃ ἐκτάραξις πολλῶν χολωδέων, ἐπάφρων, οἷα δοκέειν ἀπὸ πνεύμονος εἰς τὴν νειαιρὴν γαστέρα ἐξεῶσθαι, ἢν ἀγάγῃ πολλὸν ὑγρότερον ῥηϊδίως. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐς οὖρα ἐτράπετο. ὁκόσοισι δὲ πάντα ὁμοῦ ξυμπίπτει, οἵδε ὀξύτατοι ῥηΐζουσι. μετεξετέροισι δὲ πῦος πολλὸν γίγνεται ἐν πνεύμονι, ἢ μετάστασις ἀπὸ τοῦ πλευρέου, ἢν μέζον τὸ ἀγαθὸν ὑπογίγνηται. κἢν μὲν ἐς ἔντερον ἢ κύστιν τὸ ἀπὸ τῆς πλευρῆς παρωχετεύθῃ πῦος, ἐς μὲν τὸ παραυτίκα ἐρήϊσαν ἀπὸ τῆς περιπνευμονίης. ἕλκος δὲ μακροχρόνιον ἴσχουσιν ἐν πλευρῇ· ἀλλὰ περιγίγνεται. ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα ὁρμήσῃ τὸ πῦος, εἰσὶν οἳ ἀπεπνίγησαν, καὶ ἀθρόῃ ἐκχύσι καὶ αναγωγῆς ἀπορίῃ. ὁκόσοι δὲ διαδιδράσκουσι τὴν ἐκ τῆς ἀποῤῥήξεως πνίγα, ἕλκος οἵδε πολλὸν ἴσχουσι ἐν πνεύμονι, καὶ ἐς φθόην μεθίστανται· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀποστά-

scunt; extremae corporis partes frigent: ungues lividi et adunci fiunt: pulsus parvus, creberrimus, deficiens: jamque in propinquo mors est: septimo autem die plerumque obeunt. At si relevetur malum, et in melius vertatur, vel larga sanguinis e naribus profusio erumpit; vel si cui per corpus magna humorum vis ex facili fluat, alvus multis biliosis ac spumantibus dejectionibus perturbatur, ut eae ex pulmonibus in imum ventrem depulsae videantur; nonnullis etiam malum per urinam educitur; quibuscunque autem haec omnia simul eveniunt, hi celerrime sublevantur. Quibusdam pus multum in pulmonibus coit, aut illuc ex latere morbi fit translatio, si multo melius cedat res; et si ad intestina, vel ad vesicam pus ex latere derivetur, *peripneumonia* statim liberantur: sed in latere ulcus diuturnum habent, quod sanescit tamen. At si pus impetum faciat in pulmones, alii conferta ejus effusione, alii rejectionis impotentia suffocantur. Quotquot autem strangulationis periculum ex abscessus eruptione evadunt, multa in pulmonibus habent ulcera, et in *phthisim* deci-

σιος καὶ τῆς φθόης γέροντες οὐ πάνυ τοι περιγίγνονται· ἀπὸ δὲ τῆς περιπνευμονίης νέοι καὶ ἀκμάζοντες.

Κεφ. β΄. [Περὶ αἵματος ἀναγωγῆς.] Αἵματος φορῆς τῆς διὰ στόματος ἰδέαι δύο· ἡ μὲν ἀπὸ στόματος καὶ κεφαλῆς καὶ τῶν τῆδε ἀγγείων· ὁδὸς δὲ ὑπερώη, φαρύγεθρον, ἔνθα καὶ ἀρχαὶ στομάχου καὶ ἀρτηρίης. ἀναχρέμψισι δὲ καὶ βηχὶ σμικρῇ καὶ προχειροτέρῃ ἐς τὸ στόμα ἀπερεύγονται τὸ αἷμα, ὥς τῇ 'γε ἀπὸ στόματος, οὐδὲ ἀνάχρεμψις παρομαρτεῖ, ἔμπτυσις ἥδε καλέεται· ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἦν (12) βραχέῃ τοῦ αἵματος, καὶ στάγδην καὶ ἀθρόον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἀπὸ τοῦ στόματος ἔῃ, οὔ κοτε ἀναγωγὴ καλέεται, ἀλλ' ἢ τὸ αὐτὸ, ἢ πτύσις, ἢ αἱμοῤῥαγίη. ἢν δὲ νέρθεν ἀνίῃ ἀπὸ θώρηκος καὶ τῶν τῆδε σπλάγχνων, πνεύμονος, τρηχείης ἀρτηρίης, τῶν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἡ ἀπὸ τουτέων φορὴ οὐ πτύσις, ἀλλ' ἀναγωγὴ καλέεται, τῆς ἄνω ἴξιος τῆς ὁδοῦ τοὔνομα ἔχουσα. [15] σημεῖα δ' ἀμφοῖν τὰ μὲν ξυνὰ σμικρὰ καὶ παῦρα, ὁκόσα καὶ τὸ χωρίον, ἔνθα καὶ ἀναγω-

dunt. Atqui ex abscessibus et phthisi senes raro admodum convalescunt; e peripneumonia vero juvenes, et qui aetate consistunt.

Cap. II. [*De rejectione sanguinis.*] Profluvii sanguinis per os duae sunt species. Altera fit ex ore et capite et iis quae circa sunt vasculis: cujus via est palatum, et fauces, ubi stomachi etiam et asperae arteriae principium est; cum exscreatione autem et citatiore tussi in os eructatur sanguis. *Emptysis*, (sive *sputum sanguinis,*) vocatur, quemadmodum etiam, ubi ex ore solo fluxio est, neque ulla adest exscreatio. Vel si sanguis majore copia, sive guttatim, sive confertim, vel a capite, vel ab ore profluat, nondum *anagoge*, (sive *sanguinis rejectio,*) sed, sicut prior adfectus, adpellatur vel *ptysis*, vel *haemorrhagia.* At si ex internis partibus a pectore, quaeque in eo sunt, visceribus, ut pulmonibus, aspera arteria, locisque spinae finitimis, adscendat, hujusmodi profluvium non *ptysis*, sed *anagoge*, vocatur, ideo quod sanguis per superiores partes feratur. Communia utrique signa aliqua

Ed. Oxon. [15.] Ed. L. B. (12.)

γῆς καὶ πτύσιος ἡ ξυναγωγή· τὰ δὲ ἑκάστης ἴδια μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ ἐπίκαιρα, οἷσιν ἑκατέρην ῥηΐδιον διαγνῶναι. ἢν οὖν ἀπὸ κεφαλῆς ἔῃ, ἐπὶ μὲν πολλῷ τῷ αἵματι μέζω καὶ πλέω τὰ παρεόντα, σμικρὰ δὲ ἐν ὀλίγῃ καὶ σμικρῇ τῇ πτύσι· βάρος αὐτέοισι, πόνος, ὤτων ἦχοι, ἐρύθημα προσώπου, φλεβῶν διαστάσιες, σκοτόδινος· καὶ πρὸ τούτων δὲ, ἡ αἰτίη εὔσημος, πληγὴ, ψύξιες, ἐγκαύσιες, οἰνοφλυγίη· ἥδε γὰρ ἀθρόον πίμπλησι τὴν κεφαλὴν, ἀθρόον καὶ ἐκχέει ἐκραγέντος ἀγγείου· ἐπὶ δὲ σμικρῇ μέθῃ πτύσιες ἐξ ἀραιώσιος. ἴσχνεταί ποτε διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίη ξυνήθης· εἰς ὑπερώην δὲ τρεπομένη ἀναγωγῆς φαντασίην παρέχει. ἢν οὖν ἀπὸ κεφαλῆς ἔῃ, γαργαλισμὸς ὑπερώης, ἀνάχρεμψις πυκνὴ, καὶ ἐπὶ τῇδε ἡ πτύσις βύζεται· θυμὸς ἐγγίγνεται, καὶ εὖ μάλα βήσσουσι. ἢν δὲ ἐς τὴν ἀρτηρίην ἀπὸ τῆς ὑπερώης ἐκρυῇ, τότε βήσσοντες ἀνάγουσι· καὶ ἥδε ἐστὶ ἡ ἀπάτη τοῖσι ἡγευμένοισι ἀπὸ σπλάγχνων τῶν κάτωθεν ἀνάγεσθαι. ἐσρέει δὲ

sunt, levia et pauca, quemadmodum etiam locus, in quem *rejectio* et *sputum* conveniunt; alia vero singulis propria, magna sunt et multa, et notatu digna, e quibus utraque species facile internosci queat. Itaque si sanguis e *capite* feratur, ubi magna est profusio, plures adsunt et majores notae: quae in minore *sputo* minores etiam eveniunt: gravitas dolorque urget: accedit aurium tinnitus, faciei rubor, venarum distentio, vertigo; et haec praecessit evidens aliqua causa, vel ictus, vel frigus, vel aestus, vel nimius vini usus; vinum enim caput repente implet, et repente deplet etiam per vasculum aliquod disruptum: sed ex modica tantum vinolentia, *sputum sanguinis* e venae rarefactione sequitur; interdum usitatus sanguinis e naribus cursus sistitur, et ad palatum conversus *rejectionis* speciem praebet. Itaque si a capite fluat, palati titillatio est, exscreatio frequens, post quam *sputum* confertim prorumpit: ad tussiendum irritantur, neque tamen valde tussiunt. Quodsi in asperam arteriam a palato defluat, in hoc casu sanguinem per tussim egerunt: quae res multos ita fefellit, ut eum ex inferioribus visceribus rejectum suspicati sint.

καὶ ἐς τὸν στόμαχον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, εὖτε ξὺν αὐτῇ ἐμέουσι· ἔστι δὲ καὶ ἥδε ἀπάτη, ὡς ἀπὸ στομάχου φέρεσθαι δοκέειν. ἢν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πτύσιος αἷμα, παχὺ μὲν οὐ κάρτα, χροιῇ δὲ μέλαν, λεῖον, ὁμαλὸν, ἀμιγὲς ἑτέρης οὐσίης. χρεμπτομένοισι γὰρ εὐθὺς ἐπὶ τὴν γλῶσσαν ἔρχεται στρογγύλον, ῥηϊδίως ἀπολυόμενον· ἢν δὲ καὶ τὴν ὑπερώην καθορέῃς, δασυτέρην καὶ ἑλκώδεα ὄψεαι, καὶ τὰ πολλὰ ὕφαιμον· ἰητρίη δὲ ἀρκέσει ἁπλῆ, σμικρὴ, στύμματα μὲν ἐς τὴν ὑπερώην, καὶ τάδε ψυχρά. ἐπὶ γὰρ τοῖσι θερμαίνουσι καὶ τοῖσι ἀραιοῦσι καὶ εὐρύνουσι ἡ φορὴ μέζων· καὶ τόδε τὸ τέκμαρ τῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πτύσιος· ἐς δὲ τὴν κεφαλὴν κενώσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ ῥινέων, ἢ δι᾽ ἑτέρης διαπνοῆς. καὶ τάδε χρὴ ταχέως δρῆν. ἢν γὰρ τὸ αἷμα ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἴῃ, μελέτη μὲν ἐγγίνεται τῇ φορῇ· ἔθος δὲ τοῖσι τῇδε χωρίοισι ἐς ὑπόδεξιν τοῦ αἵματος· ἑλκοῦται δὲ καὶ ἀρτηρία, καὶ βήσσουσι ἀντὶ τῆς χρέμψιος. τοὐντεῦθεν δὲ φορῆς γίγνεται ἡ ἀρχή. ἡ δὲ ἀπὸ θώρηκος καὶ τῶν νέρ-

Nonnunquam a capite in stomachum destillat, et postea cum nausea evomitur; hic etiam subest fraus, adeo, ut e stomacho ferri videatur. Porro sanguis, qui per *sputum* educitur, non valde crassus est, sed colore ater, laevis, aequalis, alii materiae non permixtus. Nam screantibus in linguam illico rotundus incidit et solutu facilis; et si palatum inspicias, id asperum et exulceratum videbis, et plerumque subcruentum. Medicina vero simplex et exigua sufficiet, medicamenta scilicet adstringentia, et ea frigida, palato admota; etenim ista, quae calefaciendi et relaxandi dilatandique habent vim, fluxionem magis incitant. Et ita quidem de *sputo sanguinis* a *capite* oportet coniicere. Sub quo caput vel per venae sectionem, vel per missionem sanguinis e naribus, vel per aliam aliquam viam evacuetur, et haec quam maturrime fiant: nam si sanguis diutius profluat, is ferri iam adsuescet, eaeque partes ex consuetudine sanguinem excipient: aspera etiam exulcerabitur arteria, et pro exscreatione succedet tussis, et ex eo loco profusio fieri iam incipiet. At ex pectore inferioribusque visceribus san-

θεν σπλάγχνων αἵματος φορὴ ἀναγωγὴ καλέεται· ἔστι δὲ κάρτα μὲν ὀλεθρίη, ἢν ἀπὸ τούτων ἐπικαίρων ἐκραγέντων ἔῃ, ἢ κοίλης φλεβὸς τῆς ἐν καρδίῃ, ἀπὸ τοῦ ἥπατος (13) διακονευμένης τὸ αἷμα, ἢ τῆς τῇ ῥάχι παρατεταμένης παχείης ἀρτηρίης. αἱμοῤῥαγίῃ γὰρ ὅκωσπερ ἐν σφαγῇ καὶ δυσπνοῇ ὤκιστος ὄλεθρος· οἷσι δὲ ἀπὸ πνεύμονος, ἢ πλευρῆς, ἢ ἀρτηρίης τῆς τρηχείης, τόσον μὲν ὀξέως θνήσκουσι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἔμπυοι καὶ φθίσιες γίγνονται. τουτέων δὲ ἀσθενεστέρη ἡ ἀπὸ τῆς τρηχείης ἀρτηρίης· ἢν δὲ ἀπὸ στομάχου ἢ κοιλίης ἐμέηται, οὔτε κάρτα ὀλεθρίως ἴσχουσι, κἢν πάνυ πολλὴ αἱμοῤῥαγίη ἔῃ, οὔτε ἡ ἄλθεξις μακρὴ καὶ ποικίλη· ἢν δὲ ἀπὸ ἥπατος καὶ σπληνὸς, οὐ ῥηΐδίη μὲν, οὐδὲ ξυνεχής· ἐς γὰρ τὴν κοιλίην καὶ ἔντερα τουτέων ἡ ἀπόκρισις ἑτοιμοτέρη. οὐ μὴν οὐδὲ ἡ ἄνωθεν διὰ πνεύμονος [16] καὶ ἀρτηρίης, ἀδύνατος, ἢ ἄπιστος. καὶ γὰρ ἐν πυρετοῖς ἀπὸ σπληνὸς καὶ ἥπατος διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγέουσι, κατ᾽ ἴξιν τοῦ σπλάγχνου τοῦ μυκτῆρος ῥέοντος. τόποι μὲν οὖν ἀφ᾽ ὧνπερ ἡ ἀγωγὴ

guinis effusio vocatur *anagoge;* et ea valde mortifera est, si ex nobilis alicujus visceris ruptione contigerit, vel *venae cavae,* quae cordi inseritur, et a jecinore sanguinem distribuit, vel *arteriae istius crassae,* quae secundum dorsi spinam protenditur; nam sanguinis profluvio, perinde ac si jugulentur homines aut strangulentur, citissime pereunt. Quibuscunque autem ex *pulmone,* vel *costa,* vel *aspera arteria* fertur, minus celeriter obeunt, sed *suppurati* tamen fiunt, et in phthisin decidunt; ex iis minus periculi id genus habet, quod ex *aspera* fit *arteria.* At si qui a *stomacho* aut *ventriculo* sanguinem evomunt, ii neque in magno discrimine versantur, licet ingens sit profluvium: neque curatio longa est aut varia. At a *jecinore* et *liene* id neque facile, neque continenter fit, quoniam ex his in ventriculum ac intestina expeditior fluxio est: neque tamen fieri nequit, nec incredibile est, ut sanguis transitum sibi sursum aperire possit per pulmones atque asperam arteriam; quoniam in febribus cruor ex ea nare prorumpit, quae cum affecto viscere in directum jacet. *Locos* iam, e quibus fit proflu-

οἶδε· καὶ ἡ ἐς κίνδυνον ἢ ὄλεθρον διαφορή· οἱ δὲ τρόποι τρεῖς ἔασι· ἢ γὰρ ἀπὸ ῥήξιος ἀγγείου, ἢ διαβρώσιος, ἢ ἀραιώσιος ἀνάγεται. ῥήγνυται μὲν οὖν ἐξαπιναίως, ἢ πληγῇ, ἢ ἐντάσι ἄχθεος, ἢ ἀναθέσι, ἢ ἀπὸ ὕψους ἅλματι, ἢ καὶ βοῇ, καὶ ὀργῇ μεγάλῃ, ἤ τευ ἄλλῃ ὁμοίῃ αἰτίῃ, εὖτε αὐτίκα ἐπὶ τῇ ἀρτηρίᾳ λάβρως τὸ αἷμα ἐκχέεται· ἢν δὲ ἀπὸ βράσιος, χρὴ ἐπανερωτῆν, εἴ κοτε πρόσθεν ἔβηξε ὤνθρωπος, ἢ δύσπνους γέγονε, ἢ ναυτίῃ, ἢ ἔμετος ἦγχε πάρος. ἐκ γὰρ τοιῶνδε πολυχρονίων διεσθίεται τὰ ἀγγεῖα ῥεύματι ξυνεχέϊ καὶ πολλῷ καὶ δριμέϊ. ἐπὴν οὖν πολλὸν ξυντακέντα καὶ λεπτυνθέντα ἐς τέλος ἀπαναλωθῇ τὰ ἀμπέχοντα ὑμένια, τὸ αἷμα ἐκχέει· ἡ δὲ ἐξαραίωσις ἀῤῥαγὴς μὲν, διὰ τόδε οὔτε πολλὴ, οὔτε ἀθρόη, οὔτε παχέος αἵματος· ἀραιώσι δὲ τῶν ἀγγείων τὸ λεπτὸν ἀποτιθέεται· ἢν δὲ πολλὸν αὐλισθὲν ἐν κοίλῃ χώρῃ αὖθις ἀνάγηται, παχύτερον μὲν ἑωυτοῦ γίγνεται, οὐ μὴν παχὺ κάρτα, οὐδὲ μέλαν, ὁκοῖον αἱμάλωψ·

vium, quaeque in iis vel periculi, vel mortis sint discrimina, hactenus exposuimus. *Modi* vero tres sunt; sanguis enim sursum exit vel *rupto* aliquo vase, vel *exeso*, vel *rarefacto*. Ea subito *rumpi* solent vel ex ictu, vel ex contentione in ferendo tollendove onere, vel ex saltu ab edito loco, vel clamore, vel vehementi iracundia, vel alia quavis simili causa; et sanguinis statim copia in asperam arteriam effunditur. *Si erosa* parte fit, interrogare oportet, numnam hominem antea vel tussis, vel spirandi difficultas, vel nausea, vel obitus exercuerit. Etenim in diutinis his adfectibus continua multaque et acri fluxione vasa exeduntur: nam cum valde consumtae extenuataeque, tandem erosae fuerint ambientes vasorum membranulae, ea sanguinem effundunt. At cum vasa *rarefacta* sunt, non *rumpuntur* etiam; quam ob rem neque multus, neque crassus sanguis, neque is confertim effluit, perque vasorum *rarefactionem* tenuis tantum illius pars excernitur; sed si multum in cavo quovis loco collectum postea effundatur, crassior quidem quam ex natura fit, neque tamen valde crassus, neque niger, sicut grumi, copiosior autem, quippe qui in unum lo-

πλεῖον δὲ τῷ πλήθεϊ, ὡς ἀπὸ ἀθροίσιος. οἷσι δ' εὐθὺς ἀναφέροιτο τόδε τὸ εἶδος τῆς ἀγωγῆς, γυναιξὶ ὡς ἐπίπαν οὐ καθαιρομένῃσι, τάδε ἐπιμήνια γίγνεται, καὶ ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισι τῆς καθάρσιος ἐπιφαίνεται, καὶ ἐπὶ τῇσι προθεσμίῃσι τῆς ἀποπαύσιος ἴσχεται· κἢν μὴ ἰηθῇ ἡ γυνὴ, ἐς πολλὰς περιόδους ἀντιπερίοισι ἡ ἀναγωγή· μετεξετέρῃσι δὲ καὶ ἀπεῤῥάγη τὰ ἀγγεῖα. τῷ πλήθεϊ δὲ ἡ διαφορὴ τῆς ἀναγωγῆς, καὶ εἰ ἐξ ἀρτηρίης, ἢ φλεβὸς ἀνάγοιτο. μέλαν μὲν γὰρ καὶ παχὺ καὶ ῥηϊδίως πηγνύμενον, ἢν ἀπὸ φλεβὸς, καὶ ἧσσον ἐς κίνδυνον ῥέπει, καὶ ἐπίσχεται θᾶσσον. ἢν δὲ ἀπ' ἀρτηρίης, ξανθὸν καὶ λεπτὸν, καὶ οὐ μάλα πήγνυται, καὶ ὁ κίνδυνος ὠκύτερος, καὶ ἡ ἐπίσχεσις οὐ μάλα ῥηϊδίη. αἱ γὰρ διασφύξιες τῆς ἀρτηρίης αἱμοῤῥαγίης πρόκλησιν ποιέονται, καὶ τὸ τρῶμα οὐ συμφέρει τῇ πολυκινησίῃ· ἄλθεξις δὲ, ἢν μὲν ἀπὸ διαβρώσιος κακὸν, καὶ οὐ ῥηϊδίη, καὶ σφαλερή· ὑπὸ γὰρ ἐλλείψεως ἐς σύμφυσιν τὸ ἕλκος οὐκ ἀφικνέεται· ἕλκος γὰρ, οὐ τρῶμα γίγνεται· ἐπὶ δὲ (14) τῇσι ῥήξισι ἡ σύμφυσις ἑτοιμοτέρη. ψαύει γὰρ ἀλλήλων τοῦ τρώματος τὰ χείλεα· ἔστι δὲ ὧν ἡ δια-

cum sit congestus. Genus hoc repentinum effusionis feminis plerumque contingit, quae per menstrua non purgantur: et in iisdem purgationis menstruae circuitibus adparet, in iisdemque cessationis temporibus sistitur: ac nisi mulieri succurratur, per multos circuitus purgationis istius vice revertetur; quibusdam feminis vasa etiam disrumpuntur. Interest etiam, an magna copia, et utrum e *vena* et *arteria* sanguis exeat. Si e *vena,* niger est et crassus et valde concrescit, minusque periculi intentat, citiusque supprimitur. Si ex *arteria*, flavus est et tenuis, neque facile concrescit, majusque discrimen imminet, isque aegre supprimi potest; quoniam arteriae pulsus sanguinem propellunt, et ob frequentem ejus motum orae vulneris non committuntur. Ceterum curatio mali, quod ab *erosione* nascitur, et longa est et difficilis et periculi plena; quia propter defectum partis, quae exesa est, ulcus ad contactum non perducitur: id enim non vulnus iam, sed ulcus efficitur. At cum vas *ruptum* sit, ejusdem conjunctio magis in promptu est, quia labia vulne-

φορὴ δευτέρη ἐς κίνδυνον. ἀσινεστάτη δὲ ἡ ἐπὶ τῇσι ἀραιώσισι· ἴσχεται γὰρ αὐτομάτως, καὶ ἰητρίης στύψις, καὶ ἔκψυξις ἱκανή. σημαντέοι δὲ καὶ οἱ τόποι, ἀφ᾽ ὧνπερ ἀνάγεται. ξυνὰ γὰρ πολλὰ σημεῖα, καὶ ἡ ἀπάτη ῥηϊδίη, καὶ ἰητρίη ἑτέρη. ἀπὸ στομάχου μὲν οὖν οὔτε λίην ἐξ ἀραιώσιος ἀνάγεται· ἡ γὰρ τῶν βρωμάτων τε καὶ τῶν πομάτων ψῦξις τε καὶ στύψις ἐς πύκνωσιν ἄγει τὰ μέρεα· ἀτὰρ οὐδὲ διαβρώσιες ξυνεχέες εἰσὶ, καὶ [17] μᾶλλον τῆς προτέρης· τὰ γὰρ ἀναδάκνοντα τῶν ῥευμάτων οὐ προσίσχεται πολλὸν χρόνον, ἀλλ᾽ ἢ ἀπεπτύσθη, ἢ διηλάθη κάτω. συνηθεστέρη δὲ στομάχῳ ἐστὶν ἡ ῥῆξις. εἰ οὖν ἀποῤῥαγῇ κοτὲ, αἱμοῤῥαγίαι οὐ κάρτα μεγάλαι, ὁκοῖαι ἀπὸ θώρηκος. ἰσχνὰ γὰρ τῇδε τὰ φλεβία, σμικραὶ δὲ καὶ ἀρτηρίαι· ἰδέη δὲ τὸ αἷμα οὐ κάρτα μέλαν, ὑπόξανθον, οὐ κατακορέως λεῖον, ἢ σιάλοισι μεμιγμένον, ξὺν ναυτίῃ καὶ ἐμέτῳ ἀναφερόμενον. βὴξ μικρὴ, ἄλλοτε μὲν ξύν τῳ, ἄλλοτε δὲ μούνη ἄνευθεν ἀναγωγῆς·

ris se invicem contingunt; in hoc itaque casu secunda, quoad periculum, differentia est. Nam in vasorum *rarefactione* minimus subest timor; quia sanguis sponte supprimitur, et adstrictio cum refrigeratione ad medelam sufficit. Indicandi iam sunt *loci*, ex quibus fit profluvium; quoniam in iis complura signa sunt communia, et facile quispiam decipi potest, et curatio differt. Itaque a *stomacho* per *rarefactionem* sanguis vix erumpit, quia ciborum potionumque refrigeratio et adstrictio partes has condensat. Neque vero *erosiones* frequenter, minus etiam, quam *rarefactio*, huic incidere solent, quoniam acres erodentesque fluxiones non multum temporis ei inhaerent, sed vel exspuuntur, vel per inferiora depelluntur. *Stomacho* usitatior est *ruptio;* verum si quid hic rumpatur, non aeque magna ac a pectore subsequuntur sanguinis profluvia: tenues enim illic venulae et minutae sunt arteriae. *Sanguis* autem coloris non valde nigri est, subflavus, non saturate tinctus, laevis, aut salivae permixtus, cum nausea vomituque effluens. Levis tussicula est, interdum aliquid emoliens, interdum nihil secum trahens;

Ed. Oxon. [17.] Ed. L. B. (14.)

ξυνταλαιπωρέει γὰρ ἡ ἀρτηρίη τῷ στομάχῳ, παρατεταμένη καὶ ξυνημμένη· δῆξις, ἡ στύψις τοῦ ἕλκεος ἐπὶ τοῖσι καταπινομένοισι· πολλὸν δὲ μᾶλλον, ἢν ψυχρὰ κάρτα ἢ θερμὰ ἢ στρυφνὰ ἔῃ· ἐγγίγνεται δὲ καὶ πόνος τοῦ στομάχου μετεξετέροισι. οἱ δὲ μέσφι μεταφρένου ἔμετοι φλεγματώδεες· ἐπαναφέρουσι δὲ κοτὲ, ἐπὴν ἐς μῆκος ἡ νοῦσος ἐπιταθῇ, καὶ μέζων ἔῃ τουτέων ἀποσιτίη, πλῆθος πολύ· πυρετοὶ οὐ μάλα ξυνεχέες, ἀλλὰ ῥεμβώδεες, ἀπὸ δὲ κοιλίης ἀνάγοιτο μέλαν καὶ πηγνύμενον, κῆν ἀπὸ ἀρτηρίης ᾖ· ἢν δὲ ἀπὸ φλεβὸς, πολλόν τι μελάντερον, πολλὸν δὲ καὶ παγετώτερον· ναυτίη πολλὴ καὶ ἔμετος φλεγμάτων καὶ χολωδέων, τοῖσι σιτίοισι συμμιγνύμενον τὸ αἷμα, κῆν προβεβρώκῃ ὤνθρωπος· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ χώρῃ ἄμφω ἅμα ἀλίζεται καὶ ἡ τροφὴ καὶ τὸ αἷμα. ἐξερεύξιες πολλαὶ, βρομώδεες· κῆν μὲν πολλὴ ξυλλεγῇ, ἀπορίη, σκοτόδινος· ἢν δὲ ἐμεθῇ τάδε, ῥηΐζουσι, ἔκλυτοι, καυσώδεες τὸ σύμπαν, πόνος ξυνεχὴς τῆς κοιλίης· ἀπὸ δὲ τῆς τρηχείης ἀρτηρίης μικρὸν καὶ σφόδρα ξανθὸν τὸ αἷμα καὶ ξὺν βηχὶ ἀνάγουσι· κῆν μὴ ἀνάγωσι δὲ, διηνεκέως

etenim una laborat aspera arteria, stomacho praetenta eique adhaerescens. Inter devorandum ulceris vel morsus, vel adstrictio, multo autem magis, si ea quae deglutiuntur valde frigida, vel calida, vel acerba sint. Inhaeret etiam stomachi dolor, qui nonnullis usque ad dorsum pertingit: pituitae vomitus, et si morbus in vetustatem incidat, et increscat cibi fastidium, pituitosa multa effundunt: febres non continuae, sed vagae. At a *ventriculo* niger concretusque sanguis evomitur, licet ex arteria fluxerit: si ex vena, multo nigrior concretiorque; multa nausea, pituitaeque et bilis vomitus: si homo non multo ante comederit, cibo sanguis permixtus effunditur; nam in eodem loco cibus sanguisque congregantur; eructatio frequens et odoris foedi. Quodsi multa intus coierit materia, sequitur molestia et vertigo: eadem si evomatur, relevantur quidem, languent tamen, penitusque exaestuant, iisque adsidue dolet ventriculus. Ceterum ab *aspera arteria* paucus sanguis, isque coloris flavissimi, cum tussi expellitur: qui nisi extundatur, continenter tussiunt; ac-

βήσσουσι· αἴσθησις δὲ καὶ πόνος, ἔνθα ὁ βρόγχος, μικρόν τι νέρθεν ἢ ὕπερθεν· φωνὴν βραγχώδεες, ἀσαφέες· ἢν δὲ ἀπὸ πνεύμονος ᾖ, ἀθρόως ἡ ἀναγωγὴ, ἐπὶ δὲ μᾶλλον, εἰ ἐκ διαβρώσιος. ξὺν βηχὶ πολλῇ ξανθὸν κατακορέως ἀφρῶδες, στρογγύλον, ὡς ἄλλην ἄλλης ἀναγωγὴν διακεκρίσθαι. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν ξυνῷ ἀγγείῳ φθορὴ τῶν τοῦ θώρηκος ἀναγομένων ἄλλη. διαστήσαις ἂν τὰ ξυμμεμιγμένα ὡς ἐκ παραθέσιος, ὡς ὄντα μέρεα θώρηκος· τὴν δ' ἰδέην σαρκοειδέα δοκοίης ἂν πλεύμονος ἔμμεναι μέρεα· θώρηκος βάρος, ἀπονίη, ἐρύθημα προσώπου πολλόν τι μᾶλλον τουτέοισι. ἢν δὲ ἀπὸ θώρηκος καταπίνῃ, ἐς τὸ πρόσθεν κατὰ τὸ στέρνον πόνος δια(15)σημαίνει τοῦ ἐῤῥωγότος μέρεος. βὴξ σύντονος καὶ μόλις ἀνάγουσα. τὸ δὲ αἷμα ξανθὸν οὐ κάρτα, μέσως παχὺ, ἄναφρον. ἢν δὲ καὶ πνεύμων ἐκ τῆς παρόδου ξυμπαθήσῃ, προσδιδοῖ τοῦ ἀφρώδεος. ὁδὸς γὰρ θώρηκος ἐς ἀρτηρίην πνεύμων. ἢν δὲ ἀπὸ πλευρῆς, ξὺν βηχὶ μὲν, μέλαν δὲ καὶ λεῖον, κάκοδμον, βρομῶδες, ὁκοῖον τῆς σηπεδόνος, πόνος τῆς πλευρῆς ὀξύς.

cedit etiam paululum infra vel supra guttur doloris sensus: vox rauca et obscura. Quodsi profluvium fiat a *pulmone*, exesa praesertim parte, confertim effunditur, et cum vehementi tussi sanguis exit saturate flavus, spumans, rotundus, ita, ut alia ab alia differat rejectio; quoniam eorum, quae de pectore exeunt, etiam in communi vase corruptio diversa est; et ex iis, quae tanquam ex adpositione permiscentur, separare quaedam possis, quae pectoris partes esse videantur: alia vero, quae quasi carnosa sunt, pulmonis esse partem existimes; adest pectoris gravitas sine dolore, et in his facies valde rubet. Si ex pectore fit profusio, dolor anterius; juxta os pectoris, ruptae partis indicium est: tussis fit assidua, vix quidquam trahens: sanguis autem non admodum flavus, modicae crassitudinis, sine spuma; at si in ejus transitu per consensum adficiatur pulmo, aliquid ab eo spumae communicatur: quoniam ex pectore in asperam arteriam via per pulmonem est. At e *latere* sanguis cum tussi fertur, niger, laevis, foedi odoris virosique, qualis e putrefactis

πολλοὶ γοῦν θνήσκουσι πλευριτικὸν τρόπον ξὺν πυρετῷ. [18] ὥρη δὲ φέρει ὑγρὴ καὶ θερμή. τοῖον δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἔαρ. δεύτερον τὸ θέρος, μετόπωρον ἧσσον, χειμὼν δὲ ἥκιστα· θνήσκουσι δὲ θέρους μὲν μάλιστα αἱμοῤῥαγίῃ· φλεγμοναὶ γὰρ οὐ κάρτα μεγάλαι γίγνονται τότε· ἔαρος δεύτερον, φλεγμονῇ καὶ πυρετοῖσι καυσώδεσι· φθινοπώρῳ δὲ ὡς ἐπίπαν ῥηϊδίως φθόαι γίγνονται. ἀθρόον δὲ εἰρῆσθαι, ἐπὶ πάσῃ αἵματος ἀναγωγῇ, κῆν μικρὴ ἔῃ, κῆν ἤδη μεμύκῃ τὰ ῥαγέντα, ἕπεται δυσθυμίη, δυσελπιστίη, ἀπογνῶσι τοῦ βίου. τίς γὰρ οὕτως εὐσταθὴς ὡς ὁρῆν μὲν ἑωυτὸν σφαγῇ ἴκελον πεπονθότα, μὴ ὀῤῥωδέῃ δὲ ἀμφὶ θανάτου; καὶ γὰρ καὶ τὰ μέζω τῶν ζώων καὶ τὰ ἀλκιμώτερα, ὁκοῖον οἱ ταῦροι, αἱμοῤῥαγίῃ θνήσκουσι ὤκιστα. ἀλλὰ τόδε μὲν οὐ μέγα τὸ θῶϋμα. θῶϋμα δὲ μέγα τόδε. ἐπὶ γὰρ τῇ ἀπὸ πνεύμονος φορῇ μούνῃ χαλεπωτάτῃ ἐούσῃ οὐκ ἀπογιγνώσκουσι ἑωυτῶν οἱ ἄνθρωποι, κῆν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσι. δοκέω δὲ ἔγωγε τὴν τοῦ πνεύμονος ἀπονίην αἰτίην ἔμμεναι· πόνος γὰρ κῆν σμι-

rebus exhalat: lateris acutus dolor; multique pleuriticorum more cum febre moriuntur. Hos adfectus infert humida et calida tempestas, quale est humidum calidumque ver: post hoc aestas: minus auctumnus: hiemsque minime. Aestate per sanguinis profusionem maxime intereunt: quoniam eo tempore inflammationes maximae oriuntur: vere proxime, ex inflammationibus febribusque ardentibus; auctumno autem *phthises* praecipue oriuntur. Utque summatim loquar, in omni *sanguinis rejectione*, licet parva sit, ruptaeque licet partes iam coierint, sequitur animi demissio, vitaeque maxima desperatio; quis enim ita constantis animi est, ut seipsum quasi jugulari sentiat, neque mortem pertimescat? siquidem animalia quoque maxima et fortissima, quales tauri sunt, sanguinis profusione celerrime moriuntur. Verum haec quidem res non ita mira est; illud autem maxime admirabile: quod in eo tantum casu, ubi sanguis e *pulmone* fertur, qui adfectus omnium est gravissimus, aegri, etiam cum ad ultima ventum sit, de se non desperent. Mihi quidem hujus rei videtur esse causa, quod pulmo dolorem non sentit; nam

κρὸς ἔῃ, θάνατον ὀῤῥωδέει· καὶ ἔστι ἐν τοῖσι πλείστοισι φοβερώτερος ἢ κακίων· ἀπονίῃ δὲ καὶ ἐν τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι ἀφοβίῃ θανάτου, καὶ ἔστι κακίων ἢ φοβερωτέρῃ.

Κεφ. γ΄. [Περὶ συγκοπῆς.] Εὖ γε ὅλως ὁ ἰητρὸς, ἠδὲ ὁ δημότης, εὖ γε ἐπικλήσιος τοῦδε τοῦ πάθεος. ὦ κύφων, οὐ κακοῦ ἐστὶ οὔνομα· τί μὲν γὰρ μέζον ἢ ὠκύτερον συγκοπῆς δυνάμιος; τί δὲ οὔνομα ἕτερον εἰς ἐπίκλησιν τοῦδε τοῦ πράγματος μᾶλλον εὔσημον; τί δὲ καρδίης ἄλλο καιριώτερον ἐς ζωὴν ἢ ἐς θάνατον; οὐδὲ τὴν συγκοπὴν ἄπιστον τῆς καρδίης νοῦσον ἔμμεναι, ἢ αὐτὴν σίνος τῆς ἐν αὐτέῃ τοῦ ζῆν δυνάμιος· τόσον τε τάχος τοῦ ὀλέθρου, τοιῆδε καὶ ἰδέῃ. ἔστι γὰρ τὸ πάθος λύσις τῶν δεσμῶν τῆς εἰς ζωὴν δυνάμιος, ἀντίξουν τῇ συστάσει τοῦ ἀνθρώπου ἐόν. τῆσδε γὰρ ἀπρὶξ λαβόμενον οὐ μεθίῃσι, ἀλλ᾽ ἐς διάλυσιν τρέπει. καὶ οὐ μέγα τὸ θῶϋμα. καὶ γὰρ καὶ ἕτερα πάθεα ἴδια καὶ ἐπίκαιρά τινων μερέων ἐστὶ, οἷσίπερ ἐμφύνει, καὶ τουτέων ἐξάπτεται· βουβῶνες μὲν οἱ λοιμώδεες ἥπατος καὶ σφόδρα κα-

vel in exiguo dolore laborantes mortem horrescunt, et plerique magis exterrentur quam laeduntur: contra, cum in maximis adfectibus dolor abest, nullus etiam mortis subest timor, et id mali magis perniciosum est quam terrificum.

Cap. III. [*De Syncope.*] Recte medicus atque vulgus, recte plane hunc adfectum nominarunt; etenim nomen mali est, quod celerrime occidit. Ecquid enim *syncopes* vi majus celeriusve est? ecquodnam aliud nomen hujusce rei possit esse significantius? Quaenam vero pars magis, quam cor ad vitam mortemque confert? Neque enim syncopen adfectum cordis esse incredibile videtur, aut vitalis in eo facultatis detrimentum; tanta mortis est celeritas, talisque species. Hic quippe morbus vinculorum quaedam dissolutio est, quibus facultas continetur vitalis: et humanae constitutioni plane adversarius: nam cum eam tenaciter adripuerit, non dimittit, quoad hominem dissolverit. Quid mirum? siquidem alii graves adfectus certis quibusdam partibus, quibus innascuntur, proprii sunt, easque solas attingunt; *bubones* pestiferi iique pessimi mo-

Ed. Oxon. [18. 19.] Ed. L. B. (15. 16.)

κοήθεες, ἐξ ἄλλου δὲ γίγνονται οὐδενός. νεύρων δὲ τέτανος, ἐπιληψίη δὲ κεφαλῆς. τῷδε οὖν καὶ ἡ συγκοπὴ καρδίης ἐστὶ καὶ ζωῆς νοῦσος. ὁκόσοι δὲ στομάχου ἡγέονται τὸ πάθος ἔμμεναι, οὕνεκα σιτίοισί τε καὶ οἴνῳ, μετεξετέροισι δὲ καὶ ψυχρῷ, ἡ δύναμις ἐτάθη, καὶ τὸ κακὸν ἐξελάθη, οἵ δέ μοι δοκέουσι [19] καὶ τὴν φρενῖτιν τριχῶν τῆς κεφαλῆς, καὶ (16) τοῦ δέρματος νοῦσον ἡγέεσθαι, οὕνεκεν κουρῇ καὶ τέγξι αὐτέων ῥηΐζουσι οἱ φρενιτικοί. ἀλλὰ γὰρ τῆς καρδίης γειτόνημα καίριόν ἐστι ὁ στόμαχος, ἐξ οὗπερ ἕλκει ἡ καρδίη οἰκεῖον ἢ ἀξύμφορον. καὶ γὰρ καὶ διὰ πνεύμονος ἕλκει πνεῦμα εἰς ἀναπνοὴν ἡ καρδίη, ἀλλ' οὐχὶ πνεύμων ἐξ ἴσης ἀρχῆς ἀναπνέει. οὐ γὰρ ἐν τοῖσι ὀργάνοισι αἱ δυνάμιες, ἀλλ' ἔνθα ἀρχὴ ζωῆς ἦν καὶ ἰσχύος. στόμαχος δὲ οὔτε ἀρχὴ οὔτε χωρίον ζωῆς· βλαβήσεται δέ τις διὰ ἀτονίην. καὶ γὰρ καὶ τὰ καρδιοβόλα βρώματα οὐ τὸν στόμαχον σίνεται, ἀλλὰ δι' αὐτέου τὴν καρδίην· ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ τοῖσδε θνήσκοντες σημεῖα ἴσχουσι καρδίης πάθεος, σφυγμοὺς μικροὺς, ἀδρανέας, πάταγον τῆς

ris, ex jecinore, neque ex alia quavis parte, oriuntur: nervis *tetanus* est proprius: *epilepsia* capiti: ita *syncope cordis vitaeque morbus* est. Quicunque vero hunc esse stomachi adfectum existimant, quia cibo vinoque, quibusdam etiam frigida, vires auctae, malumque sit depulsum, mihi quidem eodem jure *phrenitidem* morbum esse capillorum cutisque capitis videntur arbitrari posse, quia detondendis perfundendisque crinibus relevantur phrenitici. Verum enim vero stomachi vicinia cordis plurimum interest, quippe ex quo cor tam utilia quam noxia sibi attrahat. Siquidem aërem etiam per pulmones, respirationis gratia, cor adducit: neque tamen ex aequo principio pulmones spirandi facultate potiuntur. Etenim haud instrumentis inest vis, sed illic, ubi vitae atque roboris principium est; porro stomachus nec vitae principium est, nec sedes. Potest quidem fieri ut per imbecillitatem ejus quispiam laedatur: quemadmodum cibi, qui cordi noxii sunt, non stomacho ipsi, sed per eum cordi officiunt; siquidem qui ex his intereunt cordis adfecti notas habent, pulsum exiguum, imbecillem, cordis palpitationem

καρδίης, ἐπὶ πηδήσι καρτερῇ, σκοτόδινος, λειποθυμίη, νάρκη, καὶ παρέσιες μελέων, ἱδρὼς ἄσχετος, πουλὺς, ψύξις, ὅλου ἀναισθησίη, ἀφωνίη. ποῦ δὴ τὸν στόμαχον πάσχειν τάδε; ἅττα δὲ αὐτέου ἴδια, ναυτίη, ἔμετος, ἀποσιτίη, λὺγξ, ἐρεύξιες, ὀξυρεγμίη· ἐπὶ δὲ τοῖσι καρδιώσσουσι καὶ αἰσθήσι ὀξύτεροι, ὡς ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι μᾶλλον ἢ πρόσθεν, καὶ γνώμῃ εὐσταθέστεροι, καὶ ψυχῇ καθαρώτεροι, καὶ τάδε οὐκ εἰς τὰ παρεόντα μοῦνον καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάντιες ἀτρεκέες. μὴ οὖν καὶ αἵδε στομάχου αἱ δυνάμιες, ἀλλὰ καρδίης· ἔνθα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ φύσις αὐτέης ἦν, εἰς ἣν καὶ τὸ πάθος ᾗ τῶν τῇδε δυνάμεων. ἔστι δὲ ἧς τῆς νόσου ἥδε ἡ ἔκλυσις τοῦ τόνου τῆς φύσιος ἐπ' αἰτίῃ ψύξι καὶ ὑγρότητι. καὶ γὰρ ἄθερμοι, καὶ τὰ εἴσω καὶ τὰ ἔξω, καὶ ἄδιψοι, καὶ ψυχρὸν ἀναπνέουσι, κἢν ἐκ μεγάλων καὶ καυσωδέων ἐστὶ πυρετῶν, ἐξ ὧνπερ ἐξάπτεται ἡ ξυγκοπή. εὖτε μὲν γὰρ ἔῤῥωται ἡ φύσις, καὶ ἐστὶν εὔκρατος, πάντων μὲν κρατέει, πᾶσι δὲ σημαίνει, καὶ ὑγρῷ, καὶ πνεύματι, καὶ στερεοῖσι, καὶ τῇ τού-

cum subsultu vehementi: accedit vertigo, animae defectus, membrorum torpor ac resolutio, ingens neque cohibendus sudor, totius corporis frigus, sensús vocisque privatio. Haeccine vero stomachus patiatur? huic quidem adfectus proprii sunt, nausea, vomitus, cibi fastidium, singultus, eructatio, et ea nonnunquam acida. Ii vero, qui corde laborant, sensus habent etiam acutiores, ita ut melius quam antea et audiant et videant: mente quoque constantiori puriorique anima praediti sunt, idque non modo in praesentibus negotiis, sed etiam ut futura verissime declarent. Hae certe non stomachi, sed cordis, facultates sunt, ubi et anima, et natura ejus locatur, ubi etiam eaedem facultates morbo adficiuntur. Ceterum hic adfectus virium naturae dissolutio est, ejusque causa frigiditas cum humiditate: nam et intra et extra calore vacant, neque sitiunt, et spiritum emittunt frigidum, magnis licet atque *ardentibus* adflictati fuerint febribus, a quibus *syncope* succenditur. Nam cum natura valens, et recte temperata est, omnibus dominatur atque imperat, et humoribus, et *spiritui*, et solidis partibus, perque conve-

Ed. Oxon. [19. 20.] Ed. L. B. (16.)

των εὐταξίῃ καὶ ξυμμετρίῃ ἐς ζωὴν διέπει τὸν ἄνθρωπον· ἢν δὲ τῆς φύσιος ὁ δεσμὸς, τουτέστι ὁ τόνος, λυθῇ, τότε γίγνεται τὸ πάθος. κατάρχει δὲ αὐτέου καῦσος, ὅς ἐστι τοιόσδε.

Κεφ. δ'. [*Περὶ καύσων.*] *Πῦρ* μὲν πάντῃ καὶ δριμὺ καὶ λεπτὸν, μάλιστα δὲ τὰ εἴσω, ἀναπνοὴ θερμὴ, ὡς ἐκ πυρὸς, ἠέρος ὁλκὴ μεγάλη, ψυχροῦ ἐπιθυμίη, γλώσσης ξηρότης, αὐασμὸς χειλέων καὶ δέρματος, ἄκρεα ψυχρὰ, οὖρα χολόβαφα κατακορέως, ἀγρυπνίη, σφυγμοὶ πυκνοὶ, σμικροὶ, ἔκλυτοι· ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροὶ, ὑπέρυθροι· προσώπου εὐχροίη. [20] ἢν δὲ ἐπιμᾶλλον αὔξῃ τὸ πάθος, μέζω τὰ πάντα καὶ κακίω· σφυγμοὶ σμικρότατοι καὶ πυκνότατοι, πῦρ ξηρότατον καὶ δριμύτατον, γνώμη παράφορος, πάντων ἀγνωσίη, διψώδεες, ψαῦσαι ψυχροῦ ἐπιθυμίη, τοίχου, ἐσθῆτος, ἐδάφεος, ὑγροῦ· χεῖρες ψυχραὶ, θέναρα θερμότατα, ὄνυχες πελιδνοὶ, ἀναπνοὴ πυκινὴ, νοτὶς περὶ μέτωπα καὶ κληῖδας. ἢν δὲ ἐς ἄκρον ξηρότητος καὶ θερμασίης ἥκῃ ἡ φύσις, τὸ μὲν

nientem horum ordinem et modum vitam hominis administrat: at si naturae vinculum, i. e. vis, soluta fuerit, tunc adfectus iste nascitur. Huic initium praebet *causus,* (sive *febris ardens*) qui hujusmodi est.

Cap. IV. [*De causis sive febribus ardentibus.*] Fervor ubique acer atque tenuis, in interioribus praesertim partibus: spiritus velut ex igne, torridus: ingens aëris adductio, ejusdemque frigidi desiderium: linguae, itemque labiorum et cutis siccitas: extremae partes frigent: urina bile saturata: vigiliae: pulsus creber, exiguus, languidus: oculi lucentes, splendidi, subrubri: bonus faciei color. Quodsi malum increscat, majora et pejora fiunt omnia; pulsus minimus et creberrimus: calor siccissimus et acerrimus: mens desipit: omnium rerum ignari sunt: siticulosi: omnia frigida attrectare cupiunt, parietem, vestem, pavimentum, humorem: manus frigent, sed earum palmae vehementer incalescunt: ungues lividi: respiratio frequens: roscidus quidam humor circa frontem et jugula. At si ad ultimam ariditatem et calorem pervenerit natura,

θερμὸν ἐς ψυχρὸν, ὁ δὲ αὐχμὸς ἐς ἐπομβρίην τρέπεται. αἱ γὰρ τῶν πρηγμά(17)των ἐς τὸ ἔσχατον ἐπιτάσιες εἰς τὴν ἐναντίην μεταβάλλουσι ἰδέην. ἐπὴν οὖν λυθῇ τῆς φύσιος τὰ δεσμὰ, τόδε ἐστὶ ἡ συγκοπὴ, τότε ἱδρὼς ἄσχετος πάντη τοῦ σώματος, ἀναπνοὴ ψυχρὴ, ἀτμὸς ἀνὰ ῥῖνας πουλὺς, ἄδιψοι. ἐξήρανται γὰρ τά τ᾽ ἄλλα, ἀτὰρ καὶ τὰ ἄλλα διψαλέα ὄργανα, στόμα, στόμαχος· οὖρα λεπτὰ, ὑδατώδεα· κοιλίη τὰ πολλὰ μὲν ξηρὴ, ἔστι δὲ καὶ οἷσι ὑποφέρει βραχέα χολώδεα, πουλὺς πλάδος. διαῤῥέει δὲ καὶ τὰ ὀστέα λυόμενα· καὶ ἀπὸ πάντων ὡς ἐν ποταμῷ ἐς τὰ ἔξω ἡ φορή· ψυχῆς κατάστασις, αἴσθησις σύμπασα καθαρὴ, διάνοια λεπτὴ, γνώμη μαντική. προγινώσκουσι μὲν οὖν πρώτιστα μὲν ωὑτέοισι τοῦ βίου τὴν μεταλλαγήν· ἔπειτα τοῖσι παρεοῦσι προλέγουσι τὰ αὖθις ἐσόμενα· οἱ δὲ αὐτέους μὲν ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἄλλο φασὶ δοκέουσι· τῇ ἀποβάσι δὲ τῶν εἰρημένων θωϋμάζουσι ὤνθρωποι. μετεξέτεροι δὲ καὶ προσλαλέουσι τῶν κατοιχομένων τισὶ, τάχα μὲν παρεόντας ὁρεῦντες αὐτοὶ μοῦνοι, ὑπὸ λεπτῆς καὶ καθα-

calor in frigus, siccitasque in humiditatem convertitur; quoniam extrema rerum incrementa in contrarium statum solent transire. Itaque cum soluta fuerint naturae vincula, haec est *syncope:* tum per universum corpus non supprimendus sudor erumpit: respiratio frigida: plurimus circa nares vapor: siti ardent; etenim tum omnes aliae partes, tum praecipue ipsa sitis instrumenta, os scilicet atque stomachus, exaruerunt; urina tenuis, aquosa: alvus plerumque sicca est, sed quibusdam pauca, biliosa excernit; multus redundat humor: quin etiam ossa dissolvuntur atque diffluunt: ex omni parte, sicut in flumine, extra fit effusio. Animus constans rursus efficitur: puri sensus omnes: ingenium subtile: mens vatidica; quo fit ut inprimis vitae suae finem adesse praesentiant; deinde adstantibus futura praedicant; sunt quidem nonnulli, qui eos aliena loqui arbitrantur, sed cum praedicta evenerint, homines admiratione obstupescunt. Alii cum quibusdam defunctis etiam colloquuntur, quos praesentes ipsi fortasse soli prae tenui puroque sensu adspiciunt: aut forte ipso-

ρῆς αἰσθήσιος, τάχα δ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς προγινωσκούσης, καὶ διηγευμένης τοὺς ἄνδρας οἷσι ξυνέσονται· πρόσθεν μὲν γὰρ ἐν ἰλύϊ τοῖσιν ὑγροῖσιν ἔην καὶ ζόφῳ· ἐπεὶ δὲ τάδε ἐξήντλησε ἡ νοῦσος, καὶ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν ἕλε, ἐρέουσι τά τε ἐν τῷ ἠέρι καὶ γυμνῇ τῇ ψυχῇ γίγνονται μάντιες ἀτρεκέες· οἳ δὲ ἐς τοσόνδε λεπτότητος ὑγρῶν καὶ τῆς γνώμης ἀφιγμένοι οὐ μάλα τοι περιγίγνονται, ἐξηερωμένης ἤδη τῆς ζωτικῆς δυνάμιος.

Κεφ. ε΄. [Περὶ χολέρης.] Ἡ χολέρη παλίνορσός ἐστι φορὴ τῆς ὕλης τῆς ἐν τῷ παντὶ ἐς τὸν στόμαχον καὶ τὴν κοιλίην καὶ τὰ ἔντερα, ὀξύτατον κακόν· διεκθέει δὲ ὕπερθεν μὲν ἐς ἔμετον τὰ ἐν τῷ στομάχῳ ἀλιζόμενα· διὰ δὲ τῆς κάτω διεξόδου τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ τοῖς ἐντέροις ὑγρά. Ἰδέην δὲ τὰ πρῶτα μὲν ὑδατώδεα τὰ δι' ἐμέτου, τὰ δὲ δι' ἕδρης κόπρανα ὑγρὰ, δυσώδεα· ἀπέψιες γὰρ ξυνεχέες [21] αἱ τῆσδε προφάσιες· ἢν δὲ τάδε ἀποκλυσθῇ, φλεγματώδεα, ἔπειτα χολώδεα. τὰ πρῶτα μέρη ῥηϊδίως ἄπονος· ἔπειτα δὲ ξὺν ἐντάσεσι μὲν ὁ στόμαχος, γαστὴρ δὲ μετὰ στρόφων·

rum animo viros, quibuscum versaturi sunt, praenoscente atque declarante. Is quippe erat antea in humorum illuvie et caligine demersus: postquam autem ista morbus exhauserit, tenebrasque dispulerit ab oculis, quae gerantur in aëre, enarrant, mentemque quasi nudam habentes veracissimi vates evadunt. Quicunque vero ad istam humorum animique tenuitatem pervenerint, vix supersunt, quia facultas eorum vitalis iam in auras evanuerit.

Cap. V. [*De Cholera.*] Cholera materiae recursus est ex universo corpore in stomachum et ventriculum et intestina: malum acutissimum. Ea quidem, quae in stomacho congesta fuerint, supra per vomitum erumpunt; per inferiores autem vias humores in ventriculo et intestinis collecti exeunt. Quae primo evomuntur, aquosa sunt: stercora venter excernit liquida et odoris foedi: nam adfectus hic ex adsidua cruditate nascitur; ubi ista eluuntur, pituitosa prodeunt, ac deinde biliosa. In initio haec facile ac sine dolore redduntur, postea vero cum stomachi intensione ac ventris torminibus. Si morbus increscat,

ἢν δὲ ἐς τὸ κάκιον ἐπιδιδῷ, καὶ στρόφοι μείζονες, λειποθυμίη, ἔκλυσις μελέων, ἀπορίη, ἀποσιτίη· ἢν δὲ καί τι προσενέγκωνται, πολλῷ ῥοίζῳ ξὺν ναυτίῃ ἐς ἔμετον διεκθέει ξανθὴ χολὴ κατακορέως καὶ τὰ διαχωρήματα ὅμοια· σπασμοὶ, ξυνολκαὶ μυῶν τῶν ἐν τῇ κνήμῃ καὶ βραχιόνων· δάκτυλοι καμπύλοι, σκοτόδινοι, λὺγξ, ὄνυχες πελιδνοὶ, κατάψυξις, ἄκρεα ψυχρὰ, καὶ τὸ ὅλον ῥιγώδεες· ἢν δὲ ἐς τελευτὴν ἥκῃ τὸ κακὸν, ἀτὰρ ἱδροῖ ὤνθρωπος· χολὴ μέλαινα ἄνω καὶ κάτω. οὖρα σχεθεῖσα κύστις ὑπὸ σπασμοῦ· ἀλλ᾽ οὐδὲ οὖρον ἀλίζεται ὑπὸ τῆς ἐς τὸ ἔντερον τῶν ὑγρῶν μετοχετεύσεως· ἀφωνίη, σφυγμοὶ σμικρότατοι καὶ πυκνότατοι, ὁκόσοι ἐπὶ ξυγκοπῇ· ἐντάσιες ἐμέτου ξυνεχέες (18) κενεαὶ, προθυμίαι τεινεσμώδεες, ξηραὶ, ἄχυλοι· θάνατος ἐπώδυνος καὶ οἴκτιστος, σπασμῷ καὶ πνιγὶ καὶ ἐμέτῳ κενῷ. φέρει μὲν τὸ πάθος ὥρη μὲν θέρεος, δεύτερον δὲ φθινόπωρον, ἦρ ἧσσον, χειμὼν ἥκιστα· ἡλικίαι δὲ αἱ τῶν νέων καὶ ἀκμαζόντων,

graviora fiunt tormina, defectus animae, membrorum resolutio, anxietas, cibi fastidium: vel si adsumant, bilis saturate flava cum multo sonitu ac nausea per vomitum erumpit: similes etiam dejectiones sunt: accedunt nervorum distentiones: crurum brachiorumque musculi contrahuntur: digiti incurvantur: vertigo fit et singultus: frigus oboritur, et extremae praesertim partes algent, totumque corpus inhorrescit. Si pernicies in propinquo est, sudoribus aeger diffluit; atra bilis sursum et deorsum effunditur: urinae parum redditur, tum quia convulsionibus prematur vesica, tum quia haud multum urinae colligat, propter humorum ad intestina derivationem: vox intercidit: pulsus exiguus et creberrimus, qualis in *syncope:* vomendi conatus adsidui et inanes: dejiciendi, sicut in *tenesmo,* cupiditas, sicca tamen, neque humoris quicquam excernens. Mors doloribus plenissima ac miserrima, quae convulsionibus et strangulatione et inani vomitu infertur. Aestate adfectus praecipue nascitur, postea auctumno, vere rarius, atque hieme rarissime. Ex aetatibus eidem opportuni sunt juvenes quique aetate consi-

γῆρας ἥκιστα, παιδία δὲ τουτέων μᾶλλον, ἀλλ' οὐ θανατώδεα.

Κεφ. ς'. [Περὶ εἰλεοῦ.] Ἐντέροισι γίγνεται μὲν φλεγμονὴ, ὀδύνην ὀλεθρίην ἐμποιοῦσα. θνήσκουσι γὰρ μυρίοι στρόφοισι καρτεροῖσι· ἐγγίγνεται δὲ καὶ πνεῦμα ψυχρὸν, ἀργὸν, οὔτε κάτω περῆσαι ῥηΐδιον οὔτε ἄνω ἀνελθέμεναι· μίμνει δὲ ἐπιπολὺ ἑλισσόμενον ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἑλίξεσι· τοὔνεκε καὶ τὸ πάθος ἐπίκλησιν ἔσχεν εἰλεόν. κῆν πρὸς τοῖς στρόφοις δὲ καὶ πίεσις καὶ μάλθαξις τῶν ἐντέρων ἔῃ, καὶ πουλὺ τὸ ὑπογάστριον ὑπερίσχῃ, χορδαψὸς τὸ τοιοῦτόν ἐστι· οὔνομα δ' ἕψησις μὲν γὰρ ἡ μάλθαξις· χορδὴ δὲ ἐντέρων ἐπώνυμον. καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον ἐκίκλησκον οἱ πρόσθεν, τὰ μεσηγὺ νεῦρα καὶ τὰ ἀγγεῖα καὶ τοὺς ὑμένας τοὺς ἀνοχῆας τῶν ἐντέρων. αἰτίη τοῦ εἰλεοῦ συνεχὴς μὲν διαφθορὴ σιτίων πολλῶν τε καὶ ποικίλων καὶ οὐ ξυνηθέων, καὶ ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ ἀπεψίη, μάλιστα δ' ἐπὶ τοῖσι εἰλεώδεσι, ὁκοῖόν τι με-

stunt: senectus minime: pueri maxime, sed extra mortis periculum.

Cap. VI. [*De ileo, sive volvulo.*] In intestinis excitatur inflammatio dolorem movens perniciosum; multi quippe e vehementia torminum intereunt. Intus etiam *spiritus* quidam nascitur frigidus ac iners, qui nec per superiora, nec per inferiora facile transmitti potest: sed per superiorum intestinorum sinus convolutus plerumque inhaeret; quam ob causam *ilei* (sive *volvuli*) nomen obtinuit. At si ad tormina compressio intestinorum et mollities accesserit, multumque ima pars ventris extet, *χορδαψὸς* adpellatur: quia *ἕψησις* (i. e. elixatio) idem quod *μάλθαξις* (i. e. mollities) significat, *χορδὴ* vero nomen intestinorum est; ita *mesenterium*, nervos scilicet atque vasa membranasque, quae in medio intestinorum jacent et ea suspendunt, *ἐπιχορδίδα* veteres dixerunt. *Ilei* causa est adsidua multorum, variorumque atque inusitatorum ciborum corruptio, et alia post aliam cruditas, praecipue ab esu earum rerum, quae *ileum* excitare consuerunt, quale se-

Ed. Oxon. [21. 22.] Ed. L. B. (18.)

λανι σηπίης. οὐκ ἀδόκητος δὲ πληγὴ, ἢ ψύξις, ἢ ψυχροποσίη ἐφ' [22] ἱδρῶτι, ἄδην ἢ χανδόν· καὶ οἷσι δὲ ἔντερον ἐς τὸν ὄσχεον ξὺν κόπρῳ κατέβη, καὶ οὐκ ἀνώσθη ἐς τὴν κοιλίην, ἀλλ' ἀνελήφθη βίῃ, τουτέοισι ἔθος ἐπιφλεγμαίνειν τὰ κάτω ἔντερα. ξύνηθες δὲ τὸ πάθος παιδίοισι, οἷσίπερ ἂν καὶ ἀπεψίη ᾖ, καὶ τὸ βλάβος διαδιδράσκουσι· μᾶλλον δὲ διά τε τὸ ἔθος καὶ τὴν ὑγρότητα τῶν ἐντέρων· ὀλισθηρὰ γάρ· γέροντες δὲ οὐ μάλα μὲν πάσχουσι, περιγίγνονται δὲ ἥκιστα. ὥρη θέρεος τίκτει μᾶλλον ἦρος, φθινόπωρον δὲ χειμῶνος, ἀμφοῖν δὲ ἐπιμᾶλλον θέρος. πολλοῖσι μὲν οὖν ἐπὶ τούτοισι στρόφοισι θνήσκουσι αὐτίκα· μετεξετέροισι δὲ καὶ πῦος ἐγγίγνεται, καὶ αὖθις μελανθὲν τότε τὸ ἔντερον καὶ διασαπὲν ἐξέπεσε, καὶ οὕτως ἐξέλιπον. ξύνεστι δὲ αὐτέοισι, εἰ μὲν ἐπιεικὴς εἰλεὸς εἴη, πόνος ἑλισσόμενος, στομάχου πλάδος, ἔκλυσις, μαλακίη, ἐρεύξιες κεναὶ καὶ οὐδὲν ὠφελοῦσαι, κοιλίη ὑποβορβορίζουσα φύσῃσι, ὁδοιπορίη μεσφὶ ἕδρης, διέξοδοι δὲ ἀτελέες. ἢν δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἴσχῃ ὁ εἰλεὸς, πάντων ἄνω ἡ

piarum atramentum est. Idem etiam exspectari potest ab ictu, vel frigore, vel larga atque avida inter sudandum frigidae potione. Iis etiam inferiora solent inflammari intestina, quibus intestinum cum stercore in scrotum procidit, neque in ventrem repulsum est, sed eo violenter protrusum. Usitatus etiam pueris est adfectus, quippe quos cruditas multum infestet: sed ii evadunt, tum propter consuetudinem, tum ob intestinorum humiditatem, quae illi habent lubrica; ileo senes non saepe tentantur, sed ex eo minime ad sanitatem perveniunt. Adfectum hunc tempus aestivum magis quam vernum parit, auctumnus magis, quam hiems, utrisque autem multo frequentius aestas. Multi itaque ex his torminibus repente intereunt. Quibusdam pus intus coit, deinde nigricans et putrefactum excidit intestinum, atque ita perierunt. Si morbus sit mediocris, adest dolor convolvens se: humorum in stomacho redundantia: resolutio et languor: eructationes vacuae, nihil relevantes: alvus flatibus submurmurat, quae usque ad sedem transeunt, ubi exitus iis intercluditur. Sin aegrum morbus e toto occupet, omnia sursum et *spiritus*, et pi-

φορὴ, πνευμάτων, φλέγματος, χολῆς. ἐμοῦσι γοῦν τάδε· ἔξωχροι, ψυχροὶ τὸ πᾶν σκῆνος· πόνος πουλὺς, ἀναπνοὴ κακὴ, διψαλέοι· ἢν δὲ καὶ θνήσκειν μέλλωσι, ἱδρὼς ψυχρὸς, δυσουρίη, ἕδρη ἀπολελημμένη, ὡς μηδὲ ἰσχνὸν ἔλασμα διελάσαι· κόπρων ἔμετοι, ὤνθρωποι ἄφωνοι, σφυγ(19)μοὶ πρόσθεν μὲν ἀραιοὶ, σμικροί· πρὸ θανατου δὲ σμικρότατοι, καὶ πυκνότατοι καὶ ἐκλείποντες. τάδε μὲν οὖν τοῖσι λεπτοῖσι ἐντέροισι ξυνεμπίπτει. ἀτὰρ καὶ κώλῳ τὰ αὐτὰ πάθεα γίγνεται, καὶ τὰ ξυνόντα ὅμοια, καὶ ἡ αὐτὴ συμμορφή. τουτέων δὲ μετεξέτεροι διαδιδράσκουσί κοτε, ἢν πῦος ἐγγένηται τῷ κώλῳ. αἰτίη δὲ τὸ βάθος τὸ σαρκοειδὲς τοῦ ἐντέρου. πόνος δὲ ἰσχνὸς μὲν, ἠδὲ ὀξὺς ἐπὶ τοῖσι λεπτοῖσι ἐντέροισι, πλάδος δὲ καὶ βάρος ἴσχον ἐπὶ τῷ κόλῳ. διάσσει δὲ ὁ πόνος, ἄλλοτε μὲν ἐπὶ τῇσι πλευρῇσι, εὖτε φαντασίη ἐγγίγνεται πλευρίτιδος· καὶ γὰρ καὶ πυρεταίνουσι οἵδε· ἄλλοτε δὲ ὑπὸ τῇσι νωθῇσι ἔνθάδε καὶ ἔνθα, ὡς δοκέειν τὴν ὀδύνην ἥπατος ἢ σπληνὸς ἔμμεναι, αὖθίς κοτε ἐν τοῖσι κενεῶσι. πολλὸν γὰρ τὸ κῶ-

tuita, et bilis per vomitum erumpunt, pallidi sunt, ac per omne corpus frigidi: dolor vehemens: spiritus difficulter trahitur: urget sitis. Quodsi mors iam instet, sudor manat frigidus: urinae difficultas est: sedes adeo constricta, ut ne tenuem quidem lamellam recipiat: stercoris vomitus: vocis interclusio: pulsus antea quidem rarus et exiguus: sed instante morte minimus, creberrimus, deficiens. Haec utique adfectis tenuibus intestinis contingunt. Iidem etiam morbi colo incidunt, et eaedem notae sunt, eademque mali species. Horum aliqui evadunt, si in colo excitetur suppuratio: cuius rei causa est, quod intestinum crassum et carnosum est. Ceterum adfectis tenuibus intestinis tenuis ac acutus subest dolor: ubi vero colon laborat, plurima est humoris abundantia et gravitas ei inhaeret, dolorque modo ad costas pertingit, ac pleuritidis opinionem facit, siquidem etiam in his oritur febris: modo hic vel illic sub iis costis, quae nothae vocantur, percipitur, ita ut jecor aut lienis dolere videatur; rursusque ad ilia descendit; colon etenim intestinum praegrande est, et undequaque

λον καὶ παντὶ ἕλικας ποιεύμενον· μετεξετέροισι δὲ καὶ ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον ἐρείδει, καὶ ἐς μηροὺς, καὶ διδύμων κρεμαστῆρας. ἐπὶ δὲ τοῖσι κωλικοῖσι ἔμετοι πλεῦνες κενοὶ, τὰ δὲ ἐμεύμενα λεπτὰ, χολώδεα, ἐλαιοειδέα. ἔστι δὲ ὁ ἐντεῦθεν κίνδυνος τοσόνδε ἀσινέστερος, ὁκόσον καὶ τὸ κῶλον τῶν λεπτῶν ἐντέρων σαρκοειδέστερον καὶ παχύτερον καὶ ἀνεξικακώτερον.

[23] Κεφ. ζ'. [Περὶ τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ὀξέων παθῶν.] Τῶν ἀπὸ καρδίης οἱ ἀπὸ ἥπατος οὐκ ὠκύτερον μὲν, ἐπιπονώτερον δὲ θνήσκουσι. ἔστι γὰρ αἵματος πάγος τὸ πλεῖστον ἧπαρ· ἢν δὲ ἐν τῇσι πύλῃσι αὐτέου ξυμπέσῃ τὶς θανάτου αἰτίη, οὐ μεῖον ὀξέως ἢ οἱ ἀπὸ καρδίης θνήσκουσι. ὑμέσι γὰρ καὶ τόνοισι ἐπικαίροισι καὶ λεπτοῖσι καὶ φλεψὶ μεγάλῃσι ἐξύφανται τάδε τὰ μέρεα. ὡς δὲ καὶ τῶν σοφῶν ἀφηγέονταί τινες, καὶ ψυχῆς ἐπιθυμίη τῇδε ἐγκάθηται. αἱμοῤῥαγίη μὲν γὰρ ὑπερίσχει πάντα πολλόν· ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ γίγνεται· ὧν ἐν αὐτέῳ μεγάλη μὲν φλεγμονὴ, οὐ κάρτα ξυνεχέως, οὐδὲ ἐν τισὶν ἐς τὰ ἐπίκαιρα χωρία· φθάνει

fusum atque sinuatum; quibusdam dolor etiam ossi sacro infigitur, et femoribus musculisque testiculorum, qui *cremasteres* adpellantur. Porro qui dolore colico tentantur, magis inani vomitu laborant, quodque effunditur tenue et biliosum est oleique simile. In hoc malo tanto levius est periculum, quanto colon tenuibus intestinis et carnosius est et crassius et noxae tolerantius.

Cap. VII. [*De jecinoris acutis adfectibus.*] Qui jecinore laborant, quamquam non citius quam cardiaci, majori tamen cum dolore moriuntur. Etenim *maxima jecoris pars sanguinis quaedam concretio est.* At si in ejusdem *portis* causa inciderit aliqua letalis, aeque celeriter ac cardiaci consumuntur. Siquidem hae partes e membranis nervisque tenuibus quidem illis, maximi tamen ad vitam momenti, atque ex venis grandibus contexuntur. Praeterea, ut philosophi quidam prodiderunt, huic loco *animae adpetitus* insidet. Ex hoc viscere longe maxime fiunt sanguinis profluvia: jecur enim *venarum quaedam radicatio* est: in quibus, sicut neque in ullis aliis

γὰρ ἐξελθὼν τοῦ ζῆν ὤνθρωπος. σμικροτέρη δὲ θαμινά· τοὔνεκεν διαδιδράσκουσι μὲν τὸν ὄλεθρον, μακρότερα δὲ νοσέουσι. ἔργου γὰρ αὐτέου τοῦ κατὰ τὴν ἐξαιμάτωσιν οὐκ ἔστιν ἀνάπαυλα, οὐδε ἀμβολή· ἐπὶ δὲ τὴν καρδίην καὶ τὰ νέρθεν τοῦ διαφράγματος· ἐντεῦθεν γὰρ τοῦ αἵματος ἀφέσιες· ἢν ἐπὶ μείζονι αἰτίῃ πληγῇ ἢ διαφθορῇσι ξυνεχέσι πολλῶν καὶ κακῶν σιτίων, καὶ οἰνοφλυγίῃ, ἢ ψύξι καρτερῇ, καὶ ἐν τῇσι πύλῃσι γίγνεται φλεγμονὴ, ὤκιστος ὄλεθρος. πῦρ μὲν γὰρ ὑποβρύχιον, ἀλαμπὲς, δριμὺ, σφυγμοὶ νωθροί. πόνου ἰδέη ποικίλη καὶ παντοίη, ἄλλοτε μὲν ἡ ὀδύνη ἐπὶ τὰ δεξιὰ διεληλαμένη, ὡς δοκέειν ὀξὺ βέλος ἐγκέεσθαι, ἄλλοτε δὲ στρόφῳ ἰκέλη· αὖθις δέ κοτε πόνος βαρὺς, βαρύτατος· μεσηγὺ δὲ τῆς ὀδύνης ἀτονίη καὶ ἀφωνίη· διάφραγμα καὶ ὑπεζωκὸς ἕλκοντα. ἀπὸ τῶνδε γὰρ ἄχθος τὸ ἧπαρ ἤρτητο. διὰ τόδε ἐς τὴν κατ᾽ ἴξιν κληῗδα ὀδύνη καρτερή· βὴξ δὲ ἀτε-

juxta partes nobiles, magna haud admodum frequenter excitatur inflammatio, quia, priusquam haec contrahi possit, aeger interit. At exiguae inflammationes saepissime ibidem oriuntur: quo fit ut mortem evadant, sed diutius aegrotent; quoniam a *procreando sanguine*, quod opus ad *jecur* pertinet, id nec quiescit unquam, nec moratur. Quodsi circa cor et infra septum transversum, ad quas partes sanguis inde amandatur, magna quavis de causa, vel ex ictu, vel ex assidua multorum et inutilium ciborum corruptione, vel ex ebrietate, vel e violento frigore, et praesertim in ipsis etiam *jecoris portis*, contrahatur inflammatio, mors ingruit celerrime. Fervor enim urget, in profundo lateres, obscurus, acer: pulsus segnis: doloris varia et omnigena species, qui modo dextras partes ita transfodit, ut acutum illic telum infixum esse videatur, modo torminum similis: rarsus cum ingentis cujusdam gravitatis sensu; inter dolores virium languor vocisque suppressio. Septum transversum et membrana costas succingens deorsum trahi percipiuntur, quia ab his partibus jecur suspenditur, atque ita illas onere suo degravat; quapropter in jugulo, quod est e regione jecoris, vehe-

λῆς· προθυ(20)μίη δὲ μοῦνον· κἢν ἐς τέλος κοτὲ ἀφίκηται, ξηρή· ἀναπνοὴ κακή. οὐ γὰρ ξυντιμωρέει τῷ πνεύμονι τὸ διάφραγμα, ξυνομαρτέον ἐς ξυναγωγὴν καὶ διάστασιν. πνεῦμα σμικρὸν ἕλκουσι, ἐκπνέουσι μέζον· χροιὴν μελάγχλωροι, μολιβδοειδέες, ἀπόσιτοι. ἢν δέ τι προσενέγκωνται φυσώδεες τῷ ὑποχονδρίῳ, ἐρεύξιες χολώδεες ὀξίζουσαι, βρομώδεες· ναυτίη, διάστασις κενεὴ, γαστὴρ ἀπολελυμένη τὰ πολλὰ χολώδεα, γλίσχρα βραχέα· αἰεὶ δὲ ἐπαυξέα γίγνεται τὰ πάθεα· γνώμη οὐ κάρτα παράφορος, νωθρὴ, μετέωρος, τετυφωμένη, ὄκνος πουλὺς, ψύξις ἀκρέων, τρόμοι, ῥίγεα, λὺγξ κενὴ, σπασμώδης, ἴκτερος, χολὴ ἄκρητος, χολόβαφοι τὸ πᾶν. ἢν δὲ καὶ πρὸ ἑβδόμης φανῇ, καὶ ἄλλους ἔκτεινε συχνούς· [24] ὁκόσοι δὲ ἢ αἱμοῤῥαγίῃ, ἢ κοιλίης ταράχῳ πολλοῖσι χολώδεσι, ἢ οὔροισι ἀκρήτοισι συχνοῖσι τὸν ὄλεθρον διήλλαντο, τουτέοισι δὲ μετὰ τρεῖς ἑβδομάδας ἐς ἀπόστασιν πύου τὸ ἧπαρ τρέπεται· ἢν δὲ ἔτι πολλὸν ὑπερβάλλῃ χρόνον ἄνευ ἀποστά-

mens sentitur dolor; tussis imperfecta, tussiendique tantum cupiditas, vel si ea forte expleatur, nihil humoris secum trahens: spiritus difficulter adducitur, quia septum transversum pulmoni non opitulatur, quod ei ad constrictionem ac dilatationem naturaliter inservit: paululum spiritus accipiunt, plus emittunt. Coloris sunt ex atro viridique permixti, et quasi plumbei; cibum fastidiunt, vel si quid adsumunt, praecordia iis inflantur: eructatio fit biliosa, acida, virosa, cum nausea et inani intentione: venter solutus biliosa, viscida, pauca, plerumque dejicit. Mala adsidue increscunt: mens, quamquam haud ita multum alienetur, segnis tamen fit et suspensa et vana: corporis multus languor: extremorum frigus: tremores, horroresque: singultus inanis, convulsioni similis; *icterici* fiunt, et per universum corpus sincera bile inficiuntur. *Regius* autem *morbus* ante septimum diem exortus et alios quidem saepissime occidit. Quicunque vero vel sanguinis profluvio, vel multis ac biliosis dejectionibus, vel urinae plurimae et sincerae effusione, mortem evadunt, his post tres septimanas jecur ad *suppurationem* tendit. Quodsi longum adhuc tempus sine *abscessu* durent, in *hydropem*

Ed. Oxon. [24.] Ed. L. B. (20.)

σιος, ἐς ὕδρωπα ἄφυκτον τελευτᾷ· διψαλέοι, βραχυπόται, ξηροὶ τὸ σκῆνος, ἀλιπέες. ὀξέων ἐπιθυμίη, ἄποιος ἡ γεῦσις. τίκτει δὲ τόδε τὸ πάθος φθινόπωρον· σὺν πλῆθος ὡρίων καὶ ποικίλων ἀπεψίη· ἡλικίη δὲ πασέων μᾶλλον ἀκμή.

Κεφ. η΄. [Περὶ τῆς κατὰ τὴν κοίλην φλέβα ὀξείης νούσου.] Ἀπὸ τῶν πυλέων τοῦ ἥπατος εὐρεῖα φλὲψ διαΐσσει μέση τῶν τοῦδε περάτων. ἀεὶ γὰρ ἐς λεπτὰ καὶ πλεῦνα σχιζομένη ἐπὶ τέλος ἐς ἀφανέα τῇσι ὄψισι πάντη τοῦ ἥπατος σκίδναται· τοῖσι δὲ τουτέων πέρασι ἄλλων φλεβῶν περατώσιες κατὰ τὸ στόμα ξυγκέονται, αἵπερ ἐκ λεπτῶν καὶ πλεύνων μέζονες καὶ ἐλάσσονες γίγνονται· ἐπιτελέως ἐν μέσῳ τῷ ἥπατι ἐς μίαν φλέβα μεγάλην συναγείρονται. ἐντεῦθεν δὲ δοιαὶ ἐξ ἀποσχίσιος γιγνόμεναι πέρην τοῦ ἥπατος ἀφικνέονται. ἡ μὲν γὰρ ἄνω τὸν πρῶτον λοβὸν διαπερήσασα ἐς τὰ κυρτὰ αὐτέου ἐξεφαάνθη· ἔπειτα περήνασα τὸ διάφραγμα ἐμφύνει τῇ καρδίῃ· κοίλη φλὲψ ἥδε καλέεται. ἡ δὲ ἑτέρη, τὸν κάτω λοβὸν τὸν πέμπτον διαπερήνασα μέχρι τῶν

insanabilem adfectus desinit; siticulosi fiunt, parum tamen bibunt: corpus aridum est et expers pinguedinis; acida expetunt, sed nullum gestu saporem percipiunt. Morbum hunc auctumnus infert, cum nimia horariorum et variorum fructuum esca, et cruditate ex iis insequente. Qui aetate consistunt eidem maxime sunt obnoxii.

Cap. VIII. [*De venae cavae acuto adfectu.*] A *portis jecoris* inter ejus extrema vena lata procedit, quae in tenues ac plures usque divisa in totum denique jecur per venas adeo minutas distribuitur, ut eae visum effugiant. Harum summis osculis aliarum venarum extremitates committuntur, quae ex tenuibus pluribusque majores paucioresque fiunt, et in medio tandem jecore in venam unicam atque grandem coalescunt. Inde per divisionem duae factae ultra jecur pertinent. Harum altera, primam jecoris fibram sursum penetrans, in gibba ejus parte iterum emergit: et postea, septo transverso perforato, cordi inseritur; *vena cava* haec vocatur. Altera, quinta et inferiore jecoris fibra usque ad gibbam ejus partem trajecta, juxta spinam exit, eique usque ad coxas

κυρτῶν, ἐπὶ τὴν ῥάχιν ἔξεισι, καὶ τῇδε παρατέταται μέχρι τῶν ἰσχίων. ἀτὰρ καὶ ἥδε κοίλη. οὔνομα τὸ αὐτὸ, οὕνεκεν μία καὶ ὡυτὴ ἐστὶν ἡ φλὲψ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἴσχουσα. εἰ γάρ τις ἐθέλει, διελάσαι ἂν ἔλασμα καὶ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν τῆς ἐπὶ τὴν καρδίην κοίλης φλεβὸς ἐς τὴν παρὰ τὴν ῥάχιν, καὶ ἀπὸ τῆς ῥάχεος διὰ τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὴν καρδίην. ἄνοδος γὰρ ἡ αὐτή. ἥδε οὖν ἡ φλὲψ, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἡ ξύμπασα νοσέει ὀξέσι πάθεσι, καρτεροῖσι· μία γάρ ἐστι πᾶσα· μετεξετέροισι δὲ ἰητροῖσι μούνη δοκέει παρὰ τὴν ῥάχιν νοσέειν, οὕνεκα τῆς ἐς τὴν καρδίην τὰ σημεῖα οὐ προφανέα. ἐντὸς γὰρ τοῦ θώρηκος διατέταται πρὸς οὐδὲν προσισχομένη, ἀλλ' ἐναιωρευμένη τῷ θώρηκι, ἔστ' ἂν ἀπὸ τοῦ διαφράγματος ἐμφύῃ τῇ καρδίῃ. ἢν οὖν τι μεγάλων κακῶν ἴσχῃ τήνδε τὴν φλέβα, ξυνέκρυψε ἀμπέχων ὁ θώρηξ. [25] γίγνεται δ' οὖν ἀμφὶ τήνδε τὴν φλέβα καὶ κέδματα· εὖτε ῥηγνυμένη (21) αἱμοῤῥαγίῃ ὤκιστα κτείνει· ὕπερθεν μὲν διὰ πλεύμονος καὶ ἀρτηρίης ἐκχεομένου, ἢν ἐν τῷ θώρηκι ῥαγῇ· ἢν δὲ παρὰ

praetenditur; haec etiam *vena cava* est: idem enim nomen obtinet, quoniam una atque eadem vena est, initium sumens a jecore. Nam si quis velit, lamellam possit, et a superiore vena cava, quae ad cor pertingit, in eam, quae juxta spinam serpit, rursusque a spina per jecur intra cor transmittere; eadem enim via est. Haec itaque vena, ut ego arbitror, tota acutis et vehementibus morbis tentatur; etenim omnis una est atque eadem. Quibusdam vero medicis ea pars duntaxat, quae juxta spinam posita est, videtur adfici: quia nullae notae evidentes subsunt, quae partem juxta cor laborare significent: nam intra pectus ea protenditur, nulli rei adhaerescens, sed ibidem suspensa, quoad septum transversum praetergressa cordi inseratur: quo fit ut, si quid gravius malum venam hanc pertentet, id ab ambiente pectore occultetur. Ceterum in hac vena oriuntur adfectus, quae vocantur *cedmata;* in quo casu sanguinis ex ejus ruptione profusio citissime mortem infert: is autem, si in pectore fiat ruptio, sursum per pulmonem atque asperam arteriam effunditur; quod idem si juxta venae originem in inferiori

Ed. Oxon. [25.] Ed. L. B. (21.)

τὴν ἀρχὴν, ἐς τὴν κάτω κοιλίην τοῖσι ἐντέροισι περιέχεται, ὡς ἐμπλείειν τὰ ἔντερα, εὖτε πρώην καθ' ἓν ἐκφανῆναι τὸ αἷμα, θνήσκουσι οἵδε· ἣν δὲ ἡ κοιλίη πληρευμένη αἵματος. γίγνεται δὲ καὶ φλεγμονὴ ἀμφὶ τὴν φλέβα, ἀτὰρ καὶ ἥδε ὀξέως κτείνει, ἢν μεγάλη ἔῃ· πῦρ μὲν γὰρ δριμὺ, δακνῶδες, ἐν τῇσι κοιλίῃσι ἀμφοῖν ἐγκαθειργμένον, βραχὺ δὲ μοῦνον ὑπερίσχον, ὡς δοκέειν ἁπτομένῳ λεπτὴν ἔμμεναι θέρμην· ὁ δὲ ὤνθρωπος καίεσθαι δοκέει· σφυγμοὶ σμικροὶ, πυκνότατοι, ὁκοῖόν τι πεπιεσμένοι καὶ δεδιωγμένοι. ψύξις ἀκρέων, δίψος καρτερὸν, στόματος ξηρότης, προσώπου ἐρύθημα ξὺν ἀχροίῃ· ὑπέρυθροι δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα· ὑποχόνδρια σκληρὰ, ἀνεσπασμένα, ὀδύνῃ ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον, καὶ παλμὸς τῆσδε παραμήκης, μέχρι τῆς λαγόνος· μετεξετέροισι δὲ καὶ τῆς ἀρτηρίης τῆς παρὰ τὴν ῥάχιν, ἣν ὁ σφυγμὸς ἐς τὸ ἕτερον ὑποχόνδριον διασημαίνῃ. ξυμπαθὴς γὰρ καὶ ἥδε γίγνεται παρ' αὐτέην ἐπ' ἀριστερὰ κειμένην, ὡς τῆς ἐπὶ τῷ παντὶ οὐδὲν ἐπικουφιζούσης, ἀλλ' οὐδὲ τὸ δέρμα μαλθαζούσης· ξηρὸν δὲ τόδε καὶ ῥυσσὸν καὶ τρηχύ· καὶ ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐν τοῖσι

ventre contingat, is intestinis continetur, ita ut ea repleat: ubi, priusquam sanguis dejectus in conspectum prodeat, aegri moriuntur: at iis erat interim venter plenus sanguine. Circa venam hanc nascitur etiam inflammatio, quae si magna sit, hominem celeriter interimit. Fervor enim acer et mordax, in utroque latere conclusus, succenditur, qui in externis partibus ita parum emicat, ut tangenti mitis tantum calor subesse videatur: homo interim comburi se existimat: pulsus exiguus, creberrimus, quasi compressus ac sese persequens: extremorum frigus: ingens sitis: oris siccitas: vultus decolor quidam rubor: totum corpus subrubicundum est: praecordia dura ac sursum reducta: dolor magis in dextra parte urgens. *Venae* palpitatio est, ad ilia usque continuata: in quibusdam autem *arteriae* etiam juxta spinam, quod a pulsu in altera praecordiorum parte significatur: nam *arteria*, juxta *venam* ad sinistrum latus posita, cum illa consentit, utpote quae in omne corpus diducta neque ulli parti quidquam levamenti adferat, neque ipsam cutim emolliat: cutis enim

ἐξίσχουσι ὀστώδεσι· οἷον ὀλεκράνῳ, γούνασι, ἢ κονδύλοισι· ὕπνοι ταραχώδεες, κοιλίη τοῖς μὲν οὐδὲν ἐκδιδοῖ, τοῖς δὲ σμικρὸν, δριμὺ, χολῶδες· οὖρα ξανθὰ, δακνώδεα· τὴν γνώμην οὐ παράφοροι μὲν, νωθροὶ δὲ καὶ μαρασμώδεες, εὖτε ὁκόσοι τήνδε τὴν κατάστασιν εἶδον, καῦσον ἐκάλεον. καὶ γὰρ καὶ τοῦ γένους τοῦ καύσου τὰ παρεόντα καὶ ἐν φθινοπώρῳ γίγνεται· ἐπεὶ τὸ θηριῶδες καὶ ἀκμάζουσι καὶ νέοισι, οἷσι ἰσχνὴ ὑπὸ διαίτης πονηρῆς καὶ ταλαιπωρίης ἡ ἕξις. τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι οἵδε τὰ πολλὰ θνήσκουσι· οἷσι δ᾽ ἂν ἐς μῆκος ἡ νοῦσος ἀφίκηται, ἐν διπλασίοισι ὄλλυνται. ὁκόσοι δὲ ἢ σμικρὴν ἀρχῆθεν ἴσχουσι τὴν φλεγμονὴν, ἢ τῆς μεγάλης καταβραχὺ διαλυομένης, διαδιδράσκουσι μὲν τὸν ὄλεθρον, οὐδέκω δὲ ἀφίενται τοῦ κακοῦ. οἱ δὲ μακρὸν μὲν τὸν χρόνον τὸν καῦσον νοσέουσι· ἀποπαύεται δὲ τὰ κινδυνώδεα, αἱ ὀδύναι καὶ ξυντάσιες τῶν ὑποχονδρίων, καὶ ἡ κακοσφυξίη, καὶ τῆς γνώμης τὸ νωθές· ἔτι δὲ ἔμπης ἔασιν ἀσσώδεες, ἀλύοντες ξὺν ἀπορίῃ· ξύνεστι δὲ ὅ τε καῦσος καὶ τὸ δίψος καὶ

sicca est, rugosa atque aspera, in partibus praesertim prominentibus atque osseis, ut in cubito, genubus et digitorum articulis. Somni tumultuosi sunt: venter aliis nihil reddit, aliis exiguum aliquid, acre et biliosum: urina flava et mordax: mens constat quidem, sed torpet: et corpus tabe consumitur. Unde fit ut quicunque hunc viderint morbi statum, *causum* (s. *ardentem febrem*) illum vocarint; et profecto ejus signa ad *causorum* speciem pertinent, et per auctumnum adfectus hic exoritur, juvenibusque et aetate consistentibus maxime letifer est, qui ex mala victus ratione et nimiis laboribus tenuem sibi corporis habitum compararunt. Decimo quarto die plerumque moriuntur; quibus autem morbus in vetustatem incidit, intra duplex temporis spatium intereunt. Quibuscunque autem ex initio vel parva fuerit, vel magna cito conquieverit inflammatio, mortem evadunt, sed malo nondum liberantur: *causo* enim diu laborant; decedunt quidem periculosae notae, uti dolores et praecordiorum distentio, et pulsus pravitas, et mentis torpor; remanet tamen fastidium, et molestia, et anxietas: accedit ardor, et

Ed. Oxon. [25. 26.] Ed. L. B. (21. 22.)

τῆς γλώσσης καὶ τοῦ στόματος ἡ ξηρότης· ἀναπνέουσι πολλὸν, μακρὸν ἕλκοντες καὶ ἀθρόον, ὅλον τὸν ἠέρα ἐς ἔμψυξιν ἐπισπώμενοι· ἀτὰρ εἴτε πίνουσι ψυχρὸν χανδὸν πολὺ πλεῖστον, καὶ ἐς μὲν βραχὺ ἀνεκουφίσθησαν, εἶτ' αὐτοῖς ἐξάπτεται τὸ δίψος, αὖθις ἄδην πίνουσι· καὶ ἥδε ἡ διαδοχὴ τοῦ κακοῦ. καὶ ἰητρὸς δὲ ἀγαθὸς ψυχρὸν ἂν δῴη πολλὸν ἀσινέως, ὅκως ἐν τῇσι ἄλλῃσι καύσεσι· ἀσφαλέστερον δὲ τοῖσι ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβὸς νοσέουσι τὸν καῦσον. (22) κἢν μὲν ἡ γαστὴρ ἢ ἡ κύστις τὸ ποτὸν ὑποφέρῃ, οὐδὲ ἐμέτου δεῖ· εἰ δὲ μὴ, ἐπὶ πολλῷ τὸ πολλὸν τῷ ψυχρῷ ἐμέσαι χρή. ἐκραγείη γὰρ ἂν ὤνθρωπος, εἰ τοσόνδε πίνων μηδὲν διαχωροίη, ἢ ἱδρῶσι, ἢ οὔροισι, ἢ κοιλίῃ.

[26] Κεφ. θ'. [Περὶ τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξέων παθῶν.] Νεφροὶ τὴν μὲν τοῦ σώματος ἰδέην οὐ κάρτα ἐπίκαιροι ἐς κίνδυνον, ἢν καί τι πάθωσι ὀξέως. ἀδενώδεες γὰρ τὴν φύσιν, ἐς δὲ ὄλεθρον εὐήθεες· ἐπίκαιρον δὲ αὐτέων τὸ ἔργον, ἥ τε διάκρισις τῶν οὔρων ἀπὸ τοῦ αἵματος καὶ ἡ ἀπόκρισις· ἐπέχει δὲ τήνδε ἢ λίθος, ἢ ἐγγιγνομένη φλεγμονὴ,

sitis, et linguae orisque siccitas: spiritum longo magnoque tractu confertim accipiunt, quasi totum aërem refrigerandi sui causa vellent adducere. Quod si frigidam quam plurimam affatim bibant, paulisper relevantur: sed sitis iis rursus accenditur, rursusque frigidam avide hauriunt; et eodem tenore malum procedit. Et peritus medicus, sicut in aliis febribus ardentibus satis tuto, ita in *causo*, qui e vena *cava* oritur, frigidam liberaliter propinaverit. Et si aqua per alvum, aut vesicam transeat, vomitu non est opus; sin minus, ab epota multa frigida multum vomendum est; disrumperetur etenim homo, si tanta humoris hausta copia nihil per sudores, vel urinam, aut alvum reddiderit.

Cap. IX. [*De renum adfectibus acutis.*] Renes reliquo corpori, quoad speciem ejus, non ita multum periculi inferunt, etiamsi acutissimis ipsi tententur malis: (etenim naturae glandulosae sunt;) aegrum tamen facile interimunt: quoniam horum actio apprime necessaria est, urinae scilicet a sanguine separatio ejusdemque excretio.

ἢ αἱμάλωψ, ἤ τι τοιόνδε· εὖτε ξυμπαθίης μὲν τῆς διὰ τὴν ἰδέην τοῦ σώματος κακὸν γίγνεται οὐδὲν, ἡ δὲ ἐπίσχεσις τῶν οὔρων, πάντα τὰ δεινὰ πρήσσει. πῦρ μὲν γὰρ δριμὺ, ἀσσῶδες, ὀδύνη κατ᾽ ὀσφὺν ἐπὶ ῥάχι βαρεῖα, διάτασις τῶν μερῶν, μᾶλλον δὲ τῶν ἀμφὶ τὸ ὑποχόνδριον· οὔρου ἐπίσχεσις, οὐκ ἐς τὸ πάμπαν, ἀλλὰ στάγδην μὲν οὐρέουσι, ἐπιθυμίη δὲ πολλὸν ἐκχέαι. πλημμύρης γὰρ αἴσθησις. ἢν δὲ καὶ τὸ οὖρον δριμὺ καὶ δακνῶδες ἐγγένηται, ψύξιες, τρόμοι, σπασμοὶ, διατάσιες καὶ πληρώσιες τῶν ὑποχονδρίων· ἰκέλη ἡ ξυμφορὴ ἥδε καὶ ξυναίσθησις γίγνεται τοῖσι ἀπὸ πλήθεος σιτίων καὶ διαφθορῆς ἐμφυσηθεῖσι τὴν κοιλίην· σφυγμοὶ τὰ πρῶτα μὲν ἀραιοὶ, νωθροί· ἢν δὲ ἐπιμᾶλλον τὸ κακὸν πιέζῃ, σμικροὶ, πυκνοὶ, ταραχώδεες, ἄτακτοι, ὕπνοι λεπτοὶ, ὀδυνώδεες, οὐ διηνεκέες, καὶ ἐξαπίνης ἐκθορνύμενοι ὡς ὑπὸ νύξιος, εἶτα ὑποφέρονται ἐς κῶμα, ὡς ὑπὸ καμάτου· τὴν γνώμην οὐ κάρτα παράφοροι, ληρώδεες, πελιδνοὶ τὰ πρόσωπα· ἢν δὲ ἥκῃ αὖθις κοτὲ τῆς οὐρήσιος ἡ προθυμίη, ἐπὶ σπασμοῖσι καὶ

Urinam vero supprimere potest vel *calculus*, vel oborta *inflammatio*, vel *grumi sanguinis*, vel aliquid horum simile. Id ubi fit, reliqui corporis species nullo adfectu, ex consensu, perturbatur; sed ipsa per se urinae suppressio malorum omnium causa est. Adest enim fervor acer et molestus: dolor in lumbis juxta spinam gravis: partium, praecipue circa praecordia, distentio: urina non ex toto supprimitur, sed guttatim destillat, magnamque ejus effundendi copiam fit cupiditas; etenim redundantiae sensus est. Quodsi urina acris etiam sit et mordax, accedunt frigora et tremores, nervorum convulsiones, praecordiorum distentio et repletio. Adfectus hic ejusque sensus ei similis est, qui a ciborum plurimorum corruptione ventris inflationem facit. Pulsus ab initio rarus segnisque: quando malum vehementius urget, parvus, creber, tumultuosus, inordinatus: somnus tenuis, cum dolore, non continuus: nam e somno, perinde ac si quis eos pupugerit, prosiliunt, ac rursus in soporem, tanquam lassitudine confecti, devolvuntur; mentis non magna alienatio est,

μεγάλῃσι ὀδύνῃσι βραχὺ ἂν καὶ στάγδην ἐξέκρινε, εὖτε σμικρὸν ἐπανῆκε τῶν πόνων· εἶτα ἐς τὰ αὐτὰ παλινδρομέες· ὀξύτατα δὲ θνήσκουσι τῶνδε οἷσιν οὐδὲν ἐκκρίνει, ὁκόσοι δὴ θνήσκουσι· οἱ πλεῦνες γὰρ περιγίγνονται, ἢ τοῦ λίθου ἐς τὴν κύστιν διὰ τῶν οὔρων ἐκπεσόντος, ἢ τῆς φλεγμονῆς ἐς πῦον τρεπομένης, ἢ κατὰ βραχὺ διαπνεομένης. ἢν γὰρ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ἐνδεῶς διεξιέναι ῥηϊδίως τὸ οὖρον, διαδιδρήσκουσι τὸν ὄλεθρον· χρόνῳ δὲ μακρῷ φθίνουσι τὴν ἕξιν. ὀρθῶς τάδε οἱ νοσέοντες πάσχουσι, καὶ καταγίγνονται ἐς σύντηξιν ὑποφερόμενοι. ὧραι δὲ καὶ χῶραι καὶ ἡλικίαι φέρουσι, αἵπερ καὶ τὰ κατὰ τὰς κοίλας φλέβας. ἐξεῤῥάγη κοτὲ αἷμα ἀπὸ τῶν νεφρῶν πολλὸν ἀθρόον, καὶ πολλῇσι ἡμέρῃσι ξυνεχὲς ἔῤῥεε· ἀλλ' οὔ τινες αἱμοῤῥαγίῃ θνήσκουσι, ἀλλ' ἢ φλεγμονῇ τῇ ξὺν [27] αἱμοῤῥαγίῃ γιγνομένῃ, ἢν ἐπισχεθῇ τὸ αἷμα· τὰ πολλὰ δ' ἐξ ἐπισχέσιος ἐπὶ μεγάλῃ φλεγμονῇ θνήσκουσι.

(23) Κεφ. ι'. [Περὶ τῶν κατὰ τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.]

paululum tamen delirant; facies livet. Quodsi mingendi cupiditas revertatur, non sine convulsionibus et ingenti dolore paululum, idque guttatim, exprimunt; id in praesentia cruciatibus aliquid demit, qui postea rursus increscunt. Ex his qui moriuntur, acutissimi pereunt illi, quibus nihil excernitur; plures enim liberantur, vel calculo in vesicam delapso, vel inflammatione in pus conversa, aut celeriter discussa. Nam si aliquantulum morbus remiserit, ita ut urina facile transeat, mortem effugiunt: at eorum corpora longo temporis spatio consumuntur. Ex his morbis aegri lecto non adfiguntur, sed tabidi tandem evadunt. Eadem vero anni tempora et regiones et aetates, quae *venae cavae* adfectibus, his etiam malis patent. E *renibus* aliquando prorumpit plurimus confertim sanguis, perque multos dies continenter fluit; nemo tamen ex hac profusione moritur, sed ex inflammatione, quae profusionem comitatur, si forte sanguis supprimitur: atqui ex suppressione, quam ingens inflammatio fecit, mors plerumque sequitur.

Cap. X. [*De vesicae acutis adfectibus.*] Vesica in

Κυστις χαλεπὴ μὲν ἐν νούσοισι ὀξείαισι πονῆσαι· κἢν ἄλλοισι ξυμπεπόνθῃ· χαλεπωτέρη δὲ καὶ θανατωδεστέρη, ἢν ἀφ᾽ ἑωυτῆς ἄρξηται. καὶ γὰρ καὶ δυνατωτάτη πάντα ξυμπαθέα ποιῆσαι, καὶ νεῦρα, καὶ γνώμην. νεῦρον γὰρ ἡ κύστις ψυχρὸν καὶ λευκὸν, ἀτὰρ καὶ πορρωτάτω τοῦ οἰκείου θάλπεος· ἐγγυτάτω δὲ τῆς ἔξω ψύξιος. ἐν γὰρ τῇ νειαιρῇ γαστρὶ κατωτάτω ἵζει προσωτάτω τοῦ θώρηκος· ἀλλὰ καὶ ἔργον αὐτέης ἐπίκαιρον ἡ τῶν οὔρων ἔξοδος. κἢν οὖν μοῦνον ἥδε ἐπισχεθῇ λίθοισι, ἢ θρόμβοισι, ἤ τευ ἄλλῃ ἰδίῃ, ἢ ἀλλοτρίῃ ξυμφορῇ, θανατῶδες. ἐπὶ γυναικῶν μὲν γὰρ αὐτέων καὶ ὑστέρων φλεγμονὰς ἀναπιέζει· ἐπ᾽ ἀνδρῶν δὲ, τὸ ἔσχατον, τὸ εὐθὺ, τὸ παράμηκες ἔντερον. ἐν πολλοῖσι δὲ ἐκ καρτερίης ἀεκουσίου ὑπ᾽ αἰδοῦς ἐν ξυλλόγοισι ἢ ξυνδείπνοισι πληρουμένης, διατέταται, ἀδρανίῃ τε περιστολῆς οὐκέτι μεθίησι. ἐπὴν οὖν ἐπίσχῃ τὰ οὖρα, πληρώσιες καὶ τῶν ὕπερθεν μερέων, νεφρῶν, οὐρητήρων διατάσιες, λαγόνων ὀδύνη βαρείη,

acutis morbis non sine periculo adficitur, licet id per consensum cum aliis partibus fiat: sed dolores patitur multo magis graves ac letales, si per se laborare coeperit; etenim mala sua per consensum omni parti, et nervis et menti facile communicat. *Vesica* quippe *nervus* est *frigidus albusque*, ab innato calore posita quam longissime, ad externum vero frigus quam proxime: nam in imo ventre latens, magno a pectore distat intervallo; quin etiam munus ejus adprime necessarium est, urinae scilicet emissio. Haec itaque si *calculis* tantum fuerit, aut *grumis*, aut alia quavis vel propria, vel aliena calamitate obstructa, perniciosum est. Nam in mulieribus ab utero, si is inflammetur, comprimitur: in viris ab intestino ultimo, quod rectum ac praelongum est. Haec ex involuntaria prae pudore in colloquiis conviviisque urinae retentione saepenumero impletur, et eo usque distenditur, ut per imbecillitatem se contrahere nequeat, et urinam emittere. Itaque cum haec supprimitur, sequitur superiorum partium, renum scilicet atque ureterum, repletio ac distentio: lumborum dolor gravis: convulsio: tremor horror-

Ed. Oxon. [27.] Ed. L. B. (23.)

σπασμὸς, τρόμος, ῥίγεα, γνώμην παράφοροι, ἢν δὲ πρὸς τοῖσι καὶ ἕλκος πεπόνθῃ ἢ φλεγμονὴν, πολλὰ μὲν τὰ κακὰ, ὄλεθρος δὲ πολλόν τι ἑλκέων ὤκιστος. ἀλλ᾽ ἀμφὶ μὲν ἕλκεος καὶ ἀποστάσιος, καὶ πυώδεος, καὶ τῶν ὁκόσα μὴ ὀξύτατα ᾖ, ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται· ὁκόσα δὲ κατόξεα, καὶ ἐν ιδ᾽ ἡμέρῃσιν, ἢ ὀλίγῳ θᾶσσον, ἢ βράδιον κτείνει, ὁκοῖον φλεγμονὴ, ἢ θρόμβοι, ἢ λίθος ἐς τὸν τράχηλον ἐμπεσὼν, περὶ τῶνδε νῦν ἐρέω. ἢν οὖν τι τουτέων ξυμβῇ, οὔρων ἐπισχέσιες, ὄγκος ἐν τῷ ἐπιγαστρίῳ, ὀδύνη ὀξείη, πάντῃ τῆς κοιλίης· πέριτασις τῆς κύστιος, ὁ ὠχρὸς ἱδρὼς τῇ δεκάτῃ, ἔμετοι φλεγματώδεες, ἔπειτα χολώδεες, ψύξις ὅλου, ποδῶν δὲ μᾶλλον· ἢν δὲ ἐπὶ μέσον τὸ κακὸν ἕρπῃ, πυρετοὶ λυγγώδεες, σφυγμοὶ, ἀταξίῃ πυκνοὶ, καὶ μικροὶ, ἐρύθημα τοῦ προσώπου, διψώδεες, ἀπορίη, γνώμην παράφοροι σπασμοί· ἐπὶ δὲ φαρμάκοισι δηλητηρίοισι καὶ κανθαρίσι, ἢ βουπρήστεϊ καὶ πνεύμασι, ἐμπίπραται ἡ κύστις, καὶ ἡ ξύμπασα κοιλίη βιαιοτέρη καὶ πάντα κακίων, καὶ οὐκ εἰς μακρὸν ἡ τοῦ θα-

que: mentis alienatio. Verum si praeter haec vel *ulcere*, vel *inflammatione* laboret, plurima accedunt etiam mala; sed ex *ulceribus* mors multo celerrime invadit. Atqui de *vesicae ulcere* et *abscessu* et *suppuratione* cetterisque non acutissimis morbis in tractatu de diuturnis adfectibus dicemus. Eorum vero, qui peracuti sunt et intra decem dies vel paulo citius seriusve interimunt, qualis *inflammatio* est et *grumi* et *calculus* in vesicae cervicem delapsus, hoc in loco mentionem faciemus. Itaque si horum quippiam inciderit, urinae fit suppressio: tumor in abdomine: per totum ventrem acutus dolor: vesicae distentio: decimo die sudor frigidus: pituitae primo, ac deinde bilis vomitus: totius corporis, sed praecipue pedum, frigus. At si malum vehementius increscat, accedunt febres cum singultibus; pulsus inordinatus, creber et exiguus: facies rubet: urget sitis: molestia et delirio et nervorum distentionibus infestantur. Epotis etiam venis et cantharidibus et bupreste inflammari solet vesica; tunc autem cum majori violentia venter distenditur, in eoque omnes notae vehementiores sunt, neque longa mortis mora

νάτου ἀμβολή· [28] αἱμοῤῥαγέει κοτὲ κύστις· ξανθόν τε καὶ λεπτὸν τῇδε τὸ αἷμα· ἀλλ' οὐδέν τι διὰ τήνδε θνήσκουσι, κἢν μὴ ῥηϊδίη ἡ ἐπίσχεσις· ἀλλ' ἐπὶ τοῖσι θρόμβοισι καὶ τῇ φλεγμονῇ ὁ κίνδυνος. ψύξις γὰρ καὶ νέκρωσις, καὶ γαγγραινώσιες, καὶ τὰ ἐπὶ τῇδε κακὰ ῥηϊδίως κτείνει. φέρει δὲ τὰς νόσους, χεῖμα, καὶ μετόπωρον. ἡλικίη δὲ ἀκμὴ, ἔτι δὲ μᾶλλον γῆρας· αἱ δὲ ἄλλαι ὧραι καὶ αἱ ἡλικίαι οὔτε ξυνεχέως καὶ ἥκιστα κτείνουσι. ἀσινέστατα δὲ πάντων τὰ παιδία.

(24) Κεφ. ια'. [Περὶ ὑστερικῆς πνιγός.] Ἐν τῇσι λαγόσι τῶν γυναικῶν μέσῃσι ἐγκέεται ἡ μήτρη, σπλάγχνον γυναικήϊον ἄγχιστα ζωῶδες. κινέεται γὰρ ἐξ ἑωυτέης ἔνθα καὶ ἔνθα ἐπὶ τὰς λαγόνας· ἀτὰρ καὶ ἐς τὰ ἄνω, κατ' ἴξιν μὲν ὑπὸ τὸν χόνδρον τοῦ θώρηκος, ἐς τὰ πλάγια δὲ ἐπὶ δεξιὰ, ἢ ἐς ἀριστερὰ, ἢ ἐς ἧπαρ, ἢ σπλάγχνα, γίγνεται δὲ καὶ προπετεστέρη ἐς τὰ κάτω, καὶ ξυλλήβδην εἴπωμεν, πάντῃ ἐστὶ πλανώδης· καὶ εὐώδεσι ὀσμήσεσι τέρπεται, καὶ ἐπ' αὐτὰ ἵεται· ἄχθεται δὲ τοῖσι κακόδμοισι, καὶ αὐτὰ φεύγει· καὶ τὸ

interponitur. Vesica sanguinem aliquando effundit, eumque flavum atque tenuem; sed ex hoc casu homines rarissime intereunt, quamquam sanguis non ex facili supprimatur. At e grumis et inflammatione maximum imminet discrimen; etenim frigus, et mortificatio, et gangraenae, ceteraeque his supervenientia mala cito interimunt. E tempestatibus hos adfectus infert hiems cum auctumno. Ex aetatibus ea, quae constans est, et senectus adhuc magis. Per cetera vero tempora reliquasque aetates neque adsidue oriuntur, neque valde letales sunt. Ex omnibus pueri minime periclitantur.

Cap. XI. [*De hysterica suffocatione.*] In mediis feminarum ilibus jacet uterus, muliebre viscus, vita paene animatum; siquidem per se movetur huc et illuc intra ilia: quin etiam directa via sursum procedens pectoris cartilaginem subit: et oblique etiam vel dextrorsum, vel sinistrorsum, aut ad jecur, aut ad intestina fertur: ad inferiora quoque prolabitur, utque in summa dicam, undequaque errabundus est. Porro jucundis odoribus delectatur, ad eosque propius accedere desiderat: graveolentes

ξύμπαν ἐν τῇ ἄνω ἐστὶ ἡ ὑστέρῃ, ὁκοῖόν τι ζῶον ἐν ζώῳ. ἤδε οὖν ἢν ἐξαπίνης ἀνώϊστος γένηται, καὶ ἐπιπολὺ ἄνω μείνῃ, καὶ ἐκβιάσηται τὰ σπλάγχνα, ἀπεπνίχθη κοτὲ ἡ ἄνθρωπος, τρόπον τὸν ἐπιληπτικὸν, ἄνευθεν σπασμῶν. ἐπιέζετο γὰρ ὠκέως στενοχωρίῃ ἧπαρ, διάφραγμα, πνεύμων, καρδίη. τοὔνεκεν ἀπνοίη ξυνεῖναι δοκέει καὶ ἀτονίη. ἀτὰρ καὶ αἱ καρωτίδες ξυμπαθίῃ τῆς καρδίης πιέζονται. διὰ τόδε καρηβαρίαι τε καὶ ἀναισθησία ξύνεστι καινῷ κάρῳ. γίγνεται δὲ καὶ ἄλλο πάθος αὐτέῃσι ἴκελον τῇδε ξυμμορφῇ, ξὺν πνιγὶ καὶ ἀφωνίῃ, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ ὑστέρης. καὶ γὰρ τόδε καὶ ἀνδράσι γίγνεται κατοχώδεα τρόπον. ἀλλὰ τῇσι μὲν ἀπὸ ὑστέρης κακώδεες ἐπαρήγουσι ὀδμαὶ, καὶ εὐωδέων πρὸς τὰ γυναικήϊα ὑποθέσιες· τῇσι δὲ ἑτέρῃσι τάδε οὐδὲν ἐπαρήγει, καὶ τὰ μέλεα κινέονται ἀπὸ ὑστέρης, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου πάθεος ἥκιστα. ἔτι δὲ τρόμοι αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσιος ἀμβλωθριδίου. ψύξιες καρτεραὶ τῆς

autem aversatur, atque refugit; atque omnino uterus in muliere est tanquam in animali aliud quoddam animal. Hic itaque si repente superiores partes petat, ac diutius ibi commoretur, et viscera violenter comprimat, mulier interdum *epilepticorum* more, sed absque nervorum distentionibus, suffocatur; angustiis enim jecur, septum transversum, pulmones, et ipsum cor, celeriter opprimuntur: qua de causa spiritus interclusio cum imbecillitate adesse videtur; praeterea arteriae carotides per consensum cum corde constringuntur: unde capitis gravitas et sensus privatio cum novo quodam sopore sequitur. Contingit etiam feminis alius quidem adfectus, priori specie non absimilis, ubi suffocatio est, et vocis interclusio, qui ab utero tamen non proficiscitur: quippe qui viros etiam, *catochae* more, invadat. Porro iis, quae ex uteri vitio laborant, succurrunt odores foedi naribus admoti, ac bene olentium locis muliebribus adplicatio: at in altero malo ista nihil proficiunt; in uteri morbo moventur artus: in altero prorsus destituuntur. Ad haec in uterino adfectu tremores spontanei, et etiam involuntarii fiunt, ex abortu scilicet, et violentum uteri frigus, et copiosae sanguinis

ὑστέρης, αἱμοῤῥαγίης ἀθρόης ἐπίσχεσις, καὶ ὁκόσα τοιάδε. ἢν οὖν ἄρξηται πάσχειν κινευμένης ἄνω τῆς ὑστέρης, ὄκνος ἔργων πρήξιος, ἔκλυσις, ἀτονίη, γουνάτων ἀκρασίη, σκοτόδινος, καὶ τὰ γυῖα λύονται, κε[29]φαλῆς πόνος, καρηβαρίη. τὰς φλέβας τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς ἀλγέει ἡ γυνή. ἢν δὲ καταπέσωσι, καρδιώσσουσι, ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι λαγόνες κεναὶ, ἔνθα ἡ ἕδρη τῆς ὑστέρης, σφυγμοὶ διαλείποντες, ἄτακτοι, ἐκλείποντες, πνὶξ καρτερὴ, ἀφωνίη, ἀναισθησίη, ἡ ἀναπνοὴ ἄσημος, ἀσαφὴς, ὤκιστος καὶ ἄπιστος ὁ θάνατος. οὐδὲν γὰρ ἴσχουσι νεκρῶδες· ἐς χροιὴν ζωώδεες. ἐρυθρότεραι μᾶλλον μέχρι πολλοῦ τοῦ θανάτου· ὀφθαλμοὶ μικρόν τι ἐξίσχοντες, λαμπροὶ, οὐ κάρτα μὲν ἀτενέες, ἀτὰρ οὐδὲ κάρτα κεκαμμένοι. ἢν δὲ μετακινέηταί κοτε ἐς ἕδρην ἡ ὑστέρη, πρὶν ἐς τέλος ἰέναι τὸ πάθος, διαδιδράσκουσι τὴν πνίγα· εὖτε κοιλίη ὑποβορβορύζει, ὑγρότης τῶν γυναικηΐων τόπων, ἀναπνοὴ δασυτέρη καὶ σαφεστέρη· ὠκίστη ἐκ τοῦ πάθεος ἡ

profusionis suppressio, quaeque alia his similia sunt. Itaque si, utero sursum se movente, femina laborare coeperit, adest in obeundis negotiis ignavia, resolutio, imbecillitas, genuum impotentia, vertigo, membrorum languor, capitis dolor atque gravitas: in venis item juxta nares utrinque positis sentitur dolor. At si mulier collabatur, in stomacho morsum quendam percipit: infra praecordia in eo loco, ubi uteri sedes est, vacua sunt ilia: pulsus intermittens, inordinatus et deficiens: violenta suffocatio: suppressio vocis: sensus privatio: spiritus trahi vix ac ne vix quidem percipitur. Celerrime obeunt: sed ne tum quidem mortuae videntur; neque enim cadaverosi quidquam in adspectu habent: etenim viridi coloris et ad multam usque mortem magis rubicundae sunt quam in habitu naturali. Oculi paululum extant et splendidi sunt: neque valde intenti, neque multum hac vel illac versi. Quodsi, priusquam ad extrema ventum sit, in sedem suam revertatur uterus, *suffocatione* liberantur; alvus interim submurmurat: muliebres humescunt loci: spiritus evidentius, etiam cum aliquo sonitu adducitur et morbo celerrime excitantur, quemadmodum etiam ex eo citissime in-

ἔγερσις, ὅκως καὶ ὁ θάνατος ὤκιστος. καὶ γὰρ ῥηϊδίως τοῖσι ἄνω προσχωρέει· ἀτὰρ ἤδε ῥηϊδίως ἀφίσταται· ἀκρόπλοός τε γὰρ ἡ ὑστέρη· ὑγροὶ δὲ καὶ οἱ ὑμένες οἱ ὀχῆες αὐτῆς· ὑγρὸν δὲ καὶ τὸ χωρίον, ἔνθα κέεται ἡ ὑστέρη· πρὸς δὲ φυγῇ τε καὶ ὁρμῇ χρέεται ἡ(25)δέων τε καὶ ἀηδέων. ῥηϊδίως οὖν νεύει ὅκως πρέμνος ἔνθα καὶ ἔνθα, ἄνω τε καὶ κάτω πλώει. διὰ τόδε νεήνισι τὸ πάθος γίγνεται, γεραιτέρῃσι δὲ ἥκιστα. ᾗσι γὰρ ἡλικίη τε καὶ βιοτὴ καὶ γνώμη πλανωδεστέρη, τῇσι καὶ ὑστέρη ἐστὶ ῥεμβώδης· πηλικωτέρῃσι δὲ εὐσταθέα καὶ ἡλικίη καὶ βίος, καὶ γνώμη, καὶ ὑστέρη. ἥδε μὲν οὖν ἡ ἀπὸ ὑστέρης πνὶξ μούνῃσι γυναιξὶ παρομαρτέει· γίγνεται δὲ καὶ ξυνὰ πρὸς ἄνδρας πάθεα τῇ ὑστέρῃ φλεγμονὴ, αἱμοῤῥαγίη· ξυνὰ δὲ καὶ τὰ παρεόντα σημεῖα, πυρετοὶ, ἀσφυξίη, ψύξις, ἀφωνίη· ἐπὶ δὲ τῇ αἱμοῤῥαγίῃ καὶ ὀξύτεροι οἱ θάνατοι, ὁκοῖόν τι ἐν ζώῳ σφαγή.

Κεφ. ιβ΄. [Περὶ σατυριάσεως.] Οἱ σάτυροι τοῦ Διονύσου ἱεροὶ ἐν τῇσι γραφῇσι καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὄρθια

tereunt; siquidem uterus ad superiores partes facile fertur, et ab iis facile etiam recedit. Is enim humoris superficiei innatat: humidae sunt etiam quibus sustinetur membranae: humidus est etiam in quo jacet locus; ad haec injucundorum fuga, et gratorum desiderio movetur; unde fit ut tanquam arboris ramus huc et illuc agitetur, sursumque et deorsum fluctuet. Quapropter feminae juniores hoc adfectu tentantur; sed aetate provectiores eo vacant: nam quibus aetas et mens et vita magis vaga, eae errabundum etiam habent uterum: natu vero grandioribus stabilis est et aetas et vita et mens et uterus. Haec ex *utero suffocatio* solis mulieribus contingit. Porro quaedam huic parti mala incidunt, quae cum viris communia habet, sicut *inflammatio* et *sanguinis profluvium:* cum illis etiam communes habet notas, febres, pulsus defectum, frigus, suppressionem vocis. Atqui e *sanguinis profusionibus* mors maturius sequitur, quippe quae hominem quasi ingulent.

Cap. XII. [*De satyriasi.*] Satyri, Baccho sacri, in picturis atque statuis cum arrecto pene exprimuntur,

ἴσχουσι τὰ αἰδοῖα, ξύμβολον τοῦ θείου πρήγματος. ἔστι δὲ καὶ πάθεος ἰδέη, ἀνίσχοντος ὄρθια τοῦ πάσχοντος τὰ αἰδοῖα, ἐπίκλησις σατυρίησις ἐς ὁμοιότητα τοῦ θεοῦ σχήματος. ὁρμὴ δέ ἐστι ἄσχετος ἐς ὁμιλίην· ἀτὰρ οὐδ' ἐν τῇσι προσόδοισι οὐδὲν ὠφελέονται· οὐδὲ ἐπὶ πολλοῖσι καὶ συνεχέσι ὁμιλίῃσι πρηΰνονται τὸ ὄρθιον. σπασμοὶ δὲ ἁπάντων τῶν νεύρων, καὶ ἔντασις τενόντων, καὶ βουβώνων, καὶ πληχάδος, φλεγμονὴ τῶν αἰδοίων καὶ πόνος, ἐρύθημα προσώπου, καὶ ἰκμὰς νοτίδι ἰκέλη. [30] περιστελλόμενοι, ἡσυχῇ ἐπίλυποι, κατηφέες, ὥσπερ ἀχθόμενοι τῇ ξυμμορφῇ· ἢν δὲ ὑπερίσχῃ καὶ τὴν αἰδῶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ πάθος, ἀκρατέες μὲν γλώσσης ἐς τὸ ἄκοσμον· ἀκρατέες δὲ ἐς τὸ ἄμφαδον καὶ τῆς τοῦ ἔργου πρήξιος, παράφοροι τὴν γνώμην ἐς τὸ ἄσχημον. κατέχειν γὰρ οὐ δύνανται· διψώδεες, φλέγμα πολλὸν ἐμέουσι· ἐπειδὴ τοῖσι χείλεσι ἀφρὸς ἐφιζάνει, ὁκωσπερ τοῖσι ὀργῶσι τῶν τράγων· ἀτὰρ ἤδὲ ὀσμὴ ὁμοίη. οὖρον ἐξ ἐπισχέσιος πολλῆς, ἀλλ' ἐς λευκὸν, παχὺ, γονοειδές. κοιλίη ἀπολελυμένη,

quod deorum istorum libidinis signum est. Est etiam morbi quoddam genus, quod laborantis pudenda arrigit; id *satyriasis* dicitur propter similitudinem, quam cum deorum figura habet. Est autem effrenata corporis commiscendi libido; sed venere nihil quidquam relevantur, neque multo adsiduoque coitu minuitur arrectio. Adest nervorum omnium convulsio: tendines et inguina et partes inter inguen ac femur distenduntur: pudendorum inflammatio est ac dolor: in facie rubor inest et humor quidam roscidus; silentes obambulant, tristes atque demissi, utpote ob mali turpitudinem dejecti. At si hominis verecundiam morbi vis exsuperet, linguam non continent, quin obscena proloquantur, neque sibi temperare possunt, quin palam rem habere tentent; ita mente turbantur, ut indecora omnia perpetrent, neque ullo modo se continere valeant. Siticulosi sunt: pituitam multam evomunt: labia eorum spuma obteguntur, sicut in hircis fit libidine aestuantibus, similem etiam his odorem exhalant. Urinam post diuturnam ejus suppressionem reddunt, sed albam, crassam, seminique similem; alvus soluta est; laterum et

Ed. Oxon. [30.] Ed. L. B. (25. 26.)

γαργαλισμοὶ αὐτόματοι πλευρέων καὶ μασχαλῶν, σπασμώδεες, ἀπόσιτοι, εἰ δὲ προσφέροιντο, ἁρπάγδην, ταραχώδεες· ἢν δὲ ἐς ὄλεθρον ἥκῃ τὸ κακὸν, φυσώδεες· κοιλίην ἐπηρμένοι, τενόντων καὶ μυῶν τῶν πάντων ξύντασις, δυσκινησίη, ξυνολκαὶ μελέων, σφυγμοὶ μικροὶ, ἀσθενέες, ἄτακτοι. ἔλυσέ κοτε τάδε πάντα κοιλίη ἐκταραχθεῖσα πολλοῖσι φλεγματώδεσι, χολώδεσι, ἔμετος ὁμοίως. οὐκ ἄνευθεν κινδύνου ἴησις, ὕπνος βαθὺς καὶ μήκιστος. ψύξις γὰρ καὶ πάρεσις καὶ νάρκη νεύρων, ὕπνος πουλύς· νάρκη δὲ καὶ ψύξις σατυρίησιν ἴηται. γίγνεται δὲ τὸ πάθος ἦρος μάλιστα καὶ θέρεος. ἡλικίῃσι (26) δὲ μειρακίοισι καὶ νέοισι· μάλιστα δὲ ὁκόσοισι ἡ φύσις ἐς ξυνουσίην ἑτοίμη, ὀξύτατον ἠδὲ ἀτερπὲς, ἠδὲ ἄκοσμον κακόν. τὰ πολλὰ γὰρ ἐν ἑβδόμῃ θνήσκουσι. λόγος δὲ ὅτι καὶ γυναῖκες πάσχουσι τοῦτο τὸ πάθος, καὶ ἥ τε ἐς τὰ ἀφροδίσια ὁρμὴ ὁμοίη καὶ τὰ λοιπὰ ξύμπαντα τὰ αὐτά· ἐγὼ δὲ μαχλοσύνην μὲν γυναιξὶ ὑγρῇσι πείθομαι γίγνεσθαι, ἐς ἔκχυσιν τοῦ πλήθεος τούτων· σατυρίησιν δὲ ἥκιστα. οὔτε γὰρ ἡ

alarum spontanei pruritus: convulsionibus vexantur: cibum fastidiunt, vel cum voracitate et tumultu rapiunt. Quodsi morbus ad exitium tendat, inflantur, et eorum venter in tumorem adsurgit: tendines omnes atque musculi intenduntur: corpus aegre movetur: contrahuntur artus: pulsus parvus, debilis, inordinatus. Haec omnia interdum solvit alvus multis pituitosis biliosisque dejectionibus perturbata: similiter etiam vomitus. Periculo non vacat medela, quae per somnum longum et profundum quaeritur: siquidem multus somnus nervos refrigerat, atque resolvit, et stupefacit: torpor autem et frigus *satyriasi* medetur. Morbus vere et aestate praecipue nascitur: ex aetatibus adolescentulos atque juvenes invadit, et praesertim illos, quibus est natura in venerem proclivis. Adfectus acutissimus atque turpis, qui plerumque intra septimum diem hominem consumit. Quidam tradunt feminas etiam eodem implicari malo, iisdemque libidinis agitari furiis, ceteraque omnia pari modo perpeti. Ego sane lasciviam quandam humidis inesse feminis, ita, ut multam humoris copiam effundant, persuasum habeo, verum *satyriasin*

φύσις αὐτέων ἑτοίμη· ψυχρὴ γάρ· ἀλλ' οὐδὲ μόρια ἐς ὀρθίησιν, ὅκωσπερ σάτυρος, ἴσχει γυνὴ, ὥσπερ τὸ πάθος ἐπώνυμον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πνίγα τὴν ἀπὸ ὑστέρης νοσέουσι ἄνδρες, οὕνεκεν οὐκ ἴσχει ὑστέρην ἀνήρ.

id esse minime concesserim. Neque enim ex natura in hoc malum propensae sunt, siquidem frigida earum est temperies; praeterea partibus quas habet *satyrus*, unde morbus nomen traxit, ad arrectionem aptis destituuntur. Neque vero *hysterica suffocatione* laborant viri, quoniam uterum ii non habent.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΤΙΩΝ ΚΑΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΧΡΟΝΙΩΝ ΠΑΘΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Oxon. [31. 32.] Ed. L. B. (26.)

[31] [32] Κεφ. α΄. [Περὶ χρονίων παθῶν.] Χρονίων νούσων πόνος μὲν πουλὺς, χρόνος δὲ μακρὸς συντήξιος, καὶ ἀβέβαιος ἡ ἄλθεξις. ἢ γὰρ οὐδ᾽ ἐξηλάθησαν ἐς τὸ πάμπαν, ἢ ἐπὶ σμικρῇ ἁμαρτωλῇ παλινδρομέουσι αἱ νοῦσοι. οὔτε γὰρ ἀτρεμέειν οἱ νοσέοντες τολμέουσι ἐς τέλος· ἀτὰρ ἠδὲ ἁμαρτάνουσι ἐν τῇσι μακρῇσι διαίτῃσι, κἢν ἀτρεμέωσι· ἢν δὲ καὶ πόνος ἔῃ, ἐπιπόνου ἰήσιος, δίψης, λιμοῦ, φαρμάκων πι-

ARETAEI CAPPADOCIS DE CAVSIS ET SIGNIS DIVTVRNORVM MORBORVM LIBER PRIMVS.

Cap. I. [*De diuturnis morbis prooemium.*] Diuturnorum morborum dolor plurimus, tabescendi tempus longum et incerta est curatio. Nam vel e toto depelli nequeunt, vel propter levem errorem revertuntur. Laborantes enim in medela non ad ultimum perseverare sustinent, vel si in ea persistant, tamen in longa victus ratione delinquunt. Quod si ad haec dolore plena curatio accesserit, per famem, sitim et amarorum medicaminum

Ed. Oxon. [32.] Ed. L. B. (26. 27.)

κρῶν καὶ ὀδυνωδέων, ἢ τομῆς, ἢ καύσιος, ὧνπερ ἐστὶ ἐν τῇσι δολιχῇσι νούσοισι χρέος, ὡς ὑποδιδρήσκουσι οἱ κάμνοντες, θανάτου δῆθεν αὐτέου ὀρεγόμενοι. (27) ἔνθα δὴ ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρὸς ἰητροῦ, καὶ μακροθυμίης, καὶ ποικιλίης, καὶ χάριτος ἀβλαβοῦς τῶν ἡδέων, καὶ παραιφάσιος· ἀτὰρ καὶ τὸν νοσέοντα χρὴ ἄλκιμον ἔμεναι, καὶ ξυνίστασθαι τῷ ἰητρῷ κατὰ τοῦ νοσήματος. οὐ γὰρ τοῦ σώματος μοῦνον ἀπρὶξ λαβόμενον ταχὺ ἀνασμύχει τε καὶ δάπτει, ἀλλὰ ἐς πολλὰ καὶ τὴν αἰσθησίην ἐκτρέπει· ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἐκμαίνει. ἀκρασίῃ τοῦ σώματος τοιήνδε τὴν μανίην καὶ τὴν μελαγχολίην ἴσμεν, περὶ ὧν αὖθις ἐρέω· τανῦν δ' ἀμφὶ κεφαλαίης φράσω.

Κεφ. β'. [Περὶ κεφαλαίης.] Ἢν ἀλγέῃ κεφαλὴ σχεδίως ἐπὶ προσκαίρῳ αἰτίῃ, κἢν ἐπὶ πλεῦνας, κεφαλαλγίη καλέεται. ἢν δὲ διεθίζῃ χρόνῳ μακρῷ τὸ ἄλγημα, καὶ περιόδοισι μακρῇσι καὶ πολλῇς, καὶ προσεπιγίγνηται μέζω τε καὶ

adsumtionem: et praeterea adhibeantur cruciatus, vel incisionis, vel ustionis, quibus in adfectibus diuturnis necessario utimur, haec ita refugere solent aegri, ut mortem potius subire desiderent. Tum vero in ferendis aegroti moribus, et in varianda medicina, et in gratis rebus ei citra noxam indulgendis, in eoque blande adloquendo, medentis ars perspicitur. Oportet autem ut aeger ipse fortis sit et cum medico adversus morbum conspiret. Is enim quando corpus tenaciter occupaverit, non modo celeriter consumit illud exeditque, verum etiam sensus ipsos pervertit, ipsamque animam in furorem agit per corporis impotentiam. Hujusmodi *insaniam* et *melancholiam* esse animadvertimus, de quibus postea dicetur: in praesentia de *cephalaea* sermonem faciemus.

Cap. II. [*De cephalaea sive dolore capitis.*] Si caput leviter, temporaria quavis de causa, doleat, licet per plures ita dies continuet, *cephalalgia* dicitur. Verum si longo tempore maneat dolor, ac per diuturnos ac frequentes circuitus redire jam adsuescat, et majora superveniant mala, quaeque magis difficulter ad sanitatem per-

Ed. Oxon. [32. 33.] Ed. L. B. (27.)

πλεῦνον δυσαλθῆ, κεφαλαίην κικλήσκομεν. ἰδέαι δὲ μυρίαι. τισὶ μὲν γὰρ ἀΐδιος ὁ πόνος καὶ μικρὸς, ἀλλ' οὐ διαλείπων· τισὶ δὲ ἐς περίοδον περιπλεῖ, ὅκως τοῖσι πυρεταίνουσι ἀμφημερινὸν παρ' ἡμέρην· ἄλλοισι δ' ἀπὸ δύσιος ἐς μεσημβρίην, καὶ τῇδε τέλεον ἀποπαύεται· ἢ ἀπὸ μεσημβρίης ἐς ἑσπέρην· ἢ ἐπίπροσθεν ἐς νύκτα. ἥδε ἡ περίοδος οὐ κάρτα δηθύνει· καὶ τοῖσι μὲν ἡ κεφαλὴ ἀλγέει πᾶσα· καὶ ἥδε ἄλλοτε μὲν ἐπὶ δεξιά· ἄλλοτε δὲ ἐπ' ἀριστερά· ἢ μέτωπον, ἢ βρέγμα, καὶ ταῦτα ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ῥεμβώδεα τρόπον· [33] τοῖσι δὲ καὶ τὰ δεξιὰ μοῦνον, ἢ τὰ λαιὰ μοῦνον. ἐς ὅσον ὅρων κρόταφος, ἢ ὦς, ἢ καὶ ὀφρὺς μία, ἢ ὀφθαλμὸς ἐς μέσφι μέσου, ἢ ῥὶς ἐς ἶσα τέμνει μοῦνον, ἐπέκεινα δὲ τὸ ἄλγημα οὐ περῇ· ἐν ἡμίσεϊ μίμνει τῷ τῆς κεφαλῆς χωρίῳ. ἑτεροκρανίη τόδε μοῦνον καλέεται· οὐκ εὐηθες κακὸν, κῆν διαλείπῃ, κῆν σμικρὸν ἔμμεναι δοκέῃ· ἢν γὰρ ἐμπέσῃ κοτὲ ὀξέως, αἰσχρὰ καὶ δεινὰ πρήσσει· σπασμὸς καὶ διαστροφὴ τοῦ προσώπου

ducuntur, id genus *cephalaeam* vocamus. Species ejus complures sunt. Quibusdam dolor est perpetuus, levis quidem ille, sed nunquam intermittens. Nonnullis tanquam febris quotidiana per circuitum singulis diebus revertitur. Alios ab occasu solis usque ad meridiem infestat, quo tempore e toto desinit; vel a meridie ad vesperam, vel etiam ante id tempus ad noctem usque porrigitur: id genus non diu solet inhaerere. Nonnullis caput totum dolet, idque nunc in dextra, nunc in sinistra parte, alias in fronte, vel in sincipite: quae omnia vago more fiunt eadem die. Quibusdam dolet dextra tantum, vel sinistra ejus pars: et intra terminos, quibus alterum ex temporibus, et auris et supercilium unum, et alter oculus continetur, usque ad mediam capitis partem, qua nasus id in aequas portiones dividit, in dimidia, inquam, capitis parte remanet dolor, neque in alterum transit. Id malum *heterocrania* vocatur; neque leve vitium est, licet intermiserit, aut exiguum esse videatur. Nam si quando acute urgeat, hominem turpibus et vehementibus malis adficit: facies convellitur et distorquetur: oculi vel intenti, cornuum instar, rigent, vel huc illuc intro vertun-

γίγνεται· ὀφθαλμοὶ ἢ ἀτενέες κέρασι ἴκελοι πεπήγασι, ἢ τῇδε κἀκεῖσε σπασμώδεες ἔνδον εἱλῶνται σκοτοδίνως· ὀφθαλμῶν ὑποβρύχιος πόνος ἄχρι μηνίγγων. ἱδρὼς ἄσχετος τενόντων ἐξαπίνης ἄλογος, ὡσπερεί τινος πατάξαντος ξύλῳ· ναυτίη, ἔμετος χολωδέων, κατάπτωσις τοῦ ἀνθρώπου· ἢν δ' ἐπιτείνῃ κοτὲ τὸ πάθος, ὤνθρωπος ἐτελεύτησε· ἢν δὲ σμικρότερον ᾖ καὶ ἐς ὄλεθρον ἀσινὲς, χρονίζει, ὄκνος πουλὺς, καρηβαρίη, ἀπορίη, ζωὴ δύσφορος. καὶ γάρ πως φεύγουσι τὴν αὐγήν· σκότος δὲ πρηΰνει τουτέοισι τὴν νοῦσον· οὐ δὲ ἐσιδεῖν τι ἢ ἀκοῦσαι τερπνὸν, εὔφοροι· κάκοδμοι τὴν ὄσφρησιν, καὶ οὔτε τι εὐῶδες αὐτέους τέρπει· ἐκτρέπονται δὲ καὶ τὰ κακώδεα· ἄχθονται τῷ βίῳ, θανατῶσι ὤνθρωποι· αἰτίη δὲ τουτέων ξὺν ξηρότητι ψύξις· ἢν δὲ δηθύνῃ καὶ ἐς μέζον ἕρπῃ ἐπὶ τοῖσι πόνοισι τὸ πάθος, σκότωμα γίγνεται.

(28) Κεφ. γ'. [Περὶ σκοτωματικῶν.] Ἢν ζόφος τὰς ὄψιας σχῇ, καὶ δῖνος ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν ἑλίσσηται, καὶ ὦτα βομβέῃ ὅκως ῥεόντων καναχηδὸν ποταμῶν, ἢ οἷον ἄνεμος ἱστί-

tur cum convulsione ac vertigine: in iisque dolor ad eorum usque membranas alte descendit: sudor non coërcendus: repentinus tendinum dolor, perinde ac si quis ligno plagam his inflixerit: accedit nausea bilisque vomitus: homo deinde prolabitur, et, si malum adhuc vehementius increscat, praecipitatur in exitium. At si id minus grave sit neque periculum mortis inferat, inveterascit tamen, multamque secum corporis segnitiem trahit, et gravitatem capitis, et molestiam, et vitae taedium. Lucem prorsus refugiunt, quia tenebris mitigatur dolor; nihil jucundi aut audire, aut videre sustinent; olfaciendi vitiosum habent sensum, neque gratis odoribus delectantur, et graveolentia quoque horrent; vitam sibi ipsis invisam trahunt, mortemque exoptant. Horum causa est cum siccitate frigus. Quod si diu moretur et invalescat morbus, dolores subsequitur adfectus, quod *scotoma* (sive *vertigo*) dicitur.

Cap. III. [*De scotomaticis, sive vertiginosis.*] Si tenebrae obfundantur oculis, caputque in turbinis modum circumagi videatur, et intra aures sonitus fiat quasi ruen-

οισι ἐγκυβερνέῃ, ἢ αὐλῶν, ἢ καὶ συρίγγων ἐνοπὴ, ἢ τρισμοῦ ἁμάξης ἰαχὴ, ὀνομάζομεν σκότωμα τὸ πάθος, κακὸν μὲν, κἢν σύμπτωμα κεφαλῆς, κακὸν δὲ, κἢν ἐκδιαδέξιος κεφαλαίης, ἢ ἐξ ἑωυτέης χρονίου νούσου φύῃ. ἢν γὰρ τάδε μὲν μὴ ἀπογίγνηται, μίμνῃ δὲ ἡ σκοτοδίνη, ἢ χρόνῳ μακρῷ τελεωθῇ τοῖσι ἰδίοισι συμπτώμασι οὐ τινὸς ἀκεομένου, πάθος τὸ σκότωμα γίγνεται, ἐπ᾽ αἰτίῃ ὑγρῇ τε καὶ ψυχρῇ· ἀλλὰ καὶ ἀρχὴ παθέων ἄλλων, ἢν ἐς ἀνήκεστον τραπῇ, μανίης, μελαγχολίης, ἐπιληψίης προσεπιγιγνομένων ἑκάστῃ τῶν ἰδίων ξυμπτωμάτων· σκοτώματος δὲ ἡ ἰδέα, βάρος τῆς κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν μαρμαρυγαὶ ἐπὶ πολλῷ τῷ σκοτώδει· ἀγνωσίη ἑωυτέων τε καὶ τῶν πέλας· καὶ ἢν ἐπ᾽ αὐξήσει ἡ νοῦσος γίγνηται, τότε γυῖα λύονται, καὶ ἕρπονται χαμαί· ναυτίη καὶ ἔμετος φλέγματος, ἢ χολωδέων, ξανθῶν, ἢ μελανῶν. εὖτε ἐπὶ μὲν ξανθῇ χολῇ, [34] μανίαι γίγνονται· ἐπὶ δὲ τοῖσι μέλασι, μελαγχολίη· ἐπὶ δὲ τῷ φλέγματι, ἡ ἐπιληψίη. πασῶν γὰρ ἥδε νούσων τροπή.

tium cum murmure fluviorum, aut tanquam venti inter vela perstrepentis, vel audiatur fistularum et tibiarum clangor, sive tracti stridor plaustri, *scotoma* (sive *vertiginem*) id vocamus. Malum satis grave, licet dolentis tantum capitis fuerit symptoma, sive post *cephalaeam*, sive per se, vetus esse jam adfectus coeperit. Nam nisi haec decedant, et perstet etiam vertigo, vel ipsa suis comitata symptomatis, nulla adhibita curatione, ad summum pervenerit, morbus *scotoma* dictus oritur: qui ex humida frigidaque causa procreatur. Porro si insanabilis evadat, aliis morbis initium praebet, ut *insaniae*, *melancholiae*, *epilepsiae*, suis cuique accedentibus symptomatis. In *scotomate* capitis subest gravitas: inter multas tenebras quorundam ante oculos splendorum emicatio: adstantium ac suimet ignoratio. In incremento mali membra hominis resolvuntur, isque humi reptat: nausea fit, et vomitus aut pituitae, aut flavae atraeve bilis. Flavae bili succedit *insania:* atrae *melancholia:* pituitae *epilepsia;* in omnibus enim morbis similis horum est successio.

Ed. Oxon. [34.] Ed. L. B. (28.)

Κεφ. δ΄. [Περὶ ἐπιληψίης.] Ποικίλον ἠδ᾽ ἀλλόκοτον κακὸν ἡ ἐπιληψίη, θηριῶδες μὲν ἐν παροξυσμοῖσι καὶ κάτοξυ καὶ ὀλέθριον. ἔκτεινε γάρ κοτε παροξυσμὸς εἷς· ἢν δὲ μελέτῃσι φέρῃ ὥνθρωπος, ζῇ μὲν αἴσχεα καὶ ὀνείδεα καὶ ἄλγεα φέρων, ῥηϊδίως δὲ οὐκ ἄπεισι ἡ νοῦσος, ἀλλὰ ἐν ἡλικίῃσί τέ τισι κρείττοσι ἐνοικέει καὶ ὥρῃ τῇ ὡραίῃ. ξυνδιαιτᾶταί τε παισὶ καὶ μειρακίοισι· ἐξηλάθη δέ κοτε ὑπ᾽ εὐτυχίης, δι᾽ ἄλλης ἡλικίης μέζονος, εὖτε τῷ κάλλει συνέξεισι τῆς ὥρης· ἀλλὰ καὶ τότε μετεξετέρους αἰσχροὺς ἀποδείξασα, ἀπόλλυσι τοὺς παῖδας φθόνῳ τοῦ κάλλεος, ἢ χειρὸς ἀκρασίῃ, ἢ προσώπου διαστροφῇ, ἢ πειρώσεΐ τινος αἰσθήσιος· ἢν δὲ φωλεύσῃ τὸ κακὸν ἐς ῥίζαν, οὔτε ἰητρῷ οὔτε ἡλικίης μεταβολαῖς ἔξοδον πείθεται· ἀλλὰ ξυμβιοῖ μέσφι θανάτου. ποτὶ καὶ ἐπίπονος ἡ νοῦσος σπασμοῖσι καὶ διαστροφῇσι μελέων τε καὶ ὄψιος. ἔτρεψε δέ κοτε καὶ γνώμην ἐς μανίην. ἀτερπὴς μὲν ἡ τοῦ παροξυσμοῦ θέη, αἰσχρὴ δὲ

Cap. IV. [*De epilepsia, sive morbo comitiali.*] Varium ac prodigiosum morbi genus est *epilepsia:* in accessionibus effera, et peracuta, ac mortifera; siquidem una interdum accessio hominem rapit. Quodsi huic adsueverit aeger, vitam quidem trahit, eamque cum turpitudine, et ignominia, et dolore: morbum tamen ipsum vix depellit, qui optimis praecipue aetatibus, perque vitae tempus pulcherrimum, pueritiam scilicet atque adolescentiam, inhaerere consuevit. Interdum ab aetate aliqua grandiori tollitur, et cum ipso vitae flore terminatur; et tum quidem nonnullos e pueris, tanquam eorum pulchritudini invideret, deformitate vitians, hos vel cum manus impotentia, vel cum vultus distentione, vel sensu aliquo destitutos relinquit. At si lateat, quoad altas radices egerit, neque medicinae ope, neque aetatis mutationibus expelli potest, sed usque ad mortis diem continuat. Ad haec malum dolore plenum est, cum convulsionibus, et membrorum atque luminum distortionibus; interdum quoque animum in *furorem* agit. Tristissimum accessionis est spectaculum: turpis etiam est decessio, quae per urinas fit, et

καὶ ἡ ἀπόλειψις αὐτέου, ἐπὶ ἀφόδῳ καὶ οὔροισι καὶ αὐτομάτῳ κοιλίῃ· ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμμορφή· δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνεῖσθαι ἡ νοῦσος· τοὔνεκεν ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην· ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ· ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα· ἢ ἴησιος οὐκ ἀνθρωπίης, ἀλλ' θείης, ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τήνδε ἐκίκλησκον ἱερήν. (29) ὁκόσα μὲν οὖν ὡς ἐπὶ ὀξείῃ γίγνεται τῇ νούσῳ, πρόσθεν μοι λέλεκται· ἢν δὲ ἐν χρόνῳ μίμνῃ, οὐδὲ ἐπὶ τοῖσι διαλείμμασι ἀσινέες, νωθροὶ, ἄθυμοι, κατηφέες, ἐξάνθρωποι, ἄμικτοι, οὐδὲ ἡλικίῃσι μειλίχιοι, ἄγρυπνοι, δυσόνειροι πολλοῖσι ἀλλοκότοισι, ἀπόσιτοι, πέψαι κακοὶ, ἄχροοι, μολιβδώδεες, δυσμαθέες νωθείῃ γνώμης τε καὶ αἰσθήσιος, βαρυήκοοι, ἦχοι, βόμβοι ἀνὰ τὴν κεφαλήν· γλῶσσα ἀσαφὴς καὶ παράφορος· ἢ ὑπὸ τῆς διαθέσιος τῆς νούσου, ἢ ὑπὸ τρωμάτων ἐν τῇσι καταλήψεσι,

spontaneam ventris dejectionem. Sed et ignominiosum quoque hoc est morbi genus; homines quippe existimant, hunc iis, qui in lunam deliquerint, immitti: quapropter *sacer* etiam *morbus* dicitur; quod autem nomen aliis de causis indi potuit, vel ob mali magnitudinem, *sacrum* enim idem, quod *magnum*, significat; vel propterea, quod non humana, sed divina tantum ope hunc curari posse creditum est; vel quia deus aliquis in hominem ingressus esse putetur; vel fortasse horum simul omnium causa, *morbus sacer* adpellatus est. Ceterum quaecunque in hoc, tanquam acuto adfectu, eveniunt, supra declaravimus. Quodsi inveteraverit, ne per intermissiones quidem aegri citra noxam degunt, sed segnes, et languidi, et demissi sunt, hominumque adspectum atque consuetudinem devitant, neque aetate procedente quidquam mitiores evadunt; vigiliis premuntur: per quietem multis atque prodigiosis somniis exterrentur: cibum fastidiunt, et aegre concoquunt: coloris vitiosi sunt, et quasi plumbei: in discendo propter mentis atque sensus tarditatem segnes: auditum habent gravem, in capite sonitus quosdam ac tinnitus: lingua neque plane voces exprimit, neque ex sententia loquitur: quod vel e natura morbi fit, vel propter vulnera in ac-

σπασμώδεες. γλῶσσα μὲν στροφᾶται ἐν τῷ στόματι ποικίλως· ὑποτείνεται δέ κοτε καὶ τὴν διάνοιαν ἡ νοῦσος, ὡς τὰ πάντα μωραίνειν· ἀτὰρ καὶ τοῖσδε αἰτίη ξὺν ὑγρότητι ψύξις.

[35] Κεφ. ε΄. [Περὶ μελαγχολίης.] Μέλαινα χολὴ, ἐν μὲν ὀξέσι ἄνωθεν φανεῖσα, κάρτα ὀλέθριον· κάτω δὲ ἐξιοῦσα οὐ κάρτα ἀνώλεθρον· ἐν δὲ τοῖσι χρονίοισι ἢν μὲν ὑπίῃ κάτω, ἐς δυσεντερίην καὶ ἥπατος πόνον τελευτᾷ· γυναιξὶ δὲ κάθαρσις ἀντὶ τῶν ἐπιμηνίων, ἢν τὰ ἄλλα ἀνώλεθροι ἔωσι· ἢν δὲ ἄνω ῥέπῃ ἐς στόμαχον, ἢ ἐς φρένας, μελαγχολίην τεύχει. φῦσάν τε γὰρ ἐμποιέει καὶ ἐρυγὰς κακώδεας, ἰχθυώδεας· διαπέμπει δὲ καὶ κάτω φύσας ψοφώδεας, συντρέπει δὲ καὶ τὴν γνώμην. διὰ τόδε καὶ μελαγχολικοὺς καὶ φυσώδεας τούσδε ἐκίκλησκον οἱ πρόσθεν· μετεξετέροισι δὲ οὔτε φῦσα οὔτε μέλαινα χολὴ ἐγγίγνεται· ὀργὴ δὲ ἄκρητος καὶ λύπη καὶ κατηφείη δεινή. καὶ τούσδε οὖν μελαγχολικοὺς καλέομεν, χολῆς μὲν τῆς ὀργῆς συμφραζομένης· μελαίνης δὲ, πολλῆς καὶ θηριώδεος· τέκμαρ δὲ Ὅμηρος, ἔνθα φησὶ

cessionibus huic illata; convulsionibus infestantur: in ore lingua variis modis contorquetur; et interdum mentem ita perturbat hic adfectus, ut homines fatui prorsus evadant. His etiam mali causa est cum humiditate frigus.

Cap. V. [*De melancholia, sive atra bile.*] Si atra bilis in acutis morbis sursum prorumpat, valde mortifera est; neque infra exiens periculo vacat. In longis, si per inferiora prodeat, in *dysenteriam* et jecinoris dolorem desinit: feminis autem vice menstruorum purgatio est, si quoad ceteras res periculose non se habeant. At si sursum tendat, vel ad stomachum, vel ad septum transversum, *melancholiam* parit. Inflationes enim facit et ructus foetidos, piscium odorem exhalantes: flatus etiam infra cum sonitu transmittit; et mentem quoque pervertit. Quamobrem ita laborantes, *melancholicos* pariter, et *inflatos*, veteres adpellarunt. Aliis neque flatus, neque atra bilis innascitur: sed iracundia mera et moeror animique maxima dejectio. Hos etiam *melancholicos* vocamus, eo quod *bilis iram*, *nigra* vero *multam* atque *efferam* significet; cui rei testimonio est Homerus, ubi haec inquit,

Ed. Oxon. [35.] Ed. L. B. (29. 30.)

Τοῖσι δ' ἀνέστη
Ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφὶ μέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

τοιοίδε γίγνονται οἱ μελαγχολώδεες, εὖτ' ἂν ὑπὸ τοῦ κακοῦ κτεινέωνται. ἔστι δὲ ἀθυμίη ἐπὶ μιῇ φαντασίῃ, ἄνευ τε πυρετοῦ· δοκέει τε δέ μοι μανίης τε ἔμεναι ἀρχὴ καὶ μέρος ἡ μελαγχολίη. τοῖσι μὲν γὰρ μαινομένοισι ἄλλοτε μὲν ἐς ὀργὴν, ἄλλοτε δ' ἐς θυμηδίην ἡ γνώμη τρέπεται, τοῖσι δὲ μελαγχολῶσι ἐς λύπην καὶ θυμηδίην μοῦνον. ἀτὰρ καὶ μαίνονται μὲν ἐς τὰ πλεῖστα τοῦ βίου, ἀφρονέοντες καὶ δεινὰ καὶ αἰσχρὰ πρήσσοντες· μελαγχολῶσι δὲ οὐκ ἐπὶ ἑνὶ εἴδεϊ ἕκαστοι· ἀλλ' ἢ πρὸς φαρμακίην ὕποπτοι, ἢ ἐς ἐρημίην φεύγουσι μισανθρωπίῃ, (30) ἢ ἐς δεισιδαιμονίην τρέπονται, ἢ μῖσός ἐστι τοῦ ζῆν τουτέοισι. ἢν δὲ ἐξ ἀθυμίης ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε διάχυσις γένηται, ἡδονὴ προσγίγνεται ἐπὶ τοῖσι πλείστοισι· οἱ δὲ μαίνονται. ὅκως δὲ καὶ ἀπὸ κοίων χωρίων τὰ πολλὰ γίγνονται φράσω. ἢν μὲν ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι μίμνῃ, ἡ

quos adstitit inter
Heros Atrides ductorum dux Agamemnon
Corde dolens, atra *cui pectora plena tumebant*
Ira, *fulgentique oculi velut igne micabant.*

Tales fiunt melancholici, cum ex malo jamjam perituri sunt. Est autem melancholia animi moeror propter certam quandam opinionem, febris expers. Et mihi quidem videtur illa *insaniae* principium esse et pars. Nam *insanorum* nonnullis ad iracundiam, aliis ad hilaritatem prona mens est; *melancholicis* autem in tristitiae tantum et hilaritatis vicissitudine persistit. Porro maximam vitae partem *insani* transigunt desipientes, atque turpia et atrocia facinora perpetrantes; *melancholici* vero non una ac eadem specie singuli laborant; sed aut veneni suspicionem habent: aut hominum consuetudinem perosi in deserta fugiunt: aut superstitione capiuntur: aut vitam oderunt. At si ex moerore aliquid interdum relaxationis habeant, hilaritas plerisque supervenit, qui tum aguntur in *furorem.* Jam quibus modis, et e quibus locis vitium contra-

αἰτίη ἀμφὶ τὰς φρένας εἰλέεται, καὶ διεξίει χολὴ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν μελαγχολῆσιν· ἢν δὲ καὶ κεφαλὴν ἐς ξυμπαθείην ἄγῃ, καὶ ἀμείβεται τὸ παράλογον τῆς ὀξυθυμίης ἐς γέλωτα καὶ ἡδονὴν ἐς τὰ πολλὰ τοῦ βίου· οἳ δὲ μαίνονται αὔξῃ τῆς νούσου μᾶλλον ἢ ἄλγεϊ [36] πάθεος· ἐπ᾽ ἀμφοῖν δὲ ξηρότης αἰτίη. ἄνδρες μὲν οὖν μαίνονται καὶ μελαγχολῶσι, ἢ καὶ ἀνδρῶν ἐλάσσους· κάκιον δὲ ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες ἐκμαίνονται· ἡλικίη, πρὸς ἀκμὴν, καὶ οἱ ἀκμάζοντες· ὥρη, θέρους μὲν καὶ φθινοπώρου τίκτει, ἔαρ δὲ κρίνει. τεκμηρίων μὲν οὖν οὐκ ἄσημα. ἢ γὰρ ἥσυχοι, ἢ στυγνοὶ, κατηφέες, νωθροὶ ἔασι ἀλόγως, οὐ τινὶ ἐπ᾽ αἰτίῃ, μελαγχολίης ἀρχή. ἔτι δὲ καὶ ὀργίλοι προσγίγνονται, δύσθυμοι, ἄγρυπνοι, ἐκ τῶν ὕπνων ἐκθορυβούμενοι· ἔχει δὲ αὐτέους καὶ τάρβος ἔκτοπον, ἢν ἐς αὔξησιν τὸ νόσημα φοιτῇ, εὖτε καὶ ὄνειροι ἀληθέες, δειματώδεες, ἐναργώδεες. ὁκόσα γὰρ ὑπερεκτρέπονται οὔπω οἱ κακοῦ, τόδε ἐνύπνιον ὁρέουσι ὥρμησε· πρὸς τὸ ῥηΐδιον μεταγνῶναι εὔκολοι, αἰσχροὶ, σμικρολόγοι, ἄδωροι, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ ἁπλοῖ,

hatur, subiiciam. Quodsi in praecordiis immoretur causa, circa septum transversum convolvitur, *melancholicisque* supra vel infra exit bilis. At si caput etiam per consensum adficiat, tunc immoderata iracundia per maximum vitae spatium in hilaritatem ac risum commutatur, iique insaniunt, magis ex incremento morbi quam dolore adfectus. In utroque siccitas causa est. Viri, aut etiam his minores, et *melancholia* solent et *insania* corripi; viris autem mulieres violentius perfurunt. Aetas constans, quaeque hac paululum minor est, his adfectibus maxime patent. Eosdem aestas et auctumnus creat: ver judicat. Porro signa, ex quibus conjectare licet, haud obscura sunt; etenim in initio melancholiae, vel quieti praeter rationem, vel morosi sunt, et demissi, et tardi sine manifesta quavis causa: ad haec iracundi fiunt et dejecti; vigilia premuntur et e somnis cum tumultu excitantur. Si increscat malum, vehementi etiam terrore percelluntur, quo tempore veracia fiunt somnia, horrifica et manifesta: quodcunque enim futuri mali supra modum horrent, id eorum oculis repraesentat insomnium; ad sententiam per-

ἄσωτοι, πολύδωροι, οὐκ ἀρετῇ ψυχῆς, ἀλλὰ ποικιλίῃ νοσήματος· ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον τὸ κακὸν πιέζῃ, μῖσος, φυγανθρωπίη, ὀλόφυρσοι ἐς κενεὰ, ζωῆς κακήγοροι· ἔρανται δὲ θανάτου. πολλοῖσι δὲ ἐς ἀναισθησίην καὶ μώρωσιν ἡ γνώμη ῥέπει, ὄκως ἀγνῶτες ἁπάντων, ἢ ἐπιλήσμονες ἑωυτέων, βίον ζώωσι ζωώδεα· ξυντρέπεται δὲ καὶ τοῦ σκήνεος ἐς πονηρὸν ἡ ἕξις· χροιὴ μελάγχλωρος, ἢν μὴ διεξίῃ κάτω ἡ χολὴ, ἀλλὰ ἀναχέηται ξὺν τῷ αἵματι ἐς τὸ πᾶν· βοροὶ μὲν, ἰσχνοὶ δέ· ὕπνος γὰρ αὐτέοισι, οὔτε πόσει οὔτε βρωτῷ συγκρατέει τὰ μέλεα· ἀγρυπνίη δὲ σκίδνησι ἐς τὴν ἔξω φορήν· τοιγαροῦν κοιλίη ξηρὴ οὐδὲν διεῖσα. ἢν δέ κοτε ἐκδιδῷ, ξηρὰ, στρογγύλα, ξὺν περιῤῥόῳ μέλανι, χολώδεα, οὖρα σμικρὰ, δριμέα, χολόβαφα φυσώδεες καθ᾽ ὑποχόνδριον, ἐρυγαὶ κακώδεες, βρομώδεες, ὡς ἐξ ἁλὸς ὀρεγμίη· ἀνέπλω κοτὲ καὶ ὑγρὸν δριμὺ ξὺν χολῇ. σφυγμοὶ ὡς ἐπίπαν σμικροὶ, νωθροὶ, ἀδρανέες, πυκνοὶ, ἴκελοι τῷ ψύχει. λόγος ὅτι τῶν τοιῶνδέ τις ἀνη-

mutandam prompti; turpes, parci et avari: ac paulo post simplices, profusi, et munifici, idque non ex animi virtute, sed adfectus varietate. Si vehementius adhuc urgeat, homines odio habent, et eorum vitant consortia: inaniter queruli sunt: vitae maledicentes, mortisque cupidi. Multis ita sensu destituitur, et ad fatuitatem tendit animus, ut omnium rerum ignari ac suimet immemores more brutorum vitam exigant. Corporis etiam oritur malus habitus; color est ex atro viridique permixtus, si non infra prodeat bilis, sed per universum corpus una cum sanguine diffundatur. Voraces et nihilo minus tenues sunt: deest enim somnus, qui per cibi ac potionis digestionem membra illis confirmet: porro haec e corpore vigiliae pellunt atque dissipant: quapropter alvus sicca est, neque quidquam reddit: aut id, quod excernit, aridum, et rotundum, et biliosum est, humore quodam atro circumfusum: urina pauca, acris, bile tincta. Inflationes habent, ructus graveolentes, vitiosos, quasi e salina exhalarent, et interdum acris quidam humor cum bile prorumpit; pulsus fere parvus, segnis, imbecillis, creber, frigori similis. Fama traditum est quendam ita laborantium, cum esset despera-

κέστως ἔχων, κούρης ἦρα τε καὶ τῶν ἰητρῶν οὐδὲν ὠφελούντων, ὁ ἔρως μιν ἰήσατο· δοκέω δ' ἔγωγε ἐρᾶν μὲν αὐτὸν ἀρχῆθεν· κατηφέα δὲ καὶ δύσφημον, ἢ ὑπ' ἀτυχίης τῆς κούρης ἔμμεναι. καὶ μελαγχολικὸν δοκέειν τοῖσι δημότῃσιν· οὗτος οὔτε μὴν ἦν ἔρωτα ἐγγιγνώσκων· ἐπεὶ δὲ τὴν ἔρωτα ξυνῆψε τῇ (31) κούρῃ, παύεται τῆς κατηφείης, καὶ διασκίδνησι ὀργήν τε καὶ λύπην· χάρμῃ δὲ ἐξένηψε τῆς δυσθυμίης· καθίσταται γὰρ τὴν γνώμην ἔρωτι ἰητρῷ.

Κεφ. ς'. [Περὶ μανίης.] Μανίης τρόποι εἴδεσι μὲν μυρίοι, γένει δὲ μοῦνος εἷς· ἔκστασις γάρ ἐστι τὸ σύμπαν χρόνιος, ἄνευθεν πυρετοῦ· εἰ γάρ κοτε καὶ πυρετὸς [37] ἐπιλάβοι, οὐκ ἀπὸ μανίης ἂν ἴδιος γίγνοιτο, ἀλλ' ἐκ συντυχίης ἄλλης· ἐκφλέγει γὰρ καὶ οἶνος ἐς παραφορὴν ἐν μέθῃ· ἐκμαίνει δὲ καὶ τῶν ἐδεστῶν μετεξέτερα, ἢ μανδραγόρη, ἢ ὑοσκύαμος, ἀλλ' οὔ τί πω μανίη τάδε κικλήσκεται. ἐπὶ γὰρ σχεδίου γιγνόμενα καθίσταται θᾶττον· τὸ δὲ ἔμπεδον ἡ μανίη ἴσχει· τῇδε τῇ μανίῃ οὐδέν τι ἴκελον ἡ λήρησις, γήραος ἡ ξυμφορή. αἰ-

tus, puellam deperisse, cumque medici nihil proficerent, ab amore fuisse sanatum. Hunc equidem ab initio amore exarsisse suspicor: et inde tristem ac demissum esse factum, quod spe puellae decidisset, melancholicumque popularibus suis visum existimo. Vir quidem iste amorem suum fateri noluit; postquam autem virginem eodem desiderio incenderat, animi recessit languor: homo iracundiam ac moerorem dispulit, et per gaudium e tristitia evasit liber; atque ita amore medico ad sanitatem rediit.

Cap. VI. [*De mania sive insania.*] Insaniae modi specie complures sunt, genere duntaxat unus. Est enim diuturna mentis e toto alienatio, sine febre. Nam si quando accedat etiam febris, ea, non ut *insaniae* propria, sed ex alio aliquo casu incidit. Porro in ebrietate vino mens incensa desipit; esculenta etiam aliqua furorem creant, ut mandragora et hyoscyamus; sed hi casus insaniae nomine neutiquam vocantur: etenim et subito oriuntur et celeriter conquiescunt; insania vero stabilis est ac permanens. Neque vero *delirium*, quod in senectutem incidit, *insaniae* huic quidquam habet simile; illud enim sensuum

σθήσιος γάρ ἐστι νάρκη, καὶ γνώμης νάρκωσις ἥδε τοῦ νοῦ ὑπὸ ψύξιος· μανίη δὲ θερμόν τι καὶ ξηρὸν τῇ αἰτίῃ, καὶ ταραχῶδες τῇσι πρήξεσι· ἡ μὲν γὰρ λήρησις ἀρχομένη ἀπὸ γήραος οὔτε διαλείπει καὶ ξυναποθνήσκει· μανίη δὲ καὶ διαλείπει καὶ μελεδῶνι ἐς τέλος ἀποπαύεται· διάλειψις δὲ ἀτελὴς, ἢν τῷ τῆς μανίης λόγῳ γίγνηται, οὐκ εἰκότως ἀκεομένου τοῦ κακοῦ ἰητρίῃ, ἢ τῆς ὥρης εὐκρασίῃ. μετεξετέρους γὰρ δοκέοντας ἀσινέας ἔμεναι, ἡ ὥρη τὸ ἔαρ, ἢ ἁμαρτωλὴ διαίτης, ἢ ὀργὴ ἐκ συντυχίης ἐς ἀνάκλησιν ἤγαγε· καὶ γὰρ δὴ νοσέουσι οἱ φύσι ὀργίλοι, ὀξύθυμοι, ῥέκται, εὐμαρέες, ἱλαροὶ, παιδιώδεες· ἀτὰρ καὶ οἷσι ἐς ἐναντίην ἰδέην ἡ φύσις ῥέπει, ὁκόσοι νωθροὶ, ἐπίλυποι, βραδεῖς μὲν ἐκμαθεῖν· ἐπίμονοι δὲ προσκαμεῖν, ποτὶ καὶ μαθόντες, ἀμνήμονες, οἵδε καὶ μελαγχολῆσαι ἑτοιμότεροι· οἱ δὲ καὶ πρόσθεν ἐκμαίνονται, ἀτὰρ καὶ ἡλικίης οἷσι τὸ θερμὸν καὶ αἷμα πουλὺ, οἵδε μαίνονται. τοῖσι ἀμφὶ ἥβην καὶ νέοισι καὶ οἷσι πάντων ἡ ἀκμή· ὁκόσοισι δὲ τὸ θερμὸν ἐκ μελαίνης χολῆς ἐξάπτεται, τό τε

torpor quidam et mentis stupefactio est, ex frigore proveniens: *insania* autem e calida siccaque oritur causa, et in agendo turbulenta est; praeterea *delirium,* a senectute incipiens, neque intermittit, neque finitur ante mortem: *insania* vero et intermittit et adhibita curatione ex toto desinit. At recessio imperfecta est, si non per idoneae medicinae opem, sed vel e morbi consuetudine, vel e tempestatis clementia decedat. Quosdam enim integros visos, aut veris tempus, aut error in victus ratione, aut fortuita iracundia in morbum rursus conjecit. Huic vitio maxime patent qui natura iracundi sunt, acres, actuosi, faciles, hilares, ludibundi; eodem quoque tentantur qui contrariae sunt naturae, uti segnes, tristes, in discendo tardi, sed laboris patientes, cumque aliquid demum edidicerint, ejusdemque rursus obliviosi; cum eo tamen, ut posterioris hujus generis homines in *melancholiam* magis proclives sint: prioris naturae viri potius *insaniant.* Ex aetatibus ii, quibus calor est, et sanguis plurimus, pubescentes scilicet atque juvenes, quibusque omnium rerum vigor suppetit, in *insaniam* maxime aguntur; ii vero,

εἶδος ἐς ξηρὸν τρέπεται, τουτέοισι μελαγχολῆσαι ῥήϊστον· δίαιτα δὲ ἄγει, πουλυφαγίη, πλησμονὴ ἄμετρος, μέθη, λαγνείη, ἔρωτες ἀφροδισίων· ἐμάνησάν κοτε καὶ γυναῖκες ὑπὸ ἀκαθαρσίης τοῦ σκήνεος. εὖτε αὐτέῃσι ἀπηνδρώθησαν αἱ μῆτραι· ἄλλαι δὲ, οὐ μᾶλλον δὲ ῥηϊδίως ἐκμαίνονται· μάλα δὲ χαλεπῶς ἐκμαίνονται. αἵδε αἱ προφάσιες. καὶ γὰρ ἄνδρα ἐξάπτουσι, ἢν ξυνήθη αἵματος ἔκκρισιν, ἢ χολῆς, ἢ ἱδρῶτος ἐπίσχῃ τὶς αἰτίη· καὶ οἷσι μὲν ἡδονῇ ᾖ ἡ μανίη, γελῶσι, παίζουσι, ὀρχῶνται νυκτὸς καὶ ἡμέρης, καὶ ἐς ὀργὴν ἀμφαδὸν, καὶ ἐστεμμένοι κοτὲ ὅκως ἐξ ἀγωνικῆς νικηφόροι ἔασιν· ἄλυπος τοῖσι πέλας ἡ ἰδέη· μετεξέτεροι δὲ ὑπὸ ὀργῆς ἐκμαίνονται. ἔσθ' ὅτε ἐσθῆτάς τε ἐῤῥήξαντο, καὶ θεράποντας ἀπέκτειναν, καὶ ἑωυτέοισι χεῖρας ἐπήνεγκαν· ἥδε καὶ τοῖς πέλας οὐκ ἀκίνδυνος ἡ ξυμφορή· ἰδέαι δὲ μυρίαι, τοῖσι μέν γε εὐφυέσι τε καὶ εὐμαθέσι ἀστρονομίη ἀδίδακτος, φιλοσοφίη αὐτομάτη, ποίησις δῆθεν ἀπὸ μουσέων. ἴσχει γάρ τι καὶ

quibus ex atra bile calor succenditur, corporisque habitus in siccum permutatur, melancholici facilius evadunt. Idem malum infert victus ratio, ut edacitas, et satietas immodica, et ebrietas, et libido, et veneris desiderium. Mulieres interdum furunt, eo quod earum corpora purgationis indigent, quo tempore uteri viro jam maturi fuerint; aliae non ita facile, sed cum eas occupaverit furor, vehementissime insaniunt. Et hae quidem causae sunt; eaedem quoque viros inflammant, si consueta sanguinis, aut bilis, aut sudoris, quavis de causa suppressa fuerit excretio. Jam vero quibuscunque cum hilaritate *insania* est, noctes diesque rident, ludunt, saltant: in libidinem palam feruntur: et tanquam ex certamine aliquo victoriam adepti cum coronis incedunt; species haec adstantibus innoxia est. Alii vero, qui cum iracundia furunt, etiam vestes suas aliquando discindunt, et ministros obtruncant, et sibimet ipsis mortem consciscunt; et haec quidem species non sine periculo est etiam eorum qui intersunt. Species autem sunt innumerae. Qui ingeniosi et eruditi sunt, astronomiam sine praeceptore, philosophiam per se ipsos callent, poeticae tanquam ex adflatu

Ed. Oxon. [37. 38.] Ed. L. B. (32.)

(32) ἐν νούσοισι εὔχρηστον ἡ εὐπαιδευσίη· τοῖσι δὲ ἀπαιδεύτοισι ἀχθοφορίη, πηλοεργίη, τέκτονες, ἢ λιθοξόοι· γίγνονται δὲ καὶ ἀλλόκοτοι φαντασίαι. ἐδεδίει γάρ τις ληκύθων ἔκπτωσιν, καὶ ἄλλος οὐκ ἔπινε, δοκέων ἑωυτὸν πλίνθον ἔμεναι, ὡς μὴ τῷ ὑγρῷ λυθείη. μυθολογέεται δὲ καὶ τόδε· τέκτων ἤδη ἐπὶ οἴκου μὲν σαόφρων ἐργάτης ἦν, μετρῆσαι ξύλον, κόψαι, ξύσαι, ξυγγομφῶσαι, ἁρμόσαι, ξυντελέσαι δόμον νηφαλέως, τοῖσι ἐργοδότῃσι ὁμιλῆσαι, ξυμβῆναι, ἀμεῖψαι τὰ ἔργα μισθοῦ δι[38]καίου. ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ χωρίου τοῦ ἔργου ὧδε εἶχε γνώμης· ἢν δὲ ἐξίῃ κοτὲ ἐς ἀγορὴν, ἐπὶ λουτρὸν, ἢ τιν' ἑτέρην ἀνάγκην, τιθεὶς τὰ ὅπλα πρῶτον ἔστενεν, εἶτα ἐπῆγεν ὤμῳ ἐξιών· ἐπὴν δὲ ἀπῆλθε τῆς τε τῶν οἰκετῶν θέης καὶ τῆς τοῦ ἔργου πρήξιος καὶ τοῦ χωρίου, πάμπαν ἐξεμαίνετο· κἢν παλινδρομήσῃ ταχὺ, αὖθις ἐσωφρόνεε. καὶ ἥδε τοῦ χωρίου καὶ τῆς γνώμης ἡ ἀμβολή· ἴσχουσι δὲ τὴν αἰτίην

musarum periti sunt; ita vel in morbis aliquid emolumenti habet liberalis institutio. Rudes autem et indocti homines vel pondera circumferunt, aut lutum in fictilia efformant, aut fabrilem artem exercent, aut lapides dolant. Vanis etiam opinionibus addicti sunt; etenim homo fuit, qui ne ampullae quaedam deciderent metuebat, quoniam ex iis unam se esse arbitraretur: et alius quidam laterem se esse existimans, bibere prorsus noluit, ne humore diffueret. Haec etiam historia fama divulgata est: faber erat quidam, qui cum esset domi, prudens omnino fuit artifex, ligna perite metiebatur, scindebat, complanabat, clavis connectebat aptabatque, domum solerter exstruebat: cum iis, qui opera locabant, colloqui, pacisci, justamque poterat laboris mercedem exigere. Is adeo intra locum, ubi artem exercebat suam, mente plane constabat: at si vel ad forum, vel ad balneum, vel alio quavis de causa esset egressurus, instrumenta deponens primo ingemiscebat, deinde in ipso exitu constringebat humeros, postquam autem e domesticorum conspectu et ab opere suo atque ejus limitibus processisset, homo prorsus insaniebat et, si reverteretur illico, redibat etiam ad se; ita

τοῦ νοσήματος κεφαλὴ καὶ ὑποχόνδρια, ἄλλοτε μὲν ἅμα ἄμφω ἀρξάμενα, ἄλλοτε δὲ ἀλλήλοισι ξυντιμωροῦντα· τὸ δὲ κῦρος ἐν τοῖσι σπλάγχνοισί ἐστι ἐπὶ μανίῃ καὶ μελαγχολίῃ, ὁκωσπερ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τοῖσι αἰσθήσεσι τὰ πολλὰ τοῖσι φρενιτικοῖσι. οἵδε μὲν γὰρ παραισθάνονται, καὶ τὰ μὴ παρεόντα ὁρέουσι δῆθεν ὡς παρεόντα, καὶ τὰ μὴ φαινόμενα ἄλλῳ κατ᾽ ὄψιν ἰνδάλλεται· οἱ δὲ μαινόμενοι ὁρέουσι μόνως ὡς χρὴ ὁρῆν· οὐ γιγνώσκουσι δὲ περὶ αὐτέων ὡς χρὴ γιγνώσκειν. ἢν οὖν μέγα ᾖ τὸ κακὸν, εὐκρίνητοι, ὀξέες τὴν αἴσθησιν, ὕποπτοι, ὀργίλοι, οὐκ ἐπ᾽ αἰτίῃ τινὶ, δύσθυμοι μὲν ἀλόγως, οἷσι ἐς σκυθρωπὸν ἡ μανίη τρέπεται· οἷσι δὲ ἐς θυμηδίην, εὔθυμοι· ἄλλοι δὲ παραλόγως ἄγρυπνοι, ἄμφω ἀλλοιώδεες τὰς ὄψιας, κεφαλαλγέες, ἢ πάντως γε βάρος τῆς κεφαλῆς ξύνεστι· εὐήκοοι δὲ, ἀλλὰ βράδιστοι τὴν γνώμην. ἐπ᾽ ἐνίοισι γὰρ ἔασι ἰδίῃ, ἦχοι ὤτων, καὶ βόμβοι, μέχρι δή γε σαλπίγγων τε καὶ αὐλῶν· ἢν ἐς αὔξησιν ἡ νοῦσος γίγνηται, φυσώδεες, ἀσώδεες, βοροὶ καὶ λάβροι ἐν τῇ ἐδωδῇ. ἀγρυ-

mens ejus et artis locus iisdem erant circumscripta terminis. Morbi hujusce causa in capite ac praecordiis continetur, quae modo simul laborare incipit, modo sibi invicem labem communicant. Verum in melancholia et insania praecipua visceribus inest mali sedes; quemadmodum in phreniticis caput sensusque praecipue tentantur. Etenim hi vitiatum habent sensum, quaeque non adsunt tanquam praesentia intuentur, quaeque alii nemini adparent, istis ante oculos obversantur; *insani* autem videndi sensu recte utuntur, de visis tantum sicuti oportet non judicant. Quod si malum vehemens sit, sensus habent distinctos et acutos, suspiciosi sunt, iracundi sine causa; praeter rationem tristes ii, quibus ad moerorem tendit insania: ii vero, quibus ad hilaritatem spectat, alacres: alii ultra modum vigilant, utrorumque vultus immutatur: adest capitis dolor, vel certe gravitas: in audiendo acuti, sed mente sunt tardissimi; in quibusdam peculiariter fiunt sonitus ac tinnitus aurium, ut etiam fistulas tubasque audire videantur. Si malum adhuc in-

Ed. Oxon. [38.] Ed. L. B. (32. 33.)

πνέουσι γάρ· ἀγρυπνίῃ δὲ βορόν· ἀτὰρ οὐδὲ ἰσχνοὶ ὡς νοσέοντες· μελαγχολώντων μᾶλλον εὐσαρκίῃ· καὶ ὕπωχροι. ἢν δέ τι τῶν σπλάγχνων ἐν φλεγμασίῃ ᾖ γεγονὸς, τὴν ὄρεξιν ἢ τὴν θρέψιν ἀμβλύνει· ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, οὐ σκαρδαμύττοντες· πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἰνδάλματα κυάνεα, ἢ μέλανα, οἷσιν ἐς μελαγχολίην ἡ τροπή· ἐρυθρότερα δὲ ἐς μανίην, καὶ φοινίκεα φαντάσματα, πολλοῖσι μὲν ὡς ἀπαστράπτοντος πυρὸς, καὶ τάρβος αὐτέους ὡς ἀπὸ σκηπτοῦ λαμβάνει· μετεξετέροισι δὲ καὶ ἐνέρυθροι καὶ ὕφαιμοι ὀφθαλμοί. ἐπὶ κορυφῆς δὲ τοῦ κακοῦ ὀνειρώττουσι· ἀφροδισίων δὲ ἄσχετος ἐπιθυμίη, ἀτὰρ οὐδὲ ἐς τὸ ἀμφαδὸν αἰδὼς ἢ ὄκνος ὁμιλίης· νουθεσίῃ δὲ καὶ ἐπιπλήξει ἐς ὀργὴν ἐκριπισθέντες ἐς τὸ πᾶν ἐκμαίνονται. τοὐντεῦθεν ἄλλος ἄλλῃ μαίνεται· οἳ μὲν θέουσι (33) ἀσχέτως, οὔτε ὅπως εἰδότες ἐς ταυτὰ παλινδρομέουσι· οἳ δὲ ἐς δηρὸν τοῖσι πέλας ἀφικνέονται· ἄλλοι δ᾽ αὖ βοῶσι ὀλοφυρόμενοι ἁρπαγὴν, ἢ βίην. οἳ δὲ φυγανθρωπεύουσι ἐς ἐρημίην, σφίσι αὐτέοισι ὁμιλέοντες· ἢν δὲ ἐπ᾽ ἄνεσιν ἥκοιεν τοῦ κακοῦ, νω-

valescat, inflationes habent, nauseant, in sumendo cibo voraces atque avidi, quoniam vigiliis premuntur; vigilia autem famem excitat; neque vero, ut aegri solent, extenuantur; et ex his quoque melancholici fere habitiores sunt, pallore etiam suffunduntur, at si viscus ullum inflammetur, minuitur adpetitus et nutritio; oculi cavi fiunt, neque connivent; coeruleae quaedam vel nigrae imagines ante oculos obversantur iis, qui in melancholiam feruntur: magis autem rubicundae et puniceae istis, qui ad insaniam tendunt, ita ut quibusdam quasi fulgure perstringantur lumina, ipsique tanquam fulmine adflati percellantur; aliis oculi rubent atque cruore suffunduntur. At in morbi statu semen effluit: effrenata veneris libido, neque ullus pudor aut mora est, quin ea palam utantur: monitis autem vel objurgatione ad iram incitati vehementissime furunt. Ceterum alius jam alio modo insanit; quidam effrenate currunt, et ad eundem locum ignari revertuntur; quidam longo post tempore ad suos se recipiunt: alii vociferantur, de latrocinio aut vi illata conquerentes; alii ab hominum conspectu in deserta fugiunt, et cum

θροὶ, ἥσυχοι, ἐπίλυποι. ἐς ἐπιστασίην γὰρ τῆς νούσου ἀφικνεόμενοι ἄχθονται τῇ ξυμφορῇ.

Μανίης εἶδος ἕτερον.

Τέμνονταί τινες τὰ μέλεα, θεοῖς ἰδίοις ὡς ἀπαιτοῦσι χαριζόμενοι εὐσεβεῖ φαντασίῃ· καὶ ἔστι τῆς ὑπολήψιος ἡ μανίη μοῦνον, τὰ δὲ ἄλλα σωφρονέουσι. ἐγείρονται δὲ αὐλῷ καὶ θυμηδίῃ, ἢ μέθῃ, [39] τῶν παρεόντων προτροπῇ. ἔνθεος ἥδε ἡ μανίη· κἢν ἀπομένωσι, εὔθυμοι, ἀκηδέες, ὡς τελεσθέντες τῷ θεῷ, ἄχροοι δὲ καὶ ἰσχνοὶ, καὶ ἐς μακρὸν ἀσθενέες πόνοις τῶν τρωμάτων.

Κεφ. ζ'. [*Περὶ παραλύσεως.*] *Ἀποπληξίη, παραπληγίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει τωυτά. ἢ γὰρ κινήσιος, ἢ ἁφῆς, ἢ ἀμφοῖν ἐστὶ ἔκλειψις, κοτὲ καὶ γνώμης, κοτὲ καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσιος. ἀλλ' ἀποπληξίη μὲν ὅλου τοῦ σκήνεος, καὶ τῆς αἰσθήσιός τε καὶ γνώμης καὶ κινήσιός ἐστι παράλυσις. τοιγαροῦν ἀποπληξίην λῦσαι ἰσχυρὴν μὲν ἀδύ-*

semet ipsis tantummodo versantur. Quodsi morbus remittere jam incipiat, segnes, quieti, moesti sunt; qui jam in notitiam mali venientes calamitate sua adfliguntur.

Alia insaniae species.

Quidam membra sibi conscindunt, dîs suis, quos id a se exposcere credunt, e religiosa quadam religione gratificari se existimantes. Id genus *furoris* in persuasione quadam omnino consistit, cum in aliis rebus sapiant. Excitantur autem aut tibiae cantu, aut hilaritate, aut temulentia, aut praesentium hortatu. *Furor* hic a diis immittitur. Postquam autem conquieverint, hilares et cura soluti sunt, deorum sacris se initiatos esse censentes; decolores tamen, et extenuati, et infirmi e vulnerum doloribus diu remanent.

Cap. VII. [*De paralysi sive nervorum resolutione.*] *Apoplexia, paraplegia, paresis, paralysis* ejusdem generis sunt omnia. Nam in his vel motus, vel tactus, vel uterque deficit: interdum etiam mens, aut alius aliquis sensus. Sed *apoplexia* quidem totius corporis, et sensus, et mentis, et motus resolutio est; quo fit ut vehemens apoplexia nullo modo, imbecillis difficulter solvi possit.

νατον, ἀσθενῆ δὲ οὐ ῥηΐδιον. παραπληγίη δὲ πάρεσις μὲν ἁφῆς καὶ κινήσιος, ἀλλὰ μέρεος, ἢ χειρὸς, ἢ σκέλεος· παράλυσις δὲ ὡς ἐπίπαν κινήσιος μοῦνον, ἐνεργείης τε πάρεσις· ἢν δὲ ἁφὴ ἐκλείπῃ μούνη κοτέ· σπάνιον δὲ τὸ τοιόνδε. ἀναισθησίη μᾶλλον ἢ πάρεσις κικλήσκεται· ἢν δὲ ἀπόπληκτον ὁ Ἱπποκράτης εἴπῃ σκέλος τὸ κατ᾽ ἴξιν, ὡς νεκρῶδες, τὸ ἀχρεῖον καὶ τὸ ἄναλθες θέλει φράσαι· ὃ γὰρ ἐπὶ τῷ ξύμπαντι ἀποπληξίη ἐστὶ ἰσχυρὴ, τόδε ἐν τῷ σκέλεϊ παραπληγίην φράζει· κύστιος δὲ οὔρων σχέσιος ἢ ἀκρασίης, πάρεσις τὸ κύριον· βλεφάρων δὲ καὶ μήλων καὶ μυῶν τῶν ἐν γνάθοις καὶ γένυος ἐπὶ θάτερα παραγωγὴ, ἢν ἐπὶ σπασμῷ διαστρέφηται, κυνικὸς σπασμὸς ἡ κλῆσις· ἔκλυσιν δὲ γουνάτων καὶ αἰσθήσιος πρόσκαιρον νάρκην καὶ ἀψυξίην καὶ κατάπτωσιν, λιποθυμίην καλέομεν. παρείεται ὦν, ἄλλοτε μὲν μέρεα καθ᾽ ἕν, ὀφρὺς μούνη, ἢ δάκτυλος, ἢ ἔτι μέζω, χεὶρ, σκέλος· ἄλλοτε δὲ ὁμοῦ πλεῦνα· καί ποτε δεξιὰ μοῦνον, ἢ ἀριστερὰ,

Paraplegia vero tactus motusque resolutio est, sed in parte tantum aliqua, ut manu, vel crure. *Paralysis* autem in genere motus tantum et actionis est defectio. Quodsi forte tactus per se defecerit, quod tamen rarissime contingit, *anaesthesia* (sive *sensus privatio*) potius quam *paresis* adpellatur. Et si Hippocrates *crus, quod in directum jacet, apoplectum* dicit, per hanc vocem id emortuum esse et inutile et insanabile significat; quod enim in toto corpore vehemens apoplexia est, idem *paraplegiam* esse in crure denotat. *Paresis* autem vesicae propria est, cum urina contra voluntatem vel supprimitur vel effluit. At palpebrarum et malarum quique in maxillis sunt musculorum et menti in alterutram partem diductio, si per nervorum contractiones ista pervertantur, *canina* dicitur *convulsio*. Genuum vero resolutionem sensusque brevem stupefactionem et exanimationem et lapsum *lipothymiam* (sive *animae defectionem*) nominamus. Resolvuntur itaque membra modo sigillatim, ut supercilium per se, aut digitus: aut etiam his majora, sicut manus vel crus; modo plura simul. Et alias dextra tantum, aut sinistra, aut aliqua seorsim membra, aut ea si-

ἢ ἰδίῃ, καὶ ἰδίῃ ξύμπαντα, ἐπ' ἀκριβὲς ἢ ἧσσον, οὐ τὰ διεστῶτα μοῦνον καὶ ὁμώνυμα καὶ ὁμόζυγα, ὀφθαλμοὶ, χεῖρες, σκέλος, ἀλλὰ καὶ τὰ ξυμφυέα, ῥὶς, ἔστε ἴσον, καὶ γλῶσσα μέσφι τῶν ὁρίων τοῦ μέσου, καὶ παρίσθμιον ἓν, καὶ ἰσθμὸς, καὶ κατάποσις ἐς ἥμισυ. δοκέω δὲ ἐγώ κοτε καὶ στόμαχον, καὶ τὰ ἔντερα, καὶ κύστιν, καὶ τὸ παράμηκες ἔντερον ἄχρι τῆς ἀρχῆς τωυτὸ πεπονθέναι· ἀλλὰ τὰ μὲν μέλεα τὰ (34) ἐντὸς ἑλκέων, νεύει κρυπτὰ καὶ ἀφανέα· ἡμιτελέες δὲ καὶ αἱ ἐνέργειαι· τῇδέ μοι δοκέει καὶ ἡμιπαθέα ἔμεναι τὰ μέρεα διχῇ ὑπὸ τῆς νούσου τετμημένα. τόδε μέντοι τὸ πρῆγμα, δίδαγμα διαφορῆς δυνάμιός τε καὶ κρίσιος πρὸς ἀριστερὰ δεξιοῖς. ἴση μὲν γὰρ καὶ ἡ προσίζουσα αἰτίη, ξυναὶ δὲ ἀμφοῖν τοῦ πάθεος αἱ προφάσιες, ἤν τε ψύξις, ἤν τε ἀπεψίη, ἀλλὰ ἄμφω πα[40]θεῖν οὐκ ἴσα ἄν. ἰσόῤῥοπος δὲ ἡ φύσις, ὡς ἐν ἰσοῤῥόπῳ, τωὐτὸν δὲ ἐν ἀνίσοις ἀδύνατον. ἢν μὲν οὖν

mul omnia, idque ex integro, vel levius, idem patiuntur; quod non in iis solum obtinet, quae a se invicem distant, et eodem nomine vocantur, et comparia sunt, ut oculis, manibus et cruribus: sed in illis etiam, quae continua sunt, ut in dimidia parte nasi, itemque in lingua, usque ad limites, qui hanc in aequas portiones dividunt, et in altera tonsillarum, et in dimidio faucium ac gulae. Ego sane stomachum etiam ac intestina et vesicam et rectum intestinum, usque ad ejus principium, eodem modo interdum adfici existimo; at hae partes, quae intra corpus resolvuntur, latent et conspectum effugiunt. Dimidiatae quoque sunt istarum partium actiones; quam ob causam membra tantum dimidia vitiari arbitror et in duas portiones a morbo dividi. Haec utique res argumento est dextras partes a sinistris facultate naturali et morbi in eas crisi differre; aequalis enim est causa inhaerescens: communes etiam primae morbi occasiones, sive frigus fuerit, sive cruditas; ambae tamen partes vitio non sunt aeque opportunae; natura autem ex aequo valens est, ubi subjecta, in quae agit, aequalis sunt potentiae: ubi vero inaequalia sunt, fieri non potest, ut idem haec in utrisque efficiat. Ceterum si infra caput principium aliquod

τῆς κεφαλῆς κάτω πάθῃ τὶς ἀρχὴ, ὁκοῖόν τι τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ἡ μῆνιγξ, τὰ ὁμώνυμα καὶ ξυναφέα παραλύεται, δεξιὰ ἐπὶ δεξιοῖσι, καὶ ἐπ' ἀριστεροῖσι λαιά. ἢν δὲ κατάρχῃ κεφαλὴ, ἐπὶ μὲν τοῖσι δεξιοῖσι τὰ λαιὰ παραλύεται, δεξιὰ δὲ ἐπ' ἀριστεροῖσι. αἰτίη δὲ τῶν ἀρχέων τῶν νεύρων ἡ ἐπαλλαγή. οὐ γὰρ κατ' ἴξιν τὰ δεξιὰ ἐπὶ δεξιὰ ὁδοιπορέει, μέσφι περατῶνται, ἀλλ' ἔμφυτα τῇ ἀρχῇ ἕκαστα εὐθὺς ἐπ' ἐκεῖνα φοιτῇ, ἀλλήλοισι ἐπαλλαξάμενα εἰς χιασμὸν σχήματος· ἀθρόον δὲ εἰρῆσθαι, εἴτε ξύμπαντα ὁμοῦ, εἴτε μέρεα παρείεται, ἢ ξυναμφοτέρων· νεῦρα δὲ ἄλλοτε μὲν τὰ ἀπὸ κεφαλῆς πάσχει. τάδε μέντοι ἐς ἀναισθησίην τρέπονται, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐ κάρτα ῥηϊδίως ἐς ἀκινησίην ἐξ ωὑτέων ῥέπει τάδε. κῆν μὲν τοῖσι κινευμένοισι ξυμπαθήσῃ, πάσχει καὶ τάδε μικρὴν ἀκινησίην. ἴσχει γὰρ καὶ τὴν κίνησιν ἐξ ωὑτέων, εἰ καὶ ἐπὶ ἧσσον φύσει· ἄλλοτε δὲ τὰ ἀπὸ μυῶν ἐς μύας περαιούμενα, τόδε τὸ κῦρος τῆς κινήσιος ἴσχει, καὶ τοῖσι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς

adficiatur, uti medullae spinalis membrana, partes, quae eodem nomine vocantur, et etiam continuae sunt, resolvuntur; dextrae, si nervi dextri laesi fuerint; si sinistri, laevae. At si mali principium sit in capite, nervis adfectis dextris, sinistrae resolvuntur partes: laevis idem patientibus dextrae. Hujus rei causa, quod nervorum situs juxta originem invertitur; etenim dextri non in directum ad dextras partes usque ad finem pertingunt; sed utrique origini suae inserti continuo se invicem transeunt in figuram literae Graecae *X*, ad oppositam partem tendentes. Utque in summa dicam, sive totum simul corpus, sive aliqua membra, vel ab alterutra, vel ab utraque parte resolvuntur. Nervi interdum, qui a capite oriuntur, laborant, qui, ut paucis dicam, sensu facile privantur, sed per se ipsos motum haud ita facile amittunt: iidem si per consensum ab his qui motui inserviunt aliquid vitii contraxerint, motus quoque paululum deperdunt: aliquid enim motus, quamquam haud ita multum, naturaliter habent per se. Interdum vero laeduntur nervi, qui ex aliis musculis exeuntes in aliis terminantur: et hi sunt, qui praecipuam motus partem continent, eumque ca-

Ed. Oxon. [40.] Ed. L. B. (34.)

προδιδοῖ. καὶ γὰρ αὐτὰ ἀπ᾽ ἐκείνων τὸ πλεῖστον τῆς κινήσιος ἴσχει· ἴσχει δὲ καὶ ἐξ ἑωυτέων καὶ ἔλαττον· τάδε μέντοι ἀκινησίην πάσχει μᾶλλον· σπάνιον δὲ εἴ κοτε ἐξ ἑωυτέων εἰς ἀναισθησίην τρέπονται, δοκεῖ καὶ μὴ εἰς τὸ πάμπαν· ἢν δὲ ξύνδεσμός τις νεύρων λυθῇ τῶν ἐξ ὀστέων πεφυκότων τινὸς, καὶ κραινόντων ἐς ὀστέα, ἢ ῥαγέντος, ἀκρατέα τὰ μέρεα καὶ ἐπισυρόμενα, οὐκ ἀναίσθητα γίγνεται. εἴδεα δὲ παραπληκτικὰ τάδε, ἄλλοτε μὲν ἐς ἔκτασιν λέλυται τὰ μέλεα, οὐδὲ παλινδρομέει ἐς κάμψιν, εὖτε μήκιστα κῶλα φαίνεται· ἄλλοτε δὲ κοῖλα γίγνεται, οὐδὲ ἐς μῆκος ἀποτείνεται· εἰ δὲ ἐκτανύσαι βιᾶται, ὅκως ξύλα ἱκανὰ καταξέων τὰ μέλεα, βραχύτερα ἑωυτέων γίγνεται· τάδε πάσχει ἄμφω τὰ εἴδεα, καὶ ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖσι παρθένος. καὶ γὰρ ἐκχέεται πολλὸν ἐς μέγεθος, εὖτε πλατυκορίην ὀνομάζομεν. ἀτὰρ ἠδὲ ξυνάγεται ἐς μικρὸν ἡ κούρη, εὖτε φθίσιν ἣν ἠδὲ μυδρίησιν ἐγὼ κικλήσκω. ἀλλὰ καὶ κύστις παρείεται, ἐπὶ τοῖσι ἰδίοισι ἔργοισι. ἢ γὰρ εἰς ἔκτασιν λύεται, ἢ ἀκρατὶ τὰ οὖρα ἐκχέει, ἢ ξυνειλέεται ἐς

pitis nervis impertiunt; ab istis enim plurimum motus hi derivant, licet per se habeant paululum; isti igitur motus defectionem praecipue patiuntur: raro autem, aut, ut ego arbitror, nunquam per se sensum amittunt. Et si forte fasciculus quispiam nervorum, qui ex osse quovis proficiscentes in alio finiuntur, vel exsolutus fuerit, vel disruptus, impotentes fiunt et trahuntur partes, sensu tamen non privantur. Porro hae sunt *paraplegiae* species. Nonnunquam artus cum extentione resolvuntur, neque flecti rursus possunt: in quo casu membra praelonga adparent. Interdum cavi fiunt, neque in longitudinem extendi queunt: et si quis eos, ceu ligna adaptans et radens, violenter extendere conetur, breviora quam in naturali statu videntur. Has ambas species patitur oculi pupilla: nam et in magnam amplitudinem diffunditur, quem adfectum πλατυκορίαν (sive *pupillae amplificationem*) et μυδρίησιν etiam dicimus; et in angustum contrahitur, quod vitium *phthisin* ego adpello. Resolvitur etiam *vesica*, ut munia sua nequeat exsequi: idque vel cum extentione, ubi prae impotentia urinam effundit; aut in seipsam convolvitur,

ἐωυτέην, εὖτε ὅταν πλησθῇ οὔρου οὐ διίησιν· αἰτίαι δὲ παρέσιος μὲν ἕξ· ἄρχονται δὲ τρώματι, πληγῇ, ψύξι, ἀπεψίῃ, λαγνείῃ, οἰνοφλυγίῃ· ἀτὰρ καὶ ψυχῆς ἀκρατέα (35) πάθεα, ἐκπλήξιες, φόβοι, δυσθυμίαι· ἀτὰρ καὶ παιδίοισι δείματα. παρέλυσέ κοτε καὶ χάρμα ἀδόκητον καὶ μέγα, καὶ γέλως ἄσβεστος μέχρι θανάτου. ἀλλὰ τάδε μὲν ἀρχὴ πρώτη, ὑστάτη δὲ καὶ καιρίη ψύξις ἐμφύτου θερμοῦ· ἐπὶ ὑγρότητι ἢ ξηρότητι πάσχει ἥδε, καὶ δυσαλθὴς τῆς ἑτέρης πάσχει μᾶλλον· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τρώματι καὶ διακοπῇ νεύρου ἀναλθής. ἡλικίῃ, γέροντες, καὶ οἵδε δυσαλθέες· παιδίοισι δὲ εὐανάκλητοι· ὥρῃ χειμὼν, ἔαρ δεύτερον, ἔπειτα μετόπωρον, θέρος ἥκιστα· ἕξεις, οἱ παχέες κατὰ φύσιν, ὑγροὶ, ἀργοὶ, ζωώδεες. [41] τελεσθέντα μὲν οὖν τὰ πάθεα ἔκδηλα ἀκινησίῃ καὶ ἀναισθησίῃ θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ, ἀτὰρ καὶ τιλμῶν καὶ κνησμῶν καὶ ψαυσίων. σπάνιον εὖτε τοῖσι τὰ πέρατα ἀλγέει, ἀλλὰ ἐς ἀνάκλησιν οὐ κακίων ἡ ἀπονίη. γίγνεται μὲν

neque cum plena est, urinae quidquam potest excernere. Paresis causae primae sunt sex: vulnus, ictus, frigus, cruditas, venus, vinolentia; et praeter haec vehementes animi perturbationes, ut consternatio, timor ac mentis dejectio, et in pueris etiam terror; quibusdam nervos resolvit inopinatum atque ingens gaudium et inexplebilis usque ad mortem risus. Sed hae quidem causae sunt primae: ultima vero et praecipua causa est innati caloris refrigeratio, quando is aut ab humiditate, aut a siccitate laeditur; ab hac vero causa minus quam ab illis sanabile vitium est; ex vulnere etiam et nervi discissione mortiferum est. Quod ad aetates pertinet, senes morbo hoc facillime tentantur, et vix sanescunt; pueri ad salutem facile perducuntur. E tempestatibus eundem hiems praecipue, deinde ver, postea auctumnus, aestas minime parit. Habitus huic opportuni sunt, natura crassi, humidi, desides, et voluptatibus, brutorum more, dediti. Adfectus itaque cum jam hominem occupaverint, evidentes sunt e motus privatione et e nullo frigoris aut caloris aut vellicationis punctionisve aut alius cujusvis tractationis sensu. Raro fit ut extremae partes homini doleant; sed ad sanitatem re-

οὖν ἐξαπίνης· ἢν δέ κοτε καὶ ἀρχὰς ἴσχῃ ἐπιμήκεας, βάρος, δυσκινησίη, νάρκη, ψύξιος αἴσθησις, ἄλλοτε θάλπεος ὑπερβολὴ, ὕπνοι σμικροὶ, φαντασίαι μέζονες, εὖτε ἀθρόον παρελύθησαν· ἐπὶ δὲ κυνικῷ σπασμῷ ἅπαντα μὲν τὰ τοῦ προσώπου μέρεα σπᾶσθαι οὐ κάρτα ξύνηθες, ἐπὶ δεξιὰ δὲ τἀριστερὰ, καὶ ἐς ἀριστερὰ τὰ δεξιὰ φοιτῇ, εὖτε καὶ τῆς γένυος ἔνθα ἢ ἔνθα ἐπὶ πολλὸν ἡ παραγωγὴ, ὅκως ἐξ ἕδρης κινουμένης τῆς γνάθου. καὶ γὰρ καὶ τοῖσί κοτε ἐξέβη τὸ ἄρθρον, εὖτε μέγα χανόντων ἐπὶ τὸ ἕτερον ἡ γένυς παρήχθη· ἴλωσις τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ σιναροῦ μήλου, ξὺν τῇ ὑποκοίλιδι παλμός· πάλλεται δὲ καὶ τὸ ἄνω βλέφαρον, ἄλλοτε μὲν ξὺν τῷ ὀφθαλμῷ, ἄλλοτε δὲ μοῦνον· ξυντείνεται δὲ καὶ τὰ χείλεα ἰδίῃ ἑκάτερον· ἄλλοτε δὲ ἄμφω ξυμπεσόντα παφλάζει. ἔστι δ' οἷς μέμυκε κάρτα, ἀθρόον δ' ἵσταται, καὶ τὸν ξυνήθεα πτυσμὸν ψοφέει. σπᾶται καὶ γλῶσσα. καὶ γὰρ ἥδε μῦς ἐστὶ καὶ νεῦρα· εὖτε πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐς πλάτος ὅλη ἡ ξύμφυσις ἀθρόον ἀφήλατο, καὶ κλόνου πάταγον ἐποίησε. σπᾶται

stituendam doloris vacatio aeque commoda est. Repente mala haec invadunt; at si quando longiora etiam habeant initia, gravitas fit et motus difficultas et torpor; modo frigoris sensus, modo ingens calor; somnus parvus, insomnia turbulentiora; ubi illico resolvuntur. At in *canina convulsione* non frequenter admodum contrahuntur omnes vultus partes, sed dextrae ad sinistras, et sinistrae ad dextras transeunt: in quo casu mentum huc vel illuc multum distorquetur, tanquam de sede sua mota foret maxilla; siquidem his interdum luxatus est articulus, cum late hiantes mentum in oppositam partem distraherent. Oculus laesae malae pervertitur, et cum palpebra inferiore palpitat: superior etiam palpitat, modo cum oculo, modo sine hoc. Diducuntur quoque labia a se invicem: et interdum ambo collabentia balbutiunt: et aliis arcte comprimuntur, simulque adducta solitum cum strepitu sputum expellunt. Convellitur etiam lingua, quippe quae et ipsa ex musculis nervisque consistat, et ad palatum secundum latitudinem tota ejus continuitas repente subsilit,

δὲ καὶ κίων, καὶ εἰ μὲν τὸ στόμα συνάγει τἄνδοθεν, ἀδόκητος ὁ πάταγος· ἢν δὲ διαστήσῃ τὸ στόμα, ὄψεαι τὴν κιονίδα, ἄλλοτε μὲν προσφυομένην ἐς πλάτος τῷ οὐρανῷ, ἄλλοτε δὲ ἀποπαλλομένην βίῃ ὠκέως σωλῆνι ὁμοίως, εὖτε καὶ ἥδε παταγεῖ. ἀπάτη δέ τοι ξύνεστι τοῖσι κυνικοῖσι σπασμοῖσι. δοκέει γὰρ τοῖσι θεωμένοισι τὰ ἀπάθεα τὴν νοῦσον ἴσχειν. τῇ γὰρ περιτάσει καὶ τῇ χροιῇ καὶ τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ μέζονι, ὑγιέα τὰ σιναρὰ φαίνεται. ἐλέγχεται δὲ καὶ ἐν γέλωτι καὶ λαλιῇ καὶ καταμύσει. τὰ μέν γε σιναρὰ σπᾶται πάντα πατάγῳ, χεῖλος ἀμειδὲς, ἀκίνητον ἢν λαλῇ, βλέφαρον οὐκ ἐπίτροχον, ὀφθαλμὸς ἀτενὴς, ἀναίσθητος ἡ ἁφή· τὰ δὲ ὑγιέα λαλεῖ, καταμύει, αἰσθάνεται, γελᾷ.

(36) Κεφ. η'. [Περὶ φθίσιος.] Ἢν ἐντὸς ἐξ ἀποστάσιος ἐν τῷ πνεύμονι γένηται, ἢ ἐκ βηχὸς χρονίης, ἢ ἀναγωγῆς αἵματος, καὶ ἀναβήσσῃ πῦον, πύη, καὶ φθίσις κικλήσκεται· ἢν δὲ θώρηξ ἢ πλευρὸν ἐμπυήσῃ, ἐπανάγηται δὲ διὰ τοῦ πνεύμονος, ἐμπύη ἥδε τοὔνομα· ἢν δὲ ἐπὶ τοῖσι καὶ

sonumque concussionis reddit. Convellitur etiam columella, et si os interius committatur, fit inopinatus fragor: at si id dehiscat, columellam, nunc secundum latitudinem palato adhaerescentem, nunc cum vi ac celeritate ac sonitu resilientem, instar ostrei, intueberis. Ceterum caninis convulsionibus fraus inest quaedam; siquidem inspicienti sanae partes videntur laborare; etenim ob tensionem, et colorem, et oculi amplitudinem, quod sanum est, offensam pati creditur. Sed error deprehenditur et ex risu et e locutione et e commissione partium; nam quae laesa sunt, omnia cum sonitu convelluntur: labium neque in ridendo, neque in loquendo dimovetur: palpebra non volubilis est: oculus riget: in tactu omnis abest sensus; integrae vero partes et loquuntur, et connivent, et sentiunt, et rident.

Cap. VIII. [*De phthisi.*] Si ex *abscessu* in *pulmone*, vel e diuturna *tussi*, vel e *refectione sanguinis*, intus oriatur pus, idque per tussim homo exscreet, *pye* et *phthisis* morbus dicitur. At si pectus, aut costa suppuret, et per pulmones exeat pus, *empye* vocatur. Quodsi

ὁ πνεύμων ἕλκος ἴσχῃ, ἀναβρωθεὶς [42] ὑπὸ τοῦ διενεχθέντος πύου, τοὔνομα οὐκέτι ἐμπύη, ἀλλὰ φθόην μεταλαμβάνει. ξύνεστι δὲ καὶ πῦρ ξυνεχὲς, ὡς μὴ δοκέειν, λῆγον μὲν οὔκοτε, λῆθον δὲ δι᾽ ἡμέρης ἱδρῶτι καὶ ψύξι τοῦ σκήνεος. καὶ γὰρ καὶ τὰ ἴδια φθόης ἐστὶ, ἢν ἡ θέρμη ζωπυρῇ, καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπῃ, ἡμέρην δὲ αὖθις ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι φωλεύει· δήλη δὲ ἡ δυσφορίη, καὶ ἡ ἀδυναμίη, καὶ αἱ ξυντήξιες. ἢν γὰρ ἀπεδίδρησκε τοῦ σκήνεος δι᾽ ἡμέρης τὸ πῦρ, πῶς οὐκ ἂν ἐσαρκοῦτό τε καὶ ἠδύνατο, καὶ εὐφόρως εἶχεν ὤνθρωπος. εὖτε γὰρ ἀνάγει, ἐπὶ μᾶλλον τὰ δεινὰ αὔξέεται· σφυγμοὶ μικροὶ καὶ ἀμυδροὶ, ἀγρυπνίη, ἄχροια, καὶ τἄλλα πάντα ὁκόσα οἱ πυρεταίνοντες· ἰδέαι δὲ ὑγρῶν μυρίαι, πελιδνῶν, μελάνων· κατακορέων, ἢ ὠχρολεύκων, ἢ λευκοχλωρέων· πλατέων, στρογγύλων· σκληρῶν, δυσλύτων, ἢ μανῶν, λυομένων· ἢ ἀνόσμων, ἢ κακωδέων· ἅπαντα δὲ τάδε πύου ἔασι ἰδέαι. ὁκόσοι γὰρ ἢ πυρὶ ἢ ὕδατι τὰ ὑγρὰ τεκμαίρονται, οὐ κάρτα μοι δοκέουσι φθόην οἶδε γιγνώσκειν· πιστο-

post haec pulmo, transitu puris exesus, abscessum habeat, *phthoes* nomen sibi adsciscit. Adest autem in *phthisi* adsidua febricula, interdiu quidem latens ob sudorem refrigerationemque corporis, minime tamen desinens; etenim *phthoes* proprium et peculiare signum est, ut circa noctem resuscitetur atque emicet calor, rursusque per diem in visceribus delitescat; illam autem detegit aegrotantium molestia et imbecillitas et colliquatio; at si per diem febris e corpore decederet, qui fieri posset quin aeger et carnem tunc et vires repararet suas et quiete aliqua levaretur? Etenim in morbi processu omnia etiam augescunt mala; pulsus parvus, obscurus; vigilia: coloris languor: et alia, quaecunque febricitantibus contingunt. Sputi species sunt plurimae; id enim aut lividum est, aut atrum, aut coloris saturi, aut ex albo pallidoque, aut e viridi alboque permixti: idem vel latum vel rotundum est: durum ac glutinosum, vel rarum ac diffluens: modo cum odore foedo, modo sine quovis: omnia autem haec sunt puris species. Quicunque enim id vel aqua, vel igne explorant, mihi quidem *phthoen* minime videntur cognoscere;

Ed. Oxon. [42.] Ed. L. B. (36.)

τέρη γὰρ ἡ ὄψις ἁπάσης ἄλλης αἰσθήσιος, οὐ τῶν ἀναγομένων μοῦνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἴδεος τοῦ νοσέοντος. ἢν γὰρ καὶ δημότης ἴδῃ τὸν ἄνθρωπον ὠχρὸν, ἀδρανῆ, ἀναβήσσοντα, ξυντετηκότα, ἀτρεκέα μαντεύεται φθόην· ἀτὰρ ἠδὲ ὁκόσοισι μὲν ἕλκος μὲν οὐκ ἔστι ἐν πνεύμονι, ξυντετήκασι δὲ πυρετοῖσι χρονίοισι, πυκνὰ δὲ καὶ σκληρὰ καὶ ἀτελέα βήσσουσι, καὶ ἀνάγουσι οὐδὲν, καὶ τούσδε φθισικοὺς κικλήσκουσι, οὐ πάνυ ἀσήμως. ξύνεστι δὲ τοῦ θώρηκος βάρος· πλεύμων γὰρ ἄτονος· ἄση, δυσφορίη, ἀποσιτίη, ἑσπέρῃ περίψυξις, καὶ θέρμη ἐς τὴν ἕω· ἱδρὼς ἄχρι θώρηκος τῆς θέρμης δυσφορώτερος· βηχὸς ἀναγωγαὶ ποικίλαι, ὁκοίας ἔλεξα· φωνὴ βραγχώδης· αὐχὴν ὑποσκόλιος, ῥαδινὸς, οὐκ εὐπαράγωγος· ὁκοῖόν τι ξυντεταμένος· δάκτυλοι ἰσχνοὶ, τὰ δὲ ἄρθρα παχέα· ὀστέων μούνων ἡ ἰδέη· σμύχονται γὰρ καὶ σάρκες· ὄνυχες γρυποὶ δακτύλων, αἱ κοιλίαι ῥυσαὶ καὶ πλατέες· ὑπ᾽ ἀσαρκίας γὰρ οὔτε τὴν περιταινίην οὔτε τὸ στρογγύλον ἴσχουσι.

siquidem non modo horum, quae exspuuntur, verum etiam ipsius aegrotantis adspectus certiores quam alius quivis sensus morbi praebet notas; nam si vel de plebe quispiam hominem videat, pallidum, imbecillem, extussientem, consumtum, hunc vera *phthoe* laborare statim pronuntiat. Porro qui in pulmonibus quidem ulcus non habent, longis autem febribus non contabescunt, et frequenter atque duriter et imperfecte tussiunt, neque quidquam exscreant, hos etiam *phthisicos* adpellare consuerunt; et id sane non absque causa. Adest autem pectoris gravitas, (etenim infirmus pulmo est) anxietas, molestia, cibi fastidium: vespere algor: versus auroram rursus fervor: sudor superiorum partium usque ad pectus ipso calore gravior: sputa per tussim egesta, ut supra proposui, varia. Vox rauca est: cervix paululum tortuosa, gracilis, huc illuc aegre versata, quasi intenta: digiti tenues, sed crassi sunt articuli, in iisque ossa tantum videntur superesse, quia caro jam extabuit: digitorum ungues adunci; venter rugosus atque latus, quia prae macie non jam ut ante carnis quasi fascia continetur, neque rotunditatem servat suam; qua de causa ungues etiam incurvantur: siquidem

διὰ τόδε καὶ ὄνυχες γρυποί· ἥδε γὰρ ἡ ἀνακωχὴ, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτέων, ἥτις ἐν τῇσι κορυφῇσι πεπλησμένη· εἵνεκεν αὐτῶν ἐστὶ καὶ ὁ πόνος, ὥσπερ καὶ τὰ στερέα, ῥὶς ὀξείη, ἰσχνὴ, μῆλα ὑπερίσχοντα καὶ ἐρυθρὰ, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, στιλπνοὶ, γανόωντες, (37) οἰδαλέοι, καὶ ὠχροὶ, ἢ πελιδνοὶ τὰ πρόσωπα. γνάθων τὰ λεπτὰ ποιεῖ ὀδοῦσι προσιζάνειν· μειδιῶσι ἴκελοι, τὰ πάντα νεκρώδεες. ὧδε καὶ τὰ πάντα ἴσχει· ἰσχνοὶ, ἄσαρκοι, βραχιόνων μύες ἄδηλοι, μαζῶν οὐδὲ ἴχνη, ἐκφανέες δὲ μοῦναι θηλαί. πλευρὰς οὐ καταλέξαι μοῦνον εὔσημον, ἀλλὰ καὶ ὅπη κραίνουσι, ἐσιδεῖν ῥηΐδιον· οὐδὲ γὰρ αἱ πρὸς τοὺς σπονδύλους συναρθρώσιες εὐξύγκρυπτοι· δῆλαι δὲ καὶ αἱ εἰς τὸ στέρνον ἐπιβολαί· τὰ μέσα τῶν πλευρέων κοῖλα, ῥομβοειδέα. ὡς ἐς τὴν τῶν ὀστέων περιαγωγὴν ὑποχόνδρια λαγαρὰ, ἀνεσπασμένα, ἐπιγάστριον τῇ ῥάχει προσφυὲς καὶ λαγών. ἄρθρα ἐναργῆ, ἔξαρ[43]θρα, ἀσαρκώδεα, καὶ ἡ κνήμη, ἰσχίον τε καὶ βραχίων. ὑπερίσχει γὰρ ἡ ἄκανθα τῶν σπονδύλων ἡ πρόσθεν κοίλη τῶν ἑκατέρων ἐκτετηκότων

caro ista, quae in eorum summitatibus abundabat, iisque ut fulcimentum quoddam suberat, jam quasi durum quid et solidum efficitur; unde et ipsorum unguium dolor est. Nasus acutus atque tenuis: malae cum rubore extant: oculi concavi, lucidi, micantes: vultus tumidus pallidusque aut lividus: tenuis malarum pars dentibus ita adhaerescit, ut ridentium similes sint: omnino cadaverosi sunt. In eundem modum cetera sese habent; ubique tenues et carnis expertes: brachiorum nusquam adparent musculi: mammarum ne vestigium quidem superest, et papillae tantum in conspectum sese offerunt; costas non modo perspicue dinumerare licet, verum etiam, ubi desinunt, intueri facile est: neque enim harum cum spinae vertebris articulationes occuluntur, et earundem in os pectoris insertiones patent; costarum interstitia cava sunt in rhombi figuram, secundum ossium circumferentiam: praecordia vacua, sursum reducta: abdomen cum ilibus spinae cohaerescit: articulos tibiae coxaeque et brachia conspicuos et prominentes habent, et carne destituuntur: spina etiam, quae in cavo erat antea, supra vertebras exstat, musculis jam

μυῶν· ὠμοπλάται ἐκφανέες ὅλαι, ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων. τουτέοισι ἢν κοιλίη ἐκταραχθῇ, ἀνέλπιστος· ἢν δὲ ἐς ὑγείην τρέπηται, τὰ ἐναντία τοῖσι ὀλεθρίοισι ἐπιφοιτῇ. γηραιοὶ μὲν οὖν ξυνεχέες πάσχειν· διαδιδρήσκουσι δ᾽ ἥκιστα· νέοι δὲ μέχρι χρι ἀκμῆς ἀπὸ αἵματος ἀναγωγῆς φθινώδεες γίγνονται, καὶ ὑγιάζονται μὲν, οὐ ῥηϊδίως δέ· παιδία ξυνεχῶς τῇ βηχὶ μέχρι φθόης κοτὲ ῥηϊδίως ὑγιάζεται· ἕξιες δὲ ῥαδινοὶ, σανιδώδεες, πτερυγώδεες, ἐξεχέβρογχοι, λευκοὶ, ἀραιότεροι τὸν θώρηκα· χῶραι δὲ ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ, ὁκόσαι τῷ εἴδεϊ τοῦ πάθεος ἀδελφαί.

Κεφ. θ΄. [Περὶ ἐμπυϊκῶν.] Οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἀνθρώπου κατ᾽ ἴξιν τοῦ θώρηκος ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πύου ἀποστάσιες γίγνονται, ἢν μὲν ἀνάγωσι, ἔμπυοι οἵδε καλέονται· ἢν δὲ τὸ πῦον διεξίῃ κάτω, ἀποστηματίαι κικλήσκονται· καὶ ἐν μὲν θώρηκι, ἐν τοῖσι ἕλκεσι, ἤτοι ἐν πλεύμονι, ἢν ἐκδέχεται φθόην, ἢ ὑπεζωκότι ἐν πλευρῷ,

utrinque consumtis: totae quoque scapulae adparent, avis instar alarum, extensae. His alvus cita superveniens mortifera est; sin ad sanitatem spectent, signa perniciosis contraria accedunt. Senes morbo huic adsidue obnoxii sunt, et ex eo minime evadunt; juvenes autem, usque ad aetatis florem, e *rejectione sanguinis* in *phthisim* decidunt, et possunt quidem, sed non sine difficultate convalescere; pueri, tussicula nonnunquam ad *phthoen* usque vexati, ad sanitatem facile revertuntur. Habitus in hoc vitium proclivis est iis, qui tenues sunt, qui pectus, duarum more tabularum, compressum, qui scapulas, alarum instar, protentas, qui guttur habent prominens, qui coloris candidi, qui rari sunt pectoris. Regiones frigidae humidaeque eidem opportunae sunt.

Cap. IX. [*De empyicis sive suppuratis.*] Quibus hominibus in cavis locis, vel e regione pectoris, vel infra, sub septo transverso *abscessus* fiunt, si per os exit pus, *empyi* (sive *suppurati*) vocantur, at si per inferiora id dejicitur, *apostematiae* dicuntur. Ac intra pectus quidem, ex *ulceribus* vel in pulmone, si *phthisim* excipit, vel in *membrana costas succingente*, vel in *osse pectoris,*

ἢ στέρνῳ, ἢ κάτω πῆ πρὸς τῇ ξυμφύσι τοῦ πνεύμονος κατ ῥάχιν, ἢ πὴ τοῦ θώρηκος ἄλλῃ, ξυμπάντων δὲ ἐς ἀναγωγὴ ὁδὸς τῷ πύῳ πνεύμων. ὑπὸ δὲ τὸ διάφραγμα ἐν τοῖς σπλάγχνοισι, ἥπατι, σπληνὶ, νεφροῖσι, κύστις· ἐπὶ γυναικῶ δὲ καὶ ὑστέρῃ· ἔταμον δὲ καὶ ἐγὼ ἐν κώλῳ τινὶ κοτὲ ἀπό στασιν τὰ ἐπὶ δεξιὰ πρὸς ἥπατι· καὶ πολλόν τι ἐσσύθη ἔξ πῦον· πολλὸν δὲ καὶ διὰ νεφρῶν καὶ κύστιος ἐς ἡμέρα πλεῦνας ἐῤῥύη καὶ περιεγένετο ὥνθρωπος. αἰτίαι δὲ ξυνο μὲν ἁπάντων πληγὴ, ἀπεψίη, ψύξις, ἠδὲ ὁκοῖα τοιάδ τοῖσι δὲ ἐν θώρηκι, βὴξ χρονίη, καὶ πλευρῖτις, καὶ περι πνευμονίη, καὶ ῥεῦμα χρόνιον· ἀτὰρ ἠδὲ ὀξείας νούσου ἐς τι τουτέων ἀπόσκηψις. τὸ δὲ ὑγρὸν ἄλλοτε μὲν ἀεργὸν ἀδρανὲς, ἐγκέεταί τῳ ἄλλῳ· ἄλλοτε μὲν δριμὺ δαπτῶς, κα σηπεδόνας ἐμποιέων μέσφι θανάτου. καὶ γὰρ καὶ ἰδέαι μυ ρίαι, ὁκόσας αὖθις φράσω. θῶϋμα δὲ ὅκως ἐξ ὑμένος λε πτοῦ τε καὶ ἰσχνοῦ, βάθος οὐκ ἴσχοντος (38) τοῦ ὑπεζωκότο

vel infra alibi, qua pulmo spinae adhaerescit, vel in ali quavis pectoris parte, ex his, inquam, omnibus per pulmonem est puris excernendi via. Verum ex *ulceribus* quae in viscere quovis infra septum transversum oriuntur, ut in *jecinore*, *liene* ac *renibus*, idem per vesicam fertur: in mulieribus etiam per uterum. Cuidam ego abscessum in intestino quoque colo, ad dextram partem prope jecur, scalpello aperui; multumque inde puris effusum est multum etiam per renes et vesicam ad plures dies profluxit unde ad integritatem homo perductus est. Causae his communes sunt ictus, cruditas, frigus et horum similia. *Suppurationibus* autem in *pectore* initium praebet longa *tussis*, et *pleuritis* et *peripneumonia* et diuturna *fluxio*, e saepe etiam acuti morbi materia, quae in istorum viscerum aliquod avertitur. At humor, modo iners et imbecillis, parti alicui incumbit: modo acer et mordax est, e mortiferam intus facit putredinem; siquidem puris diversae sunt species, de quibus mox dicemus. Sed res profecto mira est, quod ab exili tenuique *membrana*, ea scilicet, quae *costas succingit*, quaeque nullam omnino cras

τοσόνδε ῥέει πῦον· πολλὸν γὰρ πολλοῖσι ξυνελέγη. αἰτίη δὲ φλεγμασίη ἀπὸ περιουσίης αἵματος, ἐφ᾽ ᾗ παχύνεται. οὐ μὴν ἀτὰρ ἤδε ἐκ πολλοῦ αἵματος πολλὸν γίγνεται ἐν μέσῳ πῦον· κῆν μὲν εἴσω ῥέπῃ, αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα κατὰ χώραν τὴν σφῶν αὐτέων, φθίσιν ἔλεξα πρόσθεν ἑτέραν ἔμμεναι συμβεβῶσαν κατὰ φύσιν· ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, διΐσταται τὰ ὀστέα. ἐς [44] γὰρ ἕν τι τῶν μέσων πλευρῶν τῆς ἀποστάσιος ἡ κορυφὴ ἐγείρεται, εὖτε ἔνθα καὶ ἔνθα πλευρὰ παρωθεύεται· σημήϊα δὲ τὰ μὲν ἁπάντων ξυνὰ, τὰ δὲ ἑκάστου ἴδια· βάρος ἢ πόνος γε ξυνόν· πνεύμων γὰρ ἄπονος· πυρετοὶ ἀμυδροὶ, ῥίγεα πρὸς ἑσπέρην, ἱδρῶτες ἐπ᾽ ἀνέσι, ἀγρυπνίη, οἰδήματα ἐν ἄκροισι ποσὶ καὶ χειρῶν δακτύλοισι, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καθεστάμενα, καὶ ἐπαιρόμενα· δυσφορίη, ἀποσιτίη, ἰσχνότης ὅλου· ἢν δὲ καὶ μῆκος ἴσχῃ ἡ μεταβολὴ, ἕξις φθινώδης. οὐ γὰρ ἔτι φύσις ἔργου ἔχεται. οὐ γὰρ πέψις οἰκείη πρόσθεν, οὐκ εὐσαρκίη, χροιὴ ζωώδης· ἀναπνοὴ πᾶσι

situdinem habet, tanta exeat puris vis; etenim in multis magnam ejus collectam esse copiam deprehendimus. Hujus rei causa est inflammatio, abundantia sanguinis excitata, unde incrassescit membrana; verum e multo sanguine multum in medio pus contrahitur. Quodsi *abscessus* intro tendat, costarum ossa suam propriam sedem obtinent, sed *phthisis* altera species, superius a nobis memorata, secundum naturam evenit. At si in exteriorem partem feratur, ossa disjungit: siquidem inter aliquas e mediis costis *abscessus* vertex adsurgit, et eas hinc atque illinc dispellit. Signa omnibus quaedam sunt communia: quaedam singulis propria; gravitas vel dolor nota est communis (nam pulmo doloris expers est); febres etiam obscurae: horrores circa vesperam: sudores in remissionibus: vigiliae: tumores in extremis pedibus manuumque digitis, qui aliter aliterque desinunt, atque rursus adsurgunt: molestia: cibi fastidium; totius corporis macies. Si morbus jam in vetustatem incidat, habitus *phthisicus* efficitur; neque enim natura jam officio suo defungitur, non adsueta restat jam concoctio, non corporis habitus: color tenebricosus est.

μὲν κακὴ, κακίων δὲ οἷσι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀτὰρ καὶ βὴξ τὰ πρῶτα, μέσφι ἂν ἡ φλεγμασίη, ἣ πιέζει, εὖτε καὶ πόνοι μέζονες καὶ ῥίγεα, καὶ θέρμη, καὶ ἀγρυπνίη, καὶ δύσπνοια ἔτι μᾶλλον· σφυγμοὶ μικροὶ, νωθροὶ, ἀδρανέες, τὴν γνώμην παράληροι, διάτασις τοῦ θώρηκος. ἢν δὲ ἤδε εἰς γέννησιν ἥκῃ πύου, πάντα μέγιστα· ἀναγωγὴ δὲ σμικρὴ ἐπὶ βηχὶ μέζονι, καὶ ἐξ ἀποστάσιος βιαίης· τὰ πρῶτα φλέγμα τῶν χολοβάφων ἐπὶ τὸ μελάντερον, ὅκως ἐξ αἰθάλης· ἔτι δὲ διαίμων καὶ παχέων· ἢν δὲ καὶ ῥαγήσεσθαι μέλλῃ, καὶ σαρκοειδέων βαθέων· καὶ ἢν ῥαγῇ, κίνδυνος μὲν πνίξιος, ἢν πολλὸν καὶ ἀθρόον ἐκχυθῇ πῦον· ἢν δ' οὖν ἐκρέῃ σχέδην, ἀτρεκέει· πῦον ἢν κάτω περῆσαι θέλῃ, τὰ μὲν ἄνω μέρεα ἔνθα ἡ ἀπόστασις, ὀξὺς πόνος, κοιλίη ὑγρὴ, τὰ πρῶτα ὑδατώδεα ξὺν φλεγματώδεσι· ἔπειτα περίῤῥοια αἱματωδέων, καὶ αὖθις σαρκοειδέων, ἢν ἤδη ῥαγῇ. ἕπεται δὲ τουτέοισι πῦον, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ οὔρων· ἀγαθαὶ δὲ πάντων μᾶλλον, αἱ ἐς νεφροὺς καὶ κύστιας μεταλήψιες· φέρεται δὲ, ἤν τε ἄνω

Spiritus cunctis quidem gravis, iis vero gravior, quibus in superiore ventre malum est: accedit etiam tussis, quamdiu inflammatio urget, quo tempore dolores etiam horroresque increscunt, et calor, et vigilia, et spirandi difficultas; pulsus parvus, tardus, imbecillis: mentis alienatio fit pectorisque distentio. At si inflammatio jam in pus vertatur, vehementissime urgent omnia; rejectio parva, licet gravior sit tussis; et ex intentione violenta primo fertur pituita bile tincta, sed ad nigritiem tendens, tanquam fuligine colorata; deinde cruenta quaedam exeunt et crassa. At cum *abscessus* instat ruptio, profunda quaedam et carnosa educuntur. Cumque jam disrumpitur, suffocationis periculum est, si multum effundatur pus; at si paulatim effluat, res in tuto est. Quodsi per inferiora pus transire velit, superiores partes, ubi *suppuratio* est, acutus dolor occupat: alvus liquida fit, et primo aquosa cum pituitosis dejicit, deinde cruenta quaedam circumfluentia, et postea, cum jam facta est ruptio, carnosa. Haecin sequitur pus, vel per alvum, vel per urinam redditum; omnium autem optima est ad renes ac vesicam materiae translatio.

ἤν τε κάτω, χρόος πύου ποικίλον, ὠχρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ τεφρίζον, ἢ πελιδνὸν, ἢ μέλαν, καὶ κακῶδες· ἢ ἄνοσμον καὶ παχύτατον· ἢ μέσως ἴσχον, ἢ λεῖον ὁμαλὸν ἢ τρηχὺ, ἢ ἀνώμαλον, καὶ σαρκοειδέα τὰ ἐμπλώοντα, στρογγύλα, ἢ πλατέα, ῥηϊδίως ἀποπλυνόμενα, ἢ ἰξώδεα· ἀθρόον δὲ περὶ πύου εἰρῆσθαι, ὁκόσα μὲν λευκὰ, πέπονα, ἄνοσμα, λεῖα, στρογγύλα, καὶ ἀναβήσσεται θᾶσσον, ἢ ὑποφέρεται, περιεστηκότα· ὁκόσα δὲ ἔξωχρα, χολώδεα, ἀνώμαλα, μοχθηρά. πολλὸν δὲ τουτέων κακίω, τὰ πελιδνὰ καὶ μέλανα. σηπεδόνα γὰρ καὶ ἀνεσθιόμενα σημαίνουσι τὰ ἕλκεα· προσξυνιέναι δὲ τουτέοισι καὶ τὴν ἕξιν, καὶ τὰ ξυνομαρτέοντα τῇ νούσῳ. ἢν γὰρ ἐπὶ τῇ ἐκκρίσι εὐφόρως φέρῃ, ἄπυρος γίγνεται· εὖτε πέσσει, εὔχρους, εὔσιτος· ἢν ἀναβήσσῃ εὐμαρῶς, εὔσφυκτος, εὔτονος γίγνεται, (39) ἀνώλεθρος ὁ νοσέων· ἢν δὲ ἐπιπυρεταίνῃ, καὶ πάντα ἐς κακὸν τρέπηται, ἀνέλπιστος. προσξυνιέναι δὲ καὶ τὰ χωρία, ἔνθα αἱ ἀποστάσιες· ὁκόσοισι γὰρ ἐν τῷ στέρνῳ τὸ ἐμπύημα γίγνεται, βραδέως ἀφίσταται. ψιλὰ γὰρ καὶ

At sive supra sive infra fertur, puris colores varii sunt; idque pallidum, aut album, aut cinereum, aut lividum, aut nigrum est; et cum foedo odore, vel sine quovis: vel crassissimum, aut mediocriter se habens: aut laeve et aequale, aut asperum et inaequale; quaeque innatant, carnosa sunt, et ea rotunda aut lata: quae facile possunt ablui, vel glutinosa. Utque de pure in summa dicam, quodcunque album, maturum, sine odore, laeve, et rotundum est, et celeriter extussitur, aut per inferiora exit, salutem promittit; quod autem perpallidum est, biliosum, inaequale, periculum subesse testatur: his vero longe perniciosius est id, quod lividum aut atrum est, quia putredinem haec, et erodentia *ulcera* denotant. Praeter ista habitum etiam hominis, quaeque morbum comitantur, oportet attendere; nam si post puris excretionem bene se habeat aeger, si febre vacet, quod concoctionis et boni coloris, et cibi capiendi initium est, si facile extussiat, si pulsus rectus et vires firmae sint, extra periculum collocatur; at si febris superveniat, et omnia in deterius vergant, relicta nulla spes est. Oportet etiam *locos*, in quibus *suppurationes*

ἄσαρκα καὶ χονδρώδεα τὰ μέρεα· τὰ δὲ τοιάδε οὐ ῥηϊδίως δέχεται φλεγμονῆς περιουσίην· ἀνεκπύητα δὲ μίμνει πουλὺν [45] χρόνον· ψυχρὸν γὰρ οἱ χόνδροι. ἀλλὰ τῶνδε ἀσινέες μὲν αἱ φλεγμοναί· τῆς ἕξιος δὲ κακαὶ συντήξιες. μικρὸν γὰρ διαπυΐσκει χρόνον. σπλὴν καὶ ἧπαρ καὶ πνεύμων καὶ διάφραγμα ὀξύτερα μὲν ἐς ἐμπύην· ἐπικίνδυνα δὲ καὶ θανατώδεα.

Κεφ. ι'. [Περὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα ἀποστάσεων.] Εὖτε ὁκόσοισι περιπνευμονικοῖσι, ἢν φλέγμα ἔῃ, ἢ μὴ διαχέηται, περιγίγνονται· οἱ δὲ διαδιδρήσκοντες τὸ κάτοξυ τοῦ πάθεος ἔμπυοι γίγνονται. τὰ μὲν οὖν μελλούσης ἢ τετελεσμένης ἀποστάσιος σημεῖα ἐν τοῖσι ἐμπύοισι ἔλεξα· ἢν δὲ τελεσθῇ, οὐ βίης καὶ πόνων ἐς ἀπόῤῥηξιν καὶ ἀναγωγὴν χρέος, ὅκωσπερ ἐν τοῖσι σώμασι· ἀλλὰ γὰρ ῥηϊδίως ἀναφέρεται, διατάσιος μᾶλλον τῶν ἀραιωσίων γενομένης, ἤπερ ἕξιος σωμάτων. μανὸς γὰρ καὶ πολύτρητος ὁ πνεύμων, σπογγίῃ ἴκελος, οὐ χαλεπαίνων τῷ ὑγρῷ· ἄλλην ἀπ' ἄλλης εὐρυχω-

fiunt, attendere. Nam si eae in *osse pectoris* excitentur, tarde fit *abscessus:* quia partes hae tenues, carnis expertes et cartilaginosae sunt, quales magnam inflammationem non suscipiunt, et absque *suppuratione* diu remanent: cartilagines etiam frigidae sunt naturae, et earum inflammationes innoxiae (habitus autem colliquatio mala est) quia *suppuratio* brevi tempore inhaeret. *Lienis* autem et *jecur* et *pulmo* et *septum transversum* citius abscedunt, sed periculose ac lethaliter.

Cap. X. [*De pulmonum abscessibus.*] Quicunque *peripneumonia* laborant, et pituitam intus habent, quae non multum diffunditur, mortem evadunt: sed postquam morbi impetu liberati sunt, *suppurati* fiunt. Futuri autem aut perfecti jam abscessus signa in *suppuratis* exposuimus. Is postquam fuerit perfectus, haud tanta vi ac labore, ut rumpatur atque rejiciatur, hic est opus, quanta in solidis corporis partibus: sed pus facile expellitur, quia facilius in raritate vasorum quam in corporis habitu fit distentio: etenim rarus est pulmo et foraminibus instar spongiae plenus, neque humore laeditur, sed eum in vias magis magisque latas usque propellit, quoad ad asperam

ρίην ἀμείβων τῇ μέσφι τῆς τρηχείης ἀρτηρίης ἥκειν. περίοδοι δὲ τῷ ὑγρῷ ῥηΐδιαι. εὐκαμπὲς γὰρ ἠδ' ὀλισθηρὸν πῦον. ἀτὰρ καὶ ἡ ἀναπνοὴ ἄνω τὸ πνεῦμα φυσῇ. περιγίγνονται δὲ τὰ πολλὰ, εἰ μή κοτέ τις ἀναπνιγῇ ἀθρόῃ ἑλκύσι τοῦ ὑγροῦ, τῆς ἀρτηρίης οὐ δεχομένης τὸν ἠέρα πλήθεϊ τοῦ πύου. θνήσκουσι δὲ μετεξέτεροι χρόνῳ τὸν φθινώδεα καὶ τὸν ἐμπυϊκῶν τρόπον· τὰ δὲ πῦα λευκὰ, ἔπαφρα, σιάλῳ μεμιγμένα· ἄλλοτε δ' αὖ τεφροειδέα ἢ ὑπομελανίζοντα· καὶ βρογχίζον κοτὲ ἀνεπτύσθη ἐπὶ ποικίλῳ ἕλκεϊ, ἢν βάθος ἴσχῃ ἡ ἀπόστασις, εὖτε καὶ ἀποῤῥῶγες ἀναφέρονται τοῦ σπλάγχνου. βραγχώδεες, βραχύπνοοι, βαρύφωνοι, τὰ στήθεά σφιν εὐρέα γίγνεται, καὶ εὐρυτέρων τῆς ὑγρασίης δέονται· ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα στιλπνά· τὰ δὲ λευκὰ, λευκότατα καὶ πίονα· μῆλα ἐρευθῆ, φλέβες ἐν τῷ προσώπῳ κυρταί. θῶυμα δὲ ἐπὶ τουτέων. τόνος μὲν γὰρ εὐσαρκίης μείζων, εὐψυχίη δὲ τόνου δυνατωτέρη.

[46] Κεφ. ια΄. [Περὶ ἄσθματος.] Εἰ ἀπὸ δρόμου

tandem arteriam perduxerit; circuitus autem liquori non difficiles sunt, siquidem flexile atque lubricum pus est; ad haec in respiratione a spiritu sursum efflatur. Homines plerumque convalescunt, nisi forte quispiam conferta puris adductione suffocetur, cum propter hujus abundantiam aërem aspera recipere non possit arteria. Quidam longo spatio phthisicorum et suppuratorum more consumuntur. Pus autem album est, spumans, salivae mixtum: alias cinereum aut subnigrescens. Interdum cum exulceratio multa est, et profunditatem habet *abscessus*, asperae arteriae ramulus exspuitur, cumque eo feruntur visceris ipsius fragmenta. Rauci sunt: breviter spirant: vocem emittunt gravem: pectora ipsorum dilatantur, neque tamen videntur satis lata, quia multus intro continetur humor: oculorum nigra pars fulget, alba videtur albissima et pinguis: malae rubent: venae in vultu gibbae fiunt. In his res profecta mira est, quanto vires corporis habitum, quanto autem ipsas vires animi vigor exsuperet.

Cap. XI. [*De asthmate sive anhelitu.*] Si a cursu

καὶ γυμνασίων καὶ παντὸς ἔργου δυσπνοεῖ ἡ ἀναπνοὴ, ἆσθμα καλεῖται· καὶ ἡ νοῦσος δὲ ὀρθόπνοια, καὶ ἥδε κικλήσκεται ἆσθμα· ἐν γὰρ τοῖσι παροξυσμοῖσι ἀσθμαίνουσι καὶ οἵδε. ὀρθόπνοιαν δὲ ἐκάλεον, (40) οὕνεκεν ὀρθίῳ σχήματι μοῦνον ἀναπνέουσι εὐφόρως. πνὶξ γὰρ ἐν κατακλίσι. εἵνεκεν τοῦ τόνου τοῦ ἐπὶ τῷ πνεύματι ὀρθόπνοια τοὔνομα. ὄρθιος γὰρ ἀνατέταται ἐς ἀναπνοὴν, κῆν ὕπτιος κατακλινθῇ ὥνθρωπος, κίνδυνος πνιγῆναι. πάσχει δὲ πλεύμων. ξυμπαθέει δὲ καὶ τὰ ξυντελοῦντα ἐς ἀναπνοὴν, διάφραγμα, θώρηξ· ἢν δὲ καρδίη πάθῃ, οὔκοτε ἐς πολλὸν διαρκέσειε. τῇδε γὰρ ἡ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τῆς ζωῆς ἀρχή. αἰτίη δὲ ψύξις καὶ ὑγρότης τοῦ πνεύματος· ὕλη δὲ ὑγρὰ, παχέα, κολλώδεα· εὐπαθέες δὲ γυναῖκες ἀνδρῶν μᾶλλον, ὅτι περ ὑγραί τε καὶ ψυχραί· οἱ δὲ παῖδες τούτων περιγίγνονται ῥήϊτερον. ἡ γὰρ φύσις ἐν αὔξῃσι θερμῆναι δυνατωτάτη. ἄνδρες δὲ εἰ καὶ μὴ ῥηΐδιοι παθεῖν, ἀλλὰ θνήσκουσι θᾶσσον. ἀμβολὴ δὲ θανάτου ὅσοισι ἐν ἔργου πρήξι, ἢ ἐν εἰρίοισι πλεύμων θάλπε-

et exercitatione aut alio quovis opere spiritus aegre trahitur, vocatur ἆσθμα. Morbus quoque, quae ὀρθόπνοια (sive *respiratio recta*) dicitur, ἆσθμα itidem nominatur: in accessionibus enim isto quoque vitio laborantes ἀσθμαίνουσι (i. e. anhelant), ὀρθόπνοιαν autem dixerunt ideo, quod erecto tantum corpore spiritum facile adducant: nam in decubitu strangulantur; propter extentionem igitur, quae in spirando fit, ὀρθόπνοια adpellatur: erectus enim homo ad respirandum intenditur, et si forte decubuerit, periculum strangulationis subit. Adficitur autem pulmo, et consentiunt partes, quae ei in spirando opitulantur, ut septum transversum et pectus; at si tentetur cor, homo non diu superest; etenim in hoc loco positum est respirandi vivendique principium. Adfectus causa est *spiritus* refrigeratio et humiditas; ejusdem materia humor crassus et glutinosus. Huic mulieres magis patent quam viri, quia humidae frigidaeque sunt; pueri his facile liberantur, quia, dum increscunt, iis natura potenter calorem auget; viri quamquam hoc non ita facile implicentur, citius tamen intereunt. Istis autem retardatur exitium, quibus vel ex

ται καὶ διαίθεται, ὁκοῖόν τι τοῖσι τῆς τιτάνου ἐργάτῃσι, ἢ χαλκεῦσι, ἢ σιδηρεῦσι, ἢ καὶ λουτρῶν πυρσευτῆρι. μελλισμοῦ δὲ σημήϊα βάρος τοῦ θώρηκος, ὄκνος ἐς τὸ ξύνηθες ἔργον, ἀτὰρ ἠδὲ ἐς ἅπασαν πρῆξιν, δύσπνοια ἐν δρόμῳ, ἢ πρὸς ὁδὸν ὀρθήν· βραγχώδεες καὶ βηχώδεες, φῦσα ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι καὶ ἐρυγαὶ παράλογοι, ἀγρυπνίη, θερμασίη νύκτωρ σμικρὴ, ἀσαφής· ῥὶς ὀξείη, ἐς ἀναπνοὴν ἑτοίμη. ἢν δὲ ἐπὶ μεῖζον τὸ κακὸν ἕρπῃ, μῆλα ἐρυθρά· ὀφθαλμοὶ προπετέες, ὡς ἐπ᾽ ἀγχόνῃ, ῥωγμὸς ἐν ἐγρηγόρσι· πολλὸν δὲ μέζων τὸ κακὸν ἐν ὕπνῳ· ὑγρὴ καὶ ἄηχος ἡ φωνή· πολλοῦ καὶ ψυχροῦ ἠέρος ἐπιθυμίη· ἐς τὸ ὕπαιθρον ἵενται. πᾶς γὰρ αὐτέοισι οἶκος ἐς ἀναπνοὴν οὐ διαρκής· ἀναπνέουσι ὄρθιοι, ὅκως ἅπαντα σπῆσαι τὸν ἑλκόμενον ἠέρα ποθέοντες, ὑπὸ βαρίης δὲ τοῦ ἠέρος καὶ διοίγουσι τὸ στόμα, ὡς τῷδε μέζονι χρεόμενοι· ὠχροὶ τὰ πρόσωπα, πλὴν τῶν μήλων. τάδε γὰρ ἐρευθῆ. ἱδρὼς περὶ μέτωπον καὶ κληΐδας· βὴξ συνεχὴς, βιαίη· ἀναγωγὴ σμικρὴ, λεπτὴ, ψυχρὴ, ἰκέλη ὁκοῖόν τι καὶ

labore aut lanarum obvolutione incalescit pulmo, et succenditur: sicut his, qui in conficiendo calce operam insumunt, et aerariis ferrariisque fabris, iisque, qui in balneis ignem accendunt. Adventantis morbi notae sunt gravitas pectoris: ad adsuetum opus et ad quodvis etiam negotium tarditas: anhelitus in cursu, aut in itinere acclivi: raucitate ac tussicula infestantur: flatus in praecordiis et praeter rationem ructus: vigiliae: noctu calor quidam tenuis et obscurus: nares acutae, ad recipiendum spiritum paratae. At si increscat vitium, malae rubent: oculi, velut in strangulatis, prominent: inter vigilandum, sed longe magis in somno, stridor: humida et sine sono vox: multi frigidique aëris desiderium: sub dio morari cupiunt, cum in domo spiritus nequeat his sufficere: recti stantes spirant, quasi universum aërem trahere vellent atque adsugere: propter gravitatem aëris os etiam aperiunt, ut plus ita intro adducant; vultus praeter malas, quae rubent, pallidus: sudor circa frontem atque jugula: tussis adsidua, violenta: rejectio pauca, tenuis, frigida, quasi spumae quaedam efflorescentia: ex inflatione spiritus collum intu-

ἀφροῦ ἐπάνθισμα. τράχηλος οἰδέει πνεύματος πρήσι. ὑποχόνδρια ἀνεσπασμένα· σφυγμοὶ μικροὶ, πυκινοὶ, πιεζεύμενοι, ἰσχνὰ σκέλεα· κἢν ὑπερταθῇ τάδε, ἀπέπνιξέ κοτε ἐπιληπτικῷ τρόπῳ. [47] ἢν δὲ ἐς ἀγαθὸν τρέπηται, βὴξ μακροτέρη καὶ ἀραιοτέρη. ἀναγωγὴ πλεύνων τε πύων ὑγροτέρων· κοιλίης τάραχος, πολλῶν ὑδατωδέων· οὔρων ἔκκρισις πολλὴ, κἢν ἐς ὑπόστασιν μηδέκω ἥκῃ· φωνὴ γεγωνοτέρη, ὕπνοι αὐτάρκεες, ὑποχονδρίων ἄνεσις· ἧκέ ποτε πόνος ἐς μετάφρενον ἐπ᾽ ἀνέσι· ἆσθμα ἀραιὸν, λεῖον, κερχνῶδες. ᾧδε μὲν οὖν διαδιδρήσκουσι τὸν ὄλεθρον, ἐν δὲ τῇσι ἐπανέσεσι, κἢν περιῶσι ὀρθοστάδην, τοῦ πάθεος φέρουσι ξύμβολα.

(41) Κεφ. ιβ'. [Περὶ πνευμώδων.] Ἄσθματος ἰδέη τὸ πνευμῶδες, καὶ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος τὸ πάθος ὅκως ἐπ᾽ ἄσθματι. ξυνὰ γὰρ καὶ τὰ παρεόντα· σμικρὸν δὲ καὶ τὸ διάφορον. δύσπνοια μὲν γὰρ καὶ βὴξ καὶ ἀγρυπνίη καὶ θέρμη ξυνά· καὶ ἀποσιτίη καὶ ἰσχνότης ὅλου. καὶ γὰρ αἰσχρὸν ὂν τὶ κακὸν ἀποτείνεται, πλὴν οὐ περαιτέρω ἑνὸς ἔτεος. ἤν τε

mescit: praecordia sursum reducta: pulsus parvus, creber, compressus: crura exilia. Et si haec vehementissime premant, interdum homo *epilepticorum* more suffocatus interimitur. Sin ad salutem morbus inclinet, tussis minor rariorque est: sputa plura purulenta et humidiora rejiciuntur: alvus aquosis multis dejectionibus perturbatur: urinae copia profluit, licet in ea nondum quidquam subsidat: vox altior: somni satis: praecordiorum remissio: in morbi levatione dolor interdum ad scapulas procedit: anhelitus rarus, laevis, cum aliquo tamen stridore. Ita mortem effugiunt; sed in morbi remissionibus, licet obambulare valeant, mali tamen notas prae se ferunt:

Cap. XII. [*De pneumode adfectis.*] Asthmatis species malum id est, quod πνευμῶδες adpellatur: et ex pulmone vitium, sicut in asthmate, proficiscitur. Communes etiam utriusque notae sunt, paululum tamen inest inter haec discriminis: sed in utroque adest spirandi difficultas et tussis et calor et vigilia et cibi fastidium et totius corporis extenuatio. Porro turpe vitium est, et in longinquum protrahitur, non tamen ultra unius anni spa-

γὰρ τὸ μετόπωρον ἄρξῃ, εἰς τὸ ἔαρ ἢ τὸ θέρος ἀπογίγνονται· ἤν τε χειμὼν, ἐς τὸ μετόπωρον τελευτῶσι τὸν βίον. κοτὲ καὶ γέροντες ἁλῶναι ῥηΐδιοι καὶ ἀπόφρικτοι, ἁλόντες ὅσον βραχείης ῥοπῆς, ἐς εὐνὴν θανάτου χρέος· ἄγχιστα ἅπαντες ἄπνοοι, σφυγμοὶ σμικροὶ, πυκνοὶ, ἀμυδροί. ἀλλὰ τάδε μὲν ξυνὰ πρὸς τὸ ἆσθμα· ἰδίᾳ δὲ ἀναβήσσουσι ὡς ἀνάξοντες. ματαιοπονέουσι δέ· οὐδὲν γὰρ ἀνάγουσι. εἰ δέ τι τοῦ πλεύμονος ἀποῤῥαγείη βίῃ, σμικρὸν, λευκὸν, στρογγύλον, χαλαζῶδες· θώρηξ εὐρύτερος μὲν, ἀδιάστροφος, ἠδὲ ἀνέλκωτος· ἢν δὲ ἀνεκπύητος ὁ πνεύμων ᾖ, ὑγρῶν δὲ ὁκοίων τὶ πεπηγότων ἔμπλεως, διαλήψιες τῶν παροξυσμῶν τοῦδε μέζονες. οἱ μὲν οὖν ἀπεπνίγησαν θᾶσσον, πρίν τι κάκιον ἐς τὸ πᾶν ἀποσκῆψαι. μετεξετέροισι δὲ ἐς ὕδερον περὶ λαγόνα ἢ ἀνασάρκα τὸ πάθος τελευτᾷ.

Κεφ. ιγ΄. [Περὶ ἥπατος.] Ἧπαρ σπληνὶ ἐς γένεσιν μὲν ἰσόῤῥοπον· δεξιὰ γὰρ ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τὰ σπλάγχνα

tium; nam si auctumno inceperit, aeger vere aut aestate decedit: si per hiemem, is auctumno insequente consumitur. Senes morbo hoc aliquando facile corripiuntur, eoque leviter admodum tentati inhorrescunt, quibus non nisi morte relevari potest dolor. Omnibus spiritus paene e toto intercluditur: pulsus parvus, creber, obscurus: quae in asthmate pariter contingunt. Illud autem interest, quod hi, tanquam aliquid extrusuri, tussiunt, sed cum irrito labore, quia nihil emoliuntur; aut si quid forte a pulmone per vim abrumpatur, id parvum, album, rotundum grandinique simile est. Pectus his latius est, at sine distortione et ulcere. Ac si pulmo non suppuret, humoribus tamen quasi concretis inferciatur, accessionum intervalla longiora sunt. Quidam subito suffocantur, priusquam vitium quodvis in universum corpus transierit. Aliis in *hydropem circa ilia*, aut in istum, qui *anasarca* dicitur, adfectus desinit.

Cap. XIII. [*De jecoris adfectibus.*] Jecur lieni, quoad horum generationem, aequilibre est; dextram enim laevamque partem haec viscera occupant, numero natu-

Ed. Oxon. [47. 48.] Ed. L. B. (41.)

ἰσάριθμα τῇ φύσει· ἄνισοι δὲ ἐς δύναμιν καὶ ἐν [48] ὑγείῃ καὶ ἐν νούσοισι. ἐν ὑγείῃ μὲν, ὅτιπερ τὸ κράτος τῆς τροφῆς τὸ ἧπαρ ἴσχει. ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ· ἀτὰρ καὶ ἐν νούσοισι καὶ ἐς ὑγείην πολλόν τι ἰσχυροτέρην ἔχει τοῦ θανάτου τὴν αἰτίην. ὁκόσον οὖν ἧπαρ ἐς ὑγείην κρέσσον, τοσόνδε κάκιον ἐν νούσοισι. καὶ γὰρ ἐπιφλεγμαίνει θᾶσσόν τε καὶ βιαιότερον, καὶ ἀφίσταται ξυνεχέστερόν τε καὶ ὀλεθριώτερον. ἐπὶ σκίῤῥῳ δὲ ὠκύτερον σπληνὸς καὶ περιεργέστερον κτείνει. τὰ μὲν οὖν τῆς φλεγμασίης ἐν τοῖσι ὀξέσι ἔλεξα· ἢν δὲ ἐς πῦον τρέπηται, ὀδύνη ὀξεῖα ἴσχει μέσφι κλειδὸς ἢ ἄκρου ὤμου. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἄχθεος ἕλκει τὸ διάφραγμα, ἐξ οὗ τὸ ἧπαρ ἦρται· τὸ δὲ διάφραγμα τὸν ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι ὑμένα βρίθει· ξυνέπεται γὰρ αὐτέῳ· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν κληῗδα ἠδὲ ἄκρῳ τῶν ὤμων ἀποτέταται, καὶ τάδε ξυνεφέλκεται κάτω. πῦρ δριμὺ ξὺν ῥίγεσι ἐπὶ τῇ ἀποστάσει, βὴξ ξηρὴ, οὐ μάλα πυκινὴ, χροιῇ χλοήβαφοι. ἢν δὲ κατακορέως ἔωσιν ἰκτερώδεες, τοῦ λευκοχρόου εἴδεος· ὕπνοι καθαροὶ φαντασίῃ

raliter aequalia: sed facultate tam in salute quam in morbis imparia; in sanitate, quia *jecur potestatem in alimentum* habet: id enim viscus quasi venarum radicatio est; quin etiam in morbis ad inferendam mortem causas multo valentiores continet. Quanto igitur magis ad sanitatem prodest jecur, tanto magis in morbis officit; etenim citius violentiusque inflammatur, et frequentius atque perniciosius *abscedit*, et in *scirrho* magis celeriter ac dolenter quam lienis interimit. Ceterum de istius inflammatione in acutis adfectibus supra diximus. Idem si in pus vertatur, acutus dolor ad jugulum usque et extremum humerum procedit; siquidem septum transversum, per quod suspenditur, pondere suo deorsum trahit: diaphragma vero membranam costas succingentem, quoniam id huic adnectitur, degravat: membrana autem ad jugulum et ad summum usque humerorum protenditur, et has partes secum ad inferiora convellit. Inter suppurandum fervor adest acer cum horroribus: tussis sicca, non admodum crebra: coloris sunt herbidi, sed si saturate *icterici* fuerint, specie albidi; somni visorum non admodum expertes; mente om-

οὐ μάλα. νηφαλέοι μὲν ἐς πάντα· ἐς ἕν δέ τι τῶν προσ-(42)καίρων ἐξαπίνης παρακοπαὶ, καὶ κατεστάθησαν εὐθέως· ὄγκος ὑπὸ τιτθῇσι ἢ πλευρῇσι, ἀπάτη δὲ πολλοῖσι ὅκως περιτοναίου γίγνεται. ἀλλ' ἢν μὲν ᾖ ὑπὸ τὰς νόθας ὄγκος ὀδύνῃ πιεζευμένοις, τὸ ἧπαρ οἰδέει· ἔμπλεων γὰρ ὑγρασίης· ἢν δὲ μὴ ὑπὸ τὸ ὀστέον * μίμνωσι οἰδέει, τοῦ ὑμένος τὸ σημεῖον· καὶ τοῦ μὲν περιγραφῇ καὶ τὰ ὅρια δῆλα· μετὰ γὰρ τὴν περιαγωγὴν τῶν λοβῶν ἐς λαγαρὸν τὸ ἐπιγάστριον πιέζουσα χεὶρ ἱζάνει· περιτοναίου δὲ ἀόριστος ἡ σκληρίη καὶ τοῦ πέρατος ἡ ἀπόφυσις ἀφανής. ἢν μὲν εἴσω ἡ ἀπόστασις ῥέπῃ, πολλόν τι κρέσσον ἡ φύσις ἰητροῦ. ἢ γὰρ ἐς ἔντερα, ἢ ἐπὶ κύστιν τρέψει τὸ πῦον· ἀσινεστέρη δὲ πολλὸν ἡ ἐς κύστιν ὁδός. ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, κακὸν μὲν μὴ τάμνειν. ἤν τε γὰρ οὕτως ἔῃ, ἀνεσθίεται ὑπὸ τοῦ πύου τὸ ἧπαρ, καὶ οὐκ ἐς ἀμβολὴν ὁ θάνατος. ἢν δὲ θέλῃς τάμνειν, αἱμοῤῥαγῆσαι κίνδυνος, καὶ αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον ἐκθανεῖν. ἄσχετος γὰρ αἱμοῤῥαγίη ἐφ' ἥπατι. ἢν οὖν ἐς ἀνάγκην τομῆς κατίῃς κοτὲ,

nino constant, nisi si forte e temporaria aliqua causa repentinum ingruat delirium, ubi ad se illico revertuntur. Tumor sub mammis costisve adsurgit, quem in peritonaeo esse multi falso opinantur. Verum si subter costas nothas tumor exstet, jecur dolore pressum intumescit, quia humore plenum est. At si non sub osse haec maneant, membranae tumentis signum est; et ejus quidem circumscriptio ac termini patent: nam impressa manu, postquam fibrarum, in quas jecur dividitur, ambitum excesserit, ea in vacuum abdomen descendit: peritonaei autem interminata est durities, et extremitatis ejus processus visum effugit. Si abscessus intro feratur, medico longe praestat natura, quae pus aut ad intestina aut ad vesicam derivat; harum via ista longe tutissima est, quae per vesicam fit. At si extra procedat, incisione non uti periculosum est: nam hac omissa jecur a pure corroditur, morsque non longe abest. Et si incidere velis, metus est ne hominem profusio sanguinis statim rapiat, quae in jecore coërceri nequit. Si quando igitur ad incisionem venire

καυτῆρα ἔμπυρον διαφανέα πυρῶσαι, καὶ διῶσαι μέσφι τοῦ πύου. τωυτὸ γάρ σοι τέμνει τε καὶ καίει. καὶ ἢν περιγίγνηται, πῦον ἐκρεύσει λευκὸν, πέπον, λεῖον, κακῶδες, ὅτι παχύ· τοῖσδε καὶ πυρετοὶ καὶ τὰ δεινὰ ξυνδιδοῖ· ῥηϊδίως τε ἀθέλξεται πάντα. ἢν δὲ ἐς ἔντερον τὸ πῦον ἐγχέηται, ἡ γαστὴρ πρώτιστα μὲν ὑδατώδεα διαῤῥέει· ἔπειτα κρεῶν πλύμασι ἴκελα. αὖθις αὖ δυσεντεριώδεα ὁκοῖα ἐφ' ἕλκεσι. ἀτὰρ καὶ αἱμώλωψ κοτὲ καὶ θρόμβος ἠνέχθη. φέρεται καὶ χολὴ ξανθὴ, κατακορὴς, ἢ πρασοειδὴς, καὶ ὑστάτη ἐς ὄλεθρον μέλαινα. ἢν δὲ ἀνεκπύητον τὸ ἕλκος γίγνηται, καὶ κακώδεα ἡ γαστὴρ ὁκοῖόν τι σηπεδόνα ὑπάγει, τροφὴ ἄπεπτος διεκθέει ὑπ' ἀκρασίης κοιλίης τε καὶ ἐντέρων. οὐ πέττει γὰρ αὖθις εὖ ἔχον τὸ ἧπαρ· πῦρ τε ἐπὶ τοῖσδε δριμὺ, καὶ πάντως ἐς κακὸν ἡ τροπή. σαρκῶν ξυντήξιες, σφυγμοὶ μικροὶ, δύσπνοοι, εὖτε οὐκ εἰς μακρὸν ἐτελεύτησαν τὸν βίον. μετεξετέροισι δὲ ἡ δυσεντερίη μὲν καὶ τὸ ἕλκος [49] ἰήθη· ἐς ὕδρωπα δὲ κατέστρεψε ἡ νοῦσος. ἢν δὲ ἅπαντα ξυνδιδῷ,

necesse habeas, ferramentum igne candens usque ad pus demittito; id enim et incisionis et ustionis partes simul explet. Et si aeger evadit, pus effluet album, maturum, aequale, inodorum, perquam crassum; his febres et cetera minuuntur mala, ita ut e toto facile redeat integritas. At si in intestina pus effunditur, alvus aquosa primum dejicit, postea humorem, quasi in eo caro tota fuerit, deinde his similia, quae in torminibus cum intestinorum exulceratione prodeunt; interdum sanguis concretus exit cum gramis; fertur etiam bilis flava colore saturo, vel porracea, et postremo prope mortem atra. Sed si ulcus absque suppuratione permanserit, venter quaedam odoris mali, quasi putrida, excernit: cibus propter ventriculi atque intestinorum imbecillitatem crudus transmittitur: neque enim jecur, cum in malo statu sit, hunc rursus concoquit. Hos fervor acris infestat, iisque omnia in pejus vertuntur: carnis colliquatio est, pulsus exiguus, spirandi difficultas, neque ita multo post e vita discedunt. Quibusdam *dysenteria* et *ulcus* sanescunt, morbus tamen in hydropem transit. At si remittantur omnia, et pus ex alvo candidum, laeve, aequale,

πῦον λευκὸν, λεῖον, ὁμαλόν· ἄνοσμον γὰρ ἐκρέει ἡ γαστήρ· πέττει δὲ τὰ σιτία, εὔελπις ὤνθρωπος. ἄριστον δὲ δι᾽ οὔρων κεκρίσθαι· ἀσφαλεστέρη δὲ καὶ ἀσινεστέρη ἡ τῇδε τοῦ πύου ὁδός. ἢν δὲ ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς ἀνεκπύητον ᾖ τὸ ἧπαρ, ἄπορον μὲν οὐ γίγνεται, τὸν ὄγκον τε τὸν σκληρὸν ἶζον εἰς σκίῤῥον ἱδρύεται. εὖτε πόνος μὲν οὐ ξυνεχής· νωθὴς δὲ κἢν παρῇ· ἀραιὴ δὲ καὶ θερμή· ἀποσιτίη, πικρῶν γευμάτων ἡδονὴ, γλυκέων ἀηδίη, ῥιγώδεες, ὑπόλευκοι, χλωροὶ, οἰδαλέοι ὀσφὺν καὶ πόδας. πρόσωπα ῥυσὰ, γαστὴρ ξηρὴ, διαχωρήσιες πυκιναί. κορυφὴ γὰρ τῶν κακῶν ὕδρωψ· ἐπὶ τῷ ὕδρω(43)πι, ἢν μὲν οὖρα πολλὰ, παχέα, ἐπίδοσιν ἔχοντα πολλὴν, ἰλυώδεα καταῤῥαγῇ, ἐλπὶς ἐκρεῦσαι τὸν ὕδερον· ἢν δὲ λεπτὰ καὶ ἀνυπόστατα καὶ ὀλίγα, τῷ ὕδρωπι τιμωρέει· ἢν δὲ μεταβάλλῃ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡ φύσις, καὶ καταῤῥαγῇ κοτὲ εἰς κοιλίην, ἐπὶ πολλοῖσι πάχεσι ὑδατώδεσι καὶ τὸν ὕδρωπα ἰήσατο· σφαλερὴ δὲ ἡ τοιαύτη ἐπικουρίη. ἐπὶ γὰρ

odoris expers profluat, cibique concoquantur, de homine bona spes est. Atqui optimum est ut per urinam morbus judicetur: et per hanc viam securissime minimaque cum offensa exit pus. Ceterum si ex inflammatione jecur non suppuret, febris quidem non desinit, tumorque durus subsidens in *scirrhum* confirmatur; sub quo dolor adest, sed is non continuus, cumque adfit, iners quodammodo sentitur: calor etiam tenuis; cibi fastidium: in amaris degustandis voluptas, dulcium sensus injucundus: horroribus corripiuntur: subalbidi, virentes sunt: lumbi illis pedesque intumescunt: facies rugosa: alvus admodum sicca, vel dejectiones creberrimae: summa quippe malorum omnium *hydrops* supervenit. In hydrope si urina multa et crassa prorumpat, multumque in ea quasi limi subsideat, morbum hoc modo effluxurum esse subest spes; eadem si tenuis sit et pauca, neque in ea quidquam desederit, id cum hydrope in exitium conspirat. Quodsi natura ad antiquum habitum revertatur, et materia multa, crassa, aquosa in ventrem confluat, ita quoque hydrops sanari potest. Verum id auxilii genus cum periculo tentatur; nam post con-

τῇσι ἀθρόῃσι κενώσεσι ἠδὲ τῇσι ἐσχάτῃσι ξυμπτώσεσι ἐξέθανόν κοτε ὑπ' ἀδυναμίης οἱ κάμνοντες, ὅκως ἐξ αἱμοῤῥαγίης. ἀσινέστερον δὲ λύει ἱδρὼς, ἢν πολὺς ἐκρυῇ. οὐ πάνυ γὰρ ἰκμαλέοι οἱ ὑδρωπιώδεες. ἥδε τῶν ἐν ἥπατι παθέων ἡ τελευτὴ γίγνεται· ἢν δὲ ἐμπύῃ τὸ ἧπαρ, * μείρακες καὶ οἱ μέσφι ἀκμῆς, ἧσσον γυναῖκες. προφάσιες δὲ ἀκρασίη καὶ νοῦσος μακρὴ, μάλιστα ἐπὶ δυσεντερίῃ ξυντήξεσι. καὶ γὰρ δὴ καὶ τούσδε ἐκίκλησκον ξυντηκτικοὺς, τοὺς ἐπὶ ἕλκεσι ἥπατος ἰσχνοὺς ἀποθνήσκοντας.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ σπληνὸς.] Σπληνὶ ξύνηθες χρόνιον νόσημα, σκίῤῥος. ἔμπυος δὲ οὐ ῥηϊδίως· γίγνεται δ' οὖν εὖτε πόνος μὲν οὐ τρηχὺς, ὄγκος δὲ πουλὺς τῆς ἐπιπνοίης μέζων· ἐπὶ δεξιὰ γὰρ ὤφθη μέσφι τοῦ ἥπατος ὅλῃ τῇ κοινωνίῃ ἐποιδέων· τοὔνεκεν πολλοῖσι ἀπάτη γίγνεται, ὡς τοιοῦδε οὐκ ἐόντος σπληνὸς, ἀλλὰ τοῦ ὑμένος πάθος. τὸ γὰρ περιτόναιον φλεγμαῖνον σφίσι δοκέει. ἀπηνὴς δὲ καὶ ἀτέραμνος ὅκως λί-

fertas evacuationes, ultimamque virium dejectionem aegri prae imbecillitate, quemadmodum in profluvio sanguinis usu venit, aliquando interierunt. Adfectum tutius solvit sudor, si is copiose effundatur: nam in hydropicis non ita multum humescit cutis. Morborum jecinoris hic esto finis. Si jecur suppuret, * * * juvenes, aliique ad constantem aetatem; minus feminae. Causae sunt imbecillitas et valetudo longa, praesertim post *dysenteriam* et ξυντηξίας (i. e. *tabes*) siquidem etiam istos ξυντηκτικοὺς (i. e. *tabefactos*) adpellarunt, qui post ulcera jecinoris extenuati interierint.

Cap. XIV. [*De lienis adfectibus.*] Lieni familiaris longus est adfectus, qui *scirrhus* dicitur; sed viscus hoc non ita facile suppurat. In scirrho subest dolor non asper, tumor autem ingens, ipsius lienis superficie major: siquidem lienis in dextra parte visus est, ita intumescens, ut totum usque ad jecur intervallum occupaverit. Quae res multos decepit, qui hunc non lienis, sed membranae adfectum esse crediderunt; etenim *peritonaeum* inflammari existimabant. Caeterum in scirrho lienis hujusmodi ple-

θος. τοιόσδε τὰ πολλὰ ἐπὶ σκίῤῥῳ γίγνεται σπλὴν, εὖτε καὶ ἀπορίη ξύνεστι παντελής. ἢν δὲ καὶ ἐμπυΐσκῃ εὐαφὴς μὲν, εἴκων ἐπὶ τῇ θήξι κατὰ κορυφὴν, ἔνθα ἡ τοῦ πύου γέννα· ὅπῃ δὲ ἀνεκπύητος, οὐκ εἴκει. ἄλλοτε δὲ τῇ κοιλίῃ ἅπας ἐπαιώ[50]ρηται τῇδε κἀκεῖσε πρὸς τὰς ἀπώσιας φερόμενος, ἔς τ᾽ ἂν σμικρότερος ἐὼν χώρην ἐς τὸ ἐμπλώειν ἴσχῃ. ναυτίη, ἀπορίη μάλιστα πρὸς τῇσι ῥήξεσι· ἐπὶ δὲ τάσιος σημήϊα, πυρετοὶ, πόνοι καὶ ῥίγεα. τὰ πολλὰ γὰρ ἔασι· ἄριγοι δὲ ἐπὶ βραχείῃ θέρμῃ καὶ ἀνώδυνοι. τῇδε καὶ λέληθέ κοτε ἐς σπλῆνα ἀπόστασις. μανὸν γὰρ καὶ ἐπαναίσθητον καὶ ἐν ὑγίῃ τὸ σπλάγχνον· οἰδαλέοι, ὑδερώδεες, μελάγχλωροι ξὺν δυσφορίῃ, ἡ δύσπνοια ὡς ἀπὸ βαρέος τοῦ θώρηκος. ἐπίδηλον γὰρ τὸ κακόν· ἄχρι τῶν ἄνω γαστὴρ πίμπλαται ὑπὸ πνεύματος παχέος, ὁμιχλώδεος, ὑγροῦ, ὡς δοκέειν, οὐκ ἔτ᾽ ἐόντος ὑγροῦ· βὴξ, πολλὸν θυμὸς ἐγγίγνεται, καὶ βραχέα ξηρὰ βήσσουσι, κοιλίη ἤν τι κάτω φέρῃ ὑδατώδεα, τὸ πρῶτον σμικρὸν ἐπικουφίζουσα· εἰ δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἐκδιδῷ, ξυντήκει μὲν τὸν ἄνον·

rumque est: durus ac renitens, tanquam lapis; sub quo ingens premit molestia. Quodsi suppuret etiam, mollior est, et in vertice, qua pus nascitur, tactui cedit: sed illic, ubi puris expers est, resistit. Nonnunquam lienis totus in ventre suspenditur, et huc illucve impulsus recedit, quamdiu parvus remanserit, et fluctuandi spatium habuerit. Nausea et anxietas tum maxime premunt, cum instat ruptio. Incrementi notae sunt febres, dolores, horroresque: etenim hi plerumque comitantur; interdum tamen paululum incalescunt, horroribusque ac doloribus vacant; quae causa est, cur abscessus in liene notitiam aliquando effugiat; quia viscus rarum est, et etiam in sanitate sensus expers. Tumidi sunt: aqua inter cutem referti: coloris ex atro viridique permixti, inquieti: spiritus aegre trahitur, quasi pondere quodam opprimeretur pectus; malum etiam perquam noxium est. Venter usque ad summum *spiritu* repletur crasso nebulosoque, et ad speciem humido, cum revera non sit humidus; magna tussiendi cupiditas, sed pauca tantum et sicca extundunt. Alvus si quid infra reddit, id aquosum est, et primo malis aliquid

ὠφελέει δὲ οὐδὲν ἧττον· ἢν δὲ καὶ ἐκραγῇ, πῦον μὲν καθαρὸν πέπον οὔ κοτε ἐσσύθη, (44) ὑπόλευκον δὲ καὶ τεφροειδὲς, ἄλλοτε δὲ τρυγῶδες ἢ πελιδνόν· ἢν δὲ καὶ βαθυτέρη ἡ ἀπόστασις γένηται, καὶ μέλαν τὸ ὑγρόν· εὖτε καὶ τοῦ χυμοῦ τι τοῦ σπληνὸς ἔξεισι, συντακέντος. μετεξετέροισι δὲ καὶ ὅλα μέλεα τοῦ σπληνὸς ἠνέχθη. εὔλυτος γὰρ καὶ φύσι σπλήν· ἢν δὲ καὶ μὴ καθίστηται τῷ ἕλκεϊ, μίμνῃ δὲ ἐς πολλὸν χρόνον, ἀπόσιτοι, καχέκται, οἰδαλέοι, ἰδεῖν ἀπρεπέες, πολυελκέες πάντῃ· μάλιστα δὲ ἐς κνήμας. στρογγύλα, πελιδνὰ, κοῖλα, ῥυπαρὰ, δυσαλθέα τὰ ἕλκεα· τῇδ᾽ ἐπιξυντακέντες ὤλοντο· ἐπὶ δὲ σμικρῷ ὄγκῳ μετὰ σκληρίης, ἀντιτυπίης, ἀπονίη· διὰ τόδε πολλὸν χρόνον ζῶσι οἵδε· εἰ δὲ τοῦ πάθεος ἧττοιτο, χρεὼν ὕδρωψ ἢ φθίσις καὶ τοῦ σκήνεος τηκεδὼν ἐπιγίγνεται· ἀτὰρ ἤδε οὗτος ὁ τρόπος τοῦ ὀλέθρου σφέας τοῦ ζῆν ἐξάγει. παιδία μὲν οὖν καὶ νέοι παθεῖν τε ῥηΐτεροι καὶ ἀπαλλαγῆναι ῥηΐτεροι· γέροντες δὲ οὐκ εὐπαθέες μὲν, διαδρῆναι δὲ ἀδύνατοι· ἀτὰρ καὶ πρεσβῦται ἔλαθόν τινες ὑπὸ σπληνὸς

demit: postea, si largius profluxerit, extenuat quidem hominem, sed nihilominus juvat. Quodsi rumpatur jam abscessus, pus utique purum et concoctum non exit: sed subalbidum et cinereum, et quandoque faeculentum aut livens. Et si vomica profundior fuerit, niger quidem fertur humor, et aliquid una ex consumti lienis succo exprimitur; quibusdam etiam integrae visceris partes exeunt; siquidem lienis est natura dissolubilis. At si ulcus non sanescit, sed in longinquum tempus extrahitur, cibum fastidiunt: malo sunt corporis habitu: tumidi: adspectu foedi: crebra per universum corpus ac praesertim in cruribus oriuntur ulcera rotunda, livida, cava, sordida, sanatu difficilia: atque ita consumti intereunt. At in exiguo tumore cum duritia et renixu abest dolor: quo fit ut hi vitam longius producant; sed si ab adfectu superentur, necessario hydrops aut phthisis et corporis tabes supervenit; quo mortis modo e vita decedunt. Pueri et adolescentes morbis his facilius implicantur, et facilius liberari possunt; senes non ita saepe corripiuntur, sed adfecti nequaquam convalescunt; seniores etiam nonnulli sine mali notitia

διαφθαρέντες. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ σμικρῷ ὄγκῳ τοῦ ὀλέθρου σφίσιν ἡ ῥοπή· φέρει δὲ καὶ νοῦσος μακρὴ, φθινώδης, καὶ νέοισι ἀργίη μάλιστα, ὁκόσοισι ἀπ᾽ ἀγωνίης ἢ γυμνασίων πολλῶν, ἄπονον τὸ σῶμα. χωρία ἑλκώδεα, ὕδατα πλατέα, ἁλμυρὰ, βρομώδεα· ὡρῶν τὸ θηριῶδες μετόπωρον.

Κεφ. ιέ. [Περὶ ἰκτέρου.] Ἢν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος ἢ κροκοειδέος ἢ τῆς μελαγχλώρου, ἐς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γένηται, τὸ πάθος ἴκτερος κι[51]κλήσκεται, χαλεπὸν μὲν ἐν ὀξέσι· οὐ γὰρ μόνον πρὸ ἑβδόμης κτείνει φανὲν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἑβδόμην ἔκτεινε μυρίους· σπανίως δὲ εὖτε ἔκρινε πυρετὸν ἐς τέλος τὸ πάθος, ἀλλ᾽ αὐτὸς οὐ ῥηϊδίως λύεται· ξυνίσταται δὲ οὐκ ἐπ᾽ αἰτίῃ μοῦνον ἥπατος, ὅκως τισὶ τῶν ἰητρῶν δοκέει, ἀλλὰ κοιλίῃ καὶ σπληνὶ καὶ νεφροῖσι καὶ κώλῳ· καὶ ἐφ᾽ ἥπατι μὲν ὅδε· ἢν φλεγμάνῃ ἡμῖν ἢ σκίῤῥον ἴσχῃ τὸ ἧπαρ, ἄτρεπτον δὲ τὸ ἐς ἐργασίην ἔῃ, τίκτει μὲν ἐν τῷ ἥπατι χολήν· καὶ διακρίνει

vitio lienis sunt absumti: nam e parvo tumore hi feruntur in exitium. Hos adfectus morbus infert longus, tabificus: et adolescentibus praesertim otium, cum post certamina multasque exercitationes corpus desidiae tradiderint. Iisdem opportura sunt loca palustria, aquae crassae, salsae, virosae. E tempestatibus auctumnus gravis.

Cap. XV. [*De ictero sive morbo regis.*] Si bilis coloris flavi, ovi vitello similis vel crocei vel ex atro viridique permixti, per omne corpus ex aliquo viscere diffundatur, morbus vocatur *icterus.* Is in acutis affectibus cum periculo fit; etenim non modo, cum ante septimum diem ortus fuerit, mortem solet inferre, sed etiam post hunc superveniens plurimos interemit: quod tamen raro evenit, si febrem iste perfecte judicaverit; verum ipse non ita facile discutitur. Contrahitur autem non e jecinoris tantum, ut quibusdam medicis videtur, sed e ventriculi quoque et lienis et renum colique intestini vitio. Porro in jecinore ita fit; si jecur inflammatione aut scirrho laboret, cibusque non rite in eo conficiatur, is in jecore bilem creat, quae per vesicam, in hoc viscere sitam, se-

τήνδε ἡ ἐν ἥπατι οὖσα κύστις· ἀλλ' ἢν αἱ φέρουσαι ἐς τὸ ἔντερον τὴν χολὴν ὁδοὶ ὑπὸ τῆς φλεγμασίης, ἢ τοῦ σκίῤῥου φραχθῶσι, πλημμυρῇ δὲ ἡ κύστις, παλίσσυτος ἡ χολή· τῷ αἵματι οὖν μίσγεται. τὸ δ' αἷμα, ἐς πᾶν τὸ σκῆνος φοιτέον, ἄγει τὴν χολὴν παντὶ τῷ σώματι· γίγνεται δ' ἡ ἰδέη χολῆς· λευκὰ δὲ καὶ ἀργιλώδεα τὰ σκύβαλα. οὐ γὰρ γίγνεται χολήβαφα, ὅτι περ οὐκ ἴσχει τοῦ χυμοῦ τὴν ἐπιῤῥοήν· τῇδε καὶ γαστὴρ ἐπίξηρος· οὔτε γὰρ ὑγραίνεται οὔτε δάκνεται χολῇ· χροιὴ δὲ, τοῦ λευκοχρόου εἴδεος· ἐπὶ σπληνὶ δὲ ἢν ἴκτερος φανῇ, μελάγχλωρος· μέλαινα γὰρ αὐτέου ἡ τροφὴ, ὅτιπερ ἐκμαγεῖόν ἐστιν αἵματος μέλανος, οὗ τὴν ἀκαθαρσίην ἐοῦσαν οὐ δέχεται, οὐδὲ ἐκπονέει νοσέων ὁ σπλήν· ἡ δὲ ξὺν τῷ αἵματι πάντῃ φοιτῇ. διὰ τόδε μελάγχλωροι ἀπὸ σπληνὸς ἰκτέρου· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι σκυβάλοισι τοῖσι ξυνήθεσι, ἔτι καὶ με(45)λαντέρη χροιή. τῆς γὰρ σπληνὸς τροφῆς τὸ περιττὸν ἐς ἔξοδον περίττωμα γίγνεται, καὶ ἐπὶ κώλῳ καὶ γαστρὶ ἴκτερος, ἥνπερ εἰς πέψιν ἡ γαστὴρ καὶ τῷ κώλῳ κα-

cernitur. At si viae, quae bilem in intestina deferunt, vel inflammatione vel scirrho obstruantur, et ista exundet vesica, bilis retro fluit: itaque sanguini commiscetur, qui per omne corpus dimanans bilem quoque in omnia membra secum trahit. Inde corporis species bile tingitur: stercus autem album est argillaeque simile, neque bilis colore tinctum, quoniam humoris istius adfluxu caret: unde alvus etiam sicca est, quia bile neque madescit, neque stimulatur; color est e specie albida. Quodsi a liene oriatur icterus, color est ex atro viridique permixtus; nam istius visceris alimentum nigrum est, quia sanguinem atrum quasi deterget, ejusque sordes lienis, cum adficitur, neque suscipit, neque elaborat: eae vero cum sanguine ubique diducuntur; quamobrem, in *ictero a liene* color est, qualem esse supra diximus: adsueta quoque stercora magis nigrescunt, quoniam id alimenti, quod abundat in liene, tanquam recrementum, per has vias expellitur. Fit etiam e *colo* et *ventre icterus*, si in utroque vitiata sit concoctio: nam in colo haec efficitur, ab eoque ad jecur deducitur

Ed. Oxon. [51.] Ed. L. B. (45.)

κωθῇ· καὶ γὰρ καὶ ἐν κώλῳ πέψις, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἡ ἐς τὸ ἧπαρ ἀναγωγὴ τροφῆς. ἢν οὖν ὠμότερον τὸ ἧπαρ τὴν ἄλλην τροφὴν λάβῃ, τὴν μὲν ἰδίην ἐργασίην πονέει, τὴν δὲ ὀθνείην ἐᾷ. τὸ γὰρ ἐν τῇ ἀναδόσι αἷμα τὴν ἀεργίην τὴν τοῦ κώλου ἐπέχον διασπείρει παντὶ χεόμενον· ἀπεψίη δὲ ἡ ἐν κώλῳ χολῆς ἐστὶ ἐργασίη. ὧδε καὶ ἐπὶ παντὶ γίγνεσθαι σπλάγχνῳ δυνατὸν ἴκτερον, οὐ μόνον τῶν ἐς τὸ ἧπαρ πεμπόντων τροφὴν, ἀλλὰ κἢν ἀπὸ ἥπατος λαμβάνῃ. οὐ γὰρ ὀχετοῖσι αἰσθητοῖσι μοῦνον ἡ φύσις παντὶ διαπέμπει τὴν τροφὴν, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἀτμοῖσι, οἵπερ ἀπὸ παντὸς εἰς πᾶν ἐνεχθῆναι ῥηΐδιοι, τῆς φύσιος αὐτοὺς καὶ διὰ στερεῶν καὶ πυκινῶν ἀγούσης· γίγνονται οὖν οἱ ἀτμοὶ χολόβαφοι, καὶ χρώζουσι, ᾗ ἂν ἵζωσι τοῦ σώματος. οὐ μὴν ἐπὶ κῶλον ἡ τῆς κοιλίης ἔκκρισις λευκή. ἀσινὲς γὰρ τὸ ἧπαρ ἐς γένεσιν, καὶ ἐκροὴν ἴσχει ἐπὶ ἔντερα χολῆς. δυνατωτάτη δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ παντὶ ἕξις ἴκτερον τεκεῖν. ἴσχει γὰρ καὶ ἐν ὅλῳ τὴν αἰτίην. ἔστι δὲ τοιήδε· παντὶ μὲν τὸ θερμὸν ἐς πέψιν, παντὶ δὲ ὑγρῶν γέννα καὶ διάκρισις, ἄλλων μὲν ἄλλη, ἑκάστῳ δὲ

alimentum; itaque si aliunde cibum jecur crudiorem susceperit, proprium quidem opus conficit, alienum autem omittit: nam in diffundendo sanguine eam partem, quae a colo inconfecta remanet, ubique distribuit: at ea, quae a colo est, inconcoctio bilem facit. Ita ex alio quovis viscere oriri potest icterus: non ex iis tantum, quae alimentum ad jecur mittunt; sed ex illis etiam, quae id a jecore recipiunt. Neque enim alimentum per canales tantum sensibus expositos, sed vel multo majorem ejus partem facile transeunt, a natura etiam per solida atque densa diducti; itaque vapores hi bile inficiuntur et cuicunque parti insederint, eam colore suo tingunt. Cum laborat colon, excretio non est albida: quia jecur neque in creanda bile noxam patitur, eique in intestina patentem habet exitum. Valentissimus etiam est ad gignendum icterum *totius corporis habitus:* quia jam in toto homine subest causa. Id autem hujusmodi est: ubique inest calor, concoctioni inserviens: ubique humorum procreatio ac secretio, aliorum

οἰκείη· ἐν σαρκὶ μὲν ἱδρὼς, ἐν ὀφθαλμοῖσι δὲ δάκρυον, ἐν ἄρθροισι δὲ καὶ ῥινὶ μύξη, ἐν ὠσὶ κυψελίς. ἢν [52] οὖν ἐς ἕκαστον ἔργον τὸ θερμὸν ἐγκάμῃ, αὐτὸ μὲν ἐς δριμὺ καὶ πυρῶδες ἐτράπη· τὰ δὲ ὑγρὰ πάντα γίγνεται χολή· πυρὸς γὰρ ἔργα πικρὰ καὶ χολόβαφα. ἢν δὲ καὶ ἐν αἵματι ἀπεψίη ξυμβῇ, γίγνεται τὸ αἷμα χολοειδὲς, σκίδναται δὲ παντὶ τρέφον· διὰ τόδε παντὶ φαίνεται χολή· δεινὸν μὲν γὰρ τὸ πάθος, φοβερὴ δὲ ἡ χρόη εἴδεϊ, καὶ χρυσοειδέες ἔασι τὴν χροιήν· οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ εὐπρεπὲς, ὅ γε ἐν λίθῳ καλὸν ἔῃ· περιττὸν δέ μοι φράζειν καὶ πόθεν τοὔνομα, πλὴν ὁκόσον τῶν χερσαίων ἰκτίδων τῶν τετραπόδων θηρίων. τοιοῖσι δὲ ἔασι οἱ ὦπες οἵδε. εἴδεα τοῦ πάθεος δοιά. ἢ γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν καὶ τὸ κροκῶδες ἐτράπη τοῦ λευκοχλώρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. τῶνδε μέντοι ἡ αἰτίη εἴδη δὲ καὶ χολῶν ἐστὶ αἰτίη· καὶ γὰρ τῆσδε ἡ μὲν ξανθὴ, λεπτὴ, διειδὴς, λεπτοτέρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν, ἡδὲ κατακορὴς, ὡς κρόκον, ἢ λέκιθον φάναι τοῦ αὐτοῦ εἴδεος. δευτέρη

quidem alia, sed singulis quaedam propria; in carne sudoris: in oculis lacrimarum: in articulis naribusque muci: in auribus ceruminis. Itaque si in singulis his operibus quasi delassetur calor, ipse in acre quoddam atque igneum immutatur, humoresque omnes in bilem abeunt; ignis etiam id, in quod operatur, amarum reddit ac bile tingit. Et si in sanguine cruditas fuerit, is bilis speciem refert et in omne corpus nutrimenti loco diffunditur; quapropter ubique bilis conspicitur. Acerbum sane malum; color specie horridus, qui in istis adparet aureus; neque enim quod in lapide pulchrum est, id etiam hominem decuerit. Mihi vero nomen icteri supervacaneum videtur exponere: excepto quod in animalibus terrestribus et quadrupedibus, quae *ἰκτίδες* (i. e. viverrae) adpellantur, oculi hujusmodi colore tincti sint. Species autem mali sunt duae. Color enim aut in flavum aut croceum ejus generis, quod ex albo viridique constat: aut in lividum atrumque convertitur. Ejus rei causa est bilis species diversae; altera flava, tenuis, perspicua, tenuioris generis quam illa, quae ad

δὲ μελαντέρης χροιῆς πρασίζουσα, ἰσσατώδης, μέλαινα· μυρίαι δὲ ἐν μέσῳ τῶν χροιῶν παραλλαγαί· παρὰ δὲ τὸ θερμὸν τουτέων καὶ τὰ ὑγρὰ ἡ τροπή. ἀλλὰ καὶ τὰ (46) σπλάγχνα τοῦδέ ἐστι αἴτια· ἢν ᾖ ξανθὸν, ὡς τὸ ἧπαρ· ἢ πελιδνὸν, ὡς ὁ σπλήν· ἢν μὲν ἐπὶ σπλάγχνῳ τινὶ ἴκτερος γένηται, ἐπὶ ἥπατι μὲν, τὰ ἥπατος προφανέα· ἐπὶ δὲ σπληνὶ, τὰ σληνός. ἕκαστα δὲ τὰ τῶν ἄλλων ἑκάστου· ἢν δὲ μηδενὸς φαίνηται, τῆς ὅλης ἕξιός ἐστι ἡ πάθη. διαφανῆ δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖσι λευκοτάτοισι ὀφθαλμοῖσι· μετώπου δὲ, πρὸς κροτάφοισι· μᾶλλον τοῖσι λευκοῖσι φύσι, καὶ ἐπὶ σμικρῷ ἰκτέρῳ ἡ χροιὴ μέζων ἐπανθέει. ὁκόσοισι μὲν οὖν μέλας ὁ ἴκτερος, χροῇ μελάγχλωροι, ῥιγώδεες, ἀδρανέες, ὄκνῳ εἴκοντες, ἄθυμοι, βρομώδεες δὲ τὴν ὀσμὴν, πικροὶ δὲ τὴν γεῦσιν, τὴν ἀναπνοὴν οὐκ εὔκολοι. γαστρὶ δακνώδεες, διαχωρήματα πρασοειδέα, ὑπομέλανα, ξηρὰ, μόλις διαχωρούμενα, οὖρα κατακορέα ἐπὶ τὸ μελάντερον. ἄπεπτοι, ἀπόσιτοι, ἄγρυπνοι,

lividum atrumque spectat, et colore saturo, tanquam crocus aut vitellus ovi, quae ad eandem speciem refertur: altera nigrior est, porri, aut isatidis herbae similis, atra. Inter haec autem infinitae sunt colorum varietates, quae a calore et humoribus efficiuntur. Ejusdem rei viscera quoque causae sunt; si flavum sit, ut jecur; aut lividum, ut lienis. Et si e viscere aliquo oriatur icterus, ut e jecinore, jecoris adparent notae; si e liene, signa lieni propria: itemque in singulis aliis sua prodeunt indicia; quae nisi extent, morbus fit e totius corporis habitu. Cutis etiam in albissimis oculorum partibus pellucida est, et in fronte juxta tempora: in iisque, qui natura albidi sunt, e levi ictero magnus efflorescit color. Ceterum ii, quos *icterus* invasit *niger*, colore inficiuntur ex atro viridique permixto: horroribus corripiuntur: imbecilles sunt: ignaviae cedunt: animo demissi: foedos odores sentiunt et amarum habent gustum; spiritum aegre trahunt; venter his quasi mordetur: dejectiones porraceae, subnigrae, siccae, vix expressae: urina nigricante quodam colore saturata; cibum non concoquunt et fastidiunt: vigiliis premuntur: mente

ἄθυμοι, μελαγχολώδεες. ἐπὶ δὲ τὸ λευκότερον χροιῇ μὲν λευκόχλωροι, γνώμῃ δὲ φαιδρότεροι· σιτίων ἄρξασθαι μὲν ὀκνηροὶ, ἐμφαγεῖν δὲ οὐκ ἀγενεῖς, πέψαι ῥηΐδιοι τῶν πρόσθεν μᾶλλον· διαχωρέουσι λευκὰ, ξηρὰ, ἀργιλώδεα, οὐρέουσι ξανθὰ, ὠχρὰ, κροκοειδέα. ἀμφοῖν δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα κνησμῶδες, θέρμη ἀνὰ ῥῖνας, σμικρὴ μὲν, δακνώδης δέ. ἀμύσσον τὸ χολῶδες· γεῦσις μὲν πικρῶν, οὐ πικρὴ τὸ θῶϋμα, οὐ μὴν γλυκέων· γλυκέων δὲ πικρή. ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίζουσα τῇ γλώσσῃ, ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεστῶν ἐντυγχάνουσα, τὴν αἴσθησιν σοφίζεται τήνδε. ἡ γὰρ γλῶσσα ἀναπιοῦσα τῆς χολῆς τῆσδε, οὐκ ἐκείνων αἰσθάνεται· καὶ τὸν μὲν πρόσθεν τὸν τῆς ἀποσιτίης χρόνον ἀτρεμέει ἡ χολή. ἀτὰρ οὐδὲ ἡ γλῶσσα τῷ ἤθεϊ ἄχθεται· ἢν δὲ ἀναζέσῃ γεύμασι ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεστῶν τὴν γλῶσ[53]σαν εἶδε κενεήν. ἤν τε οὖν πικρὸν ἔῃ σιτίον, πικρῶν αἴσθησις· ἤν τε γλυκὺ, χολώδεος. φθάνει γὰρ ἡ αἴσθησις τῆς χολῆς· ἀπάτη δὲ ξύνεστι τοῖσι ἡγευμένοισι τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεσθαι. οὐ γὰρ

dejecti sunt et melancholici. At in *ictero albiori* colore sunt ex albo viridique mixto: animo hilariori: cibum sumere piget, sed ubi ceperint, satis commode esitant, et melius quam priores concoquunt; alba, sicca, argillae similia dejiciunt: urinam reddunt flavam, pallidam, croci colore tinctam. In utraque specie totum corpus prurit: calor in naribus exiguus, sed mordax: bilis etiam partes vellicat. Amarorum gustus non est amarus, quae res profecto mira est, neque dulcis tamen: dulcium vero amarus; etenim bilis, quae in ore linguae insidet, gustui prius occurrens quam esca, sensum istum decipit: eamque lingua imbibens cibos non sentit; porro antea per abstinentiae tempus quiescit bilis, neque lingua solitum gustum aegre fert: at si cibis excitata bilis efferbuerit, iis haec objecta linguam exstimulare consuevit; itaque si esca sit amara, amari etiam sensus est: si dulcis ista, biliosi fit gustus; quia hanc bilis perceptio anticipat. Quare falluntur isti, qui amara videri dulcia existimant, cum res secus se habeat; quoniam enim, cum amarum quid in ore teneatur,

οὕτως ἔχει. ἀλλ' ὅτι μὴ ἐπὶ τῷ ἵζαῖνον πικρῷ πικράζεται μόνος διὰ τὸ ξύνηθες τῆς νούσου, φαντασίη γλυκάζοντος γίγνεται. ἡ ὡυτὴ δὲ κατάστασις καὶ ἐν γλυκέσι καὶ πικροῖσι γεύμασι· ἀπατηλῶν ἄρα γευμάτων προκάλυμμα ἡ χολή. ἢν μὲν οὖν μὴ ξὺν τινὸς σπλάγχνου θερμασίῃ φανῇ, ἀσινὲς μὲν ὡς ἐπίπαν, μακρότερον δέ· ἢν δὲ καὶ ἐγχρονίσῃ καὶ ἐπιφλεγμαίνῃ σπλάγχνον, ἐς ὕδρωπα τὰ πολλὰ καὶ καχεξίην τελευτᾷ. πολλοὶ δὲ καὶ δίχα ὕδρωπος ἐκτακέντες ὤλοντο. ξύνηθες δὲ μειρακίοισι νέοισι, καὶ τοῖσι δὲ ἀσινέστερον· παιδίοισι δὲ, οὐκ ἄηθες πάγχυ· οὐ πάντῃ δὲ ἀσφαλές.

Κεφ. ις'. [Περὶ καχεξίης.] Ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων καχεξίη τροπή. ἅπασαι γὰρ αἱ νοῦσοι τῆσδε ἀπότοκοι. ἀτὰρ καὶ ἥδε μούνη ἄνευθεν τῶν ἄλλων φαρμάκων ἐπίδοσιν ἔχουσα πολλὴν ἰλυώδεα, κατὰ (47) πρώτιστα γίγνεται πάθος· καὶ ἕξις μὲν κακὴ σχέδιος ξυνὴ πάντων, καὶ ξυμπτώ-

amaritiem, propterea quod huic e morbi natura adsueverint, non percipiunt, id dulcescere arbitrantur: cum ex amaris dulcibusque cibis idem sensus excitetur; ciborum itaque fallentium velamentum quoddam est bilis. Adfectus hic si absque visceris cujusvis inflammatione oriatur, plerumque sine noxa est, sed diu inhaeret; at si vetus etiam esse coeperit, et praeterea viscus aliquod inflammetur, in hydropem ut plurimum et cachexiam desinit; multi quoque sine hydrope consumti intereunt. Huic adolescentes juvenesque opportuni sunt, quibus minus etiam officit; eodem pueri neque infrequenter admodum, neque penitus secure laborant.

Cap. XVI. [*De cachexia, sive malo corporis habitu.*] Omnibus pariter adfectibus originem praebet *malus corporis habitus;* siquidem ex hoc morbi procreantur omnes. Sed et hic ipse, quando corpus ex malorum medicamentorum adsumtione, magna materiae quasi lutulentae copia vitiatur, citra quemvis alium adfectum, protinus ab initio morbus fit per se. Et *malus* quidem *habitus*, saltem in levi gradu, omnibus adfectibus communis est: et hunc symptomata multa comitantur, cui rei nomen ipsum signo

ματα πολλὰ, καὶ οὔνομα τόδε ξύμβολον· ἰσχνότης δὲ ἢ ἄχροος ἢ οἶδος καὶ εἴ τι ἕτερον πρόσκαιρον ἀνὰ τὸ σῶμα· καχεξίη δὲ ἑνὸς μεγάλου πάθεος ἰδέη, καὶ τοῦδε τοὔνομα· ἡ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἐς τὰ πάντα εὐεξίη, καὶ ἡ ἐς πέψιν ἢ ἐς ἀνάδοσιν αἵματος γέννα· ἠδὲ πᾶν ἔργον φύσιος, ἐφ' οἷσι εὔπνοια, εὐτονίη, εὐχροίη, τὸ πρόσθεν ὑγείη. ἢν δὲ ἐς ἀσθενίην κακοχυμίης ἡ φύσις τραπῇ, τόδε ἐστὶν ἡ καχεξίη· ἡ νοῦσος ἥδε δυσαλθὴς, ἠδὲ μήκιστον κακόν. καὶ γὰρ τίκτεται χρόνῳ μακρῷ, καὶ οὐδὲ ἐπὶ μιῇ τοῦ σώματος κακίῃ, καὶ οὐδὲ ἐπὶ σπλάγχνῳ ἑνί· ἀλλὰ γὰρ τῶν ἁπάντων τροπῇ ἐς πονηρόν. τοιγαροῦν τὰ ἀπότοκα τοῦδε νοσήματα, ἄφυκτα γίγνεται, ὕδρωπες, ἢ φθίσιες, ἢ ξυντήξιες. καὶ γάρ τι καὶ τῆς καχεξίης προφάσιες ἀδελφαὶ τῆς ξυντήξιος ἔασι. ἡ δὲ νοῦσος μικρὴ δυσεντερίη ξυνεχής· νούσων ὑποστροφαὶ ἐνίοισι. εὐσιτίη μὲν γὰρ, καί τοι καὶ προσφέρονται πολλά. ὠμῶν δὲ καὶ ἀτρέπτων ἡ ἀνάδοσις. ἐργασίη γὰρ τροφῆς ἡ ἐς πέ-

est; fitque extenuatio aut pallor aut tumor aut aliud quid in corpore ad tempus permanens. *Cachexia* vero unius cujusdam adfectus ingentis species est: idque ei nomen inditur. *Bonus* enim hominis ad omnia *habitus*, et ad cibi concoctionem, ejusque distributionem (quod sanguinem procreat) et ad singula naturae opera, respirationem reddit facilem, vires firmas, colorem vividum, et sanitatem adsuetam facit. At si natura imbecillis fuerit, utpote in vitiosos humores immutata, id mali genus *cachexia* est. Morbus hic sanationem aegre recipit, et diutissime inhaeret; siquidem longo quoque tempore procreatur, neque ex uno aliquo corporis vitio, neque in uno quovis viscere generatur, sed ex omnium rerum permutatione in deterius; quocirca morbi, qui ab hoc enascuntur, insanabiles evadunt, sive *hydropes*, sive *phthises*, sive *tabes*; *tabi* enim cum cachexiae causis quaedam intercedit cognatio. Morbus iste parva quaedam est et continua *dysenteria*; sed quibusdam adfectus per intervalla revertitur: neque enim cibi cupiditas abest, sed contra multum adsumunt: is autem crudus immutatusque digeritur, quoniam alimenti confectio ad concoctionem necessaria deficit. Causa

ψιν ἄπορος. αἰτίη δὲ καὶ αἱμοῤῥοΐδων ῥόου ἐπίσχεσις, ἢ ἐμέτων ξυνήθων ἀπαλλαγή· γυμνασίων ἀργίη, αὐασμὸς ἱδρώτων, καὶ μεγάλων πόνων ῥαθυμίη· [54] εὖτε τῶν παρεόντων ἕκαστον, ὡς τὸ μηδὲν οὐκ ἐπιστρέφειν. βάρος τοῦ σκήνεος, ὦχρος ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, γαστὴρ φυσώδης, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ὕπνοι βαρέες, νωθροί. ἀλλὰ τάδε ῥεμβώδεα μὲν γιγνόμενα νούσου ἀπιστίην ἴσχει· ἢν δὲ ῥιζώσαντα μίμνῃ, μηδὲ ἀπιέναι ἐθέλῃ, μεγάλου κακοῦ ἐστὶ σύμβολα. ἑσταότες μὲν οἰδαλέοι πόδας τε καὶ κνήμας, κατακλινόμενοι δὲ τὰ κεκλιμένα μηρία· κἢν ἐναλλάξῃ τὴν κατάκλισιν, τὸ εἶδος ἐπ᾽ ἐκεῖνα φοιτῇ· ὑγροῦ τε ἢ ψυχροῦ ἐς τὸ βάρος περίοδος. ἢν γὰρ ἡ θέρμη τὸ ὑγρὸν ἐξατμίζῃ, τοῦδε οὐκ ἀναχεομένου, εἶτα καταῤῥέει. εὔσιτοι μὲν πολλῶν σιτίων. ἀδηφάγοι κάρτα. ἀνάδοσις ταχυτέρη πέψιος, ὠμοτέρων μᾶλλον ἢ ἀπέπτων. ἐξανέργαστον δὲ ἡ θρέψις. ἀλλὰ τόδε οὐκ ἐν τῷ ὅλῳ πέσσεται ὑπὸ τῆς φύσιος. ἡ γὰρ ἐν τῇ κοιλίῃ τοῦ θερμοῦ ἀτο-

morbi solet esse *haemorrhoidum* profluvii suppressio, vel usitatae vomitionis desuetudo, aut exercitationum omissio, aut sudorum exsiccatio, aut ab ingentibus laboribus otium. Quando enim horum singula, quae aderant, non amplius revertuntur, tunc sequitur corporis gravitas: pallor subinde rediens: alvus inflatur: oculi concavi: somni graves torpidique. At haec, si vago more invadant, morbi imbecillitatem significant· sin confirmata inhaereant, neque depelli possint, malum vehemens censendum est. Aegro stante, pedes illi tibiaeque intumescunt: eodem decumbente partes inclinatae in tumorem adsurgunt: et si decubitum immutaverit, tumor etiam in alium locum transfertur. Frigoris et humoris cum gravitate fit circuitus; nam si calor humorem evaporet, cum ille non jam per corpus dimanet, hic rursus influit. Multos utique cibos adpetunt, et valde sunt edaces; alimentum citius digeritur quam concoquitur, idque crudum et incoctum in corpus abit: nam ejus haud elaborata est confectio; neque vero idem in universo corpore a natura concoquitur: quia eadem est in ventriculo et in toto corpore caloris imbecillitas; quapropter

νίῃ καὶ ἐν τῷ σκήνεϊ ὁμοίῃ. τοιγαροῦν οὐδὲ χρηστὸν, οὐδὲ εὔχρουν αἷμα γίγνεται, καὶ ἐπὴν ὠμὸν ὅλον τὸ σῶμα πλησθῇ, καὶ ἡ ἐς τὰ σιτία ὄρεξις οἴχηται τῆς καχεξίης ὧδε μέσφι στομάχου νεμομένης, καὶ τοῦ πάθεος κορυφὴν ἴσχοντος ἤδη, οἰδαλέοι μὲν, ἀδρανέες δὲ, καὶ ἐς πᾶσαν πρῆξιν ἄθυμοι. κοιλίη δὲ ξηροτέρη. ἄχολα τὰ πολλὰ καὶ λευκὰ, τρηχέα, καὶ ὠμὰ διαχωρέουσι. τὸ σκῆνος αὖοι, ἀνίδρωτες, κνησμώδεες, ὕπνος ἑδραῖος μὲν οὐδαμῇ, κεκλιμένῳ δὲ νυσταγμός. βραδύπνοοι, σφυγμοὶ ἀμαυροὶ, ἀσθενέες, πυκνοί· πυκνότατοι δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ σμικρῇ πρήξι. ἆσθμα δὲ ἐπὶ τοῖσδε ἡ ἀναπνοή· φλέβες ἐ(48)πὶ τοῖσι κροτάφοισι ἐπηρμέναι ἀσαρκίῃ τῶν πέριξ· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι καρποῖσι πολὺ μέζονες διοιδέουσαι, μελάγχλωρον τὸ αἷμα. ἐπὶ τοῖσδε φθίσις, ἢ σύντηξις, ἀναπνοὴ, ἀνὰ σάρκα ὕδρωπα, ἤ τιν᾽ ἀσκίτην ἤγαγε. καὶ τῶνδε ἄφυκτος ἡ γέννα. φέρουσι δὲ ἡλικίαι, γῆρας, καὶ οὐκ ἀποδιδρήσκουσι. παῖδες ταχὺ παθεῖν τε εὔκολοι καὶ ἀπαλλαγῆναι ῥηΐτεροι· ἀκμάζοντες οὐ πάγχυ μὲν παθεῖν

sanguis neque bonus, neque recti coloris procreatur. Cumque crudis corpus omne succis jam refertum fuerit, et cibi cupiditas desierit, *cachexia* ad ventriculum usque eodem modo serpente, morbique consistente jam incremento, tumidi et imbecilles fiunt, et negotio cuivis aversissimi: alvus sicca est, et stercora plerumque sine bile, albida, aspera et cruda dejicit. Corpus aridum est, sudoris expers, pruriginosum: somnus neutiquam firmus accedit, sed, ubi decubuerint, dormituriunt: spiritum lente trahunt: pulsus obscurus, debilis, creber et post levem quamlibet actionem creberrimus: ubi respiratio etiam cum anhelitu fit. Venae in temporibus elatae, eo quod caro adjacens emarcuerit; illae quoque, quae in carpis sunt, multo majores redditae in tumorem attolluntur; sanguis atro colore cum viridi intinctus. His superveniens *phthisis* aut *tabes hydropem*, sive hunc, qui *anasarca*, sive illum, qui *ascites* dicitur, inducit; quorum procreatio nullam omnino sanationem recipit. Cachexiam infert ex aetatibus senecta, neque mortem haec evadit; pueri facile tentantur, et faci-

ἕτοιμοι· οὐ πάμπαν δὲ ἀπαλλαγῆναι εὔκολοι. ὥρη δὲ οὐ μίη φέρει τόδε, οὐδὲ ἐς μίην τελευτᾷ· ἀλλὰ φθινόπωρον μὲν κύει, χειμὼν τιθηνεῖ, ἔαρ δὲ ἐς κορυφὴν τελεσφορεῖ, θέρος δὲ κτείνει.

lius etiam convalescunt; aetate consistentes huic adfectui non ita valde patent, sed nec eo ita facile liberantur. Idem neque una tempestate invadit, neque una desinit; sed auctumno creatur: hieme alitur: vere ad summum perducitur: aestate interimit.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΧΡΟΝΙΩΝ ΠΑΘΩΝ ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Oxon. [55. 56.] Ed. L. B. (48.)

[55] [56] Κεφ. α΄. [Περὶ ὕδρωπος.] Ὕδρωψ ἀτερπὲς μὲν ἐσιδεῖν πάθος, χαλεπὸν δὲ καὶ παθεῖν. διαδιδρήσκουσι γὰρ τόδε πάγχυ παῦροι ἐπ᾽ εὐτυχίης, καὶ θεῶν μᾶλλον ἢ τέχνης· τὰ γὰρ μέζονα πάντα ἰῶνται μοῦνοι θεοί. ἢ γὰρ ἐν σπλάγχνῳ καιρίῳ νόσημα φωλεῦσαν ἔτρεψε εἰς καχεξίην τὸ πᾶν, ἢ τὸ ξύμπαν σκῆνος λοιμοῦ κατάρξαντος ἐς κακοχυμίην ἤμειψε τὰ σπλάγχνα· εὖτε ἄλλοισι ἄμφω ἐς τὸ

ARETAEI CAPPADOCIS DE CAVSIS ET SIGNIS DIVTVRNORVM MORBORVM LIBER SECVNDVS.

Cap. I. [*De hydrope.*] Hydrops malum non modo visu injucundum est, sed et perpessu grave; nam ex eo paucissimi evadunt, idque felicitate quadam ac deorum potius quam artis auxilio: majoribus enim soli dii medentur malis. Hic enim aut in nobili viscere delitescens morbus totum corpus in malum permutavit habitum: aut ipsum corpus, velut pestilentia quadam universe prius adfectum viscera in pravos humores convertit; ubi utraque

Ed. Oxon. [56.] Ed. L. B. (48. 49.)

κακὸν ξυντιμωρέει· ἀσινὲς δὲ οὐδὲν, ἐξ οὗπερ καὶ σμικρὴ τῇ φύσι γίγνοιτο ἂν ἐπικουρίη· ἔστι δὲ ἐς ἐπομβρίην ῥεῦμα ψυχρὸν, παχὺ, ὁκοῖον ἡ ὀμίχλη τῷ παντί· ἢ τροπὴ ὑγρῆς καὶ ψυχρῆς αἰτίης, ἐς τοιῆνδε ἕξιν ἑτεροιούσης τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ τὸ ἐν τῇ κοιλίῃ τῇ κάτω ἀλλόμενον ὑγρὸν ὕδρωπα καλέομεν· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ πάθος τῇδέ ἐστι, ἀλλ' ὅτε ξυμπαρομαρτέει τῇ νούσῳ ὁ ὄγκος, τὸ οἶ(49)δος, ἡ χροιὴ, ἥδε ἐς τὸ ὕδωρ ξυντήκουσα ἕξις, ὕδρωψ τέ ἐστι καὶ καλέεται. κὴν γὰρ ἐκραγῇ κοτὲ τὸ ὕδωρ αὐτομάτως ἔξω, ἢ ταμών τις τὸ ὑποχόνδριον ἐκχέῃ, ἐφ' ἕδρης ἔασι οἱ ὑδρωπιώδεες. ἡ μὲν οὖν πρωτίστη αἰτίη καχεξίη· ἰδέαι δὲ πλεῦναι, ἧς ἀτὰρ ὄνομα ἕτερον καὶ ἕτερον. ἢν μὲν γὰρ ἡ παρέγχυσις ἔνυγρος ἐν τῇσι λαγόνεσι ἐμπλώῃ, καὶ ἀπὸ τῆς πρήσιος ἐν τοῖσι πατάγοισι δοκέῃ πως τυμπάνῳ, τυμπανίης κικλήσκεται. ἢν δὲ ὕδωρ ἅλις ἐς τὸ περιτόναιον ἐμπεριέχηται, ἐμπλώῃ δὲ τῷ ὑγρῷ τὰ ἔντερα, καλέομεν ἐπίκλησιν ἀσκίτην· ἢν δὲ αἱ λαγόνες μὲν μηδὲν τουτέων ἴσχωσι, τὸ πᾶν δὲ παροιδαίνῃ

vicissim inter se in perniciem hominis conspirant, neque ulla pars noxae expers remanet, quae vel mediocrem naturae opem possit adferre. Est autem fluxio frigida, crassa, quasi nebula, quae totum corpus humectat: aut humidae frigidaeque causae conversio, quae hominem in hujusmodi habitum permutat. Neque enim humorem, in inferiori ventre collectum, *hydropem* adpellamus; siquidem in hoc loco vitium non est. Sed cum morbum tumor sequitur, et inflatio et coloris foeditas, hic in aquam habitus colliquescens et est *hydrops*, et ita dicitur. Nam tametsi aqua interdum sponte prorumpat, vel incisis praecordiis emittatur, morbus tamen hydropicis confirmatus remanet. Praecipua hujus mali causa est *malus habitus*. Species autem variae sunt, quae diversa etiam habent nomina. Nam si humida quaedam suffusio circum ilia fluctuet, et ex inflatione tympani sonum quodammodo venter ictus referat, *tympanias* vocatur. At si multum aquae in peritonaeo continetur, humorique intestina innatant, *ascitem* dicimus. Verum si in ilibus nihil horum fiat, sed universum intumescat corpus, idque alba, frigida et crassa

σκῆνος, ἢν μὲν ἐπὶ λευκῷ φλέγματι καὶ παχέϊ καὶ ψυχρῷ, φλεγματίης καλέεται· ἢν δὲ ἐς χυμὸν αἱμάλωπα, ὑδατώδεα, λεπτὸν συντακῶσι αἱ σάρκες, ἀνὰ σάρκα γίγνεται ὕδρωψ· κακὴ μὲν ἡ ἑκάστου ξύστασις. οὐ κακίων δὲ πολλόν τι ἡ τῶνδε ἐπιμιξίη. τῶνδε γὰρ ἀμφὶ τὰς λαγόνας εἷς ἑνὶ τῶν ἀνὰ τὸ πᾶν ξυμβῇ γέ κοτε· χαλεπώτατος δὲ, ἢν ὁ τυμπανίας τῷ ἀνὰ σάρκα μιχθῇ· καὶ γὰρ ἰδίῃ τῶν μὲν ἀμφὶ τὰς λαγόνας ἀσκίτου τυμπανίας χερείων, τῶν δὲ ὅλου τοῦ σκήνεος ὁ λευκοφλεγματίας τοῦ ἀνασαρκα μείων, ἐπιεικὴς μὲν ὢν, ἐν ἀπελπίστοισι, ἢν ὁμοίως ξυστῇ τῷ μείονι· κακίων δὲ εἴ τις τῶν μειόνων ἑνὶ τῶν μεζόνων ἐς τωυτὸ ξυμβῇ· ἢν δὲ ἐς ἄκρας ἡ μίξις ἅμ᾽ ἥκηται δυοῖν μεγάλοιν, μέζον κακὸν τὸ ἔγγονον. [57] σημεῖα δὲ μέγιστα καὶ ῥήϊστα ἰδεῖν καὶ θιγέειν καὶ εἰσακοῦσαι· ἐπὶ μὲν τῷ ἀσκίτῃ ἰδέειν ὄγκον ἐν τῇσι λαγόσι, οἶδος ἀμφὶ τὼ πόδε· πρόσωπα δὲ καὶ βραχίονες καὶ τὰ ἄλλα ἰσχνὰ, οἰδέουσι ὄρχιές τε καὶ πόσθη, καὶ ὁ ξύμπας καυλὸς σκολιὸς ἐξ ἀνίσου τοῦ οἴδεος. θίγειν ἠδὲ ἐρεί-

pituita repleatur, *phlegmatiam* nominamus. Si vero in humorem grumosum, aqueum atque tenuem colliquescat caro, *hydrops ἀνὰ σάρκα* (i. e. inter cutem) dictus oritur. Periculosa sane horum singulorum constitutio est, multo tamen pejor plurium inter se commixtio; nam eorum, qui in ilibus fiunt, alter alteri ex his, qui totum corpus occupant, consociari nunquam potest. Pessimum autem est, si *tympanias anasarcae* jungatur; nam ex his, qui in ilibus contrahuntur, *tympanias* per se gravior est *ascite:* et ex istis, qui in toto corpore consistunt, *leucophlegmatias anasarca* levior. Itaque mitis videtur, ut in rebus fere desperatis, minor cum minore pariter altero mixtus. Gravius autem malum est, si unus e minoribus majorum alteri jungatur. Id adhuc vehementius est, si majores duo perfecte coëant in unum. Notae vero adsunt maximae, quae visui, tactui et auditui facillime patent. Nam in *ascite* tumor in ilibus pedibusque adspicitur: vultus et brachia aliaeque partes extenuantur: testiculi cum praeputio intumescunt, totusque colis e tumoris inaequalitate tortuosus fit. Si partem aliquam secundum ilia, impressa

σαντά πη τὴν χεῖρα καταλόγον εἰσωθεῖν. τὸ γὰρ ὑγρὸν ἐπὶ τὰ ἄλλα μέρεα μεταῤῥέει· ἀτὰρ καὶ ἐν τῇσι τοῦ ἀνθρώπου τῇδε ἢ τῇδε ἐπιστροφῇσι, ἐς τὰς μετακλίσιας τὸ ὑγρὸν, ὄγκον τε καὶ κλύδωνα ποιέει, ἐσακούειν τε καὶ τοῦ κλύδωνος· ἀλλὰ κἢν πη τὸν δάκτυλον ἐρείσῃς, ὁ χῶρος γίγνεται κοῖλος, ἐς χῶρόν τε πουλὺν μίμνει κοῖλος. τάδε μὲν τὰ ἀσκίτου· τυμπανίης δὲ πρὸς τῇ τοῦ ὄγκου θέῃ καὶ ἀκοῦσαι ἐστὶ δονέων. ἢν γὰρ πατάξῃς τῇ χειρὶ, τὸ ἐπιγάστριον δονέει οὐδὲ μεταχωρέει τὸ πνεῦμα ἐν τῇσι ἐπιστροφῇσι. πνεῦμα γὰρ, κἢν μετακλιθῇ τὸ ἀμπέχον ἄνω τε καὶ κάτω ἴσον πάντῃ μένει· ἢν δὲ ἐς ὀμίχλην καὶ ὕδωρ τρέπηται τὸ πνεῦμα· καὶ γὰρ ἀσκίτης ἀπὸ τυμπανίου· ἀμείβεται μὲν, ἢν μὴ ἐς τέλος τραπῇ κοτὲ, ἡμιτελὴς μεταῤῥέων. ὁ δὲ ἀνασάρκα ἠδὲ τοῦ λευκοῦ φλέγματος, τὰς μὲν λαγόνας ἴσχουσι κενεὰς, οἰδαλέοι ἔασι καὶ πρόσωπα καὶ βραχίονας· ἀτὰρ ἠδὲ ὁκόσα τοῖσι ἄλλοισι κενεὰ, τοῖσδε γίγνεται πλήρεα. φλέγμα μὲν γὰρ λευκὸν ἐπὶ τῷ λευκῷ φλεγματίᾳ συνίσταται, ψυχρόν τε καὶ παχύς· τοῦδε ἐμπίπλαται τὸ πᾶν, οἰδαίνει δὲ τὸ πρόσωπον,

manu, intro pellas, humor in aliam partem transfluit: verum etiam, ubi corpus hac illacve convertitur, ad inclinatum latus aqua tumorem ac fluctuationem facit, cujus etiam exaudiri potest sonus; porro si digitum ullibi inprimas, locus cavus fit, et ita diu permanet. Haec utique sunt *ascitis* signa. *Tympanias* autem, praeterquam quod in eo tumor videtur, auribus quoque sonum reddit: nam si ventrem manu percusseris, abdomen resonat; neque in conversione corporis spiritus locum mutat: spiritus enim natura est, ut quamquam locus ambiens sursum vel deorsum inclinet, ipse maneat undique aequalis, at si spiritus in nebulam quandam et aquam immutetur, (siquidem e *tympania* fieri potest *ascites*) is etiam locum mutat, et si perfecta nondum fuerit conversio, e dimidio tantum fluit. Ceterum in *anasarca* et *leucophlegmatia* vacua sunt ilia: vultus et brachia intumescunt: quaeque in aliis inania reperiuntur, in his humore opplentur. Nam in *leucophlegmatia* alba et frigida contrahitur pituita, qua corpus to-

(50) αὐχήν τε καὶ βραχίονες· παχὺ δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἀπὸ τοῦ οἴδεος· μαζοὶ δὲ ἐς ὄγκον αἴρονται, ὁκόσοι νέοι ἀκμὴν ἔοντες ἐν εὐτυχίῃ τῆς ἡλικίης· ἐπὶ δὲ τῷ ἀνασάρκα τηκεδὼν τῆς σαρκὸς ἐς χυμὸν σαρκοειδέα, ἰχώρ τε αἱμάλωπος, ὁκοῖος ῥέει ἀπὸ ἐντέρων ἕλκεσι· τοιόσδε καὶ ἐπὶ θλάσμασι ἀπὸ βάρεος ἐμπεσόντος, ἢν τάμῃς τι ἐπιπολὺ, ὁ χυμὸς ἐκρέει· ἢ δὲ τῶν δυεῖν ἐπιμιξίῃ ἀμφοῖν ἴσχει τὰ σημήϊα· ξύμπασι δὲ ὁμοῦ ξύνεστι, ὦχρος, δύσπνοια, βὴξ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε νωθέες, ὄκνος πουλὺς, ἀπόσιτοι· ἢν δέ τι προσαίρωνται, κῆν βραχὺ καὶ ἄφυσον, φυσώδεες, διατάσιες ὡς ἀπὸ πλησμονῆς· ἄνικμοι. διὸ οὐδὲ ἐπὶ λουτροῖσι ἰκμαλέοι. λευκοὶ, γυναικώδεες· οἱ δὲ ἀνάσαρκα, μελάγχλωροι, μελανόφλεβες. ἀσκίτῃσι μὲν καὶ τυμπανίῃσι ἐπιφανέες καὶ εὐπρόσωποι καὶ καρποῖσι καὶ ἐπιγαστρίῳ. ἐπὶ δὲ τοῖσι ἀνὰ σάρκα καὶ τῷ φλεγματίῃ οἴδεϊ ἅπαντα κρύπτεται, ὕπνοι βαρέες, νωθροὶ,

tum impletur: facies, collum atque brachia in tumorem attolluntur: unde abdomen etiam crassescit: mammae quoque adsurgunt juvenibus, iisque qui in aetatis flore consistunt. Verum in *anasarca* caro in humorem carnis similem colliquescit: et concreta quaedam et cruenta sanies, qualis ab intestinorum fertur ulceribus, qualisve fit in membro ab incidenti onere contuso, sicubi superficiem incideris, ex ea plerumque effluit. Ceterum cum duae simul species commiscentur, utriusque subsunt notae. In omnibus pariter contingit pallor, spirandi difficultas, ac tussis subinde repetens: tardi sunt atque admodum pigri: cibum fastidiunt, vel si quid adsumant, quamquam exiguum, quodque inflare non adsuevit, inflationibus replentur, et distentiones, tanquam e nimia satietate, percipiunt: corpus madore vacat, quo fit ut vel in balneis sudor ex his nequeat elici: albidi et effeminati sunt. At hi, qui *anasarca* laborant, colorem habent ex atro viridique permixtum, venas quoque nigras, quae in *ascite* et *tympania* conspicuae sunt, et in vultu et in carpis et in abdomine: omnia vero in *anasarca* et *leucophlegmatia* prae tumore penitus occultantur. Somni graves, torpidi, exigui: animi dejectio,

σμικροὶ, ἀψυχίη, σμικρολογίη, φιλοζωΐη· καρτερίη οὐκ ἀπ' εὐθυμίης καὶ εὐελπιστίης ὅκως τοῖσι ἐν εὐτυχίῃ, ἀλλ' ἐξ αὐτέου τοῦ πάθεος, οὔτε φατὸν τὴν αἰτίην θωυμάσαι· τὸ δὲ μέγα. ἐπὶ μέν γε ἄλλοισι οὐ πάμπαν ὀλεθρίοισι οἱ νοσέοντες ἄθυμοι, κατηφέες, ἔραται τοῦ θανάτου· ἐπὶ δὲ τοῖσι εὐέλπιδες καὶ φιλόζωοι γίγνονται. ἄμφω δὲ τὰ ἐναντία τίκτουσι αἱ νοῦσοι. [58] γίγνεται ὕδρωψ καὶ ἐξαπίνης κοτὲ ἐπ' ἀθρόῃ ψυχροποσίῃ, ἢν ὑπὸ δίψιος χανδὸν πολὺ ψυχρὸν ἐγχέῃ ὕδωρ, εἶτα τὸ ὑγρὸν ἐς περιτόναιον ἐνεχθῇ· δι' ἃ δὲ τῇσι κοιλίῃσι τὸ ἔμφυτον θερμὸν κατεψύχθη, ἔπειτα εἰς τοὺς κενεῶνας σταγόνες ἐκρέουσι, αἳ πρόσθεν εἰς διαπνοὴν ἐξηερούμεναι διεφοροῦντο. τόδε οὖν εἰ γίγνεται, ῥηΐτέρη ἡ τῶνδε ἴησις, πρίν τι τῶν σπλάγχνων ἢ ὅλον τὸν ἄνθρωπον παθεῖν. ἀτὰρ ἠδὲ ἔδεσμα φυσῶδες καὶ ἀπεψίη καὶ βούπρηστις ἔτεκον ὕδρωπας· ἔστι δὲ ξυνὸν πάντων τὸ κακὸν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, ἡλικίης πάσης, ὁκόσον ἄλλοι ἐς ἄλλο εἶδος ἔασι ὥριοι, ἀνάσαρκα παῖδες ἠδὲ τοῦ λευκοῦ φλέγματος· νέοι δὲ

et parsimonia, et vivendi desiderium. Patientes non ex alacritate ac bona spe, velut ii, qui prosperis rebus utuntur, sed ex ipsa morbi natura: cujus rei causa exponi non potest, sed mirari tantum id licet, quod sane magnum est; namque in aliis haud omnia perniciosis adfectibus aegri demissi sunt, et dejecti, et mortis cupidi: sed in his bonae spei et amantes vitae; quas duas res contrarias ipsi efficiunt morbi. Hydrops nonnunquam repente contrahitur e copioso frigidae potu, cum prae siti quis multam avide aquam hauserit, quae postea fuerit in peritonaeum delata; unde fit ut in utroque ventre refrigeretur innatus calor, ac deinde in ilia guttae confluant, quae antea per transspirationem evaporatae digerebantur. Id itaque si inciderit, curationem facilius recipit, priusquam viscus aliquod aut totus homo sit adfectus. Ceterum et cibus inflans et cruditas et buprestes hydropes aliquando procreant. Est autem malum omnibus commune, et viris et feminis, et aetatibus, cum eo tamen, ut alii in aliam speciem magis proclives sint. Pueri *anasarcae* et *leucophlegmatiae*

μέχρι ἀκμῆς, οἱ κατὰ λαγόνας πλήσμιοι· γέροντες μὲν πάντα παθέειν ἕτοιμοι, ἀπόθερμοι· ψυχρὸν γὰρ τὸ γῆρας· ἀλλ' ἐς ὑγροῦ πλῆθος ἔασι ἀναίτιοι. τοῖσδε οὖν τυμπανίης ξυνήθης. ἅπαντα μὲν οὖν πονηρὰ τὰ εἴδεα· τουτέστι ὕδρωψ γὰρ πάντων τῶν νοσημάτων κακόν· ἀλλὰ τουτέων λευκοφλεγματίης μὲν εὐηθέστερος. πολλὴ γὰρ καὶ ποικίλη ἐπὶ τοῦδε ἡ εὐτυχίη· ἱδρῶτος ἢ οὔρων ἢ κοιλίης κοτὲ ἐπ' αὐτέοις κατεῤῥάγη, λυομένης ἤδη τῆς τοῦ ὕ(51)δρωπος ἕξιος. χαλεπὴ δὲ τυμπανίης, καὶ τοῦδε ὁ ἀνὰ σάρκα μᾶλλον· τὸν δὲ ἰητρὸν ἐν τῷδε πάθεϊ ὅλον χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἀλλάξαι. τόδε μέντοι οὐδὲ θεοῖσι ῥήϊτερον. ὑδεριᾷ δὲ καὶ ἐν σμικρῷ κοτὲ ἄνθρωπος, ἢ κεφαλὴν ἐπὶ ὑδροκεφάλῳ, ἢ πνεύμονα μοῦνον, ἢ ἧπαρ, ἢ σπλῆνα, καὶ ἐπὶ γυναικῶν ὑστέρη. καὶ τῶν ἄλλων ἥδε εὐαλθεστέρη. ἢν γὰρ τὸ στόμιον ἀνῇ ἐκ τῆς πρόσθεν μύσιος, ὑγρὸν μὲν εἰ ἔχοι, ἐκχέει ἔξω. ἢν δὲ πνεῦμα ἐξεφυσήθη τόδε· ἢν δέ τι ἀνὰ σάρκα ἡ ὑστέρη πάθῃ, ὡς ἐπίπαν ὅλη

patent. Juvenes usque ad constantem aetatem his, qui calore vacant; senectus enim frigida est, sed humoris contrahendi inidonea: quamobrem his *tympanias* frequentius incidere consuevit. Ceterum omnes species periculosae sunt; hydrops quippe omnium morborum perniciosissimus est. Ex his vero levissimus videtur leucophlegmatias; nam multae variaeque hujus prospere finiendi offeruntur occasiones: et, soluto jam hydropico habitu, aqua per sudorem aut urinam aut alvum prorumpit. Gravis autem tympanias, eoque gravior adhuc *anasarca* est; nam in hoc adfectu medicus totum permutare hominem debet, quod ne a diis quidem ipsis facile potest effici. Porro in exigua nonnunquam parte hydropem homo patitur; ut in capite, qui adfectus vocatur *hydrocephalus:* aut in pulmone tantum: aut in jecinore, aut in liene. In feminis etiam eodem malo laborat uterus, quod reliquis facilius quoque curatur; nam si ejus osculum e pristina constrictione relaxari coeperit, iste vel humorem intro conclusum profundit; vel spiritum, si is illic retentus fuerit, efflat; at si quid ex anasarca patiatur uterus, tota plerumque mu-

ἡ ἄνθρωπος ὑδεριᾷ· ἰδέῃ τὶς ἑτέρῃ ὕδρωπος ἧδε γιγνώσκεται, κύστιες σμικραὶ, συχναὶ, πλήρεες ὑγροῦ, ἐγκέονται τῷ χωρίῳ ἔνθα ὁ ἀσκίτης ξυνίσταται· ἀτὰρ ἢν ἐμπλέωσι τῷ πολλῷ ὑγρῷ· τέκμαρ δέ· ἢν γὰρ τετρήνας τὸ ἐπιγάστριον ἐκχέῃς ἐπὶ βραχείῃ φορῇ τοῦ ὑγροῦ, ἔνδοθεν ἂν ἐπέφραξεν ἡ κύστις, κῆν τὸ ὄργανον διώσῃ, αὖθις ἐκρέει· τόδε μέντοι τὸ εἶδος οὐκ εὐῆθες. πόθεν γὰρ ἂν ἐκπέσωσι αἱ κύστιες, ὁδὸς οὐκ εὔπορος· λόγος δὲ μετεξετέροισι ὅτι ἧκόν κοτε δι' ἐντέρων τοιαίδε κύστιες· ἐγὼ δὲ οὐκ ὄπωπα, διὰ τόδε νῦν οὐδὲν γράφω· οὐδὲ γὰρ περὶ αὐτέων ὅ τι λέξω. εἴτε γὰρ ἐκ τοῦ κώλου, ἢ τῆς γαστρὸς ἡ φορὴ, τίς ὁ τρόπος τῆς ξυστάσιος· ὁδὸς γὰρ ἐς ἔξοδον ἁπάντων δι' ἕδρης εὐρόης· ἡ δὲ αὐτοῦ τοῦ ὑγροῦ τῆς ἐν λαγόνι ξυλλογῆς, ἄπιστος ἡ τῶν ἐντέρων ῥαγή. οὐ γὰρ ἀσινὲς οὐδ' ἀνώλεθρον τρωθὲν ἔντερον.

[59] Κεφ. β'. [Περὶ διαβήτεω.] Θῶυμα τὸ διαβήτεω πάθος, οὐ κάρτα ξύνηθες ἀνθρώποισι· σαρκῶν καὶ με-

lier hydropica est. Aliam quandam hydropis speciem videmus, quae hujusmodi est: vesiculae exiguae, crebrae, humore plenae, in loco, ubi fieri solet *ascites*, continentur; ceterum et humori multo innatant. Hoc hujusmodi adfectus indicium est: si perforato abdomine liquorem educas, postquam paulisper fluxerit, vesicula intus concludet exitum: at si instrumentum rursus immiseris, iterum aquae profluet. Id genus mali grave est; quaenam enim istis inveniri potest exeundi via? sunt quidem, qui tales vesiculas per intestina prodiisse memorant; quod equidem ipse nunquam vidi, ideoque in scriptis nihil adfirmo. Neque sane, quid de hac re dicam, invenio, nam si e colo aut ventriculo provenerint, quonam pacto coagmentari poterant? etenim exitus per sedem ad omnium rerum excretionem lubricus est ac patens. Aeque etiam incredibile est, collectionem in ilibus fuisse factam, ac deinde per viscerum ruptionem apertum esse transitum; siquidem neque innoxium est, neque citra perniciem fieri potest intestini vulnus.

Cap. II. [*De diabete.*] Mirus quidam adfectus est *diabetes*, neque inter homines admodum frequens. Est

Ed. Oxon. [59.] Ed. L. B. (51.)

λέων ἐς οὖρον ἡ ξύντηξις ὑγρὴ καὶ ψυχρὴ, ὅκως ἐν ὕδρωψι αἰτίη. ὁδὸς δὲ ἡ ξυνήθης, νεφροί τε καὶ κύστις. οὐ γὰρ διαλείπουσι οὐρέοντες. ἀλλὰ ὅκωσπερ ἐξ ἀφέξιος ὀχετῶν ἄπαυστος ἡ φορή. χρονίη μὲν ἡ τῆς νούσου φυὴ, μακρῷ κυΐσκεται χρόνῳ· βραχύβιος δὲ ἄνθρωπος, ἢν ἡ κατάστασις τελεσθῇ· ὀξείη γὰρ ἡ τηκεδὼν, ταχὺς δὲ ὁ θάνατός ποτε, καὶ βίος αἰσχρὸς καὶ ἐπίπονος, δίψος ἀκρατές· πολυποσίη ἀνισόμετρος οὔροισι πολλοῖσι· πλεῖον γὰρ ἐκρεῖ τὸ οὖρον, καὶ οὐκ ἂν ἐπίσχοι τὶς αὐτέους, οὔτε πίνοντας οὔτε οὐρέοντας. ἢν δὲ ἐπ' ἀκαρὲς ἀντίσχωσι, ἢν μὲν τοῦ πιεῖν, ἄνικμοι μὲν τὸ στόμα, αὐαλέοι δὲ τὸ σκῆνος· τὰ δὲ σπλάγχνα καίεσθαι δοκέουσι, ἀσώδεες, ἄποροι, οὐκ ἐς μακρὸν θνήσκουσι· πυριφλεγέες δίψαι. ἀπουρέειν δὲ τίς ἂν ἐπίσχοι τρόπος. ἢ τίς αἰσχύνη πόνου κρέσσωνι. ἀλλὰ κἢν ἐς μικρὸν ἐγκρατέες γένωνται, παροιδέουσι ὀσφὺν, ὄρχιας καὶ ἰσχία· κἢν ἀνῶσι, ἐκχέουσι μὲν τὸ οὖρον ἀλέα· τὰ δ' ἐποιδέοντα ἐξαίρεται. ξυνδίδοται γὰρ ἐς κύστιν ἡ πλημμύρα· κἢν μὲν

autem carnis membrorumque in urinam colliquatio. Hujus, quemadmodum in hydrope, causa est humida ac frigida. Per adsuetas autem vias, renes scilicet et vesicam, humor profluit. Neque enim cessant unquam mingere, sed, veluti cum aperiuntur rivi, continua fit effusio. Morbus hic longo tempore naturaliter inhaeret, longoque tempore procreatur. Sed ubi jam consummata sit ejus constitutio, homo non diu superest: nam cita colliquatio est et festina mors. Vita etiam foeda, ac prae dolore inquieta; sitis intolerabilis: potiones multae, quarum tamen modum excedit urina multo abundantior: neque eos quisquam vel a bibendo vel a mejendo inhibeat. Nam si vel temporis punctum a bibendo sibi temperent, os inarescit, corpus siccum est: viscera sua exuri videntur: moleste atque anxie agunt, neque ita multo post e vita decedunt: siti interim, velut igne succensa, vexantur. Mictum vero ipsis quaenam ratio suppresserit, aut quaenam tanta verecundia est, ut dolore sit potentior? nam si paulisper urinam continuerint, intumescunt iis lumbi testi-

τελεσθῇ τὸ κακὸν, εὔσημον· ἐπὴν δὲ μέλλῃ, ἄνικμοι τὸ στόμα, σίαλος λευκὸς, ἀφρώδης, ὅκως ἀπὸ δίψεος, καὶ οὐδέκω δίψος. ὑποχονδρίων (52) βάρος· αἴσθησις ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐς κύστιν θέρμης, ἢ ψύξιος, ὅκως πρόσοδος πορέοντος τοῦ νοσήματος· ἀτὰρ ἤδε οὐρέουσι τοῦ ξυνήθεος μικρόν τι μᾶλλον· δίψος τε, ἀλλ' οὐδέκω μέγα. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον αὔξηται, θέρμανσις μικρὴ μὲν, δακνώδης δὲ, ἐνίζουσα τοῖσι σπλάγχνοισι· ἐπιγάστριον ῥυσσοὶ, ἐπίφλεβοι, ἴσχνοι δὲ τὴν ὅλην ἕξιν, εὖτε καὶ ἡ οὔρησις, καὶ τὸ δίψος ἐπαυξέα γίγνεται ἤδη κοτέ· κῆν ἐς ἄκρον τὸν καυλὸν ἡ συναίσθησις φανῇ, εὐθὺς οὐρέουσι. τῇ δέ μοι δοκέει καλέεσθαι διαβήτης ἐπίκλησιν, ὁκοῖόν τι διαβητησέων, οὕνεκεν ἐν τῷ σκήνεϊ τὸ ὑγρὸν οὐ μίμνει, ἀλλὰ ὅκως διαβάθρῃ τῷ ἀνθρώπῳ ἐς ἔξοδον χρέεται· διαρκέουσι δὲ ἐς χρόνον τινὰ, εἰ καὶ μὴ κάρτα πολλὸν, ὅτι πονέοντες οὐρέουσι, τηκεδὼν δὲ γίγνεται δεινή· οὔτε γάρ τι ἐκ τῆς πόσιος μέγα ἐς τὸ σκῆνος ἔρχεται, καὶ

culique et coxae; et si hanc reddant, confertim et copiose mingunt, partesque tumidae subsidunt, quoniam humoris exundatio in vesicam defertur. Quodsi malum jam consummatum fuerit, id evidenter adparet, sed, ubi instat, oris adest siccitas: saliva alba fit, et tanquam in siti spumans, sitis tamen nondum premit: praecordiorum gravitas. At ubi jam invasit morbus, sensus quidam frigoris aut caloris percipitur, a ventre ad vesicam pertingentis. Urinae aliquanto plus, quam e consuetudine excernunt: sitis fit, sed nondum vehemens. Ubi vero magis increverit, calor exiguus quidem, sed mordax visceribus inhaeret: abdomen rugosum: venas extantes habent, totumque corpus tenue: jamque urinae profluvium ac sitis magis magisque augescunt, et cum extremum colem vitii consensus attigerit, urinam illico profundunt. Atque hinc equidem adfectum *diabetem* vocatum esse arbitror, perinde ac si *διαβήτην* (i. e. siphonem) hunc dixeris; quia humor in corpore non remanet, sed homine, tanquam canali quodam, ad effluendum utitur. Ad aliquod tempus durant, licet haud admodum diu: quia cum dolore mingunt, et colliquatio cita est; neque enim ex potione quip-

ξυναπέρχεται τῶν σαρκῶν ἐς τὰ οὖρα μυρία· αἰτίη δὲ ὀξέων νούσων τὶς ἀπέσκηψεν ἐς τόδε, καὶ ἐν κρίσι κρύβδην τὸ κακόηθες ἐγκατέλιπον αἱ νοῦσοι. οὐκ ἀδόκητον καὶ δηλητήριόν κοτε τήνδε τὴν [60] αἰτίην ἴσχειν τῶν ὁκόσα κύστι καὶ νεφροῖσι ἐνσκήπτει· ἀτὰρ εἰ ἐδάκη τὶς ὑπὸ τῆς διψάδος, τοιῇδε τοῦ ἕλκεος ἡ πάθη· διψὰς δὲ τὸ ἑρπετὸν θηρίον, ἢν δάκῃ τινὰ ἄσχετον δίψος ἐξάπτει. πίπτουσί τε ἄδην οὐκ ἐς δίψος ἄκεος, ἀλλ' ἐς τὴν τῆς κοιλίης πλημμύραν ἀκορίῃ ποτοῦ· ἢν δὲ ἀλγέῃ τὶς περιτάσιος τῆς κοιλίης, καὶ ἀχθέῃ, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐπίσχῃ ἐς μικρὸν, αὖθις ἄδην πίνουσι διψῶντες, καὶ ἥδε τῶν κακῶν ἡ ἀμοιβή. συντιμωρέει γὰρ ἀλλήλοισι δίψος καὶ ποτόν. ἄλλοι δὲ οὐκ οὐρέουσι. οὐδέ τις ἄλλη τοῦ πινομένου διαπνοή. τοιγαροῦν ἀκορίῃ μὲν τοῦ ποτοῦ, πλημμύρῃ δὲ ὑγροῦ, περιτάσι δὲ τῆς κοιλίης, ἐξεῤῥάγησαν ἀθρόως.

Κεφ. γ'. [Περὶ τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς παθῶν.] Νε-

piam memorabile in corpus abit, et carnium magna pars cum urina emittitur. Hujus mali causa acutus aliquis morbus esse potest, qui per crisin maligni quoddam in corpore clam relinquens, in hoc vitium postea desierit. Neque incredibile est, perniciosum aliquod venenum ex his, quae renes et vesicam infestant, causam hujus morbi aliquando existere. Quin etiam, si quem serpens momorderit, quae *dipsas* adpellatur, idem adfectus ulceri supervenit; *dipsas* enim, animal reptile, in eo, quem morsu vulneraverit, sitim accendit immodicam: isque plurimum bibit, quod tamen siti non medetur, cum interea prae inexplebili potionis desiderio venter exundet. Ac si cui forte e distentione doleat, et gravetur alvus, ideoque a bibendo homo paulisper abstineat, rursus tamen siti coactus adfatim potat, atque ita haec invicem sibi succedunt mala; nam et sitis et potio in perniciem hominis inter se conspirant. Quidam ex his urinam non reddunt, neque humor epotus per alia quaevis corporis spiramenta excernitur; quo fit ut ob insatiabilem bibendi aviditatem et inundationem humoris ventrisque distentionem repente disrumpantur.

Cap. III. [*De renum adfectibus.*] Renes natura

φροὶ τὴν φυὴν μὲν ἀδενώδεες, χροιὴν δὲ ἐρυθρότεροι, ὁκοῖόν τι ἧπαρ μᾶλλον ἢ μαζοὶ, καὶ ὄρχιες. καὶ γὰρ καὶ οἵδε ἀδένες· ἀλλὰ λευκότεροι. σχῆμα δὲ διδύμοισι ἴκελοι, πλατέες μᾶλλον ἐστᾶσι ἅμα καὶ καμπύλοι. κοιλίαι δὲ σμικραὶ ἰσθμοειδέες ἐς τὴν τῶν οὔρων διήθησιν. ἐκπεφύκασι δὲ ὀχετοὶ νευρώδεες, ὁκοῖόν τι αὐλοὶ ἀφ᾽ ἑκατέρου. ἐμπεφύουσι δὲ οἵδε τοῖσι ὤμοισι τῆς κύστιος ἑκάτερθεν. ἴση δὲ τῶν οὔρων ἀπὸ νεφρῶν ἡ ὁδὸς ἐς κύστιν· ἀμφὶ δὲ τῆσδε τοὺς νεφροὺς καὶ τοὺς πόρους τούσδε, πολλὰ καὶ ποικίλα γίγνεται πάθεα, τὰ μὲν ὀξέα, ἐν αἱμοῤῥαγίῃ καὶ πυρετοῖσι, καὶ φλεγμονῇσι κτείνοντα, ὁκόσα μοι λέλεκται· τὰ δὲ χρόνια τηκεδόνι λύοντα τὸν ἄνθρωπον, ἀνώλεθρα μὲν, αναλθέα δὲ καὶ ξυναποθνήσκοντα· χρόνια οὖν, ἀποστάσιες, ἕλκεα, λίθων γέννα, αἱμοῤῥοΐδες. ἕλκεα μὲν ἐξ ἀποστάσιος, μήκιστα δὲ δυσαλθέα πάντα τοῦ ἀνθρώπου. τῶν λίθων δὲ χρονίη μὲν ἡ γέννα· ὀδυνώδεες σφηνώσιες. οὐ γὰρ ῥηΐστη ἡ διέξοδος· χαλεπὴ δὲ οἱ πρὸς τοῖσι καὶ ἡ τῶν οὔρων ἐπίσχεσις. ἀλλ᾽ εἰ εἰσὶ πολ-

glandulosi sunt, sed colore rubicundiores, jecinori potius similes quam mammis testiculisque: hi enim glandes sunt, sed albidiores: renes autem testiculorum figuram referunt, magis lati tamen et incurvi. His sinus insunt exigui, collo angustiori, percolandae urinae inservientes; e quibus nervosi duo exeunt, fistularum instar, canaliculi, qui vesicae humeris utrinque inseruntur: et ab utroque rene aequalis est ad vesicam urinae via. Circa renes et canales hosce multi variique oriuntur adfectus; quorum alii sanguinis profluvio, et febribus, et inflammationibus acute interimunt: (horum autem supra mentionem fecimus:) alii longo temporis spatio hominem tabe absumunt, et quamquam non statim mortiferi sint, curari tamen nequeunt, et usque ad mortis diem comitantur. Itaque ex diuturnis malis sunt, *abscessus*, *ulcera*, *calculorum procreatio*, *sanguinis profusiones*. *Ulcera* ex *abscessu* in homine omnia diutissime inhaerent, et ad sanitatem aegre perducuntur. *Calculorum procreatio* longa est; et ex iis obstructiones cum ingenti dolore fiunt, quia perdifficiliter transeunt: ad haec torquet urinae suppressio. Quodsi plu-

λοὶ (53) σμικροὶ, ἀλληλουχίῃ μίμνουσι· ἢν εἷς μέγας ἐμφραχθῇ, καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν νεφροῖν ξυμβῇ τάδε, ἐς οὔρων σχέσιν, καὶ διάτασιν, ὀλιγήμεροι θνήσκουσι. εὖτε μέντοι ἡ φύσις ἐπιμήκεα καὶ ἰσομεγέθεα τοῖσι οὐρητῆρσι τὴν κοιλίην τῶν νεφρῶν τεύξασα, σμικροῖς ἄρα μέζονα. ὅκως ἂν ἢν ἄνω συστῇ λίθος, ῥηΐστην ὁδὸν τὴν ἐς κύστιν ἴσχῃ. διὰ τόδε καὶ ἐπιμήκεες οἱ λίθοι γίγνον[61]ται· πρὸς γὰρ τοῖσι οὐρητῆρσι τὰ πολλὰ πήγνυνται· καὶ ὁκόσοι τῇδε ἐς πάχος ἄνισοι, λεπτοὶ μὲν ἔασι τὰ πρόσω, διὰ τοὺς οὐρητῆρας στενοτέρους ἐόντας· παχέες δὲ, διὰ τὸ τοὺς νεφροὺς κάτω ῥεῖν. ἐγγίγνονται δὲ τοῖσι νεφροῖσι μοῦνον, ἀλλὰ τοῖσι διαπύροισι. οὐδὲ ἕδρην γὰρ ἐν τοῖσι οὐρητῆρσι, οὐκ ἴσχουσι οἱ λίθοι, ἀλλὰ τὰ ψαμμία σὺν τοῖσι οὐρητῆρσι κάτω διαπλέει· τάπερ καὶ σημήϊα καὶ ὕλη τοῦ πάθεος γίγνεται· ἢν δὲ ἐμφραχθῇ κοτὲ τῇ κοιλίῃ μέζων τελεσθεὶς, πόνοι τῆς ὀσφύος ἀμφὶ τὰς ψόας μέσφι τῶν μέσων πλευρέων. πολλοῖσι γοῦν ἀπάτη πόνου, ὡς ἀπὸ πλευρίτιδος· βάρος ἰσχίου, κατὰ ῥάχιν δυσ-

res et exigui fuerint, et viam, sese invicem apprehendentes, intercludant, vel unus propter ejus magnitudinem locum obstruat, ac idem in utroque rene contingat, ex urinae suppressione, partiumque distentionibus, mors intra paucos dies sequitur. Sed natura sinus renum oblongos et ureteribus aequales fabricavit, exiguis item calculis ampliores: eo consilio, ut, si in superioribus partibus hi concrescerent, expeditum in vesicam iter invenirent. Hac de causa calculi quoque sunt oblongi, quippe qui in ureteribus ut plurimum coagmententur; et quotquot his in locis crassitudine fuerint inaequali, in priori parte tenus sunt, propterea quod ureteres angustiores sint: a posteriori crassiores, quia renes deorsum vergunt. Oriuntur autem in renibus tantum, sed in his, qui igneo quodam calore effervescunt; neque vero in ureteribus sedem habent, sed per hos arenulae delabuntur, quae hujusce adfectus et materia sunt et indicium. Verum si quis major calculus in renis sinu perstiterit, dolor a lumbis circa musculos, *psoas* dictos, ad medias usque costas procedit: quae res multos decepit, ita, ut *pleuritidem* hanc esse ar-

καμπέες, ξυννεῦσαι χαλεπῶς· ἐπώδυνοι στρόφοι, βαρέες, ἀνέκλιστοι. τὸ γὰρ ἑλικοειδὲς ἔντερον. ἢν καὶ πλημμύρῃ τὸ οὖρον, καὶ διατάσιες, προθυμίη ἀπουρήσιος ὅκωσπερ ὠδίνων. φυσώδεες, ἀδιέξοδοι δὲ αἱ φῦσαι, πυρετοὶ δακνώδεες, ἐπίξηροι. αὐαλέη μὲν γλῶσσα, ξηρὴ δὲ ἡ κοιλίη· ἰσχνοὶ, ἀπόσιτοι· κἢν τι περισαίρωνται, οὔτε πέψαι οὔτε ἀναλαβεῖν ῥηΐδιοι. ἢν δὲ ἐς τὸν οὐρητῆρα ὁ λίθος ἐμπέσῃ, βρασμὸς ὡς ἀπὸ ῥίγεος, αἴσθησις τοῦ λίθου ὁδοιπορέοντος ξυνῷ ὁμοβιαίῳ, κἢν ἐς τὴν κύστιν ἐμπέσῃ, οὔρων ἅλις ὑδατωδέων ἔκχυσις, κοιλίης ἔξοδοι, φῦσαι, φυσώδεες, στομάχου κατάστασις, ἐρεύξιες, ἀνάπαυσις τῶν πρόσθεν κακῶν· προσεχύθη κοτὲ καὶ πρὸς τῶν οὔρων αἷμα, ἀναδορῇ τοῦ πόρου· ἀγωνίη δὲ δευτέρη τοῦ λίθου, ἡ διὰ τοῦ καυλοῦ διέξοδος. ἢν γὰρ μέζων τῆς οὐρήθρης ἔῃ, ἐνίσχεται πολλὸν χρόνον, καὶ πλημμυρεῖ ἡ κύστις, καὶ ἰσχουρίη νῦν ἐπαλγεστέρη· ξὺν γὰρ τῇδε καὶ οὐρητῆρες πίμπρανται· χαλεπωτάτη δὲ ἡ τῶν σκολιῶν ἔξοδος. καὶ γὰρ ἀγκιστροειδέας ὤπωπα, καὶ ἐπὶ τοῖς

bitrarentur; coxarum gravitas: dorsum aegre incurvatur, et in anteriorem partem difficulter additur; torsiones cum dolore et gravitate et convolutione quadam: quia sinuosum intestinum est. Quodsi urina etiam exundet, accedit distentio et mingendi cupiditas, sicut in partu fit mulieribus: inflationibus replentur, quas transmittere nequeunt: febres inhaerent mordaces atque aridae: lingua sicca: alvus adstricta: extenuatum corpus; cibum fastidiunt, aut si quid adsumant, id nonnisi aegre concoquere possunt, et digerere. At si in uretherem delabatur calculus, corporis fit concussio. Ubi vero in vesicam deciderit, uberrima urinae aqueae sequitur profusio: alvus redditur: flatus expelluntur: stomachus consistit: ructus prodeunt: dolores conquiescunt: lacerato nonnunquam uretere cum urina exit sanguis. At cum per colem transit calculus, nova jam contentio est; nam si urethra major exstiterit, is diu inhaeret, et redundat vesica, et urina jam cum dolore vehementiori supprimitur: etenim una cum hac ureteres etiam opplentur. Aegerrime autem tortuosi

πόροις ἐπιπωρώσιας. ἐπιμήκεες δὲ τὰ πολλὰ διαπλασσόμενοι ὑπὸ τῆς τῶν πόρων ἴξιος. χροιῇ δὲ ἄλλοι μὲν λευκοὶ, ἀργιλώδεες, τὰ πολλὰ παιδίοισι· ἄλλοι δὲ ξανθοὶ, κροκοειδέες, γέρουσι δὲ οἷσιπερ καὶ ἐν νεφροῖσι οἱ λίθοι ξυνήθεες. ἐν κύστι γὰρ παιδίοισι μᾶλλον. διτταὶ δὲ αἱ αἰτίαι τῆς πήξιος. γέρουσι μὲν τὸ σῶμα ψυχρὸν, παχὺ τὸ αἷμα· ψυχρὸν δὲ, τὰ πάθεα θᾶσσον πήγνυσι. τέκμαρ δὲ, τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν φύσι αἱ πηγαί· ἀποψυχθέντα γὰρ, εἰς πωρωειδέα λίθον πήγνυται. παιδίοισι δὲ πολλὸν ὑπὸ τοῦ αἵματος τὸ ἰλυῶδες ἑψηθὲν, γενέσιος ὅκως πῦρ τὴν ἕδραν ἴσχει. λίθων μὲν οὖν ἀμφὶ γενέσιος τοιῆδε πάθη. μετεξετέροισι ἐν περιόδοισι οὐρέουσι αἷμα, τοῖσι ἀπὸ αἱμοῤῥοΐδων ἰκέλη (54) ἥδε ἡ ξυμφορή· ὁμοίη δὲ καὶ ἡ τοῦ σκήνεος κατάστασις, ἔξωχροι, νωθροὶ, ἄπρηκτοι, ἀπόσιτοι, ἄπεπτοι· κἢν μὲν ἐκκριθῇ, ἔκλυτοι, πάρετοι τὰ μέλεα· κεφαλὴν δὲ κοῦφοι καὶ ἐλαφρότεροι· ἢν δὲ ἐς τὴν περίοδον μηδὲν ἐκρυῇ, κεφαλαλ-

exeunt: nonnullos enim hamatos vidi, et in meatibus obortas callosas quasdam carunculas; ut plurimum autem propter canalium rectitudinem in figuram efformantur oblongam. Colore alii sunt albo, argillaceo: cujusmodi in pueris plerumque nascuntur: alii colore flavo et croceo: qui in senibus magis reperiuntur; quibus etiam in renibus calculus usitatior est; pueris autem in vesica. Concretionis horum causae sunt duae; in senibus corpus frigidum, crassusque sanguis: frigus enim crassas materias citius cogit, cui rei indicio sunt aquarum naturaliter calidarum fontes, qui frigore in callosum quendam lapidem congelantur; at in pueris limosa multa materies a sanguine elixata generandis calculis originem praebet, tanquam ignis. Hi sunt e calculorum procreatione adfectus. Ceterum quidam per circuitus sanguinem mingunt: quibus *haemorrhoidum* profluvio similis est adfectus, eademque corporis constitutio: etenim pallidi sunt, et segnes, et ignavi: cibum fastidiunt et aegre concoquunt. Cumque sanguinem profuderint, membra ipsis languida et resoluta fiunt, caput tamen levius et expeditius. At si in circuitu nihil effluat, caput

γέες, ἀμαυροὶ τὰς ὄψιας, σκοτώδεες, ἀμφιδινεύμενοι· ἐντεῦθεν ἐπίληπτοι μυρίοι ἄλλοι, οἰδαλέοι, ἀπαχλυούμενοι, ὑδρωπιώδεες· ἄλλοι δὲ μελαγχολώδεες ἢ παράλυτοι. ἐπισχέσιος γὰρ αἱμοῤῥοίης ξυνήθεος, ἀπότοκα τῆδε. ἢν μὲν οὖν ἀπὸ νεφρῶν ἐκρέῃ τὸ αἷμα καθαρὸν, ἀμιγὲς οὔροισι, τὰ [62] πολλὰ ἐκρέει ἀπὸ κύστιος τῶν οὔρων τὸ αἷμα. φέρεταί κοτε καὶ ἀπὸ ῥήξιος τῶν νεφρῶν πολὺ ἀθρόον· ἀτὰρ ἠδὲ πάγον ἴσχει, καὶ γίγνονται θρόμβοι ὡς ἔξω χυθέν· ἐπάγῃ κοτὲ καὶ ἐν κύστι. εὖτε ἰσχουρίῃ γίγνεται δεινή. ἐπὶ δὲ τῇ ῥαγῇ ἕλκεα συμβαίνει χρόνια καὶ δυσαλθέα. τέκμαρ δὲ ἐφελκὶς ἢ ὑμένιον· εὖτε ἀράχνιον ἐρυθρὸν ἐκκριθὲν, ἢ πῦον λευκὸν οὐρηθὲν, ἄλλοτε μὲν καθαρὸν, ἀμιγὲς, ἄλλοτε δὲ οὔροισι ξυμμεμιγμένον· τοῖσδε χρὴ καὶ ἀποστάσιας διαγιγνώσκειν, ἢν προσγένωνται πυρετοὶ ἐς ἑσπέρην καὶ ῥίγεα· πόνοι ἀμφὶ τὴν ὀσφύν· κνησμοί· ἢν δὲ καὶ ἐκραγῇ, θρόμβοι πυώδεες, σαρκοειδέες, ἀτὰρ ἠδὲ λευκοῦ πύου ἀπόστασις· τὰ δὲ ἕλκεα, δακνώδεα, ἄλλοτε μὲν καθαιρόμενα, ἄλλοτε δὲ ῥυπαρὰ ὄντα.

dolet: oculi hebescunt et caligant et circumrodantur; inde plurimos invadit epilepsia: alii tumidi fiunt obcoecatique et hydropici: alii in melancholiam aut paralysin decidunt; nam e sanguinis, qui profluere consuevit, retentione hi adfectus enascuntur. Itaque si a renibus feratur sanguis, is plerumque purus, et urinae impermixtus exit e vesica. Is nonnunquam e renum ruptione ubertim a repente effunditur, qui in grumos etiam concrescit; aliquando etiam in vesicam haud secus ac extra corpus congelatur, et vehementem urinae suppressionem facit. Ruptioni vero succedunt ulcera diuturna, quaeque sanationem aegre recipiunt. Horum indicium est ramentum, aut rubicunda membranula, aranearum telae instar, excreta: aut pus albidum per urinam exiens, modo purum et sincerum, modo urinae mixtum. Si abscessus superveniant, his eos signis licet dignoscere; sub vesperam febres horroresque: dolor et pruritus circa lumbos. Ac si rumpatur *abscessus*, grumi purulenti carnosique exeunt, cum albidae saniei excretione. Ulcera vero mordacia sunt, modo pura, modo sordida, id quod e pure colligi

δηλοῖ δὲ τὸ πῦον. ἀτὰρ ἠδὲ οὖρα κάκοδμα, ἢ ἄνοδμα· ἔαρ μὲν οὖν αἱμοῤῥαγίας τίκτει καὶ ἀποστάσιας· χειμὼν δὲ καὶ φθινόπωρον, λίθους· ἢν δὲ ἐπὶ λίθοισι ἕλκεα γένηται, ἀναλθέες μὲν αἱ νοῦσοι, ταχείη τηκεδὼν καὶ θάνατος.

Κεφ. δ'. [Περὶ τῶν ἐν κύστι.] Τῶν ἐν τῇ κύστι νούσων οὐδὲν εὐηθες· τὰ μὲν ὀξέα φλεγμασίῃ καὶ τρωμασι, σπασμῷ καὶ πυρετοῖσι ὀξέσι κτείνοντα· ἕλκος δὲ καὶ ἀποστάσιες, ἢ παράλυσις, ἢ λίθος μέγας μὲν, ἀναλθὴς δέ. οὔτε γὰρ θρύπτεται, ἢ πόσι, ἢ φαρμακῳ, ἢ ἀμφιθρύπτοιτο, οὔτε ἀσινέως τέμνεται. χρὴ γὰρ καὶ τὰ λεπτὰ τῆς κύστιος ξυντάμνειν· τὸ δὲ αὐτῆμαρ ἔκτεινε, ἢ ὀλίγαις ἡμέρῃσι σπασμοῖσι καὶ πυρετοῖσι θνήσκουσι· ἢν δὲ μὴ τάμῃ, εἰς οὔρων σχέσιν, καὶ πόνοισι, καὶ πυρετοῖσι ἢ τηκεδόσι σμύχεται ὥνθρωπος· ἢν δὲ μὴ κάρτα μέγας ὁ λίθος ἔῃ, σχέσιες μὲν οὔρων ξυνεχέστεραι. ἐς γὰρ τὸν αὐχένα ῥηϊδίως ἐμπίπτων ἀποέργει οὔρων ἔξοδον. τάμνειν δὲ εἰ καὶ τῶν μεζόνων

potest: urina etiam nunc cum odore foedo est, nunc sine hoc. Ver *sanguinis profluvia* et *abscessus* parit: hiems autem cum auctumno calculos. Porro si calculis ulcera superveniant, morbi insanabiles evadunt, cita colliquatio est, et in propinquo mors.

Cap. IV. [*De vesicae adfectibus.*] Adfectuum nullus in vesica mitis est; acuti quippe inflammatione et vulneribus, convulsione, et febribus acutis occidunt; *ulcus* autem, et *abscessus*, et vesicae *resolutio*, et grandis *calculus* tolli nequeunt. Neque enim aut potione, aut medicamento huic rei accommodato conteri potest, aut sine noxa excidi; tenues enim oportet vesicae partes incidere: quae res vel intra unum diem hominem rapit, vel intra paucos convulsionibus febribusque interimit. Et nisi excidatur, urinam supprimit, et doloribus febribusque et colliquationibus aegrum absumit. At si non admodum grandis fuerit, urinae suppressiones frequentius incidunt, quia in vesicae cervicem facile delabitur, et ibidem viam intercludit; hi quamquam per incisionem tutius quam majores evelli possint, vesicam tamen sauciare necesse est.

ἀσφαλέστεροι, ἀλλὰ τέμνεται κύστις, κῆν τις τὸν τοῦ θανάτου κίνδυνον ἐκφύγῃ, ῥοιάδος γίγνεταί οἱ πάθος· κῆν ἀκίνδυνον ἔῃ, ἀλλ' οὐ φορητὸν ἐλευθέροισι ἀέναον ἐκρέειν οὖρον, κῆν βαδίζῃ, κῆν εὕδῃ, ἀτερπὲς δὲ ἢν βαδίζηται. οἱ δὲ κάρτα σμικροὶ τὰ πολλὰ τάμνονται ἀσινέως· ἢν δὲ ξυμπεφύκῃ τῇ κύστι λίθος, διάδηλος μὲν τῇσι μελεδώνεσι, ἀτὰρ οὐδὲ ἀσινεῖς πόνοισι καὶ βάρεϊ, κῆν ἂν ῆ δυσουρίης ἄτερ· ἢν δὲ μὴ, καὶ δυσουρέει. (55) ξύμπαντας δὲ τοὺς λίθους διαγνοίης ἂν τῇσι τῶν ψαμμίων ἐν τοῖσι οὔροισι ὑποστάσεσι· ἀτὰρ ἠδὲ πρόκοποι τὰ αἰδοῖα γίγνονται. [63] εὖτε γὰρ ἀπουρέουσι, κῆν ὕπεστι καὶ ὁ λίθος ὀδυνέονται, καὶ ἀμφαφόωσι, καὶ ἕλκουσι τὰ αἰδοῖα, ὅκως τὸν λίθον ξὺν τῇ κύστι ἐξαιρεύμενοι· ξυμπαθεῖ δὲ καὶ ἕδρῃ κνησμώδης γιγνομένῃ· προπετὴς δὲ καὶ ἄρχος βίῃ καὶ ἐντάσεσι φαντασίῃ· ἐκκρίσι δὲ ὡς δῆθεν τοῦ λίθου. ἄμφω γὰρ συγκέενται ἀλλήλοισι ἕδρη τε καὶ κύστις. ὧν ἑκατέρου * διὰ τόδε καὶ ἐπιφλεγμασίῃ ἀρχοῦ, ἰσχουρέει κύστις, καὶ ἐπὶ τῇσι τῆς κύ-

Porro si quis ex hac re periculum mortis evaserit, in adfectum tamen, qui ῥοιὰς, (sive *urinae profluvium,*) dicitur, homo decidit; qui quidem morbus periculo vacat: viri autem liberales sustinere nequeunt ut urina sibi continenter destillet, sive obambulent, sive dormiant, quod inter ambulandum etiam inhonestum est. Perexigui tamen calculi sine offensa exciduntur. At si calculus adhaeserit vesicae, is molestiis ac doloribus et pondere sese prodit, quamquam absit urinae difficultas quae interdum tamen accedit. Ceterum omnes calculos dignoscere possis ex arenularum in urina sedimento; pudenda enim arriguntur: et ubi micturientibus subest calculus, dolor premit: colemque sibi contrectant ac trahunt, quasi calculum una cum vesica evulsuri. Consentit etiam anus prurigine vexata: rectum quo ex intentionum violentia propendet intestinum, et opinio fit perinde ac si jam excernatur calculus; nam prope se invicem jacent anus et vesica, quorum uno adfecto et alterum adficiatur necesse est; quamobrem in recti inflammatione vesica urinae difficultate adficitur, et in vesicae malis sedes nihil dejicit, quamquam

Ed. Oxon. [63.] Ed. L. B. (55.)

στιος ἀκίσι οὐ δίησι ἕδρη, κὴν μὴ ἐπίξηρος ἡ γαστὴρ ἔῃ. τοῖα μὲν ἄλγεα τὰ λίθων· αἱμοῤῥαγίη δὲ κὴν μὴ κάρτα ὀξέως κτείνῃ, χρόνῳ δὲ ἐξέλυσε μυρίους· οἱ δὲ ἀπ' αὐτέης θρόμβοι, ἰσχουρίη, ὀξέες ὄλεθροι, ὅκωσπερ οἱ λίθοι· καὶ γὰρ ἢν τὸ αἷμα λεπτόν τε καὶ ξανθὸν καὶ μὴ παγχὺ ᾖ εὐπαγὲς, ἀλλ' ἡ κύστις ἐς πολλὸν ἀλίζει χρόνον, καὶ ἤδε θερμαίνουσα καὶ ἑψοῦσα πηγνύει. καὶ ᾧδε γίγνεται θρόμβος. ἰσχουρίη μὲν οὖν δυνατωτάτη κτεῖναι. προσεπιγίγνεται δὲ τουτέοισι ἄλγος ὀξὺ, πῦρ δριμὺ, γλῶσσα ξηρὴ, καὶ ἐπὶ τοῖσδε παράφοροι θνήσκουσι. ἢν δὲ ἐπὶ τρώματι ἄλγος ἐκφανῇ, τρῶμα μὲν ὀλέθριον· τὸ δὲ ἕλκος κὴν μὴ ἀρχῆθεν κτείνῃ, πυρετοῖς ἢ φλεγμονῇ ἀνήκεστον γίγνεται· λεπτὴ μὲν τὸ πάχος κύστις· νεῦρον δὲ ὡς τὴν φυήν· τάπερ οὐδὲ σαρκοῦται οὔτε ῥηϊδίως ἐπωτειλοῦται. ποτὶ καὶ τὸ οὖρον χολῶδες, δριμὺ, δακνῶδες τοῦ ἕλκεος, ἡ ξυνὴ δίαιτα· ἤδε ἐν μὲν τῇσι πληρώσεσι διατέταται· ἢν δὲ κενωθῇ, ξυνίζει. πάσχει οὖν ἄρθρου πάθεϊ ἐν ἐκτάσι τε καὶ κάμψι· ἄρθρῳ δὲ

haud sit alvus sicca. Hi utique dolores e calculo proveniunt. At sanguinis profluvium licet haud admodum acute interimat, spatio tamen plurimos absumit. At si ex eo grumi oriantur, urinae fit suppressio et mors aeque ac in calculo acuta. Quamvis enim sanguis tenuis flavusque fuerit, neque concrescendo admodum opportunus, hunc tamen per longum tempus vesica colligit, eumque calefaciens et elixans condensat, et ita grumos efficit. Inde fit urinae suppressio, ad mortem usque valentissima; his autem supervenit acutus dolor: fervor acer: et linguae siccitas; e quibus cum delirio moriuntur. Sin a vulnere dolor excitetur, id utique mortiferum est. Ulcus autem, quamquam haud protinus ab initio interimat, tamen ex febrium et inflammationum accessione insanabile evadit. Etenim vesica crassitudinis est admodum exiguae, nervusque natura existit: quapropter neque carnem contrahit, neque ad cicatricem facile perducitur; ad haec urina biliosa et acris ulcus erodit. Communis autem vesicae consuetudo impedimento est: quia in repletione distenditur,

οὐκ εὐαλθὲς ἕλκος οὐδέν· καὶ ἔμπυος δὲ ἐξ ἀποστάσιος γίγνεται· κύστιος σημήϊα, τάπερ ἐπ᾽ ἄλλοισι μὲν ἐπὶ φλέγμασι. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι καὶ ῥίγεσι ἡ ἀπόστασις, κίνδυνοι οἱ ὡυτοί· πῦον δὲ ἀλλ᾽ εἰς παχὺ, λευκὸν, οὐ κάκοδμον ἐκδιδοῖ, εὐηθέα τὰ ἀπὸ τῶνδε ἕλκεα· ἢν δὲ ἐπινέμηται, τρυγώδεα, μυξοποιὰ, κάκοδμα οὐρέουσι· τῶν τοιῶνδε οὐ βραδύνει θάνατος· δακνώδεα μὲν τὰ οὖρα· ὀδυνηρὰ δὲ ἡ πρόεσις αὐτῶν, διαΐσσει δὲ ἡ ὀδύνη μέσφι ἄκρων τοῦ καυλοῦ· βλάπτει δὲ αὐτέους πάντα καὶ τἀναντία, καὶ πλησμονὴ καὶ κένωσις, καὶ ἀργίη καὶ κίνησις, καὶ λουτρὰ καὶ ἀλουσίη, καὶ τροφὴ καὶ ἀτροφίη, καὶ γλυκέα καὶ ὀξέα, ἄλλων ἄλλα μὲν ὠφελεύντων, ἄλλα δὲ βλαπτόντων εἰς ἓν συμβῆναι μὴ δυναμένων.

Κεφ. ε΄. [Περὶ γονοῤῥοίας.] Ἀνώλεθρον μὲν ἡ γονόῤῥοια, ἀτερπὲς δὲ καὶ ἀηδὲς μέσφι ἀκοῆς. ἢν γὰρ ἀκρασίη καὶ πάρεσις τὰ ὑγρὰ ἴσχῃ καὶ γόνιμα μέρεα, ὅκως

et, cum inanis est, considit; itaque idem quod articulus in extentione et contractione patitur: atqui in articulo omnia difficulter sanescunt ulcera. Suppurat etiam ex abscessu vesica; et vesicae abscedentis signa eadem, quae aliarum partium post inflammationem; nam et cum febribus ac horroribus fit abscessus, et idem imminet discrimen. Pus autem haec, sed albidum, crassum, foedi odoris expers reddit: cujusmodi ulcera sunt mitia. At si haec ultra serpant, foeculenta, mucosa, et foetida cum urina excernunt; his mors jam instat: etenim mordax est urina, et cum dolore emittitur, qui ad summum usque colem pertingit. Hos omnia offendunt, etiam sibi invicem contraria; et repletio, et exanitio: et motus et quies: balneorum et usus et omissio: et cibus et abstinentia: et dulcia et acida; cum alia alios juvent, alios laedant, et in unum convenire nequeant.

Cap. V. [*De gonorrhoea sive seminis profluvio.*] Gonorrhoea malum non est valde mortiferum: ingratum tamen, et vel auditu insuave. Nam si impotentia et resolutio humores pariter et ipsas genitales partes occupet,

[64] *διὰ ψυχρῶν ῥέει ἡ θορὴ, οὐδὲ ἐπισχεῖν ἐστὶ αὐτέην οὐδὲ ἐν ὕπνοισι. ἀλλὰ γὰρ ἤν τε εὕδῃ, ἤν τε ἐγρηγορέῃ, ἀνεπίσχετος ἡ φορὴ, ἀναίσθητος δὲ ἡ ῥοὴ τοῦ γούνου γίγνεται· νοσέουσι δὲ καὶ γυναῖκες τήνδε τὴν* (56) *νοῦσον, ἀλλ' ἐπὶ κνησμοῖσι τῶν μορίων καὶ ἡδονῇ προχέεται τῇσι ἡ θορή. ἀτὰρ καὶ πρὸς ἄνδρας ὁμιλίῃ ἀναισχύντῳ· ἄνδρες δὲ οὐδ' ὅλως ὀδάξονται· τὸ δὲ ῥέον ὑγρὸν λεπτὸν, ψυχρὸν, ἄχρουν, ἄγονον. πῶς γὰρ ζωογόνον ἐκπέμψαι σπέρμα ψυχρὴ οὖσα ἡ φύσις. ἢν δὲ καὶ νέοι πάσχωσι, γηραλέους χρὴ γενέσθαι πάντας τὴν ἕξιν, νωθώδεας, ἐκλύτους, ἀψύχους, ὀκνέοντας, κωφοὺς, ἀσθενέας, ῥικνοὺς, ἀπρήκτους, ἐπώχρους, λευκοὺς, γυναικώδεας, ἀποσίτους, ψυχροὺς, μελέων βάρεα, καὶ νάρκας σκελέων, ἀκρατέας, καὶ ἐς πάντα παρέτους. ἥδε ἡ νοῦσος ὁδὸς ἐς παράλυσιν πολλοῖσι γίγνεται. πῶς γὰρ οὐκ ἂν τῶν νεύρων ἥδε ἡ δύναμις πάθοι τῆς ἐς ζωῆς γένεσιν φύσιος ἀπεψυγμένης; καὶ ἡμέας ἄνδρας ποιέει ζώουσα ἡ θορὴ, θερμοὺς, ἐνάρθρους, λασίους, εὐφώνους, εὐθύμους, κραταιοὺς*

semen, utpote e refrigeratis locis, effluit, neque vel in somnis supprimi potest; sed sive homo dormiat, sive vigilet, continens profluvium est, neque ullus ejus rei sensus. Morbo hoc tentantur etiam feminae: sed eae cum locorum pruritibus, et voluptate, cumque impudenti coitus libidine semen effundunt; viri autem ne minime quidem pruriunt. Id quod effluit humidum est, tenue, frigidum, decolor, infoecundum; quomodo enim fieri possit, ut genitale semen frigida emittat natura? Ac si juvenes vitio hoc laborent, oportet eos omnes habitu fieri senili, segnes, resolutos, timidos, hebetes, silentes, imbecilles, rugosos, inertes, pallidos, albidos, effeminatos, frigidos, cibo aversos, cum membrorum gravitate, et crurum torpore, impotentes et ad omnia languidos. Morbus hic plurimis in *paralysin* via est; neque enim fieri potest ut nervorum facultas non debilitetur, cum refrigerata fuerit, vitae generationi inserviens natura. Etenim e vitali semine viri efficimur, calidi, articulis firmi, hirsuti, sonorae vocis, animosi, ad cogitandum agendumque habiles:

Ed. Oxon. [64.] Ed. L. B. (56.)

νοῆσαί τε καὶ ῥέξαι· δηλοῦσι οἱ ἄνδρες. οἷσι δὲ οὐκ ἔνεστι ζωοῦσα ἡ θορὴ, ῥικνοὶ, ἀσθενέες, ὀξύφωνοι, ἄτριχες, ἀγένειοι, γυναικώδεις· δηλοῦσι οἱ εὐνοῦχοι. ἢν δέ τις ἀνὴρ καὶ ἐγκρατὴς ἔῃ τῆς θορῆς, κραταιὸς, εὔτολμος, ἀλκῆς μέσφι θηρίων· τέκμαρ δὲ ἀθλητῶν οἱ σαόφρονες. καὶ γὰρ καὶ οἱ φύσι τινῶν κρέσσονες ὑπ' ἀκρασίης πολλὸν τῶν χειρόνον γίγνονται χερείονες. πολλὸν δὲ οἱ φύσι χερείους ὑπ' ἐγκρατίης γίγνονται κρεσσόνων κρέσσονες. ἀτὰρ οὐδὲ ζῶον ἐξ ἄλλου τευ γίγνεται κραταιὸν ἢ θορῆς. μέγα οὖν καὶ ἐς ὑγίην, καὶ ἐς ἀλκὴν, καὶ ἐς εὐψυχίην, καὶ ἐς γένεσιν ζωοῦσα ἡ θορή. ἀπὸ σατηριήσεως ἐς γονοῤῥοίης ἀπόσκηψιν ἡ κατάστασις.

Κεφ. ϛ'. [Περὶ στομαχικῶν.] Στόμαχος ἡδονῆς καὶ ἀηδίης ἡγεμών· καρδίης καίριον γειτόνευμα ἐς τόνον καὶ θυμὸν, ἢ ἀθυμίην, τῆς ψυχῆς συμπαθείῃ· ἥδε στομάχου πρώτιστα δύναμις. τάδε μὲν οὖν μοι ἄλλῃ λέλεκται. ἀπότοκοι ἡδονῆς μὲν, εὐπεψίη, εὐσαρκίη, εὐχροίη τοῦ σώματος, ἀη-

cujus rei veritatem indicant viri. At qui vivido destituuntur semine, rugosi sunt, debiles, acutae vocis, calvi, imberbes, effeminati: indicio sunt eunuchi. Quodsi in emittendo semine quispiam parcus fuerit, fortis et audax fit, ferisque robore aequalis; huic rei testimonio sunt ex *athletis* illi, qui temperanter vivunt. Siquidem qui aliis natura fortiores sunt, per intemperantiam imbecillioribus longe deteriores evadunt; quique natura multo debiliores sunt, per temperantiam fiunt fortioribus valentiores; neque enim ex ulla alia re, praeterquam e semine, animal robustum efficitur. Semen itaque vitale et ad sanitatem, et ad robur, et ad audaciam, et ad generationem plurimum valet. A *satyriasi* homines in *gonorrhoeam* decidere consuerunt.

Cap. VI. [*De stomachicis.*] Stomachus voluptatis et molestiae dux est; et eo, quod cordi sit vicinus, ad robur animique sive firmitatem, sive demissionem per consensum cum anima multum valet: haec stomachi praecipua est facultas, ut in alio loco antea proposui. E voluptate nascitur bona concoctio, carnosus corporis habitus,

δίης δὲ τουτέων τἀναντία, κοτὲ καὶ ἀθυμίη μὴ ἔχων τροφήν. μελαγχολώδεσι δὲ κἀποσιτίη. ἢν οὖν ὅδε νοσέῃ, μῖσος καὶ ἀποστροφὴ τῶν γευμάτων οὐκ ἢν προσαίρωνται μόνον, ἀλλὰ κἢν ἀθέητα μὲν ᾖ τὰ σιτία· ἀναπεμπάζονται δὲ ναυτίῃ ἢ ἀπορίῃ ἢ πλάδῳ ἢ καρδιαλγίῃ· καὶ σιαλοχόοι δὲ, καὶ ἔμετοι ἐνίοις. κἢν ὁμῶς τὸ σῶμα τείρῃ, κἢν γαστὴρ μείνῃ κενεὴ τῶνδε, τὸν πόνον ῥηΐτερον φέρει τῆς προσάρσιος. ἢν δὲ [65] καὶ ὑπ' ἀνάγκης κοτὲ ἐς τὴν ἐδωδὴν ἴῃ, πολλὸν κάκιον· ὁ δὲ πόνος τοῦ λιμοῦ ἐν τῷ στόματι λεῆναι ἄλγος, καταπιεῖν μέζων ὀδύνη· ἀτὰρ καὶ οὐχὶ πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα τοιῶσδε· ἐς δὲ τὰ ἀλλό(57)κοτα χρηστῶς· ἀλλαγὴ τῶν κατὰ φύσιν ἐς τὸ ἔμπαλιν· ἀχθηδὼν ἐς πάντα, καὶ φυγὴ, καὶ μῖσος σιτίων· ἐπὶ δὲ τοῖσι μεσσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων χωρίοισιν ἄλγος· πολὺ δὲ καὶ μέζον, ἢν προσφέρωνται καὶ καταπίνωσι· ἄσῃ, ἀπορίῃ, ὄψιες ἀμαυραὶ, ὤτων ἦχοι, βάρεα κεφαλῆς, νάρκη μελέων. καὶ τὰ γυῖα λύονται· παλμὸς ἐν

colorque vividus; e molestia his contraria, et interdum animi dejectio, stomacho alimenti indigente: melancholicos etiam urget cibi fastidium. Cum laborat itaque stomachus, escam odit et aversatur, non modo si quid homines adsumserint, sed etiam si nullus omnino cibus in conspectum venerit, eumque memoria repetunt cum nausea, vel molestia, aut humorum redundantia, aut oris ventriculi dolore: et salivae fit effusio, et quibusdam vomitus. Quamquam autem his inedia corpus sit adflictum, alvusque vacua permanserit, dolorem tamen facilius quam cibi adsumtionem sustinent; et si quid forte necessitate impulsi comederint, dolor jam fame longe gravior accedit: cibum in ore non sine molestia conficiunt, eumque multo aegrius deglutiunt. Porro utilia alimenta aversantur, et aliena expetunt: in iisque illa, quae naturae conveniunt, in contrarium permutantur: omnium rerum taedio laborant: cibos defugiunt et odio habent. Inter scapulas inhaeret dolor, qui post cibum et in deglutitione vehementius increscit: fastidium et molestia: oculorum acies hebescit: tinniunt aures: caput grave est: membra torpent et exsolvuntur: praecordiorum palpita-

τοῖσι ὑποχονδρίοισι, φαντασίη τῆς ῥάχιος ἐς τὼ σκέλεε κινευμένης. ἄλλοτε ἄλλῃ τῇδε κἀκεῖσε φέρεσθαι δοκέουσι, κἢν ἑστήκωσι, κἢν κατακέωνται. ὅκως ὑπὸ αὔρης ἀνέμων κάλαμοι, ἢ δένδρεα· φλέγμα ψυχρὸν, ὑδαρὲς ἀποβλύζουσι. ἐπὴν δὲ καὶ χολὴ ᾖ πικροχόλοισι, σκοτώδεες, ἄδιψοι· κἢν ἐπ' ἐδέσμασι διψῆν δοκέωσι, ἄγρυπνοι, νωθροὶ, νυσταλέοι. οὐχ ὕπνῳ ἀτρεκέϊ· κωματώδεες, ὁμοιοπαθέες, ἰσχνοὶ, ἔξωχροι, ἀσθενέες, ἔκλυτοι, λειποδρανέες, ἄψυχοι, δειλοὶ, ἡσύχιοι· ἐξαπίνης δ' ὀργίλοι· κάρτα μελαγχολώδεες. καὶ γὰρ ἐξώκειλάν κοτε ἐς μελαγχολίην οἱ τοιοίδε. τάδε μέντοι τῆς ψυχῆς τοῦ στομάχου ἐνδιδόντος εἶναι δεῖ τὴν πάθην· οἱ δὲ δὴ ἄνθρωποι οὐκ εἰδότες τὰ ξυμπαθέα μέρεα, ἐφ' οἷσι τὰ δεινότατα γίγνεται, τὸν στόμαχον αἴτιον ἡγοῦνται· μέγα δὲ ἐς πίστιν ὧν λέγω ἡ ξυνάφεια τῆς καρδίης, ἔνθα πάντων ἡ ἀρχή. μέσον γὰρ ἐνίζει τῷ πνεύμονι ἡ καρδίη. ἡ δὲ τούτων μεσότης τὸν στόμαχον συνάπτει· ἄμφω δὲ προσπεφύκασι τῇ

tio: spinae dorsalis versus crura se moventis fit opinio: huc et illuc aliter aliterque videntur agitari, sive stent, sive recubent, quemadmodum arundines arboresve a ventorum flatibus conquassantur. Pituitam frigidam, aquosam exspuunt; cumque in biliosis redundet bilis, oculi caligant; siti vacant, quamquam post cibi adsumtionem hanc percipere videantur: insomnes sunt, pigri tamen et somnolenti, neque verus accedit somnus, sed gravi sopore, ut in his fit, qui comate laborant, occupantur; extenuati, pallidi, debiles, resoluti, imbecilles, exanimes, timidi, quieti: et repente rursus iracundi; admodum melancholici, et in melancholiam aliquando decidunt. Haec utique cum animae stomachus impertiat, adfectum exoriri necesse est; homines autem partium consentientium ignari, e quibus gravissima quaeque eveniunt, stomachum morbi causam esse arbitrantur. Multum vero ad haec, quae adsero, confirmanda efficit cordis ipsius continuitas, ubi facultatum omnium inest principium; id enim inter pulmones jacet, quorum mdeio stomachus etiam adnectitur, et hic una cum illis spinae adhaerescit; propter hanc itaque

ῥάχι· διὰ τόδε πρὸς τὴν καρδίην γειτόνημα, καὶ καρδιαλγίη, καὶ ἔκλυσις, καὶ τὰ μελαγχολώδεα. αἰτίαι δὲ τῆς νούσου, καὶ ἄλλαι μὲν μυρίαι, καιρίη δὲ, πῦον συχνὸν ἀπὸ κοιλίης διὰ στομάχου χυθέν. ξύνηθες δὲ καὶ τοῖς ὑπό τε ἀνάγκαις ἐκδεδιῃτημένοις λεπτῇ καὶ σκληροτέρῃ διαίτῃ, ἀτὰρ καὶ τοῖσι ἐς παιδείην πονεῦσι, καὶ ἐς τήνδε τλήμοσι, οἷσι θείης μὲν μαθήσιος ποθὴ, ὀλιγοσιτίη δὲ καὶ ἀγρυπνίη, καὶ μελεδώνη λόγων τε καὶ πρηγμάτων σοφῶν· οἷσι ὑπεροψίη μὲν διαίτης ἁδρῆς καὶ ποικίλης, λιμὸς δὲ ἡ τροφὴ, καὶ ὕδωρ ποτὸν, καὶ ἐν ὕπνῳ ἀϋπνίη. οἷσι μαλθακὴ μὲν εὐνὴ ἄστρωτος χαμαὶ, ἀμφίβλημα δὲ εὐτελὲς, ἀμπεχόνη ἀραιὴ, τὸ δὲ τοῦδε κράνος ὁ κοινὸς ἀὴρ, πλοῦτος δὲ ἐννοίης θείης περιουσίης τε χρῆσις. τάδε γὰρ αὐτέοισι ἀγαθὰ γίγνεται ἔρωτι παιδείης· καὶ εἰ προσαίρονται, εὐτελὲς μὲν σιτίον, οὐδὲ ἐς κόρον ἐδωδῆς, ἀλλ᾽ ἐς ζωὴν μοῦνον· οὐκ ἐπ᾽ οἴνῳ θώρηξις, οὐ θυμηδίη· οὐ ῥέμβος καὶ περίοδοι, οὐ σωμάτων ἄσκησις, οὐδὲ σαρκῶν περιβολή. τίνος γὰρ οὐκ ἂν ἀπάγοι παιδείης ἔρως, πατρί-

cordis viciniam oris ventriculi dolor fit, et resolutio, et adfectus melancholici. Morbi causae aliae sunt innumerae, sed praecipua est multi puris e ventriculo per stomachum effusio. Usitatus etiam his adfectus est, qui prae necessitate tenui duriorique victus genere sint usi; et his etiam, qui eruditionis gratia diu patienterque laboraverint: qui divinae scientiae desiderio ardent; qui cibi parsimonia et vigiliis macerantur: quibus nulla nisi dictorum factorumque sapientium cura est. Victum hi pleniorem atque varium aspernantur; pro cibo utuntur fame: aquae potione sitim relevant: inter dormiendi tempus insomnes agunt. His cubile humi sine stragulis videtur molle: integumentum vile ac tenue vestimentum est: lectique tectum, communis aër. Divitiarum loco divinae scientiae abundantia et usus; etenim omnia haec ex eruditionis amore inter bona reputant. Et si quid forte adsumant, viles cibos, idque non ad satiandam gulam, sed vitae sustinendae gratia comedunt; non vino indulgent, mentem non exhilarant: non locos mutant, non obambulant: membra non exercent, neque satis quidem vestiunt: nam ecqua res est,

δος, τοκήων, κασιγνήτων ἑωυτῶν μέσφι θανάτου. τοῖσδε οὖν τηκεδὼν μὲν τοῦ σκήνεος, ἄχροοι, καὶ ἐν νεότητι γηραλέοι καὶ ὑπ' ἐννοίης κοῦφοι. ψυχὴν δὲ ἀμειδέες, ἀμείλιχοι, στομάχου δὲ κακοσιτίη· ταχὺς ὁ κόρος τῆς ξυνήθεος, εὐτελέος καὶ ἑτοίμου τροφῆς, ἀηθείῃ δὲ ποικίλης ἐδωδῆς· (58) ὄκνος [66] δὲ πάντων γευμάτων. ἢν δὲ καὶ λάβωσί τι τῶν ξένων, βλάβη. ἀπόστροφοι εὐθὺς ἐς πάντα. εἰ δέ ἐστι στομάχου χρονίη νοῦσος, φλεγμοναὶ δὲ καὶ ῥεύματα, καὶ καρδιωγμὸς, ἢ πόνος, στομαχικὸν οὐ κικλήσκεται πάθος. θέρος ἄγει τήνδε νοῦσον· ἔνθα καὶ πέψιος καὶ ὀρέξιος καὶ πάντων ἀδυναμίη. ἡλικίη δὲ γῆρας, οἷσι καὶ δίχα πάθεος διὰ τὸ τοῦ βίου τέλος καὶ ἡ ὄρεξις ἐς τέρμα ἥκει.

Κεφ. ζ'. [Περὶ κοιλίης διαθέσιος.] Κοιλίη σπλάγχνον πεπτήριον κάμνει τὴν πέψιν, ὁκότε διάῤῥοια τὸν ἄνθρωπον ἴσχει· καὶ ἔστιν ὑγρῆς τροφῆς ἀπέπτου ἡ διάῤῥοια· ἀλλ' ἢν μὴ ἐπὶ σχεδίου τῆς αἰτίης γίγνοιτο τόδε ἐς μίην ἢ

a qua doctrinae amor homines non avocet? a patria, a parentibus, a fratribus, a seipsis, a vita. Horum itaque corpus intabescit: decolores fiunt, et in juventute quodammodo seniles: et prae cogitatione taciturni; risu vacant, animoque sunt immiti. Stomachus pravos cibos adpetit: usitato tenuique, quod in promtu est, alimento cito satiantur, neque vario victu se adsuescunt: ad quidvis adsumendum segnes: et si insuetam aliquam escam ceperint, offenduntur, atque omnia cibi genera illico fastidiunt. Iste diuturnus stomachi est adfectus; *inflammationes* autem *fluxionesque*, et *oris ventriculi morsus*, et *stomachi dolor* morbi *stomachici* nomen non habent. Aestas hunc infert, quo tempore et concoctionis et adpetitus et omnium facultatum impotentia est. Ex aetatibus eidem senes patent, quibus ob mortis propinquitatem etiam sine morbo cibi cupiditas finitur.

Cap. VII. [*De coeliaco morbo.*] Ventriculus, viscus concoctioni inserviens, in concoquendo laborat, cum alvi profluvium hominem exercet. Est autem humidi crudique alimenti transmissio; quae si non e levi causa fiat, et lon-

δευτέρην ἡμέρην μούνην, πρὸς δὲ καὶ ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἀσθενέει, ἀτροφίῃ τοῦ σκήνεος. χρονίη νοῦσος ἡ κοιλιακὴ γίγνεται, ἀτονίῃ τοῦ πέσσοντος θερμοῦ, καὶ ψύξι τῆς κοιλίης· εὖτε λύεται μὲν ἐς θερμὸν ἡ τροφὴ· ἀλλ' οὐκ ἐκπέσσει θερμὸν, οὐδὲ ἐς χυμὸν οἰκεῖον τρέπει, ἡμιτελέα δὲ λείπει ἀδρανείῃ τοῦ τέλεος. ἡ δὲ ἀφεθεῖσα τῆς ἐργασίης ἐς κακὸν ἀλλοιοῦται καὶ χροιῇ καὶ ὀδμῇ καὶ συστάσι. λευκὴ μὲν γὰρ καὶ ἄχολος ἡ χροιὴ, κάκοδμα δὲ καὶ βορβορώδεα· ὑγρὴ δὲ καὶ ἀσύστατος ἀπραγίῃ· μοῦνον δὲ ἀρετὴν ἴσχουσα τῆς πέψιος τὴν ἀρχήν· διὰ τόδε φυσώδεες ἐς τὴν γαστέρα ἐρυγαὶ ξυνεχέες, κακώδεες. ἢν δὲ καὶ κάτω περήσωσι, τρύζει μὲν τὰ ἔντερα, φῦσαι δὲ διεξιᾶσι δασεῖαι, ὑγραὶ, ἀργιλώδεες· φαντασίαι δὲ ἐπ' αὐτέοισι ὡς διεκθέοντος ὑγροῦ· πόνος τῆς κοιλίης βαρὺς ὁκοῖον νύγμα, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε· ἰσχνὸς δὲ καὶ ἄτροφος ἄνθρωπος, ὠχρὸς, ἀδρανής· οὐδέν τι πρῆξαι τῶν συνήθων εὔτονος. ἀλλὰ κἢν βαδίζῃ, λύεται τὰ μέλεα,

gius quam unum aut alterum diem perduret, et homo insuper, quia non alitur corpus, imbecillis reddatur, morbus fit qui *coeliacus* adpellatur. Is e caloris concoquentis debilitate et ventriculi refrigeratione nascitur: quando in calorem dissolvitur cibus, sed a calore non concoquitur, neque in bonum succum permutatur, et quia ob caloris imbecillitatem ad finem perduci nequeat, e dimidia parte inconfectus relinquitur. Alimentum autem confectione destitutum commutatur in deterius, quoad colorem et odorem et consistentiam; color enim albus est et bilis expers: odor gravis instar coeni: humidum vero illud neque consistens, quia non elaboratum est, sed eam tantum concoctionis habet vim, quae ei in principio fuerit adhibita. Idcirco inflationes in alvo percipiunt, ructus emittunt continuos atque foetidos: qui si per inferiora transeant, intestina rugiunt, flatusque erumpunt asperi, humidi, argillacei: et inter haec videtur tanquam humidum quoddam effluere; dolor ventriculi gravis, aut punctiones subinde referens. Homo interim tenuis est et macie confectus, pallidus et imbecillis, neque ad usitatarum rerum quidvis praestandum valens: sed si inambulet, ar-

φλέβες κροτάφων ἐπηρμέναι. ἀτροφίῃ γὰρ κοιλοκρόταφοι, ἐπίφλεβοι δὲ καὶ παντὶ τῷ σώματι. οὐ γὰρ οὐ πέσσει μοῦνον ἡ νοῦσος, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐς τὸν ὄγκον ἀναδιδοῖ. δοκέει γάρ μοι οὐ τῆς πέψιος μοῦνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναφορῆς τὸ πάθος ἔμμεναι· ἢν δὲ καὶ ἐπ' αὔξησι ἡ νοῦσος γίγνηται, ἄγει καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ παντὸς εἰς τὴν κοιλίην πάλιν, εὖτε ἥδε ἡ τηκεδὼν τῆς ἕξιος. αὐαλέοι δὲ τὸ στόμα, ἄνικμοι δὲ τὴν ἐπιπολὴν, ἀνίδρωτες, κοιλίη ἄλλοτε πυριφλεγὴς ὡς ἀπ' ἄνθρακος. ἄλλοτε δὲ ὡς ἀπὸ κρυστάλλου ψυχροσταγδής. ὁκότε δὲ καὶ αἷμα τοῖσι ἐσχά[67]τοισι ἐν σκυβάλοισι ἐπιῤῥέει ξανθὸν, ἄκριτον, ἀμιγὲς, ὡς δοκέειν φλεβὸς στόμιον ἀνεῶχθαι. ἀνεσθίει γὰρ τὸ δριμὺ τὰς φλέβας. μήκιστον καὶ δυσαλθὲς κακὸν, καὶ γὰρ ἢν δοκέῃ πεπαῦσθαι ἄνευ φανερῆς προφάσιος, παλινδρομέει ἐσαῦθις, ἢν ἤδη καὶ ἐπὶ σμικρῇ ἁμαρτωλῇ, παλίνορσος ἥκει. ἐς περίοδον γοῦν ἥδε φοιτῇ. γέρουσι ξύνηθες τὸ κακὸν, καὶ γυναιξὶ (59) μᾶλλον ἢ

tubus labascit; venae in temporibus elatae, siquidem haec, quia nutrimento vacant, concava redduntur: venae item in toto corpore exstant. Morbus enim iste non modo alimentum non perfecte concoquit, sed nec id, quod concoctionis principium habet, ad incrementum corporis distribuit; etenim mihi videtur non tantum concoctionis, sed etiam digestionis esse vitium. At si morbus increscat, materiam ab universo corpore in ventriculum reducit, totusque jam habitus intabescit; lingua hominis sicca est, et corporis superficies arida ac sudoris expers. Ventriculus interdum velut ardenti carbone peruritur: alias veluti glacie congelatur. Nonnunquam in extremis dejectionibus sanguis effluit flavus, sincerus, impermixtus, ita ut venae alicujus adapertum videri possit osculum; quoniam acris humor venas erodit. Malum hoc longissimum est ac sanatu difficile; nam si absque manifesta causa desiisse videatur, redit iterum, quandocunque levis aliquis error huic ingruendi causam praebuerit: in circuitum igitur recurrit. Senibus familiaris morbus est, magisque mulieribus quam viris. Pueris ob quotidianam cibi intempe-

ἀνδράσι. παιδίοισι δὲ διάῤῥοια μὲν ξυνεχὴς, ἐφημέρῳ ἀκρασίῃ τροφῆς. ἀλλ' οὐ κοιλίης κύτεϊ ἡ νοῦσος. τίκτει δὲ θέρος τῶν ἄλλων ὡρέων μᾶλλον· μετόπωρον δεύτερον, χειμὼν δὲ ὁ ψυχρότατος, ἢν ἀγχοῦ σβέσι τὸ θερμὸν ἥκῃ· ἐπὶ χρονίῃ δὲ νούσῳ καὶ ἥδε καὶ δυσεντερίη καὶ λειεντερίη τίκτεται. ἀλλὰ καὶ χανδὸν ψυχροποσίη κοτὲ ξυνέστησε τὴν νοῦσον.

Κεφ. η'. [Περὶ κωλικῶν.] Κωλικοὶ δὴ κτείνονται εἰλεῷ καὶ στρόφῳ ὀξέως. πάνυ μὲν οὖν αἴτια μυρία ἴσχει τῆς διαθέσιος· σημήϊα, βάρος μὲν ἐπ' ἀσιτίῃ, ἐνθάδε τὸ πάθος. μάλιστα δὲ κραίνει, ὄκνος πουλύς· νωθέες, ἀπόσιτοι, ἰσχνοὶ, ἄγρυπνοι, οἰδαλέοι πρόσωπα· κἢν μὲν πρὸς τῷ σπληνὶ νοσέῃ κῶλον, μελάγχλωροι. λευκόχλωροι δὲ, ὁκόσοι πρὸς ἥπατι, ξυμπαθείῃ τῶν ἄγχιστα σπλάγχνων· ἢν δὲ προσαίρωνται τροφὴν, καὶ ἐπὶ σμικρῇ καὶ ἀφύσῳ κάρτα φυσώδεες, καὶ προθυμίῃ μὲν ἐς διαπνοὴν, ἀδιέξοδοι δὲ φῦσαι, ἐρυγαί τε ἄνω βιούμεναι, ἀτὰρ καὶ αἵδε ἀτελέες. ἢν δέ πῃ

rantiam continuum fit alvi profluvium; id autem non ex ventriculi vitio incidit. Morbum *coeliacum* aliis tempestatibus aestas frequentius procreat: deinde auctumnus: et etiam hiems frigidissima, si ab ea calor pene fuerit extinctus. Diuturno etiam morbo hic adfectus et *dysenteria* et *lienteria* superveniunt. Verum avida quoque frigidae potio id vitii aliquando genuit.

Cap. VIII. [*De colicis.*] Colici nonnunquam intestinorum volvulo et torsione acute moriuntur. Morbi causae sunt quam plurimae. Signa, gravitas inter cibi abstinentiam, quae in ea parte, quae adficitur, maxime urget: ingens pigritia: aegri segnes sunt, cibum fastidiunt, extenuati, insomnes, facie tumidi. Quod si prope *lienem* aegrotet colon, homo colore tingitur ex atro viridique permixto: at si prope *jecur*, albus atque viridis est; quae ob consensum propinqui visceris contingunt. Quodsi cibum adsumserint, licet is neque multus sit, neque qui inflationes facere soleat, valde tamen inflantur, et spiritum transmittendi cupiditatem habent, cui vero exitus intercluditur: ructusque sursum impelluntur, qui nec ipsi viam inve-

περήσῃ βίῃ, φῦσαι βρομώδεες μὲν αἳ ἄνω καὶ ὀξυρεγμιώδεες· νεφρὸς καὶ κύστις ξυμπαθέα πόνῳ, καὶ ἰσχουρίῃ, τουτέοισι ἄλλα ἀντ᾽ ἄλλων. θῶυμα δὲ τουτέων μέζον, ἐς ὄρχιας καὶ κρεμαστῆρας ἀδόκητον ἄλγος ἐπιφοιτῇ· πολλοὺς τῶν ἰητρῶν ἥδε ἡ ξυμπαθείη λήθει. καὶ γὰρ καὶ ἐξέταμόν κοτε τοὺς κρεμαστῆρας, ὡς ἰδίην ἔχοντας αἰτίην. ἀλλὰ γὰρ καὶ τουτέοισι ἀντ᾽ ἄλλων ἄλλα. γίγνονται δὲ καὶ ἀπότοκοι τοῦδε νοῦσοι, ἀποστάσιες μὲν καὶ ἕλκεα οὐκ εὐήθεα. ὕδεροι δὲ καὶ φθίσιες, ἀναλθέα. ἐπὶ γὰρ ψύξι καὶ χυμοῖσι παχέσι καὶ φλέγμασι πολλῷ κολλώδεσι ξυνίσταται ἡ νοῦσος· ἀτὰρ καὶ ἡλικίῃ καὶ ὥρῃ. ψυχρῇ ἐπιφοιτῇ χώρῃ, καὶ χείματι καρτερῷ.

[68] Κεφ. θ΄. [Περὶ δυσεντερίης.] Ἐντέρων τὰ μὲν ἄνω λεπτὰ καὶ χολώδεα μέσφι τοῦ τυφλοῦ, χολάδες ἐπίκλην· ἀπὸ δὲ τουτέων τὰ κάτω παχέα καὶ σαρκώδεα μέσφι τῆς ἀρχῆς τοῦ εὐθέος ἐντέρου. ἐγγίγνεται οὖν ἐν ἅπασι ἕλκεα·

niunt; et sicubi coacti prodeant, flatus supra erumpentes virosi sunt et acidi. Renes etiam et vesica per consensum adficiuntur, harumque partium dolor fit, et urinae suppressio; in iis tamen non est vitium, sed alia aliorum loco eveniunt. Verum hac re longe magis mirum id est, quod ad testiculos musculosque, *cremasteres* dictos, improvisus descendat dolor; medici non pauci consensum hunc ignorant: et eorum aliqui *cremasteras* exciderunt, quasi hi propriam mali causam in se continuissent; verum his quoque alia aliorum loco eveniunt. Ex hoc adfectu nascuntur abscessus malique moris ulcera: hydropes etiam et phthises, quae sanationem non recipiunt. Siquidem e frigore et crassis humoribus multaque glutinosa pituita morbus contrahitur. Quin etiam et aetate, et tempore, et in regione frigida, et per duram hiemem exoritur.

Cap. IX. [*De dysenteria sive torminibus.*] Superiora intestina ad *coecum* usque pertingentia, tenuia ac biliosa, *cholades* vocantur. Ab his inferiora, quae crassa et carnosa sunt, ad principium usque recti intestini porriguntur. Omnibus his innascuntur ulcera, (horumque species com-

δυσεντερίη δὲ τῶνδε τῶν ἑλκέων αἱ ἰδέαι. διὰ τόδε ποικίλαι ἔασι αἱ νοῦσοι. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπολῆς ξέει ἔντερα, ἀναδορὴν μούνην ποιεύμενα, καὶ ἔστιν ἀσινέα. ἀτὰρ δὲ ἀσινέστερα πολλὸν, ἢν τὰ κάτω ᾖ τὰ πάθη· ἄλλη δὲ εἰ σμικρῷ μὲν ἔτι βαθύτερα τὰ ἕλκεα, οὐκ εὐήθεα δὲ καὶ τάδε. ἄλλα βαθέα καὶ οὐχ ἱστάμενα, ἀλλ' ἐσθιόμενα, ἀδενώδεα, ἕρποντα, καὶ ἐπισφακελίζοντα, θανατώδεα. ἀτὰρ καὶ φλεβία (60) ἐπὶ τῇσι νομῇσι γίγνονται περίβρωτα, ἔν τε τοῖσι ἕλκεσι καὶ στάξιες αἱμοῤῥαγίας τὸ μέζον. ἄλλο εἶδος ἑλκέων, ὀχθώδεα, τρηχέα, ἀνώμαλα, τυλαίνια, ὡς ἐν ξύλῳ ὄζον εἴπομεν. δυσαχθέα τάδε. οὔτε γὰρ ὠτειλὴν ῥηϊδίως ἴσχει. ῥηΐτερόν τε γὰρ λύονται. αἰτίαι δὲ δυσεντερίης μυρίαι, ἐπίκαιροι δὲ, ἀπεψίαι, ψύξιες συνεχέες, δριμέων πρόσαρσις, μυττωτῶν, κρομμύου αὐτοῦ, σκορόδου, κρεῶν παλαιῶν, δριμέων ἐδωδή. ἐφ' οἷσι ἀπεψίη, ὑγρὸν ἄηθες, κυκεὼν, ἢ βρυτέων πόμα, ἢ οἷα κατὰ χώρην ἑκάστην ἀντὶ οἴνου γίγνεται δίψεος ἄκεα.

muni dysenteriae nomine vocantur;) ideoque varii sunt adfectus. Etenim aliqua intestinorum superficiem tantum radunt, et cum excoriationem solummodo faciant, periculo carent: sed multo innocentiora, si in inferioribus intestinis consistant: at si paulo profundiora sint ulcera, ne haec quidem boni sunt moris. Alia profunditatem habent, neque consistunt: exedentia, et glandulosa, et serpentia, et sphacelum inferentia, et mortifera; quin etiam, dum serpunt, circumroduntur venulae, et in ulceribus largiores sunt sanguinis destillationes. Aliud genus ulcerum est tumentium, asperorum, inaequalium, callosorum, instar nodi, quem in lignis reperimus; haec sanationem aegre recipiunt: neque enim ad cicatricem facile perducuntur, quia levi momento solvi possunt. Dysenteriae causae sunt complures: praecipue vero cruditas, frigora continua, acrium ciborum adsumtio, ut *myttoti* (i. e. pulmenti ex allio caepaque intritis,) aut caepae vel allii per se, aut carnium vetustarum atque acrium esca, quibus cruditas supervenit; idem facit humoris alicujus insueti potio, vel ejus, qui *κυκεὼν*, vel istius, qui *βρυτέων* adpellatur, et alia pocula, quae in singulis regionibus, vini loco, siti medentur;

ἀτὰρ καὶ πληγὴ καὶ ψύξις καὶ ψυχροποσίη τίκτουσι ἕλκεα. αἱ δὲ ἐκκρίσιες καὶ τὰ ξυνεόντα τοῖσι ἕλκεσι ἕτερα καὶ ἕτερα, ἐπ' ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι. ἢν μὲν γὰρ ἐπιπολῆς ἔῃ, ἄνωθεν μὲν λεπτὰ, χολώδεα, ἄνοσμα, πλὴν ὁκόσον ἀπ' ἐντέρων. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς νήστιος κατακορέα μᾶλλον, κροκοειδέα, κακώδεα· τὰ δὲ καὶ ξὺν τῇ τροφῇ λελυμένῃ μὲν, ἀλλὰ τρηχείῃ. ἄλλοτε κάκοδμόν ἐστι, τὰ δὲ ἕλκεα σηπεδών. ἄλλοτε δὲ ἴσχει, ὡς ἀπὸ σκυβάλων μοῦνον ἡ ὀσμή· ἀπὸ δὲ τῶν κάτω ἐπὶ τοῖσι ἕλκεσι, ὑδατώδεα, λεπτὰ, ἄνοσμα· ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον βαθέα, ἰχωροειδέα, ὑπέρυθρα, οἰνώδεα, ἢ ὅκως κρεῶν πλύμα. ἄλλοτε μὲν ἰδίῃ τάδε, ἄλλοτε δὲ ξὺν τοῖσι κοπρίοισι· καὶ τάδε ὑγρὰ λελυμένα τῷ περιῤῥόῳ, ἄχολα, ἄνοσμα· ἢ ξυνεστῶτα ξηρὰ ἐξίασι, ὀλισθηρὰ τῷ περιῤῥόῳ· ἢν δὲ μέζω καὶ λειότερα ᾖ τὰ ἕλκεα, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἄνω, χολώδεα, καὶ ἀφ' ὧν καὶ δι' ὧν ἔρχεται. καὶ γὰρ τὴν ἕδρην δάκνει. δριμεῖα γὰρ ἡ χολὴ, καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἢν ἀφ' ἕλκεος·

plaga item, et frigus, et aquae gelidae potio intestina exulcerant. Dejectiones autem et signa cetera in aliis aliisque ulceribus alia sunt, et alia. Nam si ista superficiem tantum attigerint, e superioribus intestinis feruntur tenuia, biliosa, odoris praeter eum, qui ab intestinis provenit, expertia. A jejuno autem intestino exeunt coloris quaedam magis saturi et crocei et odoris foedi. Et interdum haec cum alimento, liquato quidem illo, sed aspero; et stercorum odor, modo gravis est, et ulcera ipsa putrefacta: modo nullus est, nisi ab excremento ipso. Verum ab inferiorum intestinorum exulceratione aquosa quaedam, tenuia, sine odore, profluunt; at si ulcera profundiora fuerint, humor saniei similis, subrubicundus, instar vini, aut aquae, in qua caro lota sit; et haec modo per se, modo cum excrementis; eademque modo humida, a liquore circumfuso dissoluta, sine bile et odore: modo compacta et sicca exeunt, sed ob humorem circumfluentem lubrica. Quodsi majora sint et laeviora ulcera, idque in superioribus intestinis biliosa, tam eorum ratione, e quibus, quam horum, per quae transeunt, emittuntur; sedem quoque vellicant, quia bilis acris est, et eo magis, cum ab ulcere

καὶ ἡ χολὴ δὲ πίων ὅκως [69] *λίπας. ἐπὶ δὲ τοῖσι βαθυτέροις τοῖσι κάτω αἱμάλωψ παχὺς σὺν φλέγματι, σαρκοειδέα, οὐ κάρτα πίονα, ξυσματώδεα ὡς ἀπ' ἐντέρων εἶναι. ἀτὰρ καὶ ὅλα συμμέμικται μέλεα· φέρεται λευκὰ, παχέα, μυξώδεα, στέατι ξυγκοπέντι ἴκελα ξὺν τῷ περιῤῥόῳ. τάδε μέντοι ἀπὸ τοῦ εὐθέος τοῦ παραμήκεος ἐντέρου. ἄλλοτε δὲ μυξώδεα μοῦνον, ὀδαξώδεα, σμικρὰ, στρογγύλα, δακνώδεα, ἐξαναστάσιας πυκινὰς, καὶ προθυμίην ξὺν ἡδονῇ ποιεύμενα· ἐκκρίσιας δὲ κάρτα σμικράς· τεινασμὸς τοὔδε ἡ ἐπίκλησις. ἀπὸ δὲ τοῦ κωφοῦ φέρονται καὶ σάρκες ἐξέρυθροι καὶ μεγάλαι, περιγραφὴν πολλὸν μέζονα ἔχουσαι· βαθέα γίγνεται τὰ ἕλκεα, καὶ αἷμα παχὺ, τρυγῶδες· τάδε κάκοδμα τῶν πρό-*(61)*σθεν μᾶλλον. ἐπὴν δὲ ἕρπῃ καὶ ἐσθίῃ τὰ ἕλκεα, καὶ ἴσχηται μηδαμᾶ ἐπὶ μηδὲν, ἄνωθεν μὲν πρὸς τοῖσι χολώδεσι τοῖσι κατακορέσι, κροκώδεα, καὶ ἔπαφρα, τρυγίζοντα, καὶ μέλανα, ἰσατώδεα, πρασοειδέα, παχύτερα τῶν πρόσθεν, κακώδεα, ὅκως ἡ σηπεδὼν διαχωρέει. τροφὴ νῦν ἀπεπτοτέρη,*

provenit; bilis autem pinguis est, tanquam adeps. Verum a profundioribus inferiorum ulceribus sanguis descendit concretus atque crassus cum pituita: et carnosa quaedam, non admodum pinguia, intestinorum ramenta, eorumque partes etiam integrae his admiscentur. Interdum crassa prodeunt, alba, mucosa, adipis concisae similia, cum humore circumfluo; haec ab intestino recto veniunt. Nonnunquam mucosa tantum, pruritum moventia, parva, rotunda, mordacia egeruntur, quae hominem ad dejiciendum frequenter excitant, et desidendi cupiditatem cum voluptate faciunt, sed inter haec paucissima tantum exeunt; id mali *tenesmus* dicitur. At ab intestino coeco feruntur carnes rubicundae, grandesque, circumscriptionem multo majorem habentes; ulcera profunda sunt: sanguis crassus et focculentus: et odor quam in aliis gravior. Ceterum si serpant exedantque ulcera, et nulla prorsus ratione coërceri possint, e superioribus, non modo saturc biliosa, sed etiam crocea, spumantia, faecum similia, nigra, quaeque herbam isatidem aut porrum referunt, supra memoratis crassiora, odoris tanquam putridi, dejiciuntur;

ὡς ὑπὸ ὀδόντων λάβρων τετριμμένη μοῦνον· ἢν δὲ τὰ κάτω ἀνεσθίηται, αἱμάλωπες μέλανες, παχέα, σαρκοειδέα, ἐξέρυθρα, θρομβώδεα, ἄλλοτε μὲν μέλανα, παντοίως ποικίλα, κάκοδμα, οὐ φορητὰ, ἀφέσιες τῶν ὑγρῶν ἀβούλητοι· ἀπελύθη κοτὲ καὶ εὔμηκες ἄκριτον κατὰ πλεῦνα, ὅκως ὑγιὲς τὸ ἔντερον, καὶ δέος παρέσχεν ἀμφὶ ἔντερον τοῖσι ἀγνοοῦσι τοῦ πρήγματος. τὸ δέ ἐστι τοιόνδε. τῶν ἐντέρων, ὅκως τῆς κοιλίης, χιτῶνες ἔασι δοιοί· ἀτὰρ καὶ ἀλλήλοισι ἐπιβάλλουσι οἵδε λοξοί. ἢν οὖν ἡ διπλόη λυθῇ, ὁ μὲν ἐντὸς χιτὼν ἀποστὰς ἐς μῆκος ἔξω χωρέει, ὁ δὲ ἐκτὸς μίμνει μοῦνος, καὶ σαρκοῦται, καὶ ἐπωτειλοῦται, καὶ ἀλθάξονται, καὶ ζώωσι ἀσινέες. πάσχει δὲ τὸ κάτω μοῦνον, αἰτίη δὲ τῶν χιτώνων τὸ σαρκοειδές. ἢν δὲ αἷμα ἀπό τευ ἀγγείου φέρηται ξανθὸν, ἢ μέλαν, καθαρὸν ῥέει, ἀμιγὲς τροφῆς, ἢ σκυβάλων ἄτερ. εἰ δὲ ἐπίπαγος ἐπιπετάννυτο πλατέσι ἀραχνίοισι ἴκελος. θρομβοῦται, ἢν ψυχθῇ· οὐδὲ γὰρ ἡ πίστις αἵματος ἔκκρισις· τῷ

alimentum quoque magis crudum, ita ut a dentibus cum voracitate paululum duntaxat comminutum videatur. At si inferiora erodantur, nigrae concretiones, et crassa quaedam, carnosa, rubicunda, grumosa, ac nonnunquam nigra, omnibus modis variata, foetida, intolerabilia exeunt, humorque sine voluptate profluit. Nonnunquam oblongum quiddam, quoad plurima a sano intestino non discernendum dejicitur, multisque veritatem ignorantibus excreti ipsius intestini metum injecit. Verum haec res ita se habet: intestinorum, uti ventriculi tunicae sunt duae, quarum altera alteri oblique superincumbit; quando igitur harum connexio dissolvitur, interior tunica secundum longitudinem absistens foras exit, et exterior tantum intus remanet, carnemque contrahit, et ad cicatricem perducitur, homoque sanescit ac sine offensa vitam agit; id inferius intestinum tantummodo patitur, quippe cujus tunicae carnosae sint. Quodsi e vase aliquo sanguis fluat, is flavus aut niger et sincerus fertur, cibo impermixtus, et sine stercore: et concretio quaedam ei, latis aranearum telis similis, innatat; nam cum refrixerit, in grumos abit, neque sanguinem excretum hunc fuisse credideris; at ob immurmurationem multam cum

δὲ ῥοίζῳ πολλῷ ξὺν πνεύματι μέζον τῆς περιστάσιος ἡ φαντασίη τῆς ἐκκρίσιος. γίγνεταί κοτε καὶ ἐν κώλῳ πύου ἀπόστασις, οὐδέν τι τῶν ἄλλων τῶν ἐντὸς ἑλκέων ξενοπρεπεστέρη. καὶ γὰρ τὰ σημήϊα καὶ τὸ πῦον καὶ ἡ ἄλθεξις τῶν ἑλκέων ἡ ὡυτή. ἢν δὲ ἐκκρίσιες σκληραὶ τῶν σαρκοειδέων ἔωσι τετριμμέναι τρηχέσι σώμασι ἴκελαι, ἡ ἀπόστασις οὐ τοῦ εὐήθεος τρόπου· ῥέει κοτὲ πολλὸν ἀπὸ τοῦ κώλου ὕδωρ, δυσεντεριώδεα τρόπον. ὕδρωπος τόδε μυρίους ἐῤῥύσατο. τὰ μὲν ἕλκεα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰ ἐν τοῖσι ἐντέροισι τοιάδε· ἀτὰρ ἥδε καὶ ἡ τῶνδε ἰδέη, καὶ αἱ ἀπὸ τῶνδε ἐκκρίσιες, ὁκόσας ἔλεξα. φράζω δὲ καὶ τὰ ξυνεόντα ἑκάστοισι τῶν νοσευόντων, ἤν τε εὐήθεα, ἤν τε σιναρὰ ᾖ τὰ ἕλκεα. ἀθρόον μὲν οὖν εἰρήσθω, ἢν ἐπιπολῆς ἀναδορὴ, ἤν τε ἄνω ἤν τε κάτω ἔῃ, ἄπυροι, ἄπονοι, ὀρθοστάδην ὑγιαζόμενοι, σμικρῇσι τῇσι διαίτῃσι [70] ἑτεροίως. ἢν δὲ ἕλκος ἐγγένηται, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἄνω στρόφος δακνώδης, δριμὺς, ὡς ἀπὸ χολῆς θερμῆς σμικρῆς, ἔμπυοι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε· τὸ δὲ

spiritu major quam pro effectu excretionis fit opinio. Excitatur etiam in colo puris abscessus, nihil quidquam aliis ulceribus internis magis inusitatum: etiam signa et pus et curatio ulcerum est eadem: sed si carnium quarundam excretiones fiant, durae, et contritae, et asperis corporibus similes, abscessus mali moris esse significatur. Interdum e colo magna vis aquae, dysenterico more, profluit, quae res multos hydrope liberavit. Hujusmodi, ut summatim loquar, ulcera sunt in intestinis; haec utique eorum forma; et hae ex illis excretiones, quas supra proposui. Proximum est ut, quae in quibusque laborantium symptomata occurrant, sive boni fuerint, sive mali moris ulcera, exponam. Itaque ut generatim loquar, si excoriatio superficiem tantum occupaverit, vel in superioribus vel in inferioribus intestinis, homines febre ac dolore vacant, et sine decubitu per tenuem victus rationem, alius alio modo sanescit. Sin ulcus innascatur, torsiones in superioribus fiunt mordaces, acres, tanquam a bile pauca fervente: intestina aliis quidem atque aliis temporibus, ut plurimum tamen suppurant: cibi concoctio est imperfecta, cupiditas tamen non

πλέον, ἔμπυον. ἢ πέψιες ἡμιτελέες, οὐκ ἀπόσιτοι· ἢν δὲ τοῖσι κάτω ἕλκεα γένηται, πολλόν τι ἀσινέστερα τῶν ἄνω· καὶ γὰρ τὰ ἔντερα πολλόν τι μᾶλλον τῶν ἄλλων σαρκοειδέα. ἢν δὲ κοῖλα καὶ ἀνεσθίοντα ἐς τὰ ἄνω γένηται, πυρετοὶ ὀξέες, ἀλαμπέες, ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι· ὑποβρύχιοι, περίψυξις, ἀποσιτίη, ἀγρυπνίη· ἐρυγαὶ κακώδεες, ναυτίη, χολὴ, ἔμετοι, σκοτοδίνη· ἢν δὲ πολλὴ μὲν ἡ φορὴ, χολωδεστέρων δὲ γίγνηται, ἐπίμονοι στρόφοι, καὶ ἄλλοι πόνοι μᾶλλον· ποτὶ καὶ ἐκλύσιες δυνάμιος, ὑπολύσιες γουνάτων, καυσώδεες, διψαλέοι, ἀσώδεες, ναυτίη μελάνων, γλῶσσα ξηρὴ, σφυγμοὶ μικροὶ, ἄτονοι. τουτέων ἀδελφὰ, ὁκόσα ἐπὶ τοῖσι κακοειδέσι ἕλκεσι ἔλεξα τὰ θανατώδεα. καρδιώσσουσι μέσφι λειποθυμίης· με(62)τεξέτεροι δὲ οὐδὲ ἐς ἀνάκτησιν ἐπαλινδρόμησαν· ἀλλ' οὕτως ἐξέθανον· τάδε τὰ δεινὰ ξυνὰ καὶ τῇσι ἀπὸ τῶν κάτω ἐντέρων διαβρώσεσι· ἢν νέμηται μὲν τὰ ἕλκεα, ἄσχετος δὲ ἡ φορή· πλὴν ὁκόσον οἱ στρόφοι καὶ οἱ πόνοι ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν κάτω, ἔνθα τὰ ἕλκεα· ἰδέαι δὲ αἵδε τῶν ἐκκρίσιων, ὁκοίας ἔλεξα. ἢν δὲ ἐπὶ τοῖσι πρώ-

defit. At si inferioribus exulceratio inciderit, superioribus longe minus haec offendunt; quippe quae illis multo carnosiora sint. Verum si in superioribus ulcera innascantur cava et serpentia, febres oriuntur acutae, obscurae, in visceribus latentes, totius corporis algor, cibi fastidium, vigiliae, ructus foetidi, nausea, bilis vomitus, vertigo. Quodsi multa et ea biliosorum fuerit effusio, torsiones continenter inhaerent, et ceteri dolores increscunt; accedit virium languor et resolutio genuum: ardente febri extorrentur: siticulosi sunt: nauseant: nigra evomunt: lingua sicca: pulsus exiguus, imbecillis, hosque omnia comitantur, quae in ulceribus perniciosis mortifera esse proposui: usque ad animi defectionem malo *cardiaco* laborant, quidam ita, ut ad se revocari non possent, sed hoc modo occubuerint. Eadem mala inferiorum intestinorum erosionibus communia sunt, si ulcera serpant, neque profluvium coërceri possit: praeterquam quod tormina ac dolores sub umbilico inferius, ubi etiam ulcera sunt, percipiantur; excretionum vero tales, quales esse eas supra diximus. Quodsi

τοισι μικτὰ ᾖ, ἀνακωχὴ δὲ εἰς μακρὸν ᾖ νομῆς, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἕλκεα γίγνεται, τῶν μὲν πρηυνομένων, ἄλλων δὲ κορυφουμένων, ὅκως ἐν θαλάσσῃ κύματα. τοιόνδε τὸ τῶν ἑλκέων χύμα· ἢν δὲ καὶ κοτὲ ἐπαρκέσῃ μὲν ἡ φύσις, συνασκήσῃ δὲ καὶ ὁ ἰητρὸς, πέπαυται μὲν ἡ νομὴ, καὶ θάνατον οὐκ ὀῤῥωδέει, σκληρὰ δὲ καὶ ὀχθώδεα μίμνει τὰ ἔντερα, καὶ τῶνδε ἐς μακρὸν ἡ ἄλθεξις· αἱμοῤῥαγίη δὲ ἀπ' ἐντέρων, ἢν μὲν μεγάλης φλεβὸς ἢ ἀρτηρίης ἔῃ, ὠκὺς ὁ θάνατος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὴν χεῖρα δυνατὸν ἔσω ἐσμάσασθαι. καὶ τοῦ ἄλγεος θιγεῖν, ἢ φάρμακον αὐτῷ τῷ ἕλκεϊ προσβάλλειν, καίτοι καὶ εἰ ἐπίσχοιτο ἡ αἱμοῤῥαγίη φαρμάκῳ, οὐκ ἀτρεκὴς τοῦ θανάτου ἡ φυγή. μετεξετέροισι γὰρ μεγάλης ἐσχάρης ἔκπτωσις τῆς φλεβὸς τὸ στόμιον ἐς μέζον εὐρύνει, εὖτε καὶ θρόμβοι ἔνδον ἐγγίγνονται καὶ μίμνουσι ἔσω, ἄφυκτος ἡ νοῦσος. χρὴ οὖν ἀρχομένῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι ἀρήγειν. δήλη δὲ ὡς ἐπίπαν γίγνεται μέλλουσα, εἰ καὶ μὴ πάμπαν εὔσημος· ἄση ξύνεστι, ἀπορίη, βάρος τοῦ τόπου, ἔνθα ῥήσσεται, ἐρύ-

in initio exigua sint ulcera, neque intra tempus aliquod serpere incipiant, alia aliis superveniunt, quibusdam subsidentibus, aliisque in verticem adsurgentibus: talisque fit ulcerum adfluxus, qualis undarum in mari. Ceterum si natura valens extiterit, eique medicus etiam subvenerit, a serpendo coërcentur ulcera, neque mortis subest timor; dura tamen et tumida manent intestina, ac non nisi longo post tempore ad sanitatem perducuntur. At *profluvium sanguinis* ab intestinis, si a magna vena vel arteria exeat, mortem infert quam celerrime; neque enim manum inserere, partemque ipsam dolentem attrectare, aut ulceri medicamentum admovere possumus. Porro etiamsi medicamento sanguinem suppresseris, homo non propterea in tuto collocatur; quibusdam enim ingens crusta decidens venae osculum latius efficit; cumque in grumos abierit sanguis, iique intus remanserint, morbus jam sanationem non recipit. Oportet itaque incipientibus *sanguinis profusionibus* mederi. Hae plerumque cum instant quibusdam indiciis, licet haud prorsus evidentibus, significantur; anxietas adest et molestia: loci gravitas, in quo ruptio fu-

θημα τοῦ προσώπου, ἢν μηδέκω ῥαγῇ· κἢν μὲν ἡ φλὲψ νεοῤῥαγὴς ἔῃ, ὡς ἐπίπαν μαλθάσσεται πάμπαν. ἢν δὲ πρόσω ᾖ χρόνου, χαλεπώτερον καὶ βραδύτερον. τοιάδε μὲν τὰ ἐν ἐντέροις ἕλκεα· γίγνεται δὲ θέρεος ὥρῃ, δεύτερον φθινοπώρου, ἧσσον ἦρος, ἥκιστα χειμῶνος. καὶ διάῤῥοιαι μὲν παιδίοισι καὶ μειρακίοισι· δυσεντερίη δὲ ἀκμάζουσι καὶ νέοισι· γῆρας δὲ δυσαλθὲς καὶ ἐς ὠτειλὴν χρόνιον· τὰ δὲ ἀνεσθιόμενα γέρουσι ἀήθεα· ἀτὰρ καὶ αἱμοῤῥαγίη ξύμφωνος γήρᾳ.

[71] Κεφ. ι΄. [Περὶ λειεντερίης.] Ἢν ἐπὶ δυσεντερίῃσι καὶ ἕλκεσι πλατέσι καὶ κάρτα βαθέσι τῶν ἄνω ἐντέρων ὠτειλαὶ ἐγγίγνωνται πυκναὶ, παχεῖαι, στερέμνιοι, τὰ σιτία ἐκ τῶνδε ἐς τὰ κάτω διεκθέει, ὑγρὰ, ἀδιάκριτα τοῦ τροφίμου· τὸ γὰρ τῶν ἐντέρων ἀραιὸν δι᾽ οὗπερ ἐς τὴν ἄνω φορὴν ἡ τροφὴ ἀναΐσσει, ἀπέκλεισεν ἡ ὠτειλή. ἀτροφίη οὖν τὸν ἄνθρωπον ἴσχει καὶ ἀχροίη καὶ ἀτονίη, ἐπίκλην τὸ πάθος λειεντερίη ἴσχει· τὸ ἐπὶ τῇ οὔλῃ λέγω τῶν ἐντέρων

tura est; sub ipsum ruptionis tempus vultus rubor. Et si vena recenter fuerit disrupta, potest plerumque ad integritatem perduci; at si spatium jam accesserit, aegrius sanescit atque tardius. Hujusmodi sunt intestinorum ulcera. Oriuntur autem praecipue aestatis tempore: deinde auctumno: vere rarius: hieme minime. Pueris et adolescentulis *diarrhoeae* contingunt. *Dysenteria* juvenibus et aetate consistentibus. Senectus aegre convalescit, et ad cicatricem inducendam longum tempus requirit; at exedentia ulcera in senibus vix reperiuntur; quin etiam senectae sanguinis profluvia prosunt.

Cap. X. [*De lienteria, sive intestinorum laevitate.*] Si a *torminibus* latisque et admodum profundis superiorum intestinorum *ulceribus* cicatrices fiant crebrae, crassae, solidaeque, cibi ex his in inferiora transmittuntur liquidi, et ab ea horum parte, quae nutrimento esse deberet, indiscreti; intestinorum enim raritas, per quam sursum excrementa permeant, a cicatrice occluditur: homo itaque nutrimento destituitur, decolorque fit, et imbecillis. Malum *lienteria* dicitur, cum id, inquam, ab intestino-

τοὔνομα. καὶ νῦν μὲν ἐξ ἑλκέων ἐστὶ ἡ πάθη· ἄλλοτε δὲ ἔντερα μὲν ὠτειλὴν οὐκ ἴσχει· ἔθος δὲ καὶ μελέτη διαῤῥυεῖσα ἐκδιδάσκει τὰ ἔντερα. (63) τὸ γὰρ ἐν τουτέοισι θερμὸν ἢν καταψυχθέν κοτε μήτε καταπέσσῃ, μήτε ἐς τὴν ἀναφορὴν ἀναΐσσῃ, ἄκρατον δὲ ὑπ' ἀσθενίης ἔῃ, διαδιδρήσκει πᾶν ἔργον ἡ τροφή. ἀλλ' ἢν ἐνσχέδιος καὶ μὴ ἑδραίη γένηται ἡ κάθαρσις, ἀλλὰ φαύλη, ἁπλοῦς ἔμετος ἀπὸ σιτίων ἔλυσε τὴν νοῦσον. ἢν δὲ πρὸς ὠκέϊ χρόνῳ καὶ ἐν ἕδρῃ ἵζῃ ἡ αἰτίη τουτέων, οὐδὲν ὠφελέει. τίκτει δὲ καὶ χρονίη νοῦσος καὶ ὀρθοστάδην καχεξίη· ἀτὰρ καὶ ὕδρωπές κοτε ἐς τόδε ἀπέσκηψαν εὐτυχῶς, ἐς κακὸν μὲν ἐκ κακοῦ, ἀλλὰ κρέσσων ἡ διαδοχή.

Κεφ. ια'. [Περὶ ὑστερικῶν.] Τῇσι γυναιξὶ ὑστέρη ἀγαθὴ μὲν ἐς κάθαρσιν καὶ τόκον, ξυμφορὴ δὲ νούσων μυρίων τε καὶ κακῶν. οὐ γὰρ ἑλκέων ἢ φλεγμασίης ἢ ῥοῦ μοῦνον, ἀλλὰ κἢν ἐξαπίνης ὅλη ἄνω κινέηται, ὠκέως κτείνει. γεγράφαται μὲν οὖν ἐν ἄλλοισι, ὁκοῖα τῶν ἀπ' αὐτέων ἢν

rum cicatrice oriatur: jam enim ex ulceribus adfectus provenit: est autem, ubi cicatricem intestina non habent, sed consuetudo et usus ista profluvium pati edocent: nam si calor in his refrigeratus neque cibum concoquat, neque in superiores partes propellat, neque prae imbecillitate retinere possit, omni prorsus confectione alimentum vacat. Quodsi levis neque stabilis, sed vitiosa tantum fuerit purgatio, adfectum solvit simplex a cibo vomitus; sed si temporis spatio impingatur, atque fixa inhaereat horum causa, id auxilii nihil proficit. Adfectum hunc diuturnus quoque morbus inducit: malus etiam corporis habitus, licet ex eo quispiam non decubuerit. Hydropes quoque in eundem aliquando feliciter transeunt: e malo quidem in aliud malum, sed posterius tamen priori minus grave est.

Cap. XI. [*De uteri adfectibus.*] Uterus feminis est ad purgationem atque partum utilis, multos autem gravesque morbos infert. Neque ulceribus tantum et *inflammationi* et *fluori* patet, verum etiam, si repente tota sursum feratur, celeriter occidit. Atqui de acutis et mortiferis, qui huic incidunt, adfectibus alibi conscriptum est.

ὀλέθρια ὀξέα. τὰ δὲ χρόνια ῥόος διπλόος, σκληρίη, ἕλκεα, τὰ μὲν ἀσινέα, τὰ δὲ κακοήθεα, πρόπτωσις ὅλης ἢ μέρεος. ῥόος μὲν οὖν ἐρυθρὸς ἢ λευκόχροος· ἰδέα δηλοῖ. ἐρυθρὸς μὲν, ἢν αἷμα ξανθὸν, καὶ αἱ τοῦδε ἰδέαι ἢ πελιδνὸν ἢ μέλαν καὶ λεπτὸν ἢ παχὺ καὶ πεπηγὸς, οἷον θρόμβοι, ἢ λευκὸς ὡς ὕδωρ ἢ ὠχρόξανθος ὡς χολή· παχὺς δὲ ὅκως ὑπό-[72]λεπτος, ἢ λεπτὸς ἰχὼρ καὶ κάκοδμος. λευκὸς δὲ ὡς πῦον, ὁ δὲ ἀτρεκὴς, ὡς λευκὸς ὀῤῥὸς· ἀτὰρ καὶ αἱμάλωψ κοτὲ τῷ πύῳ συνεκρέει. μυρίαι δὲ ἄλλαι παρὰ τὸ μᾶλλον τουτέων καὶ ἧττον ἰδέαι. περίοδος δὲ ἄλλοτε μὲν ἡ ἐπὶ μῆνα κάθαρσις, ἀλλ' οὐκ ἐς τὴν ἀρχαίην ξυνίσταται προθεσμίην. οὐ πολλὸν μὲν τὸ αἷμα, ἐν ἡμέρῃσι δὲ πολλῇσι ἐκρέει· ὀλιγήμερος δὲ ἡ διάλειψις, ἀλλὰ καθαρή. ἄλλος περιόδου τρόπος, εἰς προθεσμίην δὲ καὶ οὐκ ἐς πλῆθος περὶ πλεῖστον ἡ πρώτη κάθαρσις· δὶς δὲ καὶ τρὶς καθαίρονται ἀνὰ πάντα τὸν μῆνα· ἄλλη ἰδέη ἄσχετος μὲν ἡ ῥοὴ καὶ σμικρὴ ἐφ' ἡμέρης ἑκάστης, ἀλλὰ εἰς τὸν ὅλον μῆνα οὐ πάγχυ βαιή. οὐδὲ γὰρ ὑστέρη μύει τὸ στόμα, ἀλλὰ οἴγνυται, πάρεσιν ἐς ῥύ-

Mala vero diuturna sunt *fluor duplex: duritia: ulcera*, partim innocentia, partim maligna: totius aut partis *prolapsus. Fluor* est aut *ruber* aut *albus:* horum uterque ex adspectu patet. *Ruber* est, cum exit sanguis flavus, hujusque species, ut *lividus* aut *niger:* tenuis aut crassus et concretus, instar grumorum; vel albus instar aquae, vel coloris e pallido flavoque, tanquam bilis: crassus item aut subtenuis, tanquam sanies tenuis ac foetida. In *fluore albo* humor exit puri similis, verus autem serum refert; quin etiam grumi aliquando cum pure effluunt. Mille aliae species sunt inter has, quae secundum plus minusve tantum differunt. Fluxus circuitus aliquando singulis mensibus, tanquam menstrua purgatio, sed non ad praestitutum tempus revertitur; non multus quidem sanguis, sed is per multos dies destillat: neque plures dies, sed tum e toto intermittit. Alia circuitus species est, cum singulis diebus exiguum indesinenter fit profluvium, cujus summa tamen intra mensem non exigua est; os enim uteri non committuntur, sed apertum est et resolutionem quandam

σιν ὑγρότητος πάσχουσα· εἰ δὲ μήτε διαλείπει μήτε σμικρὸν ἐκρέει, αἱμοῤῥαγίῃ θνήσκουσι. σημήϊα δέ· πρὸς τῇσι χροιῇσι τοῦ ῥόου ἡ χροιὴ τῆς ἀνοῦ· ἄγρυπνοι, ἀπόσιτοι, ἀσσώδεες, ἔκλυτοι ἐπὶ τὸ ἐρυθρὸν μᾶλλον, καὶ ὀδυνώδεες, καὶ κάκοδμον ἐπ᾽ ἀμφοῖν τὸ ῥεῦμα· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἧσσον ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. ὁ μὲν γὰρ λευκὸς κακίων ἢν μέζων που ἡ σηπεδὼν ἔῃ· ἄλλοτε δὲ ὁ ἐρυθρὸς ἢν ἀγριαίνῃ ἡ διάβρωσις. ἀθρόον δὲ εἰρήσθω, μέλας μὲν ἁπάντων κακίων, πελιδνὸς δεύτερον, ὠχρὸς δὲ καὶ λευκὸς καὶ πιώδης, μακρότεροι μὲν, ἧσσον δὲ κινδυνώδεες. τούτων δὲ αὐτέων ὁ ὠχρὸς κακίων μὲν, πολλὸν δὲ κρέσσων ὁ τῷ συνήθεϊ μεμιγμένος. ξυνήθης δὲ ἐρυθρὸς μὲν καὶ τὰ τοῦδε (64) εἴδεα· ἀτὰρ καὶ ἀσινέστεροι ταύτῃσι οἱ ξυνήθεες· τὸ δὲ ἀληθὲς γεραιτέρῃσι κακίονες οἱ ἐρυθροί· ἥκιστα δὲ νεήνισι οἱ λευκοί. ἄλλος ῥόος λευκὸς ἡ ἐπιμήνιος κάθαρσις λευκὴ δριμεῖα, καὶ ὀδαξώδης ἐς ἡδονήν· ἐπὶ δὲ τοῖσι καὶ ὑγροῦ λευκοῦ, παχέος, γονοειδέος πρόκλησις. τόδε τὸ εἶδος γονόῤῥοιαν γυναικείαν

patitur, ita ut humor effluat. Sin multum idque sine intermissione exeat, femina sanguinis profusione interit. Notae sunt praeter materiae fluentis colorem ipsius color mulieris; vigiliis premuntur: cibum fastidiunt: moleste agunt: imbecilles, in *rubro* praecipue *fluore*, et doloribus adflictatae; humor ipse in utroque genere graviter olet, sed modo magis, modo minus; nam si magna putredo subsit, albus magis foetet: si erosio exasperetur, foedior est odor rubri. Utque summatim dicam, *ater* omnium pessimus est, deinde *lividus*; *pallidus* autem et *albus* et *purulentus* diuturniores sunt, minus tamen periculosi; et ex his ipsis *pallidus* deterior est, sed longe melior, si cum usitato mixtus fuerit: usitatus autem est *ruber*, ejusque species. Quin etiam adsueti minus nocent; sed revera vetulas *rubri* plus offendunt, juniores ex *albis* minime periclitantur. Alia est *fluoris albi* species, ubi menstrua purgatio est albida et acris, et pruritum cum voluptate excitat: exinde humor albus, crassus, seminique similis elicitur; id genus *gonorrhoeam muliebrem* adpellavimus.

ἐλέξαμεν. ἔστι δὲ τῆς ὑστέρης ψύξις, οὕνεκεν ἀκρατὴς τῶν ὑγρῶν γίγνεται· ἀτὰρ καὶ τὸ αἷμα ἐς χροιὴν λευκὴν ἀμείβει. τοῦ γὰρ πυρὸς οὐκ ἴσχει τὸ φοινίσσον. τήνδε τὴν πάθην καὶ στόμαχος νοσέει καὶ ἐμέει φλέγμα· ἀτὰρ καὶ ἔντερα ὁμοίην ἴσχει, εὖτε τὴν διάῤῥοιαν νοσέει. γίγνεται ἕλκεα καὶ ἐν ὑστέρῃ, τὰ μὲν πλατέα, κνησμώδεα, ἅπερ ἅλια, ὅκως ἀναδορή τις ἐπιπολῆς, πῦον παχὺ, ἄνοσμον, ὀλίγον. εὐήθεα τάδε τὰ ἕλκεα· ἄλλα τουτέων βαθύτερα καὶ κακίονα, οἷς πόνοι σμικροὶ, πῦον ὀλίγῳ πλεῖον μᾶλλον, κάκοδμα, ἀλλ' ἔμπης εὐήθεα καὶ τάδε. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον βαθέα γίγνηται, καὶ τὰ χείλεα τῶν ἑλκέων ἀπηνέα ἢ τρηχέα, ἰχὼρ τις κακώδης, καὶ πόνος τῶν πρόσθεν μέζων· ἀνεσθίει δὲ τὴν ὑστέρην τὸ ἕλκος· ἐξήκει δέ κοτε καὶ ἀπολυθέντι σαρκίον μὴ εἰς ὠτειλὴν ἰὸν μήκιστον· κτάνει τόδε. χρόνιον γίγνεται κάρτα· τόδε καὶ φαγέδαινα κικλήσκεται. ὀλέθρια δὲ τὰ ἕλκεα, ἢν πρὸς τοῖσι ἄλγος ὀξύνῃ καὶ ἡ ἄνθρωπος ἀπορῇ. σηπεδὼν δὲ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος ῥέει οὔτε αὐτέῃσι φορητὴ,

Est autem uteri refrigeratio, ideoque humores retinere non potest; quin etiam sanguinem in colorem albidum permutat, siquidem ignis vi caret, qui colorem rubrum impertit. Similem huic adfectum stomachus patitur, quando pituitam effundit: et intestina quoque, cum diarrhoea laborant. In utero oriuntur etiam *ulcera*, quorum aliqua lata sunt, pruriginosa, tanquam ab insperso sale: et in his fit superficiei quaedam excoriatio; ex iisque pus erumpit crassum, odoris expers, exiguum: ulcera haec sunt mitia. Alia istis profundiora magisque noxia, quae dolorem aliquem movent: plus aliquanto puris effluit et deterius olent; sed haec tamen non sunt mali moris. Sin altius adhuc descendant, ulcerumque orae durae sint et asperae, sanies quaedam foetida effunditur et gravior quam in prioribus dolor accedit; uterum quoque ulcus exedit, et soluta quaedam aliquando exit caruncula; id ad cicatricem longo temporis spatio non perducitur, sed maxime diuturnum ac letale est; id etiam *phagedaena* dicitur. Porro ulcera sunt mortifera, si in his dolor increscat, et femina molestiis afficiatur; ex *ulcere* putridus quidam humor effluit, vel ipsis

ἀγριαίνει ψαύσεσί τε καὶ φαρμάκοισι, καὶ χαλεπαίνει πῶς καὶ ἰητρίῃ· φλέβες δὲ ἐν ὑστέρῃ ἐς ὄγκον αἴρονται ξὺν περιστάσεσι τῶν πέλας· ἔστι δὲ πεπνυμένοισι οὐκ ἄσημον τῇ ἀφῇ. οὐ γὰρ ἄλλως δῆλον· πῦρ δὲ [73] καὶ ἄση τοῦ παντὸς καὶ σκληρίη ξύνεστιν, ἥπερ τοῖσι θηριώδεσι θανατώδεα ὄντα ἕλκεα. ἀτὰρ καὶ ἐπίκλησιν ἴσχει καρκίνων· ἄλλος καρκίνος, ἕλκος μὲν οὐδαμῇ, ὄγκος δὲ σκληρὸς, ἀτέραμνος· ξυντιταίνει δὲ τὴν ὑστέρην ὅλην, ἀτὰρ καὶ ἄλγεα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐφέλκει· τὰ ὠυτὰ δὲ ἄμφω τὰ καρκινώδεα καὶ χρόνια καὶ ὀλέθρια· πολλὸν δὲ τὸ ἕλκος τοῦ ἀνελκώτου κάκιον καὶ ὀσμῇ καὶ πόνοισι καὶ ζωῇ καὶ θανάτῳ· ἐξίσταταί κοτε τῆς ἕδρης ἡ ὑστέρῃ ὅλη, καὶ ἐπὶ τοῖσι μηροῖσι τῆς γυναικὸς ἵζάνει ἄπιστος ἡ ξυμφορὴ, ἀλλ' οὐκ ἀθέητος ἡ ὑστέρη, οὐδὲ ἀγέννητος ἡ αἰτίη. ξυνδίδουσι γὰρ οἱ ὑμένες, οἱ πρὸς τοὺς λαγόνας, ὀχῆες τῆς ὑστέρης ἐόντες νευρώδεες· οἱ μὲν κατὰ πυθμένα πρὸς τὴν ὀσφῦν λεπτοί· οἱ δὲ κατ' αὐχένα ἔνθα καὶ ἔνθα πρὸς τοὺς λαγόνας·

aegrotantibus intolerabilis; idque tactu et medicamentorum applicatione exasperatur, et quovis medelae genere irritatur; uterique venae in tumorem assurgunt cum partium proximarum distentionibus. Id a peritis tactu, neque alio quovis modo, deprehenditur; adest autem febris totiusque corporis anxietas et partis affectae duritia, utpote in efferatis *ulceribus;* haec mortifera sunt et cancri nomen obtinent. Alia *cancri* species est, ubi nullum ulcus subest, tumor autem durus ac renitens: totus etiam uterus intenditur: dolores item premunt, caeteraque omnia, quemadmodum in *ulcere.* Ambo haec sunt ex *cancrorum* genere, ambo diuturna et mortifera: ulcus autem est illo, quod non exulceratur, et odore et doloribus et in vita et in morte gravius. Sede sua totus nonnunquam exit uterus, et mulieris femoribus incumbit. Malum profecto incredibile; uterus tamen ipse conspectui patet, neque hujus rei causa talis est, ut non subinde possit incidere. Relaxantur enim membranae ilibus affixae, quae uteri ligamenta sunt nervosa; harum illae, quae uteri fundo inseruntur juxta lumbos, tenues sunt: alterae juxta cervi-

οἱ δὲ μάλιστα νευρώδεες, πλατέες ὅκως νεὼς λαίφεα. πάντες οὖν ξυνδίδουσι οἵδε, ἢν ἔξω ἡ ὑστέρη ἀΐσση. κτείνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ ἔκπτωσις ἥδε. γίγνεται γὰρ ἐπὶ ἀμβλυσμῷ καὶ σεισμοῖσι μεγάλοισι καὶ βιαίῳ τόκῳ· ἢν δὲ μὴ κτάνῃ, ἐς μακρὸν αἵδε ζώουσιν, ὁρέουσαι τὰ μὴ θεητὰ καὶ τιθηνοῦσαι ἔξω καὶ καυκαλῶσαι τὴν ὑστέρην· δοκέει δέ κοτε τῆς διπλόης τῆς ὑστέρης ὁ ἔνδον ὑπεζωκὼς χιτὼν, εὖτε ἀποσπᾶται τοῦ ξυναφέος. δοιαὶ γὰρ (65) * αἴσχιες μοῦναι ἀπηλλαγμέναι χιτῶνος· ὁ δὲ οὖν ἀφίσταται μὲν καὶ ῥεύματι, ἅτε καὶ ἐντρωσμῷ καὶ βιαίῳ τόκῳ, εὖτε ἐπὶ τῷ χορίῳ προσπέφυκεν αὐτέη. ἢν γὰρ τόδε ἕλκηται βίῃ, συνεκπεράσας ὁ τῆς ὑστέρης χιτὼν, ἀλλὰ ἢν μὴ ἐκθάνῃ ἡ γυνὴ, παλίνορσος τὸ αὐτὸ συνήφθη κοτὲ στάθμῃ, ἢ σμικρὸν ἔξω φαίνεται· σκέπει γὰρ τοῖσι μορίοισι ἡ γυνή. προσπίπτει κοτὲ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρης μοῦνον μέσφι τοῦ αὐχένος, ἀλλ᾽ αὖθις εἴσω δύεται, ἢν ὀσφραίνηται ἡ ὑστέρη θυμίῃσι κακώδεσι. ἕλκει δὲ αὐτέην καὶ ἡ γυνὴ, ἵν᾽ ὀσφραίνηται θυμιητῶν εὐωδέων.

cem ejus hinc atque illinc ilibus adhaerescentes valde nervosae existunt, lataeque tanquam navigii vela; omnes itaque hae membranae relaxantur, quando foras exit uterus. *Prolapsus* hic ut plurimum occidit; fit enim ex abortu et magnis concussionibus et violento partu; quod si non illico moriantur, vitam diu trahunt, visu foeda intuentes, uterumque extra corpus, quasi a caule germinantem, nutrientes. Apparet aliquando ex duabus uterum succingentibus membranis interior, et ab alterius continuitate divellitur; etenim duae tantum membranae istius divisurae sunt: quarum haec ob humoris fluxionem abscedit, sicut etiam ex abortu et partu violento: tum vero *secundis* adhaerescit, nam si illae vi extrahuntur, simul prodit uteri tunica; at si femina mortem evaserit, in sedem suam regressa, ei adamussim connectitur, vel paululum extra propendet, eamque mulier suis naturalibus contegit. Uteri aliquando osculum usque ad cervicem duntaxat prolabitur, sed rursus intro se recipit, si uterus suffimenta mali odoris olfaciat; ipsum quoque mulier attrahit, si odora-

ἀτὰρ καὶ χερσὶ μαίης ἀτρέμα εἴσω θέει, ἡσυχῇ πιεζευμένη καὶ χριομένη πρόσθεν τοῖσι ὑστέρης μειλίγμασι.

Κεφ. ιβ΄. [Περὶ ἀρθρίτιδος καὶ ἰσχιάδος.] Ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος ἡ ἀρθρῖτις· ἀλλὰ ποδῶν μὲν ποδάγρην καλέομεν, ἰσχιάδα δὲ ἰσχίων, χειράγρην δὲ χειρῶν· ἤν γε μὴν σχέδιος ᾖ ἐπὶ τὶ τῶν προσκαίρων αἰτίων ὁ πόνος, ἢ κρύβδην δὲ με[74]λέτῃσι πολλὸν χρόνον ἡ νοῦσος, εὖτε ἐπὶ προφάσι σμικρῇ ὁ πόνος καὶ ἡ νοῦσος ἐξήφθη· ἔστι δὲ ἁπάντων ξυλλήβδην τῶν νεύρων ἡ πάθη, ἢν αὐξηθὲν τὸ κακὸν ἅπασι ἐπιφοιτῇ· ἀρχὴ δὲ νεῦρα τὰ δεσμὰ τῶν ἄρθρων, καὶ ὁκόσα ἐξ ὀστέων πέφυκε καὶ ἐν ὀστέοισι ἐμφύνει. θῶϋμα δὲ τουτέων μέγα. οὐ πονέει μὲν γὰρ θρὶξ, οὐδ' ἂν τέμνῃ τὶς ἢ θλίβῃ· ἢν δὲ ἐξ ὡυτέων πονῇ, οὐδὲ ἕτερον ἀλγέει τοῦδε δυνατώτερον, οὐ σιδηρὰ σφίγγοντα, οὐ δεσμὰ, οὐ τιτρῶσκον ξίφος, οὐ καῖον πῦρ. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐπαναιροῦνται ὡς μεζόνων πόνων ἄκεα· καὶ ἢν τάμῃ

menta grata naribus admoveat: quin etiam obstetricis manibus sensim reponitur, si placide comprimatur, medicamentis antea inunctas ad leniendum efficacibus.

Cap. XII. [*De arthritide et ischiade.*] Communis omnium articulorum dolor est *arthritis;* quem in pedibus *podagram* appellamus: in coxis *ischiadem:* in manibus chiragram; si nempe levis fuerit dolor, e causa aliqua ad breve tempus durante ortus, aut longo tempore latenter inhaeserit, ac dolor tandem morbusque ex parva occasione emicuerit. At si malum jam auctum omnes artus invaserit, est omnium generatim affectus nervorum. Initium fit a nervis, qui articulorum ligamenta sunt: et ab iis etiam quotquot ex ossibus oriuntur et in ossa desinunt. Id in his utique mirandum est, quod ne minimum quidem doleant, etiamsi secentur aut collidantur; at si per se membra condoluerint, eo nihil potest esse vehementius, non si ferramento percutiantur, non si constringantur vinculis, non si gladio saucientur, non si igne exurantur; etenim haec ipsi exposcunt, ut gravioribus sint doloribus remedio. Quodsi quis dum membra dolent ea incidat, sectionis dolor utpote minor a majore obscura-

τὶς αὐτὰ, πονεῦνται, ἀμαυροῦται ὁ τῆς τομῆς πόνος σμικρὸν ὑπὸ τοῦ μέζονος· ἢν δὲ ὅδε κρατέῃ, ἡδονὴ σφέας λάζυται ἐπιλήθουσα τῶν πάρος· πάσχουσι δὲ τοῦτο ὀδόντες καὶ ὀστέα· αἰτίην δὲ ἀτρεκέα μὲν ἴσασι μοῦνοι θεοὶ, ἐοικυῖαν δὲ καὶ ἄνθρωποι· ἔστι δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν τοιόνδε. τὸ μὲν κάρτα πυκνὸν ἀναίσθητον ψαύσιος καὶ τρώσιος, τῇδε καὶ ἄπονον ψαύσι καὶ τρώσι. ἄλγος γὰρ τρηχείᾳ ἐν αἰσθήσι. τὸ δὲ πυκινὸν ἀτρήχυντον· διὰ τόδε καὶ ἄπονον· τὸ δὲ ἀραιὸν, εὐαισθητὸν, καὶ τρηχύνεται τρώματι. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὰ πυκνὰ ζῇ ἐμφύτῳ θέρμῃ, καὶ αἴσθοιτο τῇδε τῇ θέρμῃ. εἰ μὲν οὐσιώδης ἡ δρῶσα αἰτίη ἔοι, οἷον ἡ μάχαιρα ἢ λίθος, τὸ οὐσιῶδες τοῦ πάσχοντος οὐκ ἀλγέει· πυκνὸν γὰρ τὴν φυήν. ἢν δὲ τῆς ἐμφύτου θέρμης δυσκρασίη λάβηται, αἰσθήσιος γίγνεται τροπή. τουτέων ἐξ ἑωυτέης πονέει ἡ θέρμη, ἐκ τῆς κατ' αἴσθησιν ἔσωθεν ἐγείρεται ὥσιος. φύσιος δὲ τῆς ἐς μέζω ἢ περιουσίης τὰ ἄλγεα. ἐγχρίμπτεται δὲ ἡ ἀρθρῖτις ἄλλοτε ἐς ἄλλα ἄρθρα, τοῖς μὲν ἐς ἰσχία, καὶ τὰ πολλὰ τῇδε ἐπιμίμνει γυῖος, (66) ἅσσα τε μέλεα κοτὲ μικρὸν,

tur; vel si iste praevaluerit, voluptate afficiuntur ex prioris oblivione. Causam quidem veram soli novere dii: verisimilem tamen ipsi quoque homines. Id autem, ut summatim loquar, hujusmodi est; quod valde densum est, id neque tactum neque vulnus sentit: quam ob rem in tactu atque vulnere dolor abest; dolor enim in exasperatione sensus consistit. Quod autem densum est, id exasperari nequit; quo fit ut dolore etiam vacet. At rarum acuto sensu praeditum est, et vulnere exasperatur. Quoniam vero densa etiam innato calore vivunt, per eandem quoque calorem sentire possunt. At si causa efficiens substantialis fuerit, tanquam gladius aut lapis substantialis corporis patientis pars non dolet, quia naturaliter densa est. Sed si calorem innatum mala temperies occupet, sensus pervertitur: at cum horum ex se ipso doleat calor, id ab interno sensus impulsu excitatur, ex natura verò adaucta nimisque abundante dolores proveniunt. *Arthritis* aliis alias articulis infigitur: in quibusdam coxas occupat, eaque parte homo plerumque claudus remanet: et reliqua etiam pau-

εὖτε οὐδὲ ἐπὶ τὰ σμικρὰ φοιτῇ, πόδας τε καὶ χεῖρας. ἢν γὰρ μειζόνων λάβηται μελέων χωρῆσαι τὴν νοῦσον δυναμένων, οὐχ ὑπερβαίνει τὰ ὄργανα· ἢν δὲ ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἄρξηται, ἐστὶ εὐήθης καὶ ἀδόκητος ἡ εἰσβολή. ἰσχιάδος μὲν ἀπὸ μηροῦ κατόπιν ἢ ἰγνύος ἢ κνήμης ἡ ἀρχή. ἄλλοτε δὲ ἐπὶ τῇ κοτύλῃ τὸ ἄλγημα φαίνεται, αὖθις ἐς γλουτὸν ἢ ὀσφὺν ἰκέλῃ, καὶ πάντα μᾶλλόν ἐστιν ἢ δόκησις ἰσχίου. ἀτὰρ καὶ τὰ ἄρθρα ὧδέ πως ἄρχεται· τοῦ ποδὸς τὸν μέγαν δάκτυλον ἀλγέει, αὖθις τὴν ἐπιπρόσω πτέρνην, ᾗ ποτὲ στηριζόμεθα· ἔπειτα ἐς τὸ κοῖλον ἧκε· τὸ δὲ σφυρὸν ἐξῴδησε ὕστατον. πρόφασιν δὲ αἰτιῶνται ἀναίτιον, οἱ μὲν κρηπῖδος κενεῆς τρίβον, οἱ δὲ μακρὴν περίοδον· ἄλλος δὲ πληγὴν ἢ πάτημα· οὐδεὶς δὲ φράσει τὴν οἴκοθεν οὖσαν. ἀτὰρ καὶ ἀκούσασι τοῖσι πάσχουσι τὸ ἀτρεκὲς ἔδοξε ἄπιστον· διὰ τόδε ἐς ἀνήκεστον ἐτράπη, ὅτιπερ τῇσι ἀρχῇσι ὁκότε ἀσθενεστάτη ἐστὶ ἡ νοῦσος, ὁ ἰητρὸς οὐκ ἐνίσταται· ἢν δὲ χρόνῳ κρατυνθῇ,

lulum tentat, jam exiguos artus non invadit, uti manus ac pedes. Nam si majora membra occupet, quae morbo capiendo sufficiunt, is instrumenta ista non praetergreditur. Quodsi ab exiguo membro initium sumserit, placita et inopinata fit accessio. In *ischiade* a posteriore parte femoris aut a poplite aut a tibia incipit: alias in coxae acetabulo dolor excitatur, rursusque in clunem aut lumbos impetum facit: et quidvis potius videtur esse, quam *ischias*. Caeterum in articulis hoc modo oritur *arthritis;* magnum pedis digitum dolor occupat, rursus calcis anteriorem partem, cui insistimus, ac deinde in ejusdem partem concavam subit, et malleolus denique intumescit. Causam mali non justam laborantes afferunt; quidam novi calcei attritionem, alii longam obambulationem incusant: alii ab ictu aut calcatione ortum pronuntiant: nemo autem causam internam esse arbitratur; neque vero si quis veram commemoret, fidem aegrotantibus facit. Ideoque affectus insanabilis evadit, quia morbi principiis, cum is minimam habet firmitatem, medicus non resistit; et si spatio vires acquisiverit, cura omnis supervacanea est. Qui-

ἀνόνητος ἡ μελέτη. τισὶ μὲν οὖν ἐς ποδῶν ἄρθρα μίμνει μέσφι θανάτου, τισὶ δὲ νέμεται ἐς τὴν τοῦ παντὸς σκήνεος περίοδον· τὰ πολλὰ δὲ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐς χεῖρας ἤϊξε. οὐ γὰρ μεγάλα τὰ ὅρια τῇ νούσῳ χει[75]ρῶν τε καὶ ποδῶν, ὅτι ἄμφω ὁμοφυέα, ἰσχνὰ καὶ ἄσαρκα καὶ ἐγγυτάτω τοῦ ἔξω ψύχεος· ἀπωτάτω δὲ τοῦ ἔσω θάλπεος. αὖθις ἄγκων καὶ γόνυ· ἐπὶ δὲ τοῖσι κοτύλαι, περίστροφος ἤδε μετάβασις ἐς νώτου μύας καὶ θώρηκος. ἄπιστον εἰς ὅσον ἕρπει τὸ κακόν. σπόνδυλοι ἀλγέουσι ῥάχεός τε καὶ αὐχένος, καὶ ἐς ἄκρον ἐρείδει τοῦ ἱεροῦ ὀστέου· καὶ ξυμπάντων τε ὁ βοῦς, ὄνος, καὶ ἡ ἰδέη ἑκάστου ὀδύνη. ἀτὰρ ἠδὲ τένοντες, ἠδένυ μύες ξὺν ἐντάσει ἀλγέουσι. γνάθων καὶ κροτάφων μύες, νεφρῶν καὶ κύστιος ἡ διαδοχή. ὢ τοῦ θώματος. ἐπὶ πᾶσι πάσχει ῥῖνας καὶ ὦτα καὶ χείλεα. πάντη γὰρ νεῦρα καὶ μύες· τῆς κεφαλῆς ἤλγεε τὰς ῥαφὰς, οὐκ εἰδὼς μὲν ὅ τι πονέει, ἐδείκνυε τῶν ῥαφῶν τὰ εἴδεα λοξὴν, εὐθείην, ἐπικάρσιον, ὀπίσω τε καὶ πρόσω. ἰσχνὴν δὲ τὴν ὀδύνην καὶ τοῖσι ὀστέοισι

busdam itaque pedum articulis usque ad mortis diem inhaeret, quibusdam serpit in universum corporis ambitum; ut plurimum vero a pedibus in manus procedit, idque non multo interposito tempore, siquidem manus pedesque ambo sint ejusdem naturae, tenues nimirum atque carnis expertes, externo frigori proximi, et ab interno calore remotissimi; rursus cubitus genuque tentantur, deinde coxarum acetabula: convolvitur demum atque transit ad thoracis dorsique musculos. Incredibile est, quam late vitium serpat; dolor ad cervicis spinaeque vertebras procedit, summoque ossi *sacro* infigitur: hisque omnibus et quidam est communis, et quidam singulis proprius dolor; quin etiam tendines cum glandibus ac musculis dolent atque intenduntur: maxillarum item temporumque musculi: renes postea et vesica afficiuntur; quodque maxime mirandum est, nares tandem hominis auresque et labra tentantur; nulla enim pars est, ad quam musculi et nervi non pertineant. Cuidam homini indoluerunt capitis suturae, qui, quidnam id esset, quod afficeretur, nescius, suturas describebat, obliquam, rectam, transversam, et in

ἐμπεπαρμένην. πᾶσαν γὰρ ὀστέων ξυμβολὴν νέμεται ἡ νοῦσος, ὅκως ποδὸς ἢ χειρὸς ἄρθρον. γίγνονται δὲ τῶν ἄρθρων καὶ ἐπιπωρώσιες· τὰ πρῶτα μὲν ὁκοῖον ἀποστάσιες ἴσχουσι· ἐπὶ δὲ μᾶλλον πυκνοῦνται, καὶ πηγνυμένου τοῦ ὑγροῦ ἀπηνέες αἱ ἀφέσιες· τέλος δὲ πῶροι στεῤῥοὶ, λευκοὶ ξυνίστανται· ἐς δὲ πᾶν ὄγκοι σμικροὶ ὁκοῖον ἴονθοι καὶ μέζονες· ὑγρὸν δὲ παχὺ, λευκὸν, χαλαζῶδες. καὶ γὰρ τοῦ παντὸς ἡ νοῦσος ψυχρὴ ὅκως χάλαζα· δοκέει δὲ θέρμης ἢ ψύξιος ἴσχειν διαφορήν. καὶ γὰρ οἷσι τῶν εὖ βδελυκτέων ἡδονή· ἐμοὶ δὲ ἁνδάνει (67) μίην μὲν αἰτίην τὴν ἔμφυτον ψύξιν ἔμμεναι, μίην δὲ καὶ πάθην· ἀλλ' ἢν μὲν εὐθέως ἐπιδώῃ καὶ θέρμη φανῇ, ἐμψύξιος χρέος καὶ τοῖσι τέρπεται. ὀνομάζουσι δὲ θέρμην τήνδε· ἢν δὲ ὁ πόνος ἐν τοῖσι νεύροισι εἴσω μίμνῃ, ξυμπεπτώκῃ δὲ τὸ ἄρθρον ἄθερμον, μηδὲ ἐποιδέῃ, ψυχρὴν τήνδε φαίην ἔμμεναι, ἐφ' ἧς θερμῶν φαρμάκων ἐς ἀνάκλησιν θέρμης χρέος. χρὴ δὲ τάδε πολλὰ τῶν

priori, et in posteriori parte capitis, de tenui dolore ossibus infixo conquestus; etenim omnes ossium commissuras morbus invadit, perinde ut pedis manusve articulum. Callosi enim fiunt articuli, qui primo tanquam *abscessus* habent, postea magis magisque condensantur, et cum humor penitus concreverit, durae sunt ossium extremitates: tophi demum albi solidique consistunt, et in toto membro tubercula partim exigua, *varorum* instar, partim his majora assurgunt; humor autem crassus est et albus, grandini similis; morbus enim, tanquam grando, frigidus universum corpus occupat. Quibusdam affectus hic videtur caloris et frigoris differentiam prae se ferre: siquidem modo ex calore, modo ex frigore voluptas percipitur; sed mihi placet unam causam ab innato frigore, unumque esse morbum. At si is celeriter increscat calorque emicet, refrigeratione opus est, et hujusmodi medela affectus mitigatur; id genus calidum appellant. At si in nervis dolor intus moretur, et caloris expers collabatur articulus, neque in tumorem assurgat, frigidum hoc esse dixerint; in quo fervida medicamenta ad suscitandum calorem requi-

κάρτα δριμέων. θερμασίη γάρ τά τε ξυμπεπτωκότα μέρεα εἰς ὄγκον ἤγειρε καὶ τὴν ἔσω θέρμην ἐς ἀνάκλησιν ἤγαγε· εὖτε τῶν ψυχρῶν χρέος. πίστις· τοῖσι γὰρ αὐτέοισι οὐ τὰ αὐτὰ ξυμφέρει· καὶ γὰρ ὅ κοτε ξυνήνεγκε, τοῦτ᾽ ἔβλαψεν ἄλλοτε· ὡς δὲ ἔβλαψεν ἄλλοτε· ὡς δὲ ἔπος εἰπεῖν, θέρμης ἐπὶ τῇ ἀρχῇ, ψύξιος δὲ ἐπὶ τῷ τέλει χρέος. ξυνεχὴς μὲν οὖν ποδάγρη οὐ ῥηϊδίως γίγνεται, διαλείπει δὲ ἔσθ᾽ ὅπη χρόνον μακρόν. λεπτὴ γάρ· καὶ Ὀλυμπίασι ἐνίκησε ποδαγρὸς ἐπ᾽ ἀνέσει δρόμον. ἀλλ᾽ ἄνδρες μὲν παθεῖν ῥηΐτεροι, γυναικῶν δὲ ἐλαφρότερον· γυναῖκες δὲ ἀραιότερον μὲν ἀνδρῶν, χαλεπώτερον δέ. τὸ γὰρ μὴ ἐν ἔθεϊ μηδὲ οἰκεῖον, ἢν ὑπὸ ἀνάγκης κρέσσον γένηται, βιαστὴν μέζονα τίκτει τὴν ξυμφορήν· ἡλικίη τὰ πολλὰ μὲν ἀπὸ ἐτέων πέντε καὶ τριήκοντα. θᾶσσον δὲ καὶ βράδιον ἐκ τῆς ἑκάστου φύσιος καὶ διαίτης. δεινοὶ μὲν οὖν οἱ πόνοι, καὶ τὰ παριόντα πόνων μέζονα· λειποθυμίη, ἐπὶ τῇσι ψαύσεσι ἀκινησίη, ἀποσιτίη, δίψος, ἀγρυπνίη· ἢν δὲ ἐπανέλθωσι, τοῦτο μὲν ὅκως ἐκ θανάτου

runtur; plerumque etiam admodum acria necessario usurpantur, quia calor et collapsas partes in tumorem attollit, et internum calorem evocat, quo tempore frigida rursus juvant. Huic rei fidem facit, quod iisdem eadem non conveniant: quod enim modo profuit, id alias obesse deprehenditur; atque, ut in summa dicam, calor in principio prodest, refrigeratio in fine. *Podagra* vix quemquam continenter infestat, et interdum diu intermittit, quia tenuis est. Fuit etiam *podagricus* quidam, qui in Olympicis ludis remittente morbo cursus certamine victoriam reportavit. Viri hoc affectu frequentius quam mulieres, sed levius tentantur; mulieres vero rarius quam viri, sed dolentius: quoniam id, quod extra consuetudinem neque familiare est, ubi ex urgente aliqua causa valentius evaserit, violentiora quoque mala inducit. Aetas huic maxime opportuna est ab anno quinto et tricesimo; citius tamen seriusve ex cujusque natura ac victus ratione contrahitur. Vehementes in his dolores excitantur, et symptomata accedunt doloribus atrociora: vel ex tactu sequitur animae defectio: motus impotentia est: cibi fasti-

πεφευγότες, ἄνετοι τὸν βίον, ἀκρατέες, ἁπλοῖ, εὔθυμοι, δωροδόκοι καὶ ἐς τὴν δίαιταν ἁβροί· [76] τοῦτο δὲ ὡς ἐκ θανάτου αὖθις ἐσόμενοι ἄδην χρέονται τῇ παρούσῃ ζωῇ. ἀπέσκηψε πολλοῖσι ἐς ὕδρωπα ἡ ποδάγρη, ἄλλοτε δὲ ἐς ἆσθμα· καὶ τῶνδε ἄφυκτος ἡ διαδοχή.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ ἐλεφαντιάσιος.] Ἐλέφαντι τῷ πάθεϊ καὶ τῷ θηρίῳ τῷ ἐλέφαντι ξυνὰ μόρια καὶ ἰδέῃ καὶ χροιῇ καὶ μεγέθεϊ καὶ βιοτῇ· ἀτὰρ οὐδὲ ἄλλῳ τῳ ἴκελα, οὔτε τὸ πάθος πάθεϊ, οὔτε τὸ ζῶον ζώῳ· ἐλέφας μέν γε τὸ θηρίον καὶ κάρτα διαφέρον· πρώτιστα μέν γε μέγιστον καὶ πάχιστον· μεγέθεϊ μὲν ὁκόσον ἂν ζῶον ἐπ' ἄλλῳ ζώῳ πυργηδὸν ἀναθείης μέγα· πάχιστον δὲ ἐς πλεῦνα ζῶα πάχιστα, εἰ παράλληλα ξυνθείης. ἀτὰρ οὐδὲ ἰδέην κάρτα τῳ ἴκελον· χροιὴν μὲν μέλανος κατακορέος ἅπαντες καὶ δι' ὅλου τοῦ σκήνεος. ἵππος μέν γε ἄλλος μὲν λευκότατος, ὅκως οἱ Θρήϊκες Ῥήσου· ἄλλοι δὲ πόδαργοι, ὅκως Μενέλεω πόδαργος. οἱ δὲ ξανθοὶ, ὅκως ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· ἄλλοι δὲ κυανέοι·

dium: sitis: vigiliae. Quodsi a malo recreantur, vitam quasi a morte conservati remissam agunt, intemperantes, simplices, hilares, munifici, in victu delicati: porro tanquam mortem rursus evasuri praesenti vita cum licentia perfruuntur. Multis *podagra* in *hydropem*, aliis in *asthma* transiit: et ex his illi succedentibus non evitanda mors est.

Cap. XIII. [*De elephantiasi.*] Elephanti morbo cum bellua elephante multa sunt communia, quoad speciem et colorem et magnitudinem et vitae rationem; neque vero alii cuivis similis est, vel affectus affectui, vel animali animal. Etenim elephas ab aliis feris longe differt; primo maximus, crassissimus est: tanta quidem magnitudine, ut, si magnum quodvis animal alii in turris morem superimponas, ea exaequet; crassitudine vero tanta, quantam animalia plura crassissima lateribus inter se conjuncta non exsuperent. Caeterum nequè specie aliud quodvis magnopere refert; etenim omnes per universum corpus coloris sunt saturate nigri; cum equorum alii candidissimi sint, quales *Rhesi* equi *Thracii;* alii pedes albos habent, ut *Menelai podargus;* alii flavi, sicuti a *Nestore* commemo-

Ed. Oxon. [76.] Ed. L. B. (67. 68.)

ἵππῳ εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτης. ὧδε καὶ (68) βόες, ὧδε καὶ κύνες ἠδὲ ὁκόσα ἀνὰ τὴν γῆν ἑρπετὰ καὶ ζῶα φέρβεται. ἐλέφαντες δὲ μοῦνοι μέλανες, ζοφοειδέες τὴν χροιήν· νυκτὶ δὲ καὶ θανάτῳ ἴκελοι· ἰδέην δὲ, κάρηνα μὲν κατέχων καὶ πρόσωπα ἄσημα, ἄϊδηλα τὴν μορφὴν, ἐπ' αὐχένι σμικρῷ, ὡς δοκέειν τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῖσι ὤμοισι ἵζάνειν· καὶ ὧδε οὐκ ἔκδηλον. ὦτα γὰρ μεγάλα, πλατέα, πτερυγώδεα, μέσφι κληΐδων τε καὶ στέρνων· ὅς ἔκρυψε τὸν αὐχένα τοῖσι ὠσὶ, ὅκως νῆες λαίφεσι. κέρατα δὲ θώϋμα διάλευκα ὁ ἐλέφας ἐπὶ μελαντάτῳ· μετεξέτεροι τάδε ὀδόντας κικλήσκουσι· τάδε μοῦνα λευκότατα, ὅκως οὐδενὸς ἄλλου τε οὐδὲν οὐδὲ λευκοῦ ζώου· καὶ τάδε οὐχ ὑπὲρ μέτωπα καὶ κροτάφους, ὅκως τοῖσι κερασφόροισι ἡ φυή. ἀλλὰ κατὰ στόμα καὶ τὴν ἄνω γνάθον, ὄρθια μένει ἐς τὸ πρόσθεν οὐ κάρτα· ἀλλὰ ἄνω σμικρόν τι καμπύλα· ὅκως ἐντύσσεσθαι ἐκ τοῦ ὀρθίου ἐνείῃ, καὶ ἄρασθαι ἄχθος ἐν τοῖσι ὀδοῦσι σιμοῖς. μεγάλα δὲ τὰ κέρατα, μῆκος μὲν ὁκόσον ὀργυιὴν οἱ μέσοι.

ratae equae centum et quinquaginta: alii caerulei, ut cum *Homerus* inquit, in speciem mutatus equi, cui caerula in armis luxuriat juba. Idem videmus in bobus, idem in canibus, idem in reptilibus cunctis atque animalibus, quotquot in terra pascuntur. Elephantes tantum omnes nigri sunt, colore tenebricoso, et nocti et leto similes. Eorum vero species hujusmodi est: caput habet aterrimum, cum vultu latente, formaeque non evidentis, super cervicem adeo brevem, ut caput humeris insistere videatur, quamobrem id non in conspectum venit. Aures enim magnae crassaeque, alarum instar, usque ad jugula pectusque praetenduntur, quibus cervix atque humeri tanquam navigia velis occuluntur. Cornua vero elephas habet mirifice candida, colori admodum atro internitentia: ista nonnulli dentes vocant; haec in eo tantum albissima sunt, neque ista candore exaequet quaevis vel candidi animalis pars. Et haec quidem ipsa non, ut in aliis cornigeris animalibus naturaliter fieri solet, fronti ac temporibus innascuntur, sed in ore maxillaque superiori posita antrorsum

ἄλλοι δὲ πολλόν τι τουτέων μέζους μέσφι διπλῶν· προβολὴν δ' ἴσχει ἡ ἄνω γνάθος ἀπὸ τοῦ χείλεος μακρὴν, [77] ἀνόστεον, σκολιὴν, ἑρπετώδεα. δοιαὶ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς προβολῆς ἔασι ἐκτρήσιες· καὶ τάσδε διαμπερὲς μέσφι τοῦ πνεύμονος ἐτέτρηνεν ἡ φύσις, ὅκως αὐλὸν διφυέα· χρέεται δὲ τὸ ζῶον ἐς ἀναπνοὴν, ὅκως ῥινὶ τῇδε τῇ σύριγγι· ἀτὰρ καὶ χερσὶ τῇδε· καὶ κωθωνίην τε γὰρ λάζοιτο ὁκότε θέλει τῇ προβολῇ· ἀμφιλαμβάνει τε καὶ ἴσχει κραταιῶς, καὶ οὐκ ἄν τις ἀφέλοιτο αὐτέου βίῃ, ἢν μὴ κρέσσων ἄλλος ἐλέφας· ἀτὰρ καὶ ποίην ἐς νομὴν τῇδε μαστεύει, οὐδὲ τῷ στόματι καὶ τοῖσι σμικροῖσι ὀδοῦσι ἔσθων σάρκας ζῇ. πόδες γὰρ εὐμήκεες ὕπερθεν τῆς γῆς πολλὸν τὸ ζῶον ἀνέχοντες· ἀτὰρ καὶ σμικρὸς αὐχὴν ὅκως ἔλεξα. οὔκουν δύναται τῷ στόματι εἰς τὴν γῆν νέμεσθαι. ποτὲ καὶ ἡ τῶν κεράτων πρὸ τοῦ στόματος ἔκφυσις εἴργει τῆς ποίης ἅπτεσθαι τὸ στόμα. τοιγαροῦν ἀνιμᾶται τῇ προβολῇ φόρτον μέγαν· ἔπειτα ὁκόσα *. μᾶλλον δὲ τηρεῖ τῇδε ξυνδῆσαι τῷ στόματι· ἐντίθησι πολλὸν

spectant, non ex toto recta, sed sursum versus recurva paululum, ut a recto cibum vorare possit, onusque simis dentibus attollere. Porro cornua haec ingentia sunt, quorum mediocria ulnum longitudine exaequant, alia multo grandiora, etiam ad duplicem usque magnitudinem. At in maxilla superiori prominentia quaedam a labro enascitur, longa, sine osse, tortuosa, quasi reptilis. In hujus extremo bina sunt foramina, quae natura usque ad pulmones pertinentia, duplicis instar tibiae, terebravit. Hac fistula pro naribus animal ad respirationem utitur; hanc etiam loco manuum adhibet: poculum enim, si quando velit, hac prominentia corripit, idque comprensat atque adeo tenaciter servat, ut id ab illo nullus quisquam, nisi potentior alius elephas, vi extorquere valeat. Quin et eadem herbam ad pastum quaeritat, neque ore parvisque dentibus carnem edendo alitur; longos enim pedes habet, qui animal longe supra terram attollunt, item breve collum, uti supra demonstravimus: quo fit, ut humi ore pabulari nequeat; ad haec cornuum ante os processus id ab herba distinet: itaque prominentia ista pabuli copiam sub-

τῇ κοιλίῃ· εὖτε οἱ πρῶτοι προβοσκίδα τήνδε καλέουσι. ἐπίπροσθεν γὰρ τοῦ ζώου τῇδε βόσκεται. ἀτὰρ οὐδὲ πιεῖν ἀπὸ λίμνης ἢ ποταμοῦ τῷ στόματι θέμις· ἡ ωὐτὴ γὰρ αἰτίη. ἀλλὰ ἢν διψῇ, ἐντίθεται μὲν τῷ ὕδατι τῆς προβοσκίδος ἄκρην τὴν ῥῖνα· ἔπειτα ὅκως ἀναπνέων ἀντὶ τοῦ ἠέρος τοῦ ὕδατος ἕλκει πολλόν· ἐπὴν δὲ πλήσῃ ὅκως κώθωνα τὴν ῥῖνα, τὸ στόματι ποταμηδὸν ἐκχέει· εἶτ᾽ αὖθις ἕλκει καὶ αὖθις ἐκχέει, ἔς τ᾽ ἂν πλήσῃ ὅκως φορτίδος νηὸς τὴν γαστέρα. ῥινὸν τρηχὴν καὶ πάχιστον, ὀχθώδεας ῥωγμοὺς (69) ἴσχοντα, αὐλῶνας ἐπιμήκεας, ἑτέρας ἐντομὰς κοίλας, ἐπικαρσίους, ἄλλας δὲ λοξὰς, βαθείας κάρτα, ἴκελον τὸ ξύμπαν τριποδονίῳ. τρίχες δὲ ἄλλοισι μὲν ζώοισι φύσι τοιαίδε αἱ χαῖται· ἐλέφαντι δὲ τόδε ἐστὶ ὁ χνοῦς· μυρίαι δὲ καὶ ἄλλαι παραλλαγαὶ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα· καὶ γὰρ ὀπίσω κοτὲ κατὰ γόνυ κάμπτει, ὅκως ἄνθρωπος, καὶ μαζὸν πρὸς τῇσι μασχάλῃσι ἴσχει ὅκως γυναῖκες· ἀλλ᾽ οὔτι μοι χρέος τανῦν ἀμφὶ τοῦ ζώου γράφειν, πλὴν ὁκόσον ἐξ ἄλλων τε καὶ

vehit, et postea, quaecunque venatur, hac complexus ventri futura alimentum in os detrudit; unde veteres hanc *proboscidem* dixere, quia haec ante animal προβόσκεται, id est, pabulum quaeritat. Porro ob eandem causam neque de lacu neque de flumine aquam ore haurire potest elephas; sed cum sitit, extremam quasi narem proboscidis aquae immergit: dein tanquam spiritum adducens pro aëre multum aquae attrahit: et ubi narem velut poculum impleverit, humorem ex ea in os uti flumen quoddam profundit: deinde aquam rursus assugit rursusque ejectat, quoad ventrem navis instar onerariae impleverit. Corium habet asperum, crassissimum, tumoribus rimosis inaequale, longis quasi sulcis incisum, in eoque fissurae sunt aliae cavae transversaeque, aliae obliquae atque admodum profundae. Porro alia animalia pilos habent hisque similes jubas; elephas solus lanugine tantum vestitur. Caeterum huic cum aliis animalibus aliae innumerae sunt discrepantiae; etenim instar hominis genua retro flectit, mammasque sicut feminae prope axillas habet. Atqui supervacaneum videtur de animali hoc plura in praesentia

ἡ νοῦσος ὁ ἐλέφας καὶ ὁκόσα ἴκελα ἡ ἰδέη τοῦ νοσοῦντος ἴσχει τῇ τοῦ ζώου φυῇ· ἐκίκλησκον δὲ καὶ λέοντα τὸ πάθος, τοῦ ἐπισκυνίου τῆς ὁμοιότητος εἵνεκεν, ἣν ὕστερον φράσω. ἠδὲ σατυρίησιν τῶν τε μήλων τοῦ ἐρυθήματος καὶ τῆς ἐκ συνουσιῶν ὁρμῆς ἀσχέτου τε καὶ ἀναισχύντου. ἀτὰρ καὶ ἡράκλειον ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν οὐδὲ ἀλκιμώτερον. μέγα μὲν οὖν τὸ πάθος ἐς δύναμιν· κτεῖναι γὰρ πάντων μᾶλλον δυνατώτατον· ἀτὰρ καὶ ἰδέσθαι αἰσχρὸν καὶ δειματῶδες τὰ πάντα ὡς ἐλέφας τὸ θηρίον· ἀλλ' ἄφυκτος ἡ νοῦσος· τίκτεται γὰρ θανάτου ἐπ' αἰτίῃ. ψύξις ἐστὶ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ οὐ μικρά τε ἢ καὶ πάγος, ὡς ἔν τι μέγα χεῖμα. εὖτε τὸ ὕδωρ τρέπεται ἐς χιόνα ἢ καὶ χάλαζαν ἢ κρύσταλλον ἢ πάγον. ἥδέ ἐστι ἡ ξυνὴ θανάτου καὶ τοῦ πάθεος αἰτίη. ἀτὰρ οὐδὲ ἴσχει τέκμαρ οὐδὲν ἡ ἀρ[78]χὴ τῆς νούσου μέγα· οὐδέ τι ξενοπρεπὲς κακὸν τὸν ἄνθρωπον ἐπιφοιτῇ· οὐδὲ ἐπὶ τῇσι ἐπιπολῇσι τοῦ σκήνεος φαντάζεται, ὡς ἰδεῖν τε εὐθὺς καὶ ἀρχομένῳ ἀρῆξαι. ἀλλὰ τοῖσι σπλάγ-

scribere quam in quibus morbus *elephas* et aegrotantis species naturam ejus referat. Affectum hunc aliqui *leonem* appellant, ob malarum ruborem et effraenem atque impudentem coitus libidinem. Alii morbum *Herculeum* nominant, quoniam illo nullus major sit aut valentior. Vis itaque mali magna est aliisque omnibus affectibus ad inferendam mortem longe efficacior; id etiam visu foedum est et sicut elephas bellua prorsus terribile. Porro ex eo certa imminet pernicies; etenim ex mortis causa originem habet: est enim innati caloris refrigeratio aut congelatio potius, quasi quaedam magna hiems, ubi aqua in nivem aut grandinem aut glaciem aut gelu convertitur; haec autem est mortis morbique hujus causa communis. Verum ne insignem quidem ullam in initio praebet sui notam: neque inusitatum quodvis malum hominem invadit: neque vero in superficie corporis apparet, ut id quispiam continuo animadvertere possit et incipienti occurrere; sed in visceribus tanquam occultus ignis delitescens succenditur, jamque internis partibus devictis in super-

χνοισι ἐμφωλεῦσαν ὅκως αἴδι πῦρ ἤδη τύφεται, καὶ τῶν εἴσω κρατῆσαν αὖθίς κοτε ἐπιπολαίως ἐξάπτεται, τὰ πολλὰ μὲν ὅκως ἀπὸ σκοπιῆς τοῦ προσώπου ἀρχόμενον τηλεφανὲς πῦρ κακόν. μετεξετέροισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἀγκῶνος, γούνατος, κονδύλων, χειρῶν τε καὶ ποδῶν. τῇδε καὶ ἀνέλπιστοι οἱ ἄνθρωποι, ὅτι περ ὁ ἰητρὸς οὐ πρὸς τὰς ἀρχὰς τὰς ἀσθενεστάτας τοῦ πάθεος τῇ τέχνῃ χρέεται ῥαθυμίῃ καὶ ἀγνοίῃ τῶν καμνόντων τῆς ξυμφορῆς. νωθέες μὲν γὰρ, ὡς ἀπὸ σχεδίου προφάσιος, ὑπναλέοι, ἡσύχιοι, τὴν κοιλίην ἐπίξηροι. τάδε καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι κάρτα οὐκ ἀήθεα· ἐπὶ δὲ τῇσι αὐξήσεσι τοῦ πάθεος ἀναπνοὴ βρομώδης ἐκ τῆς ἔνδον ἀναφορῆς τοῦ πνεύματος. τοιάδε ὁ ἀὴρ, ἤ τι τῶν ἔξωθεν αἰτίην ἴσχειν δοκέει· οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερὰ, οἷον ὑποζυγίου· ἀφροδισίων ὠμῶν τε καὶ ἀπέπτων ἡ ἀνάδοσις καὶ οὔτε τουτέων ἐστὶ αἴσθησίς τε καὶ μελέτη. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἢν μὴ πέψωσι γιγνώσκουσι· ὁμοίη ἀπεψίη καὶ πέψιος ἤδε· εἰς χρηστὸν γὰρ ἢ οἰκεῖον, οὐ ξυνήθης αὐτέοισι ἡ πέψις. ἀνάδοσις δὲ ῥηϊδίη, ὅκως ἐς τὴν ἑωυτέων τροφὴν ἀρ-

ficiem demum emicat, et a facie incipiens tanquam de specula longe lateque conspicuus effulget; aliis primo apparet in extremo cubito aut in genubus aut in manuum pedumve articulis. Ideoque de homine nulla spes est, quia contra principia morbi infirmissima medicus arte non utitur, ob aegrotantium negligentiam et calamitatis suae ignorantiam. Etenim segnes sunt, tanquam levi aliqua causa, somnolenti, quieti, alvo sicci: haec sunt etiam sanis hominibus non ita multum inusitata. At in incremento mali foedos odores exspirant ob interni spiritus exhalationem; huic rei aërem aut extrinsecum quid causam praebere existimant. Urina alba, crassa et qualis jumenti turbida. Cibi crudi et inconcocti in corpus digeruntur: ne haec quidem percipiunt curantve; neque enim an concoxerint, nec ne, satis sciunt: in his cruditas et concoctio perinde est, siquidem quod ipsis in bonum atque commodum vertat, haud frequenter concoquunt; cibus vero facile distribuitur, quippe quem, haud secus ac in ipsorum ali-

πάγδην ἕλκοντος τοῦ πάθεος. διὰ τόδε ἐπίξηροι τὴν κάτω κοιλίαν· ὄχθοι ἐπανιστάμενοι, ἄλλοι παρ᾽ ἄλλους ξυνεχέες μὲν οὐδέκω, παχέες δὲ καὶ τρηχέες, καὶ τὸ μεσηγὺ τῶν ὄχθων ἐῤῥεῖτο, (70) ὅκως τὸ ῥινὸν ἐλέφας. εὐρεῖαι δὲ φλέβες οὐ πλημμύρῃ τοῦ αἵματος, ἀλλὰ τῷ τοῦ δέρματος πάχεϊ· οὐκ ἐς πολλὸν δὲ καὶ ἕδρα δηλοῖ τοῦ παντὸς εἰς ἴσον ὄχθον ἐγειρομένου· τρίχες ἐν μὲν τῷ παντὶ προτεθνήσκουσι, χερσὶ, μηροῖσι, κνήμῃσι, αὖθις ἥβῃ, γενείοισι ἀραιαὶ, ψεδναὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κόμαι· τὸ δὲ μᾶλλον πρόωροι, πολιοὶ καὶ φαλάκρωσις ἀθρόη. οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἥβη καὶ γένειον ψιλά· εἰ δὲ καὶ ἐπιμίμνοιεν παυραὶ τρίχες, ἀπρεπέστεραι τῶν ἀποιχομένων· δέρμα τῆς κεφαλῆς κατεῤῥωγὸς εἰς βάθος· ῥύπεϊ δὲ συχναὶ, βαθεῖαι, τρηχεῖαι· ὄχθοι ἐς τὸ πρόσωπον σκληροὶ, ὀξέες· ἄλλοτε μὲν ἐς κορυφὴν λευκοί· ποιωδέστεροι δὲ τὴν βάσιν· σφυγμοὶ μικροὶ, βαρέες, νωθροὶ, ὅκως δι᾽ ἰλύος μόλις κινεύμενοι· φλέβες κροτάφων ἐπηρμέναι, καὶ ὑπὸ τῆς γλώσσης· κοιλίαι χολώδεες. γλῶσσα χαλαζώ-

mentum, morbus cum rapacitate attrahat: unde venter inferior siccus his efficitur. Tumores alii prope alios assurgunt, nondum continui, sed crassi atque asperi: et tumorum intervalla fissuris dividuntur, sicut elephanti corium. Venae latae non ob sanguinis abundantiam, sed propter cutis crassitudinem. Neque multo post malum penitus insedisse declaratur ex aequali totius corporis intumescentia. Crines in omni parte praemoriuntur, manibus, femoribus tibiisque: itemque rari sunt in pube mentoque et capite; quodque mirabilius est, praematura canities et calvities repente ingruunt; et intra tempus exiguum pubes cum mento glabra est: aut si pauci remaneant capilli, adspectu turpiores sunt quam si defluxissent. Cutis in capite alte dehiscit rimaeque squalidae sunt, frequentes, profundae, asperae. Tumores in facie duri, acuti, in vertice nonnunquam albidi, juxta basim viridiores. Pulsus exiguus, gravis, segnis, tanquam per coenum aegre se promovens. Venae in temporibus et sub lingua elatae; alvus biliosa. Lingua *varis* grandinosis aspera, ne-

δεσι ἰόνθοισι τρηχεῖα· οὐκ ἀδόκητον καὶ τὸ ξύμπαν σκῆνος ἔμπλεων τοιῶνδε ἔμμεναι. καὶ γὰρ καὶ τοῖσι κακοχύμοισι ἱερείοισι τὰ κρέα χαλάζης ἐστὶ ἔμπλεα· ἢν δὲ πολλὸν αἴρῃ τὶ ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἡ πάθη καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄκροισι φανῆται, λειχῆνες ἐπὶ τοῖσι ἄκροισι δακτύλοισι, γούνασι κνησμοὶ καὶ τῶν κνησμῶν ἅπτονται μεθ' ἡδονῆς· ἀμπίσχει δὲ ὁ λειχὴν καὶ γένειον κοτὲ ἐν κύκλῳ· ἐρεύθει δὲ καὶ μῆλα ξὺν ὄγκῳ οὐ κάρτα μεγάλῳ· ὀττίες ἀχλυώδεες, χαλκώδεες· ὀφρύες προβλῆτες, παχεῖαι, ψιλαὶ, βρίθουσαι κάτω, μεσοφρύων ξυνηγμένων ὀχθώδεες· χρῶμα πελιδνὸν ἢ μέλαν. ἐπισκύνιον οὐ [79] μέγα ἕλκεται καλύπτειν ὄσσε, ὅκως τοῖς θυμουμένοις ἢ λέουσι· διὰ τόδε καὶ λεόντιον κικλήσκεται. τοιγαροῦν οὐ λέουσι οὐδὲ ἐλέφαντι μοῦνον, ἀλλὰ καὶ νυκτὶ θοῇ ἀταλάντῳ· ὑπώπια, ῥὶς, σὺν ὄγκοισι μέλασι, ὀκριοειδέες, χειλέων προβολὴ παχείη· τὸ δὲ κάτω πελιδνόν· ἔκρινες, ὀδόντες οὐ λευκοὶ μὲν, δοκέοντες δὲ ὑπομέλανες, ὦτα ἐρυθρὰ, μελανόεντα, κεκλεισμένα, ἐλεφαντώδεα, ὡς δοκέειν μέγεθος ἴσχειν μέζον τοῦ ξυνήθεος· ἕλκεα ἐπὶ τῇσι βά-

que incredibile est, totum corpus hujusmodi tuberculis scatere: siquidem in victimis humores vitiatos habentibus caro quasi grandine repleta est. Sin ex intimis partibus morbus plurimum erumpat in extremisque appareat, summos digitos occupat *impetigo:* genua pruriunt et ea homo cum voluptate scalpit: mentum nonnunquam impetigo circulo complectitur: et cum tumore non ita grandi malae rubent. Oculi caligant et coloris sunt aenei; supercilia crassa, glabra, deorsum gravata prominent et contractis horum intervallis intumescunt: color eorum lividus aut niger: ipsa vehementer adducuntur oculosque contegunt, ut in iratis fit aut leonibus; itaque morbus *leoninus* dicitur: quamobrem aeger non elephanti tantum aut leoni est, sed etiam nocti oculos tetrae similis. Nasus tumoribus atris asperisque occupatur: labia crassa et prominentia, quorum inferius livet: nares praelongae: dentes non candidi, verum sub atro colore infecti videntur: aures cum nigritie quadam rubent, occlusae atque auribus elephantorum similes sunt et solito grandiores apparent: ulcera

σεσι τῶν ὤτων, ἰχῶρος ῥύσις, κνησμώδεα· ῥυσοὶ τὸ πᾶν σκῆνος ῥυτίσι τρηχείῃσι· ἀτὰρ καὶ ἐντομαὶ βαθεῖαι, ὁκοῖον αὔλακες μέλανες τῶν ῥινῶν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἐλέφας τοῦ πάθεος τοὔνομα· ἰχνέων καὶ πτερνέων μέσφι τῶν μέσων τῶν δακτύλων ῥήξιες. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον αὔξῃ τὸ κακὸν, ἑλκώδεες τοὺς ὄχθους, μήλων, γενείου, δακτύλων, γονάτων, κάκοδμα καὶ ἀναλθέα τὰ ἕλκεα. ἄλλα γὰρ ἐπ᾽ ἄλλοισι ἐξανίσταται, ἐπ᾽ ἄλλοισι ἄλλα πρηΰνεται. ἤδη κοτὲ καὶ τῶν μελέων προαποθνήσκει τοῦ ἀνθρώπου ἄχρι ἐκπτώσιος, ῥὶς, δάκτυλοι, πόδες, αἰδοῖα καὶ ὅλαι χεῖρες. οὐδὲ γὰρ θανατοῖ τὸ κακὸν εἰς ἀπαλλαγὴν βίου αἰσχροῦ καὶ ἀλγέων δει-(71)νῶν πρόσθεν ἢ ἐς μέλεα διατμηθῆναι τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ μακρόβιόν ἐστι, ὅκως ἐλέφας τὸ ζῶον. ἢν δὲ καὶ ἄλγος ἀρτίως ἔῃ τῶν μελέων, πολλόν τι ἐπικόπτει βαρύτερον. ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ πλανευμένων σιτίων ὄρεξις οὐκ ἀγεννὴς, ἄποιος ἡ γεῦσις, οὐδὲ τερπνὸν ἡ ἐδωδὴ καὶ ἡ πόσις· ἁπάντων δὲ ὑπ᾽ ἀχθηδόνος, μῖσος, ἀτροφίη, ἐπιθυμίη λυσσώδης· κόποι αὐτόματοι, μελέων ἑκάστου ἰδέη βαρεῖα καὶ τὸν ἄνθρωπον

in aurium basi, saniē fluentia, pruritibus vexata. Totum corpus rugis asperis exaratur: et fissurae, tanquam nigri sulci, in cutim alte descendunt; ideoque *elephas* morbi nomen est; plantae calcesque usque ad medios digitos hiant. Quodsi malum vehementius adhuc increscat, tumores exulcerantur: et in malis, mento, digitis genubusque foetida et insanabilia oriuntur ulcera, quorum alia super alia insurgunt, in aliisque alia subsidunt. Interdum ante hominem membra sua emoriuntur atque excidunt, nasus, digiti, pedes, pudenda manusque integrae; neque enim pestis ista aegrotantem turpi vita doloribusque vehementissimis ante liberat quam hominem membratim discerpserit; sed instar elephanti longaeva est. Quodsi membrorum repentinus fuerit dolor, multo acerbius affligit modo has modo illas partes vago more invadens; cibi cupiditate non vacant, sed nullum habent gustum neque in edendo aut bibendo voluptatem ullam capiunt; omnia aversantur et oderunt: corpus non alitur: veneris libido rabiosa est. Adsunt lassitudines spontaneae; membra singula quasi pon-

ἀχθέει καὶ τὰ σμικρὰ μέλεα· ἀτὰρ καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἅπαντα ἄχθεται, οὐ λουτροῖσι τέρπεται οὐκ ἀλουσίῃ, οὐ τροφῇ, οὐκ ἀσιτίῃ, οὐ κινήσι, οὐκ ἠρεμίῃ. πᾶσι γὰρ ἐφέστηκεν ἡ νοῦσος. ὕπνος λεπτὸς, ἀγρυπνίη κακίων ἐν φαντασίῃ, δύσπνοια καρτερή· πνῖγες ὡς ἀπ' ἀγχόνης. ὧδε γοῦν τινὲς κατέστρεψαν τὸν βίον, νήγρετον ὕπνον ἐς θάνατον εὕδοντες. τοιούσδε οὖν ἐόντας τίς οὐκ ἂν φύγοι ἢ τίς οὐκ ἂν ἐκτραπείη, κἢν υἱὸς ἢ πατὴρ ἔῃ, κἢν κασίγνητος τύχῃ· δέος καὶ ἀμφὶ μεταδόσιος τοῦ κακοῦ. πολλοὶ γοῦν ἐπ' ἐρημίης καὶ ἐς ὄρεα τοὺς φιλτάτους ἐξέθεσαν, οἱ μὲν ἐς χρόνον ἐπαρήγοντες τῷ λιμῷ, οἱ δὲ ὡς ἥκιστα σφέας ἐθέλοντες ἐκθανεῖν. λόγος δὲ ὡς τῶν ἐπ' ἐρημίης ἀφιγμένων τὶς ἐξερπύσαντα ἐκ τῆς γῆς ἔχιν ἰδὼν, ὑπ' ἀνάγκης τοῦ λιμοῦ ἢ τῷ πάθεϊ ἀχθεσθεὶς, ὡς ἀμείψασθαι τὸ κακὸν κακῷ, ζῶντος ἐνέφαγε τοῦ ἔχιος, καὶ οὐ πρόσθεν ἐτελεύτησε πρὶν ἢ πάντα αὐτῷ διασαπῆναι καὶ ἀποστῆναι τὰ μέλεα. ἄλλον δὲ ἰδεῖν ἔχιν εἰς πίθον γλεύκεος ἑρπύσαντα, πιόντα τε τοῦ γλεύκεος εἰς κό-

dere quodam premi videntur, hominemque vel minimi artus gravant. Porro corpus re quaque offenditur; non balneis delectatur, non horum abstinentia, non cibo, non inedia, non quiete, non motu; etenim omni parti morbus penitus insedit. Somnus tenuis propter somniorum visa, vigiliis molestior; ingens spirandi difficultas: suffocatio, quasi laqueo strangularentur; atque hoc modo quidam e vita excessere, ad mortem perpetuo usque oppressi somno. Itaque cum hujusmodi sint, quis non eos defugiat aut quis non aversetur, licet ipsorum vel pater sit vel filius vel frater? siquidem metus etiam subest, ne vitium ex contagione communicetur. Propterea multi in montes ac deserta viros amicissimos exposuere; nonnullis ad aliquod tempus horum inediae subvenientibus: aliis non item, cum eos emori vellent. Memoriae proditum est, quendam ex his qui in desertis commorarentur viperam, quam e terra prorepentem conspexerat, sive fame coactum sive affectus adeo pertaesum ut malum malo commutare vellet, vivam devorasse, neque vita prius migrasse quam omnia ipsius membra computruissent atque excidissent. Alia fama est, vidisse viperam

ρον, ἀποβλύσαι. πολ[80]λὸν δὲ καὶ τοῦ ἰοῦ συνεκχεῖν τῷ γλεύκεϊ· ἐπεὶ δὲ ἀπεπνίγη τὸ θηρίον ἐν τῷ γλεύκεϊ, χανδὸν καὶ πολλὸν τοῦ γλεύκεος πιεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου καὶ τοῦ πάθεος διζήμενον· ὡς δὲ ἐς κόρον ἧκε καὶ μέθην, ἔκειτο μὲν χαμαὶ τὰ πρῶτα ὅκως ἀποθνήσκων· ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ κάρου καὶ τῆς μέθης ἐξήγρετο, περιεῤῥύησαν μὲν τὰ πρῶτα αἱ κόμαι, ἔτι δὲ δάκτυλοί τε καὶ ὄνυχες· ἑξῆς δὲ περιτετήκεισαν πάντα. ἐπεὶ δὲ ἔτι ἐν σπέρματι ἡ δύναμις ἦν, ἐκηροπλάστεεν αὖθις ὅκως ἐκ γενετῆς τὸν ἄνθρωπον ἡ φύσις. ἐξέθρεψε μὲν ἄλλας κόμας καὶ ὄνυχας νέους καὶ σάρκα καθαρὴν καὶ ἐξέδυ μὲν τὸ παλαιὸν ῥῆνος, ὡς γῆρας ἑρπετοῦ· ἐπανεκλήθη δὲ ὡς ἐς φῦμα ζωῆς ὅκως ἄλλος ὤνθρωπος. ὧδε μὲν οὖν ὁ μῦθος οὐ κάρτα μὲν ἀτρεκὴς, οὐ πάγχυ δὲ ἄπιστος. κακὸν γὰρ κακῷ βλαφθῆναι πιστόν. τὴν φύσιν δὲ ἐπὶ τῷ ἐόντι ζωπύρῳ ἀνανεῶσαι τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἄπιστον ἐς τέρατος ἰδέην.

quae cum in dolium musti repsisset et ex eo ad satietatem combibisset, id rursus exspuerit multumque una cum musto veneni effuderit. Postquam autem vipera in musto extincta est, homo ex eo avide largeque hausit, ad finem vitae pariter et affectus pervenire cupiens. Cumque satiatus esset inebriatusque, humi primo jacebat quasi moribundus; postea cum e sopore ac temulentia exsurrexisset, homini primo comae defluebant: deinde digiti unguesque: ac postremo omnes contabescebant artus. Quoniam vero vis adhuc inerat, virum natura tanquam ex ortu rursus effinxit; alios ei crines, ungues novos puramque carnem enutrivit; ipse vero cutim antiquam tanquam serpentis senectutem exuit, ad aliud quasi vitae exordium, novi instar hominis revocatus. Ita se fabula habet, neque plane verisimilis, neque omnino tamen improbabilis; etenim malum malo pulsum fuisse haud incredibile est: naturam vero ex remanente vitae scintilla hominem redintegrasse non ita a ratione abhorret, ut id prodigio simile videri debeat.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΟΞΕΩΝ ΝΟΥΣΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Oxon. [81. 82.] Ed. L. B. (72.)

[81] [82] (72) [Προοίμιον.] Ὀξέων νούσων ἄκεα ξυναφέα τῇσι ἀμφὶ σημηΐων ἰδέῃσι, ὧν τοῖς ξυγγράμμασι ἅσσα μοι πρόσθεν γεγράφαται. ὁκόσα μὲν ὧν ἐν πυρετῶν θεραπείῃ γίγνεται κατά τε τὴν τούτων διαφορὴν καὶ κατὰ τὴν τῶν νοσημάτων ἰδέην καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ποικιλίην, τουτέων τὰ πλείω ἐν τοῖσι ἀμφὶ πυρετῶν λόγοισι λελέξεται· ὁκόσα δὲ ξὺν πυρετοῖσι ὀξέα γίγνεται πάθεα, ὁκοῖον ἡ φρε-

---

ARETAEI CAPPADOCIS DE CVRATIONE ACVTORVM MORBORVM LIBER PRIMVS.

[*Prooemium.*] Acutorum morborum curationem signorum descriptioni subjiciemus, quorum pleraque in superioribus libris comprehendimus. Quaecunque igitur in *febrium* medicatione fieri debeant secundum earum differentiam morborumque speciem et in ipsis varietatem, horum plurima in tractatu de *febribus* explicabuntur. Quotquot autem acuti contingunt morbi cum febribus, uti

νῖτις ἢ ἄνευθε πυρετῶν, ὁκοῖον ἀποπληξίη, ἀμφὶ τῶνδε μοῦνον τὰ ἄκεα φράσω, ὡς μὴ διαμαρτάνειν μηδὲ μακρηγορέειν ἕτερα ἐν ἑτέροισι γράφοντα. ἀρχὴ δὲ ἡ ὡυτὴ ἡ καὶ ἀμφὶ τῶν παθέων, καὶ τελευτὴ ἡ ὡυτή.

Κεφ. α΄. [*Θεραπεία φρενιτικῶν.*] *Κατακεκλίσθαι* χρὴ τὸν νοσέοντα ἐν οἴκῳ εὐμέτρῳ, εὐκρήτῳ, χειμῶνος μὲν ἐν ἀλέῃ, θέρεος δὲ ἐν ψυχεῖ νοτερῷ· ἔαρος δὲ καὶ φθινοπώρου πρὸς τὰς ὥρας τεκμαίρεσθαι. ἔπειτα ἡσυχίην ἄγειν κελεύειν καὶ αὐτὸν νοσέοντα καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίης ἅπαντας. ὀξυήκοοι γὰρ ἠδὲ ψόφου καθαπτόμενοι φρενιτικοί. ἀτὰρ ὑπὸ τῶνδε μαίνονται. τοῖχοι λεῖοι, ὁμαλοὶ, μηδ᾽ ὑπερίσχοντες, μηδὲ ἄχναι μηδὲ γραφῇσι εὔκοσμοι. ἐρεθιστικὸν γὰρ τοιχογραφίη. καὶ γὰρ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀμφαιρέουσί τινα ψευδέα ἰνδάλματα, καὶ τὰ μὴ ἐξίσχοντα ἀμφαφόωσι ὡς ὑπερίσχοντα· καὶ πᾶσα πρόφασις ἀναιτίη πρόκλησις χειρῶν φορῆς. κλίνης (73) μῆκος καὶ πλάτος σύμμετρον, ὡς μήτε βληστρίζεσθαι ἐν τῇ πλατείῃ μήτε ἀπὸ τῆς στενῆς ἐκπίπτειν

phrenitis: aut sine febribus, ut *apoplexia:* eorum duntaxat hoc in loco curationes exequar; idque ne vel errores admittam vel oratione supervacanea utar, si alia in aliis locis conscripsero. Initium vero idem quod in affectuum enarratione cepi, idemque esto finis.

Cap. I. [*Curatio phreniticorum.*] Cubare oportet aegrum in aedibus modicae amplitudinis aërisque temperati: hieme quidem in loco tepido: aestate autem in frigido et humido: vere et autumno tempestati rem accommodare. Postea conquiescere jubere et ipsum aegrotum quique in domo versantur universos; nam acutissime audiunt *phrenitici*, strepituque irritantur et insaniunt. Parietes leves sint, aequales, non eminentes, neque stramentorum coloribus neque picturis exornentur; picturati enim parietes mentem jacentium perturbant; siquidem ante oculos vanas quasdam imagines accipiunt: quaeque non extant tanquam eminentia contrectant: et inanis quaelibet occasio ipsorum manus e lecto provocat. Lecti longitudo et latitudo sit mediocris, ut neque in

κοίτης. ἐν ψιλοῖσι τοῖσι στρώμασι, ὡς μὴ κροκυδίζειν ὑπόμνησις ἔοι. ἀτὰρ ἠδὲ ἐν μαλθακοῖσι. ἀστεργὴς γὰρ τοῖσι νεύροισι ἡ σκληρὴ κοίτη. οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν ἄλλων τοῖσι φρενιτικοῖσι τὰ νεῦρα πονέει, μάλα γάρ τοι σπῶνται φρενιτικοί. εἴσοδοι τῶν φιλτάτων. μῦθοι καὶ λαλιὴ μὴ θυμοδακεῖς. πάντα γὰρ εὐθυμέεσθαι χρὴ, μάλιστα τοῖσι ἐς ὀργὴν ἡ παραφορή· κατάκλισις ἢ ἐν ζόφῳ ἢ ἐν φωτὶ πρὸς τὸ νόσημα τεκμαρτέη. ἢν γὰρ πρὸς τὴν αὐγὴν ἀγριαίνωσι καὶ ὁρέωσι τὰ μὴ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὑπεόντα φαντάζωνται ἢ ἀνθ᾽ ἑτέρων [83] ἕτερα γιγνώσκωσι, ἢ ξένα ἰνδάλματα προβάλλωνται καὶ τὸ ξύνολον τὴν αὐγὴν ἢ τὰ ἐν αὐγῇ δεδίττωνται, ζόφον αἱρέεσθαι χρή· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἀγαθὸν δὲ πρὸς αὐγὴν σωφρονέειν τε καὶ πρηΰνεσθαι τὴν παραφορήν. ἀσιτίη μὴ μακρή· σιτία δὲ ὑγρότερα καὶ βραχύτερα καὶ συνεχῆ. μειλίγματα γὰρ θυμοῦ σιτία· εὐκαιρίη δὲ ἐν τῇσι ἐπανέσεσι ἀμφοῖν, καὶ πυρετοῦ καὶ παραφορῆς. ἢν δὲ ὑπ᾽ ἀσιτίης ἐκμαίνωνται, καὶ ἢν μὴ παρήκῃ ὁ πυρετὸς,

ampliori corpus jactitent neque ex angustiori decidant. Stragula sint laevia, ut ne floccos legere in mentem iis veniat, et etiam mollia: durum etenim cubile nervis inimicum est; inter alios vero praecipue *phreniticis* nervi laborant iisque frequentissime contrahuntur. Ingrediantur viri amicissimi sermonibusque et alloquiis utantur haudquaquam injucundis, nam in omni re oblectari debent, iique maxime qui cum dementia iracundi sunt. Num vero in tenebris vel in luce jacere debeant, ex morbo conjicere oportet; nam si ad lucem exasperentur, quaeque nusquam sunt videant, quaeque non adsunt imaginentur, vel pro aliis alia fingant, vel vanas imagines accipiant et in summa lucem, quaecunque in luce sunt horreant, obscuro loco eos continere praestat, sin minus, lucido. Bonum vero signum est, ubi ad lucem redierit iis mens et remiserit insania. Abstinentia non diuturna; cibi humidiores sunto paucioresque et continui: nam cibi ad mentem demulcendam prosunt. Cibi exhibendi tempus esto, cum remiserint ambo et febris et delirium. Quodsi per inediam furant neque febris decreverit, cibos dare utile

διδόναι μὴ μεγάλα ἐπὶ πυρετὸν βλάπτοντα. ἀγαθὸν δὲ ξυμφωνέειν καὶ τὸν πυρετὸν καὶ τὴν παραφορὴν ἔς τε τοὺς παροξυσμοὺς καὶ τὰς ἐπανέσιας· ἢν ὦν ἥκῃ ὁ καιρὸς ἐς θρέψιν, πρώτιστα σκεπτέον εἰ χρὴ ἀφαιρέειν αἷμα. ἢν μὲν ὦν ἡ παραφορὴ ξὺν πυρετῷ ἀρχῆθεν εἰσβάλλῃ τῆς πρώτης ἢ δευτέρης ἡμέρης, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι μάλιστα τὴν μέσην· ἀτὰρ καὶ ἢν ἐς τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέρην ἡ παραφορὴ ἥκῃ, μέσφι τῆς πρώτης τῶν κρισίμων περιόδου τάμνειν· εἰ δὲ προσωτέρω τοῦ δέοντος χρόνου ἑκταίῳ ἐόντι ἢ ἑβδομαίῳ ἔῃν, πολλὸν πρὸ τῶν κρισίων ἐν τοῖσι ὀξέσι κενοῦν χρὴ ἢ φαρμακεύειν ἢ τοῖσι ἄλλοισι ἐρεθμοῖσι χρέεσθαι. ἀτὰρ καὶ φλέβα τάμνων μὴ πολλὸν ἀφαιρέειν, κἢν ἐν ἀρχῇ τάμνῃς. φρενῖτις γὰρ εὔτρεπτον ἐς συγκοπὴν κακόν· ἢν δὲ πολυπληθὴς ὁ νοσέων ἔῃ καὶ νεηνίης καὶ ἐξ ἀδηφαγίης καὶ οἰνοφλυγίης, οἵδε οὐ τῆς φρενίτιδος ἔασι οἱ λογισμοί. ἀλλὰ καὶ ἄνευ παραφορῆς πολλὸν τουτέων ἀφαιρέειν αἷμα· πολλὸν δὲ μεῖον ἀφαιρέειν, ἢν οἵδε ἔωσι οἱ φρε-

est, qui in febribus quam minime offendant. Expedit utique, ut febris ac furor et in accessionibus et in remissionibus concordent. Quodsi dandi cibi opportunitas adsit, imprimis considerandum est, an sanguinem oporteat detrahere. Itaque si ab initio, primo vel secundo die, delirium cum febre accesserit, vena cubiti media potissimum incidatur; vel etiam si tertio aut quarto die furor invaserit, usque ad primum dierum *criticorum* circuitum venam oportet incidere. At si post tempus sanguini mittendo aptum, sexto scilicet vel septimo die, incipiat, multo ante *judicationes* in acutis morbis, evacuantibus purgantibusque remediis aliisque quae corpus irritant et affligunt utendum est. Verum in mittendo sanguine cave ne multum detrahas, etiamsi venam in principio seces; nam *phrenitis* facile transit in *syncopen*. Sin aeger valde plenus ac juvenis, morbusque ex plurimo vel cibo vel vino fuerit, non jam ex ratione *phrenitidis*, sed etiamsi illa non urgeat, multum sanguinis mittendum est; multo autem minus, si iidem etiam *phrenitide* laborent. Caete-

νιτικοί· τάμνειν δὲ φλέβα τουτέων εὐτολμότερον, ἢν ἐξ ὑποχονδρίων καὶ μὴ ἀπὸ κεφαλῆς ἡ νοῦσος ᾖ. ἐνθάδε γὰρ τῆς ζωῆς ἐστὶ ἡ ἀρχή· κεφαλὴ δὲ χῶρος μὲν αἰσθήσιος καὶ νεύρων ἀφέσιος· αἷμα δὲ παρὰ καρδίῃ ἕλκει μᾶλλον ἢ ἄλλοισι διδοῖ. ἢν ὧν πεπόνθῃ ἥδε, οὐ χρὴ τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν φλέβα. τάδε γὰρ πάθεα κενεαγγέειν ἐφ' οἷσι ἡ βλάβη οὐ σμικρή. κἢν μὲν ἡ δύναμις ἀντέχῃ εἰς τὸ ἱκανὸν τῆς κενώσιος, ἅπαξ ἀφαιρέειν, ὅκως μὴ ἐν τῇ διαστάσι τῆς ἐπαφαιρέσιος διόλλυται τῆς τροφῆς ἡ ἐγκαιρίη. ξυνεχέες γὰρ τοῖσι φρενιτικοῖσι οἱ πυρετοὶ, καὶ οὐδὲ ἐπανέσιας μακρὰς, ἀλλὰ βραχείας καὶ ἀσήμους κουφισμοὺς ποιεύμενοι. ἢν δὲ πρὸ τῆς ξυμμετρίης ἀπαυδήσῃ ὁ νοσέων, ἐς δευτέρην ἐπάνεσιν ὑπερβάλλεσθαι, ἢν μὴ ἐς μακρὸν ἐκπίπτῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀνακαλεσάμενον ὀσμήσεσι καὶ ψαύσεσι προσώπου καὶ πιέσι ποδῶν αὐτίκα ἀφαιρέειν· γνῶμα δὲ τῆς αὐταρκίης ἡ δύναμις· τροφὴ ὑγρὴ πᾶσι μὲν τοῖς πυρεταίνουσι· οὐκ ἥκιστα δὲ φρενιτι(74)κοῖσι. ἐπιξηρότεροι γὰρ πυρετῶν μούνων· οὐδὲ

rum in his vena tutius secari potest, si morbus non a capite, sed a praecordiis initium duxerit: praecordiis enim vitae principium inest: caput autem sensuum nervorumque originis locus est, sanguinemque a corde potius attrahit quam aliis membris impertit. Si caput igitur affectum est, vena cubiti secari non debet; nam in hisce affectibus sine gravi noxa vasa exinaniri nequeunt. Quodsi vires detractionem sanguinis satis copiosam sustinere valeant, semel simulque mittatur, ne inter primae vel secundae detractionis spatium alimenti offerendi pereat occasio; siquidem *phreniticis* febres continuae inhaerent, quaeque non longas remissiones, sed breves et obscuras levationes recipiant. Sed si ante satis largam sanguinis missionem defecerit aeger, secunda detractio in proximam remissionem differenda est, nisi ea multo post ventura sit; quodsi futurum est, vires odoramentis ac faciei tractationibus pedumque compressione revocare oportet et sanguinem protinus detrahere. Quantum vero mitti debeat vires ostendent. Cibus quidem cunctis febricitantibus humidus est aptissimus: praecipue vero *phreniticis*, quippe qui sic-

μελίκρητον, ἢν μὴ χολώδεες ἔωσι. εὔπεπτον γὰρ τοῖσι πικροχόλοισι χόνδροι πλυτοὶ ξὺν ὕδατι ἢ μελικρήτῳ. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐκ τῶνδε ῥοφήματα διδόναι ἁπλᾶ, ὁποῖα θύμβρης ἢ σελίνου ἢ ἀνήθου ἐνηψημένων· εὔπνοια γὰρ τάδε καὶ διουρητικά. σύμφορον δὲ φρενιτικοῖσι οὔρησις· λαχάνων πάντων μὲν, μάλιστα δὲ μαλάχης. ἀγαθὸν γὰρ τὸ [84] γλίσχρασμα καὶ ἐς λειότητα γλώσσης καὶ ἀρτηρίης καὶ ἐς τὴν τῶν κοπρίων διέξοδον· ἄριστον δὲ καὶ τεῦτλον καὶ βλίτον καὶ κορωνόπους καὶ κολοκύνται καθ' ὥρην καὶ ὅ τι ἂν ἐφ' ἑκάστης ὥρης ἄριστον ᾖ. πτισάνης δὲ χυλὸς ὑγρότατος μὲν ἐν πρώτοισι ὡς εὐτροφώτερος ἔοι· ἔστι δὲ μᾶλλον παχύτερος, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος προήκοι χρόνον. ὑποστέλλεσθαι δὲ ἐν τῇσι κρίσεσι, καὶ μικρόν τι πρὸ τῶν κρισίων. ἢν δὲ ἐς μῆκος ἡ νοῦσος ἴῃ, μὴ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων, ἀλλὰ σιτώδεα διδόναι, ὡς ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων· εὖτε καὶ κρεῶν ἀκρέων καὶ πετεινῶν χρέος τὰ πολλὰ τοῖσι χυλοῖσι ἐκτηκομένων. κάρτα γὰρ χρὴ τάδε ἐν τῇ ἑψήσει λύεσθαι. ἰχθύων

ciores sint quam si febre sola laborarent. Mulsum minime praestandum, nisi biliosi sint: nam id a biliosis facile concoquitur. Alicam elotam cum aqua convenit exhibere vel mulso: vel etiam ex istis sorbitiones simplices, quales cum satureia vel apio vel anetho incocto fieri solent; nam haec et respirationem facilem efficiunt et urinam movent: atqui *phreniticis* prodest urinae excretio. Olera omnia conveniunt, ac praesertim malvae: nam earum lentor et ad levandam linguam asperamque arteriam et ad stercorum depulsionem proficit; bona sunt etiam beta, blitum et silago et matura cucurbita et quicquid fuerit suo tempore optimum. Ptisanae cremor primo quidem liquidissimus, ut minus alat: sed paulo crassior, quo longius morbus processerit. Verum in *judicationibus* et paulo ante *judicationes* cibus subtrahendus est. At si morbus in longinquum protrahatur, cibos non subducere, sed alimentum ex frumento dare oportet, ut vires aegro non deficiant; quo tempore extremis etiam animalium partibus et avium carnibus in humore liquefactis plerumque opus est: haec enim inter coquendum optime

οἱ πετραῖοι τῶν ἄλλων εἰς κρέσσον ἔστων· ἐπίπαν δὲ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ἀρίστους αἱρετέον. ἄλλη γὰρ ἄλλας φέρειν ἰχθύων ἰδέας πεπίστευται χώρη. ὀπώρας οἰνώδεος ὑποστέλλεσθαι. κεφαλῆς γὰρ καὶ φρενῶν ἅψιν ποιέει· ἢν δὲ ἀνάγκη ἔῃ τῆς δυνάμιος ἢ τοῦ στομάχου βιαζομένων, ἑφθὰ ἐν μελικρήτῳ ἢ ὀπτὰ ἐν στέατι ὁκοῖον μῆλα δοτέον. τῶν ἄλλων θερμῷ ὕδατι ἕκαστον ἐκλύειν, ἢν ἐς μούνην τὴν τοῦ στομάχου παραμυθίην διδῷς· ἢν δὲ καὶ ἐς δύναμιν δέῃ, μὴ κάρτα τὸ οἰνῶδες ἐκλύειν. τροφὴ μὲν ὦν ὡς ἔπος εἰπεῖν τοιήδε· [τέγγειν δὲ τὴν κεφαλὴν ἐς ἔμψυξιν λίπαϊ ἐλαίης ὄμφακος τετριμμένης. ἀλεαίνεσθαι γὰρ ἡ κεφαλὴ οὐ φιλέει φρενιτικοῖσι· ἢν δὲ καὶ ἀγρυπνίη καὶ φαντασίη ἔωσι, ῥοδίνου μίσγειν ἴσον ἴσῳ τὰ πρῶτα· ἔτι δὲ μᾶλλον τὸ ῥόδινον ἔστω πλέον ἐς στύψιν καὶ ἔμψυξιν τῆς κεφαλῆς. ἢν δὲ καὶ τὴν γνώμην παρακινέωνται καὶ τὴν φθέγξιν ἐξαλλάσσωνται, ἑρπύλου κόμης ἐνεψητέον ἐν τοῖσι ἐλαίοισι ἢ κισσοῦ χυλὸν ἢ πολυγόνου παραχυτέον· ἢν δ᾽ ἐπὶ μᾶλλον ἡ παραφορὴ ἐξά-

dissolvi debent. Ex piscibus saxatiles aliis praestant; omnino tamen qui in quaque regione optimi fuerint deligantur: alias quippe regiones alia piscium genera melius producere vulgo receptum est. A fructibus vinosae naturae abstinendum, quia caput et praecordia inflammant; sin ea propter virium atque stomachi imbecillitatem necessario dari debeant, ea quae pomis similia sunt in mulso elixa vel in adipe tosta praebeantur: caetera cures aqua calida temperare, si ista confirmandi stomachi gratia tantummodo exhibeas; sin ad reficiendas etiam vires, quod in iis vinosum est non admodum dilui oportet. Haec sit utique, ut in summa dicam, victus ratio. Caput autem, ut refrigeretur, contritae olivae immaturae oleo perfundendum; id enim in *phreniticis* calefieri non amat. Quodsi aegrum vigilia premat eique imagines obversentur, olei istius et unguenti rosacei primo pares portiones misceantur: deinde plus rosacei ad adstrictionem refrigerationemque capitis adjiciendum. At si mens etiam conturbetur et alienetur vox, serpylli comam oleis incoquito hederaeque aut herbae sanguinalis succum affundito. Quodsi

πτηται, καὶ πευκέδανον καὶ σπονδύλιον τοῖσι ἐλαίοισι ἐνεψεῖν καὶ ὄξους παραχεῖν. ἀτμῶν γὰρ τάδε καὶ θέρμης διαπνευστικὰ καὶ παχέων χυμῶν διαλυτικὰ, ἃ τῆς παραφορῆς ξυναίτια. πεφυλάχθαι δὲ χρὴ τάδε, ὡς μὴ ἐς τὴν αὐχένα καὶ τοὺς τένοντας ἡ τέγξις ἥκῃ. πολεμίη γὰρ τένουσι καὶ νεύροισι. καιρὸς δὲ πάσης τέγξιος, πλὴν τῆς ἐςβολῆς τοῦ παροξυσμοῦ· ἀραιοτέρη δὲ ἐν τῇ ἀναβάσι· πάντων δὲ μάλιστα ἐν ἀκμῇ· ἣ δ' ἂν ἐκμαίνωνται, τῇδε μάλιστα τέγγειν ψυχρῷ καὶ ψυχομένῳ ἐπὶ μᾶλλον θέρεος ὥρῃ· χειμῶνος δὲ χλιαρῷ· εἰς δὲ τὸ πρηΰνειν τὴν παραφορὴν ὀξυκρήτῳ ἢ κονύζης ἑψήματι καὶ σπογγιῇ τὰ πρόσωπα πυριῆν, ἔπειτα χρίειν οἰνανθίνῳ ἢ κροκίνῳ λίπαϊ, (75) καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα· τοῖσι δὲ διαχρίειν. τάδε μέντοι καὶ ὕπνου ἀγωγά. ἢν γὰρ πάννυχοι μὲν ἐγρήσσωσι, μηδὲ δι' ἡμέρης εὕδωσι, ἀτενέες δὲ τὸ ξύμπαν ἔωσι, ὀφθαλμοὶ δὲ ὁκοῖόν τι κέρας ἑστήκωσι, βληστρίζωνται δὲ καὶ ἐξανιστῶνται, ὕπνον αὐτέοισι καὶ ἠρεμίην μηχανέεσθαι, πρώτιστα μὲν διὰ τῶν τῆς κεφαλῆς τεγξίων, ῥοδίνου ἀκρήτου ἢ ἀμαρακίνου ξὺν χυλῷ

delirium vehementius exardescat, peucedanum quoque ac spondylium oleis incoquantur et instillatur aliquid aceti: etenim vaporibus haec calorique difflando et humoribus crassis dissolvendis apta sunt, quae res delirii causam praebent. Inter haec autem cavendum est, ne perfusio in cervicem atque tendines descendat: quia tendinibus nervisque inimica est. Perfusionis nunquam non occasio est, praeterquam in accessionis initio; parcius tamen in incremento adhibeatur: sed plurimum, in vigore: cumque prorsus insaniant, tunc maxime perfundantur idque aqua frigida aut etiam valde refrigerata aestatis tempore: hieme vero tepefacta. Porro ad furorem leniendum posca aut conyzae decocto cum spongia facies fovenda est: deinde vultus auresque una et nares unguento oenanthino aut crocino inungendae. Eadem somnum quoque inducunt; nam si tota nocte pervigilent neque interdiu dormiant oculique prorsus intenti instar cornu rigeant, aegri vero sese jactitent et e lecto consurgant, somnum illis et quietem moliri oportet: primo per capitis perfusiones ex ro-

κισσοῦ ἢ ἑρπύλου ἢ καὶ μελιλώτου ἐναφεψήματι. ἐπὶ μᾶλλον δὲ ὑπνωτικὸν μήκων ἀφεψηθεῖσα ἐν λείπαϊ, ἔς τε τὸ τῆς κε[85]φαλῆς βρέγμα, ἢ ὕδατι ἐς τὸ πρόσωπον ξὺν σπογγιῇ· ὑποτιθέναι δὲ χρὴ καὶ αὐτὰς ὅλας, εἰ εἶεν νεοδρεπεῖς, χλωρὰς τοῖσι ὑποκεφαλαίοισι. παχύνει γὰρ καὶ ὑγραίνει τὸ πνεῦμα ξηρόν τε καὶ λεπτὸν ἐόν, καὶ ὀμίχλην τῇσι αἰσθήσεσι παρέχον· βαρὺ δὲ καὶ νωθὲς ὀμίχλη, ἥπερ ὕπνου ἀρχή· ἢν δὲ μεζόνων δέωνται, καὶ αὐτὸ τὸ μηκώνειον ἐς τὰ μέτωπα ξὺν ὕδατι χρίειν· ἠδὲ ὑπαλείφειν τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὰ ὦτα ἐγχέειν· ψηλαφίη ποδῶν εὐαφὴς ξὺν λίπαϊ, ψαῦσις τῆς κεφαλῆς. ἀνυτικὸν δὲ καὶ κνῆσις μάλιστα κροτάφων τε καὶ ὤτων. καὶ γὰρ καὶ τὰ θηρία ἐς ἀνάπαυλαν ὀργῆς τε καὶ θυμοῦ κνήσι ὤτων τε καὶ κροτάφων δάμνονται· ὕπνου δὲ ἀγωγὰ ἑκάστου καὶ τὰ ξυνήθεα· ναυτίλῳ μὲν ἡ ἐν ἀκάτῳ κατάκλισις καὶ ἐν θαλάσσῃ περιφορὴ καὶ αἰγιαλῶν ἦχος καὶ κυμάτων κτύπος ἀνέμων τε βόμβος καὶ θαλάσσης καὶ νηὸς ὀδμή· μουσικῷ δὲ ἔτι ἐθισμὸς αὐλῶν ἐφ' ἡσυχίῃ ἢ ψαλμὸς λύρης ἢ πυκτίδος ἢ μελέτη παίδων σὺν ᾠδῇ. δι-

saceo unguento mero aut amaracino, cum hederae aut serpylli succo aut etiam meliloti decocto. Magis autem soporiferum est papaver, in oleo elixum, ad capitis perfusionem: aut ex aqua faciei cum spongia impositum. Ipsae quoque papaveris herbae integrae, modo recenter fuerint decerptae, virides capiti debent subjici; siquidem *spiritum* tenuem siccumque madefaciunt et incrassant, qui nebulam jam quandam sensibus offundit: nebula vero grave quiddam et torpidum est et initium somni facit. Ac si valentioribus auxiliis aeger indigeat, ipsa papaveris lacrima fronti cum aqua illini potest et naribus inungi et auribus infundi. Pedes cum oleo molliter contrectentur: demulceatur caput: prodest etiam tempora praecipue et aures scalpere, quod in feris quoque iram ac furorem comprimit. Porro somnum faciunt usitatae cuique res; nautae, decubitus in cymba et in mari circumvectatio et littorum sonus et undarum murmur et fremitus ventorum, et maris navisque odor; musicae studioso, tibiarum usus cum silentio aut citharae lyraeve cantus aut puerorum canentium

δασκάλων δὲ νηπιάχων μύθων προσομιλίη. ἄλλοισι δ' ἄλλα ὕπνου θελκτήρια. τοῖσι δὲ ὑποχονδρίοισι καὶ τῇ κοιλίῃ ἐμβρέγματα, καὶ ἐπιπλάσματα, ἢν φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαίρηται καὶ φῦσα, ἔλαιον δρυπετοῦς ἐλαίης μὴ ὠμῆς ἐμβάλλειν. παχὺ γὰρ καὶ γλίσχρον καὶ ἀλεαῖνον. τόδε ὦν χρέος ἐν φλεγμασίῃ. ἐνεήσθω δὲ ἐν αὐτῇ ἄνηθον, κόνυζα· ἀγαθὸν δὲ ὁμοῦ τὰ πάντα· ἢν δὲ καὶ φῦσα ἐνῇ, κυμίνου καὶ σελίνου τῶν καρπῶν ἠδὲ ὁκόσα οὔρων καὶ φυσέων ἀγωγά· καὶ νίτρον ἐνσείσαντα ἐμπάσσειν. ἢν δὲ τὸ ἧπαρ τὴν πεῖσιν καὶ τὴν ὀδύνην ἴσχῃ, ἔρια μὲν ἔστω οἰσύπῳ πιναρὰ ἀπὸ τῆς ὄϊος· ἔλαιον δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ὄμφακος ἢ ῥόδινον· μίσγειν δὲ χρὴ σίραιον ἑλληνικὸν ἢ κρῆτα, καὶ ἐνεψεῖν μελίλωτον, μίξαντά τε ἐς ἕνα χυλὸν τὰ πάντα καταιονεῖν τὸ ἧπαρ· σπληνὶ δὲ τὸ ἔλαιον σὺν ὄξεϊ ἔστω, ἢ εἰ μέζον ἢ πρὶν δονέει, ὀξύκρητον, καὶ ἀντὶ ἐρίων σπογγίη ἁπαλή. μάλα γὰρ τοῖς δὲ ὁ σπλὴν χαίρει τε καὶ πρηΰνεται. ἢν δὲ τὰ ὑποχόνδρια εἴσω ᾖ, ἠδὲ ἄνω εἰρύηται, καὶ τὸ δέρμα περιτείνηται, ἄριστον μὲν ἀντὶ τοῦ λίπαος, ἢ ξὺν αὐτέῳ πα-

exercitatio; ludi magistro cum puerulis colloquia; aliis item alia somnum inducunt. Caeterum praecordiis et ventriculo si inflammatio cum duritia excitetur, perfusiones et cataplasmata adhibere convenit in inflammatione olivae oleum maturae minimeque acerbae injicere: id enim crassum et viscidum est et calefaciens; sed et ibidem anethum aut conyzam aut utrumque indere commodum est. Quodsi flatus etiam insint, cymini et apii semina et quaecunque urinam flatus eliciunt et nitrum cribro transmissum inspergito. At si jecur compressione ac dolore vexetur, lanas ab ove succidas accipito, oleum vero omphacinum aut rosaceum et sapam *graecam* vel *creticam* admisceto, hisque incocto meliloto omnibusque in unum succum confusis jecur perfundatur. Lieni vero applicetur oleum cum aceto: vel si major quam antea videatur, posca et pro lanis mollia spongia: his enim lienis mirifice delectatur atque emollitur. Porro si praecordia in interiorem partem sursum reducantur et circa haec intendatur cutis, olei loco aut cum eo paribus portionibus mixtum et in

χεῖ ἐπικαίριον ἶσον· κόνυζα δὲ ἔστω καὶ λιβανωτὶς τὰ ἐνεψήματα καὶ ἄνηθον οὐκ ἀτερπές· ἢν δὲ ἐπιπλάσσειν εὐκαιρίη ἔῃ, τοῖσι μὲν ἐλαίοισι τοῖσι αὐτέοισι χρέεσθαι ἐπὶ τοῖσι ὁμοίοισι· ὕλη δὲ λίνου σπέρμα καὶ (76) τῆλις καὶ ἄλητον κριθῆς λεπτόν· ἀγαθὸν δὲ καὶ κύαμος, καὶ ὄροβος, ἢν ἐξοιδαίνῃ ἡ γαστήρ. κέγχρος δὲ φωχθεῖσα ἐν μαρσύποισι, πυρίημα κοῦφον καὶ μαλθακόν· ἀληλεσμένη δὲ καὶ ὑδερώδεσι ξὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ καὶ λίνου σπέρματι ἐπίπλασμα ἀγαθόν. ἄνθη δὲ καὶ βοτάναι καὶ σπέρματα ἅσσα μοι ἐν τοῖσι ἐμβρέγμασι λέλεκται, καὶ ἐν τοῖσι ἐπιπλάσμασι ἔστω τὰ ἑωυτά· μέλι δὲ καὶ σὺν αὐτέοισι μὲν ἀγαθὸν ἐς σύστασιν τῶν ξηρῶν καὶ ἐς μίξιν τῶν αὐχμηρῶν, καὶ ὡς ἡ θέρμη ἐς πολλὸν διαρκέῃ· ἀγαθὸν δὲ καὶ αὐτὸ μοῦνον καὶ ἐπίπλασμα ἡμίεφθον, καὶ ἔμβρεγμα ξὺν τινὶ τῶν [86] ὑγρῶν λυθὲν, μαλθάξαι, ἀλεῆναι, φυσέων καὶ οὔρων ἀγωγὸν, πρηῢναι πρίσιας· τάδε γὰρ καὶ μελίκρητον ποιέει ποθὲν, καὶ τουτέων πλέονα καὶ κρέσσονα, εἴσω παρελθὸν ἀρτηρίῃ καὶ πνεύμονι καὶ θώρηκι καὶ κοιλίῃ. ξυνεχέως δὲ τὴν κοι-

crassitudinem redactum optime facit butyrum: incoquantur autem conyza et ros marinus nec vero anethum inidoneum est. Quodsi tempus fuerit cataplasmatis admovendis aptum, olea iisdem locis eadem adhibeantur: et materia sit ex lini semine et foeno graeco et hordei tenui farina; commoda etiam sunt fabae et ervum si venter intumescat; milium quoque torrefactum, sacellis inditum leve ac molle fomentum est: idque permolitum una cum melle et oleo et lini semine utile *hydropicis* cataplasma est. Flores autem et herbae et semina, quae in perfusionibus praecepi, eadem in cataplasmatis sunto. Mel vero et cum his convenit ad medicamentorum siccorum coactionem et aridorum commixtionem et ad calorem diutius conservandum; quin et per se bonum est pro cataplasmate semicoctum; et pro perfusione, si humore aliquo liquetur; emollit enim et calefacit et urinam flatusque elicit et inflammationes mitigat. Eadem enim et his plura ac majora mulsum epotum efficit, in asperam arteriam et pulmonem et thoracem et ventrem subiens. Alvus autem glandibus aut illi-

λίην ἐρεθίζειν βαλάνοισι ἢ διαχρίστοισι. ἐπιξηραίνονται γὰρ πολλὰ, ἔς τε τὴν ὁλκὴν τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. ἀτὰρ ἠδὲ ἐς διαπνοὴν τῶν ἐν τῷ θώρηκι ἀτμῶν καὶ ἐς κρίσιν τῶν ἐν τῇ κοιλίῃ. ἢν δὲ καὶ πολλῶν ἡμερῶν ἡ γαστὴρ ἐπίσχηται, κλύζειν χρὴ μελικρήτῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ νίτρῳ· ἢν δὲ μὴ ἀξίως ὑποκαταστῶσι αἱ τῆς φλεγμονῆς πρηδόνες, σικύην θέντα, ἐντάμνειν, ἔνθα ἂν ἡ φλεγμονὴ κραίνῃ καὶ μέζων ἔῃ· μίην δὲ ἢ δευτέρην, ὅκως ἂν τά τε φλεγμαίνοντα σημαίνῃ καὶ ἡ δύναμις κελεύῃ, ἀτὰρ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος. τοῖσι δὲ τεκμαρτέον. ἀμετρίη γὰρ συγκοπῆς αἰτίη. ἐς μὲν ὦν ἡμέρην μίην ἢ δευτέρην τέγξις ἡ ἑωυτὴ, ἐς δὲ τὴν τρίτην κηρωτὴ σὺν τινὶ λίπαϊ τῶν ἐμβρεγμάτων. ἔπειτα ἐπιθήματα ἐν φλεγμασίῃ μὲν ἢν ἐπεῶσι, ὕσσωπος, τῆλις ἑφθὴ ἐν μελικρήτῳ, τερμίνθου τοῦ φυτοῦ ῥητίνη, κηρός· τὰ δὲ ἔλαια ἐπὶ τοῖσι αὐτέοισι τὰ ἑωυτά. ἢν δὲ μὴ τουτέοισι ἐπανίῃ μηδὲν ἡ παραφορὴ, κουρὴ τῆς κεφαλῆς χρέος, ἢν μὲν μήκισται ἔῃσιν αἱ κόμαι, τὰ πρώτιστα ἐς ἥμισυ· εἰ δὲ βραχύτεραι,

tionibus continenter irritetur (nam plerumque sicca est) tam ut a capite revellatur materia et vapores in pectore difflentur, quam ut e ventre stercora excernantur. Quodsi per multos dies astricta maneat alvus, eam oportet aqua mulsa et oleo nitroque ducere. Quodsi per haec inflammationis vehementia non magnopere remiserit, in ea parte ubi inflammatio urget majorque apparet, admoveatur cucurbitula cum cutis incisione: applicetur autem una aut altera, prout ex locis inflammatis ac virium ratione significari videbitur; ex iisdem quoque sanguinis detrahendi mensuram conjicere oportet: nam ex nimia detracti copia sequitur *syncope*. Porro in unum alterumve diem eadem esto perfusio; tertio autem ceratum, cum aliquo ex oleis in perfusione adhibitis imponatur; postea sicubi inflammatio subsit, applicentur epithemata ex hyssopo et foeno graeco mulsae incocto et resina terebinthina ceraque: olea vero iisdem locis eadem. Ac si per haec nihil quicquam mitigetur delirium, caput tondere necesse est; si perquam longi fuerint crines, primo ad dimidium: sin breves, ad cutim. Postea, refectis interim viribus, vertici imprimatur cucurbitula

ἐν χρῷ· ἔπειτα μεσηγὺ ἀναλαβόντα τὴν δύναμιν, συκίην κατὰ τῆς κορυφῆς προσβάλλειν ἠδὲ ἀφαιρέειν αἷμα· κούφη δὲ προτέρη ἐς τὰ μετάφρενα κεκολλήσθω· ἐπεὶ δὲ καὶ θώρηκα ἐν πάσῃσι τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι ἀκέεσθαι χρὴ, πάντῃ τὸν κάμνοντα ξὺν καρδίῃ καὶ πνεύμονι, πρώτιστα μὲν ὑπ' ἀνάγκης τῆς ἀναπνοῆς ἄλλοτε μὲν θερμῆς, ἄλλοτε δὲ ψυχρῆς· ἔτι δὲ ὑπὸ πυρετοῦ καυσώδεος καὶ βηχὸς καὶ ὑγρῶν πονηρίης καὶ νεύρων κοινωνίης καὶ στομάχου συμφορῆς ὑπεζωκότος τε καὶ διαφράγματος κακίης· καρδίη γὰρ ἢν πάθῃ μέζον τὶ δεινὸν οὔποτε ἀκέεται· ἐπὶ δὲ τοῖσι φρενιτικοῖσι καὶ μάλα χρὴ τάδε μειλίσσειν. παραφορὴ μὲν γὰρ μετεξετέροισι ἐκ τινὸς τῶν ἐν τῷ θώρηκι· ἀναπνοὴ θερμή τε καὶ ξηρὴ, δίψος δριμὺ, οὐκ εὔφορον πῦρ, τῷ πάντῃ ἐς θώρηκα ξυῤῥέειν. καὶ κακίη μὲν ἀπὸ τοῦ οἰκείου θάλπεος τετραμμένου· μέζων τε καὶ δυσφορωτέρη ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐς θώρηκα ξύνδοσις. ἄκρα γὰρ ψυχρὰ, κεφαλὴ πόδες τε καὶ χεῖρες· ὕπερθεν δὲ τῶνδε ὁ θώρηξ. καὶ δέεται ὦν ἀρήγειν ὑγρασίῃ καὶ ψύξι. τέγξις μὲν ὦν ἔλαιον ξὺν χαμαιμήλῳ ἑψη-

et mittatur sanguis; alia tamen sine ferro dorso prius affigatur. Oportet autem in acutis morbis omnibus pectori etiam mederi; id enim cum corde et pulmonibus plurimum afficitur: primo ab urgente spiritu modo calido, modo frigido: praeterea febre *ardente* ac tussi et humorum depravatione nervorumque communione et stomachi noxa, nec non membranae costas succingentis septique transversi vitio offenditur: (cor enim, si majori quopiam malo affligatur, nullo modo sanescit;) haec igitur in *phreniticis* omni ratione relevari debent. Etenim ex aliquo nonnunquam in pectore vitio oritur delirium spiritusque siccus et calidus emittitur, sitis acris, fervor intolerabilis, quoniam is undique in pectus confluit: vitium autem ex nativo calore perverso provenit, graviorque et molestior est hujus ex omnibus membris translatio in pectus; nam extremae partes, ut caput, manus pedesque frigore laborant: pectus interim velut igne inardescit. Huic itaque humectatione et refrigeratione succurratur. Perfusio

θὲν ἢ νάρδῳ· θέρεος δὲ καὶ σίραιος ἑλληνικός· ἢν δὲ καὶ ἐπιθέτοισι δέῃ χρέεσθαι, φοίνικες ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ δευθέντες· ἔπειτα λεῖοι ἐς μᾶζαν τετριμμένοι ξὺν νάρδῳ, ἀλφίτοισι, οἰνάνθῃ, προσηνὲς θώρηκι (77) ἐπίπλασμα· ψυκτικὸν δὲ καὶ μῆλα θλασθέντα ξὺν μαστίχῃ καὶ μελιλώτῳ. πάντα δὲ κηρῷ καὶ νάρδῳ ἀναλαμβάνειν· ἢν δὲ καὶ τὸν στόμαχον ἔχῃ νάρκη καὶ ἀποσιτίη, ἀψινθίου χυλὸν ἢ κόμην τοῖσι δὲ ξυλλεαίνειν· καὶ τῷδε ἑψηθέντι ξὺν λίπαϊ καταιονεῖν τὸ ὑποχόνδριον. πιπίσκειν δὲ καὶ [87] τὸ ἀπόβρεγμα ἢ χυλὸν αὐτέου πρὸ τῆς τροφῆς, ὁκόσον κυάθους δύο τοῦ ἀποβρέγματος ἢ κύαθον πικροῦ τοῦ χυλοῦ ξὺν ὕδατος κυάθοις δύο. ἢν δὲ καὶ καῦσος ἔχῃ τὸν στόμαχον, οὐκ ἀπὸ τῆς καταστάσεως τῆς νούσου, ἀλλ' αὐτοῦ μούνου ἀπὸ χυμῶν δριμέων καὶ ἁλμυρῶν, ἢ ὑπὸ χολῆς δακνομένου, καὶ δίψει αὐαινομένου, ὑδρομιγὲς γάλα δοτέον ἐν τροφῇ, ὅσον ἡμικοτύλιον τοῦ γάλακτος ἐν ὕδατος κυάθῳ ἑνί· ῥυμφάνειν δὲ αὐτέου τὸ πλεῖστον· βραχὺ δέ τι καὶ σὺν ἄρτῳ ἀναλίσκειν. ἢν δὲ καὶ καῦσος ἔχῃ τὸν ἄνθρωπον καὶ δίψος καὶ

fiat ex oleo cum chamaemela nardove incocto: aestate ex sapa *graeca*. Ac si epithematis uti convenit, palmulae vino austero intinctae, deinde levigatae et in placentam cum nardo, farina et oenanthe contritae, cataplasma facient pectori non ingratum. Refrigerant etiam mala cum mastiche et meliloto contusa, quae omnia cera nardoque excipiantur. Sin stomachus etiam torpore ac fastidio laboret, absinthii succum aut comam una cum his terito eoque, postquam oleo inferbuerit, praecordia irrigato. Absinthii quoque infusio aut succus ante cibum potui offeratur; infusionis circiter duos cyathos; amari vero succi unus cum cyathis aquae duobus. Quodsi stomachus ardoribus etiam conflictetur, neque id ex morbi ratione proveniat, sed ex se ipso, utpote qui acribus salsisque humoribus aut bile mordeatur sitique arescat, lac aquae mixtum inter alimenta propinetur, lactis circiter dimidium heminae cum aquae cyatho uno: hujus quoque plurimum sorbere expedit et nonnihil cum pane assumere. Verum si et ipse homo *febre ardenti* peruratur sitisque et molestia accedat

ἀπορίῃ καὶ μανίῃ καὶ ἐπιθυμίῃ ψυχροῦ ὕδατος, διδόναι μεῖον μὲν ἢ ὁκόσον ἐν καύσου νούσῳ ἄνευ φρενίτιδος. τῶνδε γὰρ ἀμφὶ τῶν νεύρων ὀῤῥωδέειν χρή· διδόναι ὦν ὁκόσον ἐς στομάχου ἄκος· ὀλίγον δὲ ἀπαρκέει· βραχυπόται γὰρ οἱ φρενιτικοί. ἢν δὲ καὶ εἰς συγκοπὴν τράπωνται. γίγνεται γὰρ καὶ τόδε· τῆς μὲν γὰρ δυνάμιος λυομένης, ἱδρῶτι δὲ χεομένου τοῦ ἀνθρώπου, πάντων δὲ εἰς τὸ ἐκτὸς τὴν φορὴν ποιευμένων τῶν ὑγρῶν, καὶ τοῦ τόνου λυομένου, καὶ τοῦ πνεύματος, ἔς τε ἀκηδίῃ μὲν τῆς παραφορῆς, δέος δ᾽ εἰς ἀτμὸν λυθῆναι καὶ ὑγρασίην τὸν ἄνθρωπον· ἄλκαρ μοῦνόν ἐστι οἶνος, θρέψαι μὲν ὠκέως κατ᾽ οὐσίην, καὶ πάντῃ μέχρι περάτων μολεῖν· τόνῳ δὲ προσθεῖναι τόνον, καὶ πνεῦμα ναρκωμένον ἐγεῖραι, ψύξιν ἀλεῆναι, στύψαι πλάδον, φερομένων ἔξω καὶ ῥεόντων κρατῆσαι, ἡδὺς μὲν ὀσφραίνεσθαι ἐς ἡδονὴν, κραταιὸς δὲ στηρίξαι δύναμιν ἐς ζωήν· ἄριστος δὲ μειλίξαι θυμὸν ἐν παραφορῇ· τάδε μέντοι ποθεὶς ἅμα πάντα πρήσσει. θυμόν τε γὰρ πρηΰνονται μαλθάξι φρενῶν καὶ ἐξ

cum furore et aquae gelidae desiderio, frigida indulgeri potest, minore tamen copia quam in *febre ardenti* sine *phrenitide*, nam in his timendum est de nervis; tantum itaque detur, quantum ad recreandum stomachum suffecerit: paululum autem satis est, quia *phrenitici* parum bibunt. Caeterum si in *syncopen* quoque prolabuntur (etenim hoc incidere potest, viribus exsolutis et homine sudoribus diffluente omnibusque extrorsum humoribus prorumpentibus et robore *spirituque* resoluto) non jam delirii habenda est ratio, sed impendenda cura, ne homo in vaporem humiditatemque colliquescat. Jam vero unicum a vino subsidium est; quod in substantia celeriter alit: et usque ad extrema ubique permeat: robori robur adjicit: spiritum torpentem excitat: frigus calore temperat: humorum redundantiam comprimit: extrorsum erumpentia atque diffluentia coërcet, ad haec odore suave ac jucundum est: ad confirmandas vires vitamque restaurandam valens: et ad mentem in furore mitigandam efficacissimus; haec utique simul omnia praestat vini potio. Animus namque delinitus conquiescit, ipsique sponte ad reficiendas vires cibum

ἑωυτέων ἐς δύναμιν τρέφονται· ἀτὰρ ἠδὲ ἑωυτέοισι ἐμπνέουσι ἐς ἡδονὴν, πρόσω μὲν ἤδη πολλὸν ἥκει χρόνον. ὅταν δὲ ὁ πυρετὸς νωθὴς ἔῃ, ἀτὰρ ἠδὲ ἡ παραφορὴ ἐς μώρωσιν τρέπηται· τὸ δὲ ὑποχόνδριον μὴ πολλόν τι προσβλάπτηται ἢ ὄγκῳ, φυσῆσι, σκληρίῃ, κεφαλὴ δὲ τὸ πλέον ἔχῃ τῆς αἰτίης, χρὴ τολμέοντα λούειν ἠδὲ καταιονεῖν πολλόν τι τὴν κεφαλήν. ἥ τε γὰρ ἕξις ὑγιανθήσεται καὶ ἡ κεφαλὴ διαπνευσθήσεται καὶ τὸ ξύμπαν σκῆνος διητμίσθη. ὧδε γὰρ τὸ μὲν ξηρὸν ἀμβλύνεται καὶ καθαρεύεται τῆς ὁμίχλης ἡ αἴσθησις· ἡ δὲ γνώμη εὐσταθὴς ἠδὲ ἔμπεδος μίμνει. τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα.

Κεφ. β΄. [Θεραπεία ληθαργικῶν.] Ληθαργικοῖσι κατάκλισις ἐν φωτὶ καὶ πρὸς αὐγήν. ζόφος γὰρ ἡ νοῦσος· ἠδὲ ἐν ἀλέῃ μᾶλλον· ψύξις γὰρ ἔμφυτος ἡ αἰτίη. κοί[88]τη εὐαφὴς, στρώματα, τοιχογραφίη, ποικίλα πάντα, ὁκόσα περ ἐρεθιστικὰ ὄψιος, λαλιὴ, ψηλαφίη ξὺν (78) πιέσι ποδῶν, τιλμοὶ, κνησμοί. ἢν βαθὺ κῶμα ἴσχῃ, ἐμβόησις, νουθεσίη

assumunt seque ipsos ad robur atque voluptatem cohortantur. Quodsi morbus jam in venustatem protrahatur febrisque lenta inhaerescat, delirium vero jam in fatuitatem transeat, praecordia autem non ita multum vel tumore vel inflatione vel duritia vexentur, sed in capite potissima sit mali causa, hominem audacter oportet lavare eique caput frequenter perfundere. Ita enim corporis habitus ad sanitatem perveniet et in capite perspiratio fiet et in universo corpore exhalatio. Atque hoc modo siccitas retunditur, sensusque nebula ei offusa purgatur, mensque stabilis et confirmata permanet. Haec sunt morbi decedentis indicia.

Cap. II. [*Curatio lethargicorum.*] Lethargici in luce et contra lumen jaceant: morbus enim caligo quaedam est; et in loco tepido potius contineantur, nam innatum frigus causa est affectus. Lectus esto mollis: stragula et parietes picturentur: variegentur omnia, ut ea visum irritent. Adhibeantur colloquia: pedes contrectentur atque comprimantur: membra vellicentur et scalpantur. Quodsi altus urgeat sopor, vociferandum est: cum irucundia in-

Ed. Oxon. [88.] Ed. L. B. (78.)

ὀργίλῃ, δεῖμα ἐφ' οἷσι δειμαίνει. προσαγγελίῃ τῶν ὁκόσα ἐπόθεε καὶ προσεδόκεε. πάντα ἐς ἐγρήγορσιν ἐναντίως τοῖσι φρενιτικοῖσι. ἀμφὶ δὲ καὶ κενώσιος ληθαργικῶν τάδε χρὴ γινώσκειν. ἢν μὲν ἐξ ἑτέρης νούσου ὁκοῖόν τι φρενίτιδος διαδέξηται ἡ λήθη, φλέβα μὲν μὴ τάμνειν, μηδὲ ἀθρόον ποθὲν κενοῦν αἷμα. ὑποκλύζειν δὲ τὴν κοιλίην, μὴ τοῦ κοπρώδεος εἵνεκε μοῦνον, ἀλλ' ὅκως τὶ καὶ ἄνωθεν ἀντισπασθῇ καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὀχετευθῇ. πλέον οὖν ἔστω ἁλῶν τε καὶ νίτρου. ἄριστον δὲ τῷ κλύσματι, εἰ καστόριον ἐμπάσσοις. ψυχρὸν γὰρ τὸ κάτω ἔντερον ληθαργικοῖσι καὶ πρὸς ἔκκρισιν νεκρῶδες. ἢν δὲ μὴ ἐκ διαδέξιος νούσου, ἀλλ' ἑωυτέου ἄρχηται ὁ λήθαργος καὶ δοκέῃ πεπλῆσθαι ὁ νουσέων, ἢν μὲν αἵματος, φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν· ἢν δὲ φλέγματος ὑδατώδεος εἴτε ἄλλων χυμῶν, καθαίρειν χρὴ κνεώρῳ σὺν τῇ πτισάνῃ ἢ ἐλλεβόρῳ μέλανι ξὺν μελικρήτῳ, πρὸς τῇσι ἀρχῇσι, ἢν μετρίως βούλῃ· ἢν δὲ μεζόνως, τοῦ φαρμάκου τῆς ἱερῆς καλευμένης νήστι διδόναι ὁλκῆς· < β'.

crepandus aeger et iis, quae timere consuevit, exterrendus, hominique annuncianda quaecunque concupierit vel expectaverit; omnia ad vigiliam faciendam, contra quam in *phreniticis*. Porro de *lethargicorum* evacuatione haec novisse convenit. Quodsi alteri morbo, ut *phrenitidi*, succedat *lethargus*, nec secanda vena est neque ex ullo loco multus detrahendus sanguis. Alvus autem lotionibus subducatur, non modo ad excernenda stercora, verum etiam ut a superioribus partibus aliquid revellatur et a capite derivetur; salis igitur nitrique multum insit: maxime quoque proderit castoream inspergere, quoniam in *lethargicis* imum intestinum friget et quasi emortuum nihil excernit. Verum si non ex alterius morbi successione, sed per se *lethargus* coeperit et aeger sanguine plenus esse videatur, vena cubiti secetur. Sin aquosa fuerit pituita vel aliis humoribus repletus, hominem inter initia purgare oportet cneoro cum ptisana aut nigro veratro cum mulsa, si id velis mediocriter efficere; at si copiosius, medicamenti quae vocatur *hiera* drachmas duas jejuno dato

ξὺν μελικρήτου κυάθοις τρισὶ, καὶ περιμείναντα καθήρασθαι. τότε διδόναι σιτία, ἢν καιρὸς ᾖ· ἢν δὲ μὴ, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἡ τροφή· εὐκαιρίη δέ κοτε καὶ ἐν ἑσπέρῃ γίγνεται τῆς ἱερῆς ὁλκῆς < α'. ὕδατι ἢ μελικρήτῳ λυομένη κυάθοις δύο. ἀτροφίη κακὸν, κακὸν δὲ καὶ πολυτροφίη. χρὴ ὦν ὀλιγοσιτίῃ χρέεσθαι ἐς ἑκάστην ἡμέρην. ἀθρόον δὲ μὴ ἀσιτεῖν. ὑπομνήσιός τε γὰρ ἠδ' ἀλέης τῷ στομάχῳ χρέος ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἡμέρην. ἀτὰρ καὶ ἡ τροφὴ ἔστω λεπτύνουσα καὶ διαχωρητικὴ ἐν ζωμοῖσι μᾶλλον ἢ ὀσπρίοισι, ἀλεκτορίδι, κεγχρίδι. λινοζώστῳ δὲ ξυνεψείσθω καὶ ὄξος παραχεέσθω καὶ τοῖσι δὲ χυλοῖσι ἐμβάλλειν, εἴ ποι δέοι χυλῷ χρέεσθαι πτισάνης, εὔπνοον ἠδὲ οὔρων ἀγωγὸν, μάραθρον, σέλινον, τὰ λάχανα ἢ τουτέων τοὺς καρπούς. ἀγαθὸν δὲ καὶ πράσον τῇ δριμύτητι, καὶ κράμβη ξὺν ἐλαίῳ καὶ γάρῳ· ἄριστον δὲ καὶ κύμινον γλυκὺ ξὺν κράμβῃ φυσέων ἠδὲ οὔρων· ἐρεθιστικὸν γὰρ ἡ κύστις ἠδὲ γαστὴρ ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ· τέγξιες τῆς κεφαλῆς, αἵπερ καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι. ἀμφοῖν γὰρ αἱ

cum mulsae cyathis tribus. Ac tantisper expectans, quoad confecta fuerit purgatio, cibus, si opportunum videatur, exhibeto: sin minus, in posterum diem alimentum differ. Vesperi interdum *hierae* drachma in aquae vel mulsae soluta cyathis duobus opportune dari potest. Inedia obest; obest etiam cibi copia. Itaque exiguo cibo singulis diebus oportet uti; longa vero abstinentia fugienda est, quia stomachus refectione et calefactione singulis diebus indiget. Porro cibus attenuans esto atque fluxilis; ex jusculis magis quam leguminibus constans: ista vero ex gallina fiant aut tinnunculo, quibuscum incoquatur herba mercurialis et aceti quid affundatur. Succis autem injicito, si forte ptisanae cremore uti convenit, quae spiritum facilem reddunt et urinae movendae sunt apta, uti foeniculum et apium sive ipsa olera sive horum semina; porrum quoque acrimonia sua proficit et brassica cum oleo et garo. Optime facit etiam ad flatus et urinam eliciendam cyminum dulce cum brassica; etenim in quolibet morbo sollicitari debent alvus et vesica. Perfusiones capitis eaedem adhibeantur, quae in *phreniticis;* nam utris-

αἰσθήσιες πλέαι γίγνονται ἀτμῶν, ἃς ἀπελαύνειν χρὴ ψύξεϊ καὶ στύψι, ῥοδίνου καὶ κισσοῦ χυλῷ· ἢ ἐξατμίζειν ἐς διαπνοὴν τοῖσι λεπτύνουσι, οἷον ἑρπύλῳ, ὄξεϊ σὺν τῷ ῥοδίνῳ· ἢν δὲ νεύρων πόνος ἔῃ καὶ ψύξις ὅλου, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀκρέων, τῷ καστορίῳ ξὺν ἀνηθίνῳ λιπαίνειν ἠδὲ τέγγειν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὴν ῥάχιν χρίειν τῷ αὐτᾷ ξὺν λίπαϊ σικυωνίῳ ἢ γλευκίνῳ ἢ παλαιῷ· ξυγχρίειν δὲ καὶ τὼ χεῖρε ἀπὸ τῶν ὤμων καὶ τὼ πόδε ἀπὸ τῶν βουβώνων. τοῖσι [89] δὲ μέντοι καὶ τὴν κύστιν καταιονεῖν καὶ ὡς νεῦρον πάσχουσαν καὶ ὡς οὔρων ὁδὸν κάμνουσαν· ἀτὰρ καὶ τῇ δριμύτητι τῶν (79) χυμῶν ἀχθομένην· χολώδεα γὰρ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μέζων ὁ τρόμος ἔῃ καὶ κίνδυνος σπασμοῦ, καὶ σικυωνίῳ εἰς τὴν κεφαλὴν ὑπ' ἀνάγκης χρέεσθαι· ὀλίγη δὲ ἤτω ἡ χρῆσις· ἢν δὲ καὶ φλεγμασίαι τῶν ὑποχονδρίων ἔωσι, καὶ πρήσιες καὶ φῦσαι, καὶ περιτάσιες τοῦ δέρματος, ἢ κοῖλον γίγνηται εἴσω εἰρυομένου τοῦ ὑποχονδρίου, ἐμβρέγματα καὶ ἐπιπλάσματα, ὁκόσα μοι ἐν φρενιτικοῖσι λέλεκται. σικύῃ ἥκιστα χρέεσθαι ἢν ἀπὸ φρενίτιδος ἔωσι. εὐτολμότερον δὲ

que sensus vaporibus replentur, quos refrigerando astringendoque oleo rosaceo atque hederae succo propulsare necesse est: aut per transpirationem extenuantibus exhalare, ut serpyllo aut aceto cum oleo rosaceo. At si nervi doleant frigusque totum corpus, multo autem magis partes extremas occupet, caput et cervicem castoreo cum oleo anethino inungito perfunditoque; et eodem cum oleo sicyonio aut gleucino aut vetere inungatur spina dorsi, et manus ab humeris et pedes ab inguinibus. Iisdem etiam irrigetur vesica, quae et tanquam nervus afficitur et tanquam urinae iter laborat et humorum insuper acrimonia vexatur, siquidem urina biliosa est. Quodsi increscat tremor et convulsionis periculum adsit, oleum sicyonium quoque capiti necessario superfundendum est, cujus tamen usus esto brevis. Ac si in praecordiis excitetur etiam inflammatio, cum tumore et flatibus et cutis tensione, vel ista intro reducantur et cava fiant, perfusiones et cataplasmata eadem applicentur, quae in phreniticis proposuimus. Cucurbitula minime uti, si aeger e *phreni-*

ἢν ἀρχῆθεν ἡ νοῦσος εἰσβάλλῃ. ἢν δὲ γλῶσσα μελαίνηται καὶ ὄγκος ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι σημαίνῃ, ὑπ' ἀνάγκης τῇ συκίῃ χρέεσθαι· ἐπὴν δὲ πρὸς τῷ μήκεϊ τοῦ χρόνου κενωθήσηται τῇσι αἰσθήσεσι, τἄλλα δ' εὐπετέστερον φέρῃ, τῇ κορυφῇ τῆς κεφαλῆς προσβάλλειν· ἄλυπον γὰρ τῇ δυνάμι τὸ ἐντεῦθεν κενοῦν ἄγειν τε καὶ φύσας ἄνω τε καὶ κάτω. φυσέων γὰρ συναγωγὸν λήθαργος καὶ ἐν τῇσι κοιλίῃσι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ σκήνεϊ ἀργίῃ καὶ νωθίῃ καὶ ἀψυχίῃ. διαπνευστικὸν δὲ κίνησις ἠδὲ ἐγρήγορσις. διαχρίειν οὖν πήγανον χλωρὸν τρίβοντα ξὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ· ἀγωγόν τε ἐστὶ μᾶλλον φυσέων ξὺν τέοισι καὶ τερμίνθου ῥητίνης μέρος ἕν· καὶ πυρίῃ προκλητικὴ φυσέων· ἢ πιναροῖσι θερμοῖσι ἐρίοις, τρηχέσι παλαιοῖς ῥάκεσι ἢ σπογγιῇ ξὺν ὕδατι, ἔνθ' ὕσσωπον ἢ ὀρίγανον ἢ γλήχων ἢ ῥυτὴ ἕψηται· ἄγοι δ' ἂν φύσας, ἠδὲ ὁκόσα πρὸ τῶν σιτίων πίνεται, τάπερ καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ἐν τοῖσι ἐντέροισι καὶ στομάχῳ ἄγει, ὕσσωπον ἐν μελικρήτῳ ἑψηθὲν, δίκταμον τὸ κρητικὸν, ὀρίγανον· δριμέα

tide in hunc affectum deciderit: quae securius tamen adhiberi poterit, si ab initio hic invaserit. At si lingua nigrescat tumorque in praecordiis indicium praebuerit, haec necessario admoveri debet. Postquam autem spatio temporis, evacuatione purgatis sensibus, morbum homo facilius tolerare incipiat, cucurbitula vertici capitis applicetur; nam hoc in loco, si ulla virium offensa, evacuare possumus. Flatus quoque per superiores inferioresque partes educantur; *lethargus* enim flatus et in ventriculis et in toto corpore contrahit ex ignavia et segnitie et animi languore: hos autem discutit motus ac vigilia. Itaque ruta viridis cum melle et nitro contrita illini potest; cum his vero flatus magis elicit adjectae resinae terebinthinae pars una. Eosdem provocat fomentum, aut cum lanis sordidis et calentibus aut cum asperis panniculis veteribus: aut cum spongia ex aqua, in qua hyssopum aut origanum aut pulegium aut ruta sit incocta. Eosdem expellunt quaecunque ante cibum ad pituitam atque bilem e stomacho et intestinis educendam bibi solent; ut hyssopum in mulsa elixum, dictamnum *creticum* et origanum;

Ed. Oxon. [89.] Ed. L. B. (79.)

μὲν, ἀγωγὰ δὲ ἀδίαντον, ἄγρωστις· τάδε μέντοι καὶ φυσέων καὶ οὔρων καταῤῥηκτικά· ἢν δὲ τρόμος χειρῶν καὶ κεφαλῆς ἔῃ, καστόριον πιπίσκειν δραχμῆς ὁλκῆς ἥμισυ ξὺν μελικρήτῳ κυάθοις τρισὶ ἐς ἡμέρας πλεῦνας· ἢν δὲ μὴ πίνῃ τόδε, ἔκτευξιν ξυμφορῆς ξὺν ἐλαίῳ, ἔνθα πήγανον ἐνεζέσθη κυάθοις τρισὶ, τὸ διπλόον ἐς τὸ κάτω ἔντερον ἐγχέειν· καὶ τόδε ἐς πλεῦνας ἡμέρας· μετὰ δὲ τὸ ἐκ τουτέου ξύμφορον· φύσας γὰρ ἄγει ἄνω τε καὶ κάτω· μετεξετέροισι δὲ καὶ οὖρα καὶ κόπριον· ἢν δὴ ποθὲν εἰς τὸ πᾶν διαθέον ἥκῃ, ἄτρομα ἠδὲ κραταιὰ τὰ νεῦρα γίγνεται καὶ τὰς ἕξιας ἐς τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν ἀλλοιοῖ καὶ τὰς καταστάσιας τῶν νούσων τρέπει. ἄριστον δὲ καὶ ἐς τὰς ῥῖνας ἐμφυσῆν· καὶ γὰρ καὶ τῇδε πνευμάτων καταῤῥηκτικὸν πταρμοῖσι· καὶ ὁκοῖόν τι κύστις ἀγωγὸν οὔρων καὶ ῥὶν μύξης· πρήσσει δὲ θέρμῃ προσηνεῖ τάδε τῇδε καὶ τῶν ἄλλων τῶν πταρμικῶν κρέσσον· πεπέρεος, ἐλλεβόρου, στρουθίου, εὐφορβίου. τάδε γὰρ ἐς τὴν πρώτην ἠδὲ πυμάτην θίξιν ἀπηνέα καὶ ταρακτικὰ κεφαλῆς τε καὶ

item acria sunt, sed flatus et urinam educunt et incidunt adiantum et gramen. Quodsi manuum atque capitis tremor urgeat, castorei semidrachma cum mulsae cyathis tribus ad plures dies propinetur. Id si aeger bibere non sustineat, ad perfusionem utile est cum olei cyathis tribus, in quo ruta inferbuerit. Hujus autem pondus duplum imo intestino immittatur, idque per plures dies continuetur. Praeter utilitatem, quae ex hac re provenit, (etenim flatus sursum et deorsum expellit et in quibusdam urinam atque stercus elicit) si castoreum quoque in potione sumtum per omne corpus discurrat, nervos stabiles ac robustos efficit, habitus in calidum siccumque permutat, et morborum constitutionem invertit. Idem quoque maxime prodest naribus inspiratum: etenim flatus sernutamentis hic incidit; ac prout urinam vesica, ita nares mucum excernunt. Hos autem effectus miti calore illic praestat, aliisque medicamentis ad excitanda sternutamenta efficacibus, piperi, helleboro, struthio, euphorbio excellit: nam ista ad primum atque ultimum tactum immitia sunt et caput sensusque perturbant; castoreum vero calorem pau-

αἰσθήσιος, ἐκ προσαγωγῆς δὲ τὸ καστόριον ἀλεαίνει· κεφαλῇσι δὲ καὶ ἄλλως ξύμφορον, ὅτιπερ τὰ νεῦρα πάντῃ ἐνθένδε περιφύεται· νούσων δὲ νεύρων [90] καστόριον ἰητήριον. ἀλλὰ ξυμμίσγειν τόδε τῶν γεγραμμένων τινὶ ἢ τισι οὐκ ἄχαρι. ἢν γὰρ μιγῇ, μὴ αὐτίκα μὲν κεφαλὴν ξυμμέτρως ταράξαι. ἐς μακρὸν δὲ τὴν θέρμην ἐξάψαι, ὑγρῆναι τὴν ῥῖνα προκλήσει· ὀσμαὶ δριμεῖαι μὲν ἐς αἴσθησιν, ἐς δύναμιν δὲ (80) θερμαί· ὁκοῖον αὐτὸ τὸ καστόριον ἢ θύμβρα ἢ γλήχων ἢ θύμος, χλωρὰ ἢ ξηρὰ δευθέντα ὄξεϊ. δριμέων φαρμάκων χρίσιες κατὰ τῶν ποδῶν καὶ γουνάτων. ὕλη δὲ ἔστω ἀλεαίνουσα καὶ δάκνουσα ἐκ προσαγωγῆς. ἀμφοῖν γὰρ χρέος ληθαργικοῖσι ἐς θάλψιν καὶ ἐγρήγορσιν. τὰ πρῶτα μὲν ὦν καὶ κνίδῃ μαστίζειν τὰ σκέλεα. προσίζουσα γὰρ ἡ ἄχνη οὐκ ἐς πολλὸν μὲν διαρκέει, ἄλυπον δὲ ὀδαξισμὸν καὶ πόνον ἐνδιδοῖ. μετρίως δὲ ἐρεθίζει τε καὶ παροιδίσκει καὶ θερμασίην προκαλέεται. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἐθελήσῃς τάδε τοι γίγνεσθαι, λημνίστιδος ἠδ' εὐφορβίου ἶσα ξὺν λίπαϊ γλευ-

latim movet et alioqui capiti idoneum est, quia nervi illinc undequaque oriuntur: porro castoreum nervorum morbis medetur. Caeterum id alicui supra dictorum aut aliquibus, admiscere non injucundum est; etenim his admixtum caput ne mediocriter quidem conturbaverit et calorem diuturnum succenderit, naresque humoris proritatione madefecerit; odoramenta applicentur ad sensum acria et facultate calida: quale ipsum castoreum est aut satureia aut pulegium aut thymum, et ista aut viridia aut arida aceto perfusa. Pedes atque genua medicamentis acribus illinantur; materia esto, quae ex incremento calefaciat ac mordeat: nam utriusque hujus facultatis indigent *lethargici* ad calorem et vigiliam excitandam. Itaque primo urticis crura flagellentur; etenim harum lanugo adhaerescens non admodum diu permanet, et pruritum ac dolorem haud molestum infert, sed mediocriter partes stimulat, easque in tumorem attollit et calorem provocat. At si haec vehementius efficere desideres, limnestidis et euphorbii pares portiones cum oleo gleucino membris

κίνῳ χρίειν. ἄριστον καὶ σκίλλης ὠμῆς λεπτοῖσι ἐκτρίβειν. χρὴ δὲ ἀπομάξαντα τῶν μελέων τὸ ἐλαιῶδες· ἄδηκτον γὰρ πᾶν δριμὺ ξὺν λίπαϊ ἢν μὴ φαρμακῶδες. ἢ κυπρίνῳ ἢ γλευκίνῳ ἢ σικυωνίῳ. ἢν δὲ ἐπὶ τουτέοισιν ἔτι βαθὺ κῶμα ἴσχῃ, σικυὸν χρὴ τὸν ἄγριον ξὺν ὄξεϊ τρίψαντα σινήπιος ἴσῃ μάζῃ ξυμμίξαντα· τιθέναι δριμὺ δὲ τὸ ἐπίπλασμα καὶ ὠκέως ἐρυθήματα ἐντεῦξον, ὠκέως δὲ οἰδαλεηθῆμεναι· εἰ κίνδυνος δὲ φλυκταινώσιος καὶ τρωμάτων, ξυνεχέως ἐπαίρειν τὸ ἐπίπλασμα, καθορέοντα μή τι τουτέων ξυμβῇ. τάδε μὲν ὦν ἐς τὸ νωθὲς καὶ νεκρῶδες αὐτέου καὶ ἐς πάντα καιρὸν, πλὴν τῇσι ἐσβολῇσι τῶν παροξυσμῶν· ἢν δὲ ἀναφέρῃ μὲν ἤδη τὴν αἴσθησιν, βάρος μέν τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ ἦχος ἢ βόμβος ἔῃ, καὶ διὰ τοῦ στόματος ἄγειν φλέγμα, μαστίχην τὰ πρῶτα ἐς μάσησιν διδόντα, ὡς ξυνεχὲς ἀποπτύοι· ἔπειτα δ' αὖθις ἀσταφίδος ἀγρίης, κόκκου τοῦ τῆς κνίδης, πάντων δὲ μάλιστα σινήπιος, ὅτι τε ξύνηθες, ἀτὰρ ἠδὲ ὅτι τῶν ἄλλων

inungantur; optime prodest etiam scillae crudae tenuibus partibus ea perfricare: oportet autem artubus oleosum omne detergere, quoniam acre quodvis minime mordax est cum unguine, nisi id ex medicamentis huic rei idoneis conficiatur, quale est cyprinum et gleucinum et sicyonium. Quodsi post haec sopor adhuc altus urgeat, silvestrem oportet cucumerem cum aceto contritum et sinapis aequae portioni in polentam redactae mixtum superimponere: id autem acre cataplasma est et celeriter ruborem excitat, celeriterque partes in tumorem attollit; at si timor subsit, ne pustulas ac vulnera inferat, cataplasma frequenter attollendum est, ne quid huic simile incidat. Haec utique quolibet morbi tempore, praeterquam in accessionum initiis, commode fieri possunt, ad excitandam segnitiem et quasi in homine mortuo torporem. At si homo sensus jam receperit, gravitatem tamen quandam in capite et sonitus et tinnitus percipiat, pituita quoque per os educenda est; itaque mastichen primo manducandam exhibe ut continenter exspuat, deinde herbam pedicularem ac postea granum *cnidium*, sed prae aliis potissimum sinapi, quoniam id usitatum est

μᾶλλον τόδε φλεγμάτων ἀγωγόν· κἢν μὲν καταπίῃ τὶς ἑκὼν, ἱκανὸν μὲν τὰ ἐν τῷ στομάχῳ λῦσαι· δυνατὸν δὲ καὶ ὑγρῆναι γαστέρα καὶ φύσας ἀγαγεῖν· καὶ γάρ μοί ποτε ἐκ ξυντυχίης τάδε ξυνέβη, καταπιόντος τοῦ ἀνθρώπου κατὰ γνώμην τὴν ἐμήν· ἀγαθὴ δὲ διδάσκαλος ἡ πείρη· χρὴ δὲ καὶ αὐτὸν πειρῆν· εὐλαβίη γὰρ ἀπειρίη· χρὴ δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν μετὰ τὴν κουρὴν τὴν ἐν χρῷ, ἢν μὴ μέγα ἥδε ἀνύῃ, ξυρεῖν ἐς διαπνοήν· ἀτὰρ ἠδὲ ἐς φαρμάκων δριμέων χρῆσιν, τοῦ διὰ τῆς λημνίστιδος ἢ ὕδαρ ἢ θαψίην ἢ σίνηπι ὑγρὸν ἐξ ὕδατος ξὺν ἄρτῳ διπλῷ ἐς στρύχνον ἐγχρίσαντα ἐμπάσσειν τὴν κεφαλήν· φυλάξαντα δὲ ἐς ὥρην μίην εὐκαιρίῃ σπόγγοισι θερμοῖσι πυριῆν. οὐκ ἀνωφελὲς δὲ καὶ λούειν ἤδη πάντων μὲν ἢ τῶν γε πλείστων καὶ καιρίων τῶν ἐς τὴν νοῦσον λελουμένων. τῆς δὲ νωθείης μενούσης, εὖτε καὶ αἰώρης χρέος καὶ τρίψιος καὶ πάσης προσηνοῦς κινήσιος.

[91] (81) Κεφ. γʹ. [Μαρασμοῦ θεραπεία.] Τοῖσι δὲ μέντοι κἢν μαρασμὸς ἔῃ, ἀρήγειν θᾶσσον ἰόντα ἐπὶ λου-

caeterisque pituitam valentius elicit. Et si quis id libenter devoraverit, efficax est ad ea quae in stomacho sunt dissolvenda: valens etiam ad humectandam alvum et ad expellendos flatus; etenim haec quodam tempore casu contigisse memini, cum id homo consilio meo deglutisset. Atqui optima magistra est *experientia*; quemque igitur periculum facere oportet: cautionem enim nimiam comitatur imperitia. Caput quoque postquam fuerit ad cutim detonsum, nisi id magnopere profecerit ad transpirationem promovendam, oportet radere. Quin etiam medicamentis utendum acribus; sicut eo, quod ex limnestide constat: aut thapsia vel sinapi humidum ex aqua, cum duplici panis portione, veteri panniculo illitum, capiti superdari potest, cumque per horae spatium illic remanserit, spongiis calidis fovere opportunum est. Porro ex usu erit lavatio, omnibus jam aut saltem plurimis ac praecipuis, solutis morbi symptomatis, adhuc tamen immorante languore: ubi gestatio quoque proderit et fricti corporisque lenis quaelibet agitatio.

Cap. III. [*Curatio Marasmi.*] His vero, si in *marasmum* deciderint, citius succurrendum est balneis et

Ed. Oxon. [91.] Ed. L. B. (81.)

τρὰ καὶ κινήσιας. μαρασμοῦ μέντοι καὶ γάλα ἰητήριον καὶ θρέψαι καὶ ἀλεῆναι καὶ ὑγρῆναι γαστέρα καὶ κύστιν πρηῦναι· ἀτὰρ ἤδὲ κατόχοις τωυτὰ τὰ ξυμφέροντα. ὁμοίη γὰρ καὶ ἡ ἐν αὐτῇ τῶνδε τῶν νούσων ἰδέη. καστόριον δὲ τουτέοισι καιριώτερόν τε καὶ εὐμενέστερον πιεῖν τε καὶ χρίσασθαι καὶ ἐς τὸ ἔντερον ἐνεῖναι. τῇσι δὲ γυναιξὶ ὁκοῖα τουτέοισι ἴκελα πάθεα ἀπὸ ὑστέρης γίγνεται, ἐν τοῖσι γυναικείοισι λελέξεται.

Κεφ. δ'. [Θεραπεία ἀποπληξίης.] *** Ἀποπληξίη ἰσχυρὴ μὲν εἴη. ἅπαντα γὰρ ἔασι νεκρώδεες, ἢν καὶ ὁ νουσέων γηραιὸς ᾖ, τοῖσί περ ξύνηθες τὸ πάθος. οὐ γὰρ περιγίγνονται τῷ τε μεγέθεϊ τοῦ κακοῦ καὶ τῇ τῆς ἡλικίης ξυμφορῇ. ὅκως δὲ τεκμαρτέα τὰ μεγέθεα, πρόσθεν μοι λέλεκται. ἢν δὲ νεηνίης, ἀσθενὴς ἀποπληξίη πέλει, ἰῆσθαι μὲν οὐ ῥηΐδιον, πειρῆσθαι δὲ ὦν. ἰσόῤῥοπον μὲν ὦν ἰητήριον, ὡς μεγάλῳ πάθεϊ μέγα βοήθημα φλεβοτομίη, ἢν μή τις ἐς ἁμαρτωλὴν εἴη τοῦ πλήθεος· δυστέκμαρτον δὲ τὸ μέτρον.

corporis exercitatione. *Marasmo* quoque lac medetur: quippe quod alat et calefaciat et ventrem humectet et vesicam leniat. Quin etiam in hoc vitio, quae in *catocha* prosunt, similis enim atque eadem est utriusque morbi species. Castoreum quoque his opportunius est ac lenius et potui datum et illitum et intestino injectum. Atqui foeminis quicunque horum similes ex utero nascuntur affectus in morbis muliebribus explicabuntur.

Cap. IV. [*Curatio Apoplexiae.*] *** Apoplexia sit vehemens; nam prorsus emortui sunt, si aeger senex etiam fuerit, cui aetati malum familiare est; neque enim evadere possunt, tum propter morbi magnitudinem, tum propter aetatis calamitatem. Quemadmodum autem affectus magnitudo aestimari debeat, supra declaravimus. Quodsi juvenem vel debilis apoplexia tentaverit, difficilis quidem, attamen tentanda est curatio. Porro remedium aequale est, utpote magno affectui magnum auxilium, sanguinis detractio, nisi siquis in quantitate peccet. Modum vero conjectare difficile est. Nam si nimis paululum mittas,

ἤν τε γὰρ σμικρῷ πλέον ἀφέλῃς, προσαπέπνιξας τὸν ἄνθρωπον. ἐς γὰρ τὸ ζῆν τουτέοισι καὶ τὸ σμικρὸν αἷμα δυνατώτατον καὶ ἡ ἀλέη τῆς ζωῆς τοῦ σκήνεος καὶ τῆς τροφῆς ἐόν· ἤν τε μεῖον τῆς αἰτίης, οὐδὲν μέγα ὤνησας διὰ μεγάλου ἄκεος. ἔτι γὰρ ἡ αἰτίη μίμνει· κρέσσον δὲ ἐς τὸ ἔλασσον ἁμαρτάνειν. ἢν γὰρ καὶ δοκέῃ μὲν ἐνδέειν, χρησταὶ δέ τινες ὑποφάσιες γίγνοιντο, αὖθις ἐπανατάμνειν τὴν φλέβα. τάμνειν δὲ τὴν ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ ἀγκῶνος, εὔροος γὰρ ἥδε ἐν τῷ λαιῷ· ξυντεκμαίρεσθαι δὲ ἐν τῇ σμικρῇ ἀποπληξίῃ καὶ τὰ πάρετα μέρεα, εἰ ἐπ' ἀριστερὰ ἢ δεξιὰ ἡ πάρεσις. ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγιηρῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ἀφαίρεσιν χρὴ ποιέειν. τῇδε γὰρ τὸ αἷμα εὔροον· τῇδε καὶ ἡ παροχέτευσις ἀπὸ τῶν σιναρῶν. ἢν μὲν ὦν ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἀπό-[92]πληκτοι γίγνωνται, ὧδε χρὴ συλλογίζεσθαι ἀμφὶ τῆς ἀφαιρέσιος· ἢν δὲ ἀπὸ πληγῆς ἢ καταφορῆς ἢ πιέσιος ξυμβῇ, χρὴ ἀναβάλλεσθαι. μετεξετέροισι δὲ τόδε μοῦνον εἰς ἄκεσιν ἠδὲ ζωὴν ἤρκεσεν· ἢν δὲ μὴ δοκέῃ τάμνειν φλέβα, ψύξιος πολλῆς καὶ νάρκης καὶ ἀναισθήσιος ἀμφισχούσης τὸν ἄνθρω-

hominem jugulaveris; quia exiguus sanguis est in his ad conservandam vitam efficacissimus: cum is corpori vitae sit atque alimenti fomes. Ac si minus quam pro causa detrahas, magno adhibito auxilio non magnopere subveneris, etenim adhuc inhaeret causa. Praestat autem debito minus mittendo delinquere; nam si largiori detractione opus esse videatur et bonae aliquae appareant notae, vena potest iterum incidi. Secetur autem haec, quae in cubiti cavo posita est; etenim ex ea in sinistro brachio sanguis ex facili fluit. Caeterum in exigua *apoplexia* simul aestimandum est, an sinistras dextrasve partes resolutio occupaverit: quia, ut summatim loquar, a sanis partibus sanguis mitti debet: hac enim facile fluit, hac etiam a laesis derivatur. Itaque si absque manifesta causa *apoplexia* inciderit, ita de missione sanguinis ratiocinandum est. At si ab ictu fuerit aut prolapsu aut collisione, minime differenda est sanguinis detractio: et quibusdam id auxilii per se ad curationem vitamque suffecit. Quodsi vena non secanda videatur, propterea quod homo multo frigore et

πον, ὑποκλύζειν ἐς κένωσιν τοῦ πλήθεος τῶν ἐν τοῖσι ἐντέροισι. τὰ πολλὰ γὰρ ὑπ' ἀδηφαγίης καὶ οἰνοφλυγίης παραπλῆγες γίγνονται. καὶ εἰς τὴν ἀντίσπασιν τῶν τὴν κεφαλὴν ἀμφεχόντων χυμῶν· ἔστω δὲ τὸ κλύσμα δριμὺ καὶ φλεγμάτων καὶ χολῆς ἀγωγὸν, ὡς μὴ νίτρον ἔχειν (82) μοῦνον, ἀλλὰ καὶ εὐφόρβιον, ὅσον ὁλκῆς τριώβολον, ἐς τόδε ξύνηθες πλῆθος τοῦ κλύσματος· καὶ κολοκυνθίδος τὸ ἐντός· ἢ κενταυρίου τῆς κόμης ἀφεψήματος εἰς ἔλαιον ἢ ὕδωρ. ἄριστον δὲ κλύσμα καὶ τὸ τοιόνδε, τοῦ μέλιτος τῷ ξυνήθει πήγανον ξὺν τῷ λίπαϊ ἑψηθὲν καὶ θερμίνθου τοῦ δένδρεος τῆς ῥητίνης καὶ ἅλῶν ἀντὶ νίτρου καὶ ὑσσώπου ἑψήματος· καὶ ἢν ἐκ τῶνδε μικρὸν ἀνέγρηται ὁ ἄνθρωπος ἢ κινεόμενος τοῖσι πυρετοῖσι ἢ αἰσθανόμενος ἀπὸ τῆς ἀναισθησίης, ἢ εὐσφυξίη γένοιτο, ἢ ὅκως τὸ πρόσωπον εὔσημον ᾖ, εὔελπιν χρὴ ἔμμεναι ἠδ' ἀρήγειν εὐτολμότερον. κρατύναντα ὦν μεσηγὺ τὴν δύναμιν τῆς ἱερῆς τοῦ καθαρτηρίου διδόναι νηστεΐ, μάλιστα μὲν τὸ πᾶν τῆς πόσιος· εἰ δὲ κώλυμα ἡ δύναμις ἔοι, ἐς τὸ ἥμισυ σὺν μελικρήτῳ, καὶ κινέειν αὐτὸν ἐν δίφρῳ ἐν-

torpore et sensus defectione occupetur, alvum ducere oportet et ad stercorum copiam ex intestinis educendam, (nam plerumque ex nimio cibo vinoque *apoplexia* invadit) et etiam ut humores caput ambientes revellantur. Acris autem esto lotio, quaeque pituitam ac bilem subducat; itaque non modo nitrum habeat, sed etiam euphorbii circiter trium obolorum pondus cum losionis usitata copia et colocynthidis interiorem partem et centaurei comae decoctum ex oleo aut aqua. Optima quoque hujusmodi lotio est: mellis usitatae portioni adjecta ruta, quae in oleo inferbuerit et resinae terebinthinae pars una et sal nitri loco et hyssopi decoctum. Etsi per haec homo paululum excitetur aut febre commotus, aut sensibus post eorum defectionem receptis vel si pulsus bonus fiat vel si facies meliora significet, spem habere oportet, ac fidentius aegro succurrere. Quare confirmatis interim viribus, medicamenti purgantis, quod vocatur *hiera*, integra, si fieri potest, jejuno propinetur potio: sin vires prohibeant, hujus dimidia pars cum mulsa. Aeger postea in lectica supinus cubans a viris

Ed. Oxon. [92.] Ed. L. B. (82.)

θέντα ἀνάκλιτον, ἀτρέμα μὲν αἰωρούντων τῶν φερόντων διαναπαύοντα δὲ ξυνεχὲς διὰ τὸ ἄκοπον· κὴν μὲν ἡ γαστὴρ εὐρόως ὑποφέρῃ, δέχεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ὕδωρ ἢ μελίκρητον πιπίσκειν, ὅσον κυάθους δύο· ἢν δὲ καὶ ναυτίη μὲν ἕλῃ ἐπ τῇσι καθάρσεσι, μὴ ἀποτρέπειν. ἥ τε ἔντασις ἐς ἐγρήγορσι ἔχει τὶ ζώπυρον καὶ ὁ τῶν φλεγμάτων ἔμετος τὴν αἰτίην τῆ νούσου ἄγει. αἰσθήσιος δὲ καὶ κεφαλῆς καὶ νεύρων καθαρ τήριον ἡ ἱερὴ τὸ φάρμακον. ἀμφὶ μὲν ὧν κενώσιος παν τοίης τῆς ἐν ἀρχῇσι ἅλις· ὅλον δὲ χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐρί οισι εἰλίξαντα καταιονεῖν λίπαϊ σικυωνίῳ ἢ γλευκίνῳ πα λαιῷ ἢ εἴδεϊ ἑκάστῳ ἢ ξὺν πάντεσι συμμεμιγμένοισι· ἄριστο δὲ κηροῦ μικρὸν ἐντήκειν ἐς πάχος τῶν ἀλειφάτων· ποιέει δὲ χρὴ δυνατωτέρην τήνδε· ἐμπάσσειν δὲ καὶ νίτρου καὶ πι πέρεος. ἔστω δὲ λεπτὰ σησθέντα κρησέρῃ· μέγα δὲ ἐς δύ ναμιν τῶν παρέντων καὶ τὸ καστόριον καὶ ἄλειμμα ξύ τινι λίπαϊ τῶν εἰρημένων. πολλὸν δὲ δυνατώτερον καὶ πι πίσκειν ξὺν μελικρήτῳ. τὸ δὲ πλῆθος ὁκόσον ἐπὶ ληθαρ γικῶν ἴσμεν· ξυντεκμαίρεσθαι δὲ καὶ τὴν ἡλικίην καὶ τὴ

hanc portantibus leniter gestetur, sed, quo lassitudo a ceatur, frequenter conquiescat. Quodsi alvus facile flua permittere; sin minus, aquae aut mulsae circiter duos cy thos potui offerre. Si vero inter purgandum nausea quo que supervenerit, hanc minime prohibere, si quidem a expergefaciendum hominem corporis contentio stimulu quendam adhibet, et pituitae vomitus morbi causam ex pellit. Porro medicamentum *hiera* sensus et caput et ne vos perpurgat. Haec circa omnimodam in initio evacua tionem sufficiant. Totum vero hominem oportet lan involutum oleo perfundere aut sicyonio aut gleucin vetere vel singulis seorsim vel inter se commixtis: pro est etiam ad incrassanda olera cerae paululum colliquar atque hoc nitri ac piperis injectione valentius reddendu est, postquam ea contrita fuerint et cribro transmissa. Por miram ad *resolutos* vim habet castoreum cum aliquo supra dictis oleo illitum; sed multo magis valet, si cu mulsa potui detur; ejus autem quantitas eadem esto, qu in *lethargicis*. Simul autem oportet aestimare et aetate

γνώμην τοῦ νοσέοντος, εἰ πιεῖν ἐς πλεῦνας ἡμέρας ἕτοιμος. ἔστι δὲ καὶ χρίσματα κρέσσονα τῆς τέγξιος, εὐφορέστερά τε καὶ δυνατώτερα. οὔτε γὰρ περιῤῥέειν ἐς τὸ τῶν στρωμάτων αἶσχος· ἄχρηστον γὰρ τοῖσι κάμνουσι τὸ τοιόνδε, εἰ προσίζεται τῷ σκήνεϊ, ἔς τε τὰ ξυντακέντα ὑπό τε τῆς ἀλέης ἀνεπόθη. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀΐδιον αὐτέων ὀνηϊστόν. περιῤῥέει γὰρ ἡ τέγξις. ὕλη δὲ ἀλειφάτων [93] μὲν οκόσα μοι λέλεκται· ξὺν αὐτέοισι δὲ καστόριον, ῥητίνη τερμίνθου τοῦ δένδρεος, εὐφορβίου, λημνίστιδος, πυρέθρου ἴσα, πεπέρεος, χαλβάνης ἐς ἥμισυ ξὺν νίτρῳ Αἰγυπτίῳ τριπλάσιον, κηροῦ ὁκόσον ἐς σύστασιν ὑγρήν. πολλὸν δὲ τουτέων φαρμακίη ποικιλωτέρη καὶ πλέον καὶ ἰδίῃ λέλεκται. ἐπιπλάσματα τῇσι σκληρίῃσι καὶ τῇσι ἐντάσεσι τῶν μερέων ἐπιθετέον· ὕλη δὲ, λίνου σπέρμα, τῆλις, ἄλφιτον κρίθινον, μέλι, ἔλαιον ἔνθα πήγανον ἢ ἄνηθον ἐζέσθη, ἀλθαίης ῥίζα κοπεῖσα καὶ ἐν μελικρήτῳ ἑψηθεῖσα, ὡς κηροειδὴς γενέσθαι· ἔστω δὲ εὐαφέα καὶ προσηνέα τῇ ξυστάσει. ἢν μὲν ὦν ἄπυροι ἔωσι ἔτι ἢ

et mentem aegrotantis, an id in plures dies bibere sit paratus. Inunctiones perfusionibus praestant, quia facilius tolerantur et magis proficiunt; neque enim stragula diffluendo inquinant; laborantibus autem incommodum est, ut stragula corpori adhaerescant; unguenta vero a calore liquantur absorbenturque, quin et perpetim inhaerescendo juvant, cum perfusio diffluat. Unguentorum autem materia sit ex supra dictis, quibus adjiciatur castoreum et resina terebinthina et euphorbii, limnestidis pyrethri pares portiones, piperis galbanique pars dimidia, cum nitri *Aegyptii* triplo, cerae, quantum ad consistentiam liquidam faciendam suffecerit. Caeterum medicamenta his magis varia ac plura seorsim a me suo loco tradita sunt. Cataplasmata quoque duris distentisque partibus imponenda; quorum materia sit e lini semine, foeno graeco, farina hordeacea, melle et oleo in quo ruta vel anethum inferbuerit cum althaeae radice incisa et in mulsa usque ad cerae crassitudinem decocta; sint autem consistentiae lenis tactuique non ingratae. Itaque si adhuc febre vacent vel

σμικρὸν ἐπιπυρεταί(83)νωσι, τάδε χρὴ πρήσσειν οὐκ ἀλεγίζοντα τῆς θέρμης. ἢν δὲ πυρετοὶ ὀξέες ἔωσι καὶ ἡ ἄλλη νοῦσος σμικροτέρη τῶνδε φαίνηται καὶ ἐς τὸν κίνδυνον οἵδε ξυνεπείγωσι, πρὸς τούσδε χρὴ τὴν δίαιταν καὶ τὴν ἄλλην θεραπείην ἁρμόζεσθαι. τροφῇσί τε ὦν τελέως λεπτοῖσι εὐπέπτοισι χρέεσθαι καὶ τῇ εὐκαιρίῃ προσεκτέον νῦν μᾶλλον καὶ τοὺς παροξυσμοὺς ὑποστέλλεσθαι ἐς πᾶσαν ἰητρίην, καὶ τὸ ξύμπαν τοῖσι πυρετοῖσι προσκέεσθαι χρή. ἢν δὲ πρόσω προήκῃ χρόνῳ καὶ τὴν κεφαλὴν ἐν αἰτίῃ ἴσχῃ, σικύην χρὴ ἐς τὸ ἰνίον προσβάλλοντα, αἱμάσσειν ἀφειδέως. καὶ γὰρ φλεβοτομίης ὀνίνησι μᾶλλον καὶ τὰς δυνάμιας οὐκ ἀφαιρέει. προτέρῃ δὲ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων κουφὴν τιθέσθω ἐς ἀντίσπασιν τῆς ἐν τῷ ἰνίῳ. παρελύθη κοτὲ καὶ κατάποσις, ἥπερ μούνη καὶ ἀποπλήκτοισι ἄλκαρ ἐστὶ σωτηρίης, εἴς τε τὴν τῆς τροφῆς κατάποσιν καὶ ἐς τὴν τῶν φαρμάκων πάροδον. οὐ γὰρ ἀτροφίης καὶ λιμοῦ κίνδυνος μοῦνον, ἀλλὰ καὶ βηχὸς καὶ δυσπνοίης καὶ πνίξιος. κἢν γὰρ καὶ ἐγχέῃ τὶς εἰς τὸ στόμα ὑγρὸν σιτίον, ἐς τὴν ἀρτηρίην ὑποῤῥέει, οὔτε τῶν

etiam leviter febricitent, haec neglecto isto calore sunt servanda. At si febres acutae urgeant et alter morbus his levior esse videatur eaeque periculum intentent, ad has oportet victum atque reliquam accommodare curationem. Igitur alimentis exquisite tenuibus et concoctu facilibus utendum; et vescendi occasio jam diligentius observanda; et per totam curationem cibi in accessionibus subtrahendi; et in febres prorsus animum oportet intendere. Quodsi morbus in vetustatem incidat caputque sit in causa, cucurbitula occipitio admota cutim plurimum incidito; plus enim id quam venae sectio proficit neque vires convellit. Prius autem inter scapulas cucurbitula sine ferro applicetur, ut in contrarium ejus, quae in occipitio est, succos revellat. Gula quoque interdum *resolvitur*, in qua sola *apoplecticis* salutis est praesidium: quippe cum per hanc et cibus deglutiatur et medicamenta transmittantur. Neque enim inediae tantum ac famis periculum est, sed etiam tussis et spirandi molestiae et suffocationis. Nam si quis alimentum ori instillet humidum, id in asperam ar-

παρισθμίων ξυμπιπτόντων ἐς τὸν ὠσμὸν τῶν σιτίων, οὔτε τῆς ἐπιγλωττίδος ἐνιζούσης ἐς τὴν ἑωυτῆς ἕδρην, ἥτις ἐπίθημα τῆς ἀρτηρίης πέφυκε. χρὴ ὦν μελίκρητον ἢ χυλὸν ἐγχέαντα μυστίλῃ μακρῇ ὑπεραίροντα ὑπὲρ τῆς ἀρτηρίης ἐς τὸν στόμαχον ἐγχέειν. τόδε γὰρ ἔτι ἐς κατάποσιν ὑπουργέει. εἰ δ' ὁ νοσέων ἐς ὄλεθρον εἴη ὕστατον, ὁ δὲ αὐχὴν σὺν τῇ ἀναπνοῇ πήγνυται, τόνδε τὸν αὐχένα καὶ τὸν ἀνθερεῶνα θερμάσμασι χρίειν τε καὶ πυριῆν. ματαιόπονοι δὲ καὶ αΐδριες ὁκόσοι σικύην ἐς τὸν ἀνθερεῶνα προσβάλλουσι ἐς εὐρύτητα τοῦ στομάχου. οὐ γὰρ διαστάσιος χρέος ἐς ἔνθεσιν τῆς τροφῆς· ἀλλὰ ξυμπτώσιος ἐς κατάποσιν. προσδιαστέλλει δὲ σικύη κῆν καταπίνειν θέλῃ, ἐπίσχει τῇ ἀποστάσι τε καὶ ἀνθολκῇ· ἐπανιέναι δὲ χρὴ ἐς τὴν περιστολὴν τῆς καταπόσιος· πρὸς δὲ τουτέοισι τὴν ἀρτηρίην πληροῦν ἐς κίνδυνον ἀποπνίξιος. ἀλλ' οὐδ' εἰ ἔνθα καὶ ἔνθα τοῦ βρόγχου θείης ἀρήγει· μύες γὰρ καὶ νεῦρα καὶ τένοντες καὶ φλέβες ἐπίπροσθεν ἔασι αὐτέου. κύστις δὲ καὶ τὸ χαλαρὸν ἄγχου ἀλ-

teriam subterlabitur: cum neque tonsillae ad depellendos cibos concidant, neque epiglottis, quam pro arteriae operculo natura constituit, in loco suo subsidat. Oportet itaque longum cochleare supra arteriam sublatum gulam demittere et per hanc cremorem aut mulsam infundere: id enim deglutitionem adjuvat. Verum si aegrotus jamjam moriturus sit, cervix autem et ipse *spiritus* quasi congelentur, cervicem ac mentum calefacientibus illinito ac foveto. Operam vero perdunt vel imperiti sunt quicunque ad dilatandam gulam cucurbitulam mento affigunt: neque enim ejus dilatatione opus est, ut cibus immitti, sed compressione, ut devorari queat. Cucurbitula vero gulam diducit eamque aperiens atque retrahens deglutitionem voluntariam impedit, cum stomachus contra remitti debeat, ut ejus fieri possit constrictio. Ad haec cucurbitula ipsam arteriam implet cum suffocationis periculo. Neque vero si duas huic atque illi parti gutturis admoveas, quicquam profeceris; nam musculi nervique et tendines venaeque stomacho praetenduntur. Vesica etiam, quodque vicinum est, laxum intestinum modo ita *resol-*

λοτε μὲν ἐς ἔκκρισιν παρεῖται καὶ ἔστι τῶν περιττῶν ἀεὶ ἐόντα πλήρεα, κύστις δὲ καὶ ἐς ὄγκον μέγιστον ἀείρεται, ἄλλοτε δὲ εἰς κάθεξιν αὐτέων. διαῤῥέει γὰρ τὰ περιττὰ ὡς δι᾽ ἀψύχων. ἔνθα ὦν ἐς μὲν [94] τὴν κύστιν τῷ καθετῆρι ὀργάνῳ οὐκ εὔτολμον χρέεσθαι· κίνδυνος γὰρ σφακελίζειν τῇ κύστι ἠδὲ σπασμὸν διδόναι τῷ ἀνθρώπῳ. ὑποκλύζειν δὲ μὴ πολλῷ πλήθεϊ τοῦ χυλοῦ κρέσσον· κῆν ἐκκοπρωθῇ τὸ ἔντερον, προσενιέναι ξὺν ἐλαίῳ καστόριον. ἐλπὶς δὲ μούνη καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν παρέτων καὶ ἰδίῃ τῶν μερέων ἡ εἰς ἔλαιον ἐνίζησις. ὁ δὲ τρόπος αὐτέης ἐν τοῖσι χρονίοισι εἰρήσεται.

Κεφ. ε΄. [Θεραπεία παροξυσμοῦ ἐπιληπτικῶν.] Τῆς ἐπιληψίης ὀλεθρίη μὲν ἡ πρωτίστη κατάπτωσις, ἢν ὀξέως εἰσβάλλῃ ἡ νοῦσος. (84) ἔκτεινε γάρ κοτε καὶ ἡμέρῃ μιῇ. κινδυνώδεες δὲ καὶ οἱ ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοί. διὰ τάδε μὲν ὦν καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι καταγέγραπται ἡ ἐπιληψίη· ἢν δὲ ἐς μελέτην μὲν ἥκῃ τοῦ κακοῦ ὤνθρωπος, ἡ δὲ νοῦσος ἀπρὶξ ἐμφῦσα ἔχηται, οὐ χρονίη μοῦνον γίγνεται, ἀλλὰ

vuntur, ut nihil excernere valeant: in quo casu semper plena sunt excrementis: vesica autem in magnum quoque tumorem attollitur. Modo *resolutionem* patiuntur adeo ut nihil retinere possint et excrementa tanquam e mortuis exeant. Tum vero instrumentum, qui *catheter* vocatur, in vesicam non satis tuto demittitur; nam periculum est, ne *sphacelum* inferat vesicae et homo nervorum distentionibus occupetur. Satius est haud magna cremoris copia alvum subducere; et ubi intestina stercore fuerint exonerata, castoreum injicere cum oleo. Unica vero omnium simul et singularum per se *resolutarum* partium spes est in oleo sessio; cujus ratio in morbis diuturnis exponetur.

Cap. V. [*Curatio epilepticorum paroxysmi.*] In *epilepsia* letalis primus est prolapsus, si acute morbus invaserit, nam interdum uno die hominem rapit. Periculosae quoque accessiones quae per circuitus revertuntur: quam ob rem in acutorum numero posita est a nobis *epilepsia.* Quodsi a malo quispiam assuetus degat, morbus autem tenaciter inhaereat, non modo diuturnus, sed in

μετεξετέροισι αἰωνίη. ἢν γὰρ ὑπερβάλλῃ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίης, ξυγγηρᾷ τε καὶ ξυναποθνήσκει. ὁκόσα μὲν ὦν ὡς χρονίῃ ἐστὶν ἰητήρια ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται, ὁκόσα δὲ ἐς τὸ τάχος τοῦ ὀλέθρου πρηκτέα, τῶνδε τὰ πλεῦνα μὲν ἐπὶ τοῖσι ἀποπληκτικοῖσι λέλεκται, φλεβοτομίη, κλύσματα, χρίσιες, σικύη. τάδε γὰρ ἐς ἀνέγερσιν δυνατώτατα. ὁκόσα δὲ ἴδια καταπτώσιος ἄκεα, τάδε νῦν φράσω. παιδίοισι μὲν ὦν οἷσι ἐκ διαφθορῆς ἢ ἐκ ψύξιος ἰσχυρῆς ἀξύνηθες τὸ πάθος, ἔμετος ἢ σιτίων ἢ φλέγματος ἢ ἄλλου χυμοῦ τινὸς ὀνηϊστόν. πτίλα δὲ ἰρίνῳ μύρῳ δευθέντα ναυτίην ἐρεθίζει· ἀτὰρ καὶ τὸ ἴρινον οὐκ ἄχρι σπασμῶν εἰς τὴν τῶν παρισθμίων χρῖσιν. ξυμπιέζειν δὲ τὴν λαγόνα πρηέως ἐπὶ γαστέρα ἐκκρεμὲς προβάλλοντα τὸ παιδίον. τόδε γὰρ τὸ σχῆμα πρὸς ἔμετον ῥήϊστον· ἢν δὲ καὶ σπᾶται ἢ διαστρέφηται τὴν κάτω γνάθον ἢ τὼ χεῖρε καὶ τὰ σκέλεα ῥίπτηται καὶ ξὺν παντὶ τείνηταί οἱ ὤψ, ψηλαφίῃ ξὺν λίπαϊ μαλθάσσειν, ἀπιθύνειν τε τῆς ὄψιος τὰ διάστροφα· πρηέως δὲ διακρατέειν, ὡς μὴ δια-

nonnullis perpetuus hic evadit, nam si vigorem aetatis excesserit, cum aegro consenescit et ad mortem usque continuat. Quaecunque igitur huic ut diuturno morbo remedia conveniunt, in diuturnis proponentur. Horum vero plurima, quae ad arcendam mortem subitam exequi oportet, sicut *venae sectionem*, *alvi lotiones*, *inunctiones*, *cucurbitulam*, eadem sunto, quae in *apoplecticis* praecepimus; etenim haec sunt ad excitandum hominem efficacissima. Quotquot autem peculiaria sunt prolapsui remedia in praesentia docebimus. Puerulis itaque, quibus ex cibi corruptione ac vehementi frigore usitatus est affectus, alimenti aut pituitae aut alius cujusvis humoris vomitus prodest. Pennae quoque unguento irino delibutae nauseam provocant; quin et irino tonsillas illinere haud inutile est. Interea puero in ventrem prono collocato (quae figura ad vomendum facillima est) ilia ejus leniter comprimenda. Quodsi convellatur aut pervertatur inferior maxilla vel puer manus pedesque disjiciat totusque ejus vultus intendatur, manibus oleo perunctis emolliendae dirigendaeque sunt partes oculorum distortae, leniter etiam continendae

στρέφηται τὰ ἤθεα. τὰ ψυχρὰ πυριῆν ἐρίοισι παλαιοῖς πιναροῖσι τρύχεσι, διαχρίειν τε τὴν ἕδρην μέλιτι ξὺν πηγανίνῳ ἐλαίῳ ἢ ξὺν νίτρῳ ἢ ῥητίνῃ ὑγρῇ ξὺν τοῖσδε καὶ διωθεῖν πρηέως ἔσω τῆς ἕδρης. τάδε γὰρ φυσέων ἀγωγά· φύσας δὲ διεξίουσι τῆσδε τῆς νούσου παῖδες. ἢν δὲ καταπίνειν δύνωνται, διδόναι τοῦδε τοῦ φαρμάκου, καρδαμώμου μέρος ἓν· χαλκοῦ κεκ. ᾱ. τάδε ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν. ἢ γὰρ ἐξήμεσαν ξὺν τοῖσι ἐν τῷ στομάχῳ πιέζουσι, ἢ ὑπη[95]λάθη ἡ γαστήρ. ἄριστον δὲ ἔκλειγμα καὶ τόδε, τοῦ καρδαμώμου καὶ σινήπιος καὶ ὑσσώπου τῆς κόμης ἴσα, ἴριδος τῆς ῥίζης μέρος ᾱ, ξὺν νίτρου διπλασίῳ, πεπέρεος ἐς τρίτον, μέλιτι φυράσαντα ὁμοῦ τὰ πάντα, διαστήσαντα τὴν γένυν ἐς τὸ στόμα ἐγχέειν, ἀτὰρ καὶ ἔτι προσωτέρω τῶν παρισθμίων, ὅκως καταπίοιεν. τάδε μὲν ὦν παιδίοισι· τοῖσι δὲ νεηνίῃσι καὶ τάδε ξύμφορα. ἀτὰρ καὶ φάρμακα δυνατώτερα ἐς ἔμετον αἱρέεσθαι, ναρκίσσου βολβοὺς, σινήπιος καὶ ὑσσώπου ἴσα καὶ χαλκοῦ καὶ πεπέρεος, μοίρης τῶν προτέρων ἐς ἥμισυ, σὺν μέλιτι φυράσαντα διδόναι· τάδε μὲν ὦν ἐς ἀνέγερσιν

ne rectae quoque partes distorqueantur. Frigidi artus lanis antiquis sordidisque panniculis fovendi. Sedem praeterea melle cum oleo rutaceo aut nitro aut resina liquida cum his inungito: et haec quoque intra anum leniter immittito; etenim ista flatus eliciunt: pueri autem per flatuum expulsionem hoc morbo liberantur. Caeterum si deglutire valeant, hoc medicamentum exhiberi potest: cardamomi pars, aeris combusti pars, quae cum mulsa propinentur; id enim aut per vomitum una cum humoribus stomachum infestantibus reddetur aut alvum subducet. Hoc quoque linctu sumi potest: cardamomi, sinapis, hyssopi comae pares portiones; iridis radicis pars una cum nitri duplo et piperis triplo, quae omnia una cum melle mixta, diducta maxilla ori infundantur etiam ultra tonsillas ut ea devorent. Haec utique pueris. Adolescentibus ea etiam prosunt, sed medicamenta valentiora ad vomitum oportet deligere: ut narcissi bulbi, sinapis, et hyssopi partes aequales, aeris atque piperis dimidio minus quam istorum cum melle permiscens exhibe. Haec ad accessionem depellen-

τοῦ παροξυσμοῦ· τὰ δὲ ἐς λύσιν τοῦ νοσήματος ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται.

Κεφ. ϛ'. [Θεραπεία τετάνου.] Νῦν μάλα χρὴ κοίτην μαλακὴν, εὐαφέα, λείην, προσηνέα, θερμὴν ἔμμεναι. ἀπηνέα γὰρ καὶ σκληρὰ καὶ τιταινόμενα τὰ νεῦρα ὑπὸ (85) τῆς νούσου γίγνεται. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα πᾶν καρφαλέον καὶ τρηχὺ περιτέταται, τὰ προσεύτροχα βλέφαρα μόγις τοῖσι ὀφθαλμοῖσι ἐπιμύει. ὀφθαλμοὶ δὲ ἀτενέες ἐνδεδινημένοι. ἀτὰρ καὶ τὰ ἄρθρα ξυνδέδεται οὐ κινεύμενα τῇ τάσι. ἔστω δὲ καὶ ὁ οἶκος ἀλεεινός· κῆν θέρεος ᾖ, μὴ μέχρι ἱδρώτων ἢ ἐκλύσιος. ἐς συγκοπὴν γὰρ ἡ νοῦσος ῥέπει. χρὴ δὲ μηδὲ ἐς τὰ ἄλλα τὰ μεγάλα ἄκεα μέλλειν. οὐ γὰρ καιρὸς ἀμβολῆς. εἴτε ὦν διὰ ψύξιν ἄνευ φανερῆς προφάσιος γένοιτο τέτανος εἴτε ἐπὶ τρώματι εἴτε ἐπ' ἀμβλώσει γυναικὸς, φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν. προμηθευόμενον καὶ τὴν πίεσιν τοῦ βραχίονος ἐν τῇ ἐπιδέσι, ὡς ἐς ἄνεσιν ἔχοι καὶ τὴν τομὴν ὡς εὐαφέως καὶ ῥηϊδίως γένοιτο. τάδε γὰρ σπασμῶν προκλήσιες καὶ ἐσάπαξ ἀφαιρέειν εὐμέτρως, μὴ μέχρι λειποθυμίης καὶ περιψύξιος·

dam adhibeantur, caeterum ad solvendum morbum idonea in diuturnis enarrabimus.

Cap. VI. [*Curatio tetani.*] Jam vero lectus moltis, tactui gratus, laevis, commodus calidusque esse debet. Nervos enim morbus rigidos, duros et intentos efficit; quin etiam cutis tota cum siccitate et aspritudine circumquaque intenditur: palpebrae natura sua versatiles aegre connivent: oculi defixi atque introrsum convoluti: nec non artus quasi deligantur ob intentionem immobiles. Domus etiam, licet aestas fuerit, tepefiat, sed citra sudores aut languorem: nam ad *syncopen* morbus inclinat. Oportet etiam ad alia magna remedia properare; neque enim ullum morae tempus relinquitur. Itaque sive ex frigore sine manifesta causa sive ex vulnere sive ex abortu mulieris *tetanus* inciderit, vena cubiti secetur. Inter haec adhibenda cura ne ligatura brachium nimis constringat, sed laxius sese habeat: utque leniter et expedita fiat incisio; nam alioqui ista nervorum distentiones provocabunt. Sanguis

μηδ᾽ ἐπ᾽ ἀσιτίῃς ἔῃ. ψυχρὸν καὶ ξηρὸν λιμός. διδόναι ὦν μελικρήτου παχέος ἀκρητεστέρου καὶ πτισάνης χυλοῦ ξὺν μέλιτι. τάδε γὰρ καὶ παρισθμίοισι ἐς ἔκθλιψιν ἀπονώτατα καὶ στομάχῳ ἐς κατάποσιν λεῖα καὶ ῥήϊστα καὶ ἐς μάλθαξιν κοιλίης μαλακώτατα καὶ ἐς δύναμιν δυνατώτατα· τὸ δὲ ξύμπαν σκῆνος ἐρίοισι κατειλίχθω δεδευμένοισι ἐλαίῳ γλευκίνῳ ἢ κροκίνῳ, ἐν οἷς ἢ λιβανωτὶς ἢ κόνυζα ἢ ἀρτεμισίη ἐνήψηται. καὶ τὰ πάντα θερμὰ ἐς δύναμιν καὶ ἐς θίξιν ἔστω· χρίειν δὲ τῷ διὰ τῆς λημνίστιδος καὶ εὐφορβίου καὶ νίτρου καὶ πυρέθρου ἀλείμματι· προσβάλλειν δὲ τοῖσδε τοῦ καστορίου συχνόν· εὖ δὲ καὶ τοὺς τένοντας ξυλλαμβάνειν τοῖσι ἐρίοισι καὶ χρίειν καὶ τὰ παρ᾽ οὖς καὶ ἀνθερεῶνα. τάδε γὰρ μά[96]λιστα πάσχει τε δεινὰ καὶ τείνει. πυριῇν δὲ κούφοις θερμάσμασι τένοντας καὶ κύστιν, μαρσίποις ἔχουσι κέγχρον πεφωγμένην, ἢ κύστεσι βοῶν ἐλαίου θερμοῦ ἡμιπληρέσι, ὡς εἰς πλάτος ἐπικέηνται τῶν πυριωμένων χωρίων. ἐβιήσατό κοτε ἀνάγκη πυριῆσαι κεφαλὴν, οὐκ ἀσφαλὲς μὲν

una vice et mediocri copia detrahatur citra animae defectum et totius corporis frigus. Aeger inedia minime vexetur; fames enim corpus siccat et refrigerat. Mulsa igitur crassa et meracior et ptisanae cremor cum melle potui detur; etenim haec, dum a tonsillis protruduntur, minimum dolorem inferunt gulaeque devoratu laevia sunt ac facillima, ad molliendum alvum maxime idonea et ad vires instaurandas valentissima. Corpus omne lanis involvatur, oleo gleucino vel crocino madefactis, in quo ros marinus aut conyza aut artemisia inferbuerit; et omnia non modo facultate, sed etiam tactu calida sunto. Inungatur etiam aeger unguento quod ex limnestide et euphorbio et nitro et pyrethro conficitur, quibus adjiciatur multum castorei. Tendines item lanis probe contegantur; et inungantur loca juxta aures et mentum: etenim hae partes gravissime laborant atque intenduntur. Tendines etiam, vesicam levibus calefactoriis foveto; vel saccellis milium tostum continentibus vel boum vesicis oleo calido semiplenis, ita ut cum partibus fotis secundum latitudinem applicentur. Interdum necessitas cogit ut fomenta capita adhibeantur; id uti sensibus non

αἰσθήσεσι, νεύροισι δὲ ἀγαθόν. τάσδε μὲν γὰρ ὀμίχλης ἐπαναφορὴν ἀνίησι ἀτμῶν. πίμπλησι δὲ τὰ νεῦρα. χρὴ οὖν τῷ τρόπῳ τε τῆς πυρίης ὡς ἀσφαλεστάτῳ χρέεσθαι καὶ ὕλῃ μὴ σφόδρα βαρυόδμῳ μιῇ· ἀλλὰ ὕλη μὲν ἔστω ἔλαιον τὸ ἐν κύστεσι ἄκνισον ἐν διπλῷ ἐγγείῳ ἑψηθὲν, ἢ ἅλες λεπτοὶ ἐν τῷ μαρσιπίῳ. κέγχρος γὰρ καὶ λίνου σπέρμα εὐαφέα μὲν, ἀτμώδεα δὲ καὶ βαρύοδμα. τρόπος δὲ πυρίης· ὑποτετάσθαι δεῖ τοῖς τένουσι ὑπτίοισι τὰ πυριάματα ἄχρι τῆς κορυφῆς· προσωτέρω δὲ ἐπὶ τὸ βρέγμα μὴ προβαίνειν. τόδε γὰρ τὸ χωρίον ἁπάσης μὲν τῆς αἰσθήσιός ἐστι κοινὸν καὶ ἀπὸ τοῦδε πᾶσαι αἱ ἀφέσιες ὠφελίης τε καὶ βλάψιος· ἢν δὲ ἐπιπλάσσειν δέῃ τοὺς τένοντας, ὄρθιον ἔστω τὸ ἰνίον. ἀνωτέρω γὰρ εἰ θείης, τὴν κεφαλὴν πλήσεις ἀτμῶν τοῦ λίνου τοῦ σπέρματος καὶ τῆς τήλεως· ἐπὶ δὲ τοῖσι ἐπιπλάσμασι ἀγαθὸν ἡ σικύη ἐς τὸ ἰνίον τῆς ῥάχιος ἑκατέρωθεν· ἔστω δὲ φειδὼ πολλὴ τῆς φλογός. ὀδυνηρὸν γὰρ καὶ σπασμῶδες τῶν χειλέων τῆς σικύης ἡ ἀμφίθλασις. χρὴ ὦν ἐς δηρὸν

adeo tutum, ita nervis salutare est: sensibus enim, vaporum elevatione caliginem quandam offundit, nervos autem replet. Itaque fovendi modo tutissimo et materia minime graveolenti eaque unica utendum: quae vel ex oleo in vesicis constet inodoro atque in duplici vase cocto vel ex sale tenui in saccello; milium enim et lini semen quamquam tactui grata sint, vapores tamen cum gravi odore exhalant. At fovendi ratio sit hujusmodi: tendinibus resupinato aegro fomenta subjicere oportet usque ad verticem, neque ulterius versus sinciput procedere; etenim hic locus omnium sensuum communis est, ab eoque omnia adjumenta omnesque noxae derivantur. Quodsi cataplasmata etiam tendinibus imponenda sint, occipitium erectum esto: nam si haec magis versus superiora collocaveris, caput vaporibus lini et foeni graeci seminum implebis. Post cataplasmata utilis fuerit cucurbitula occipitio ab utroque spinae latere admota: sed parum admodum flammae adhibeatur: nam arcta cucurbitulae labrorum impressio dolores convulsionesque excitat. Oportet ergo diu trahere ac leniter potius quam brevi tempore festinanter id effi-

(86) ἕλκειν καὶ μαλθακῶς μᾶλλον ἢ ἀθρόον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. ὧδε γάρ ἂν σοι κυρτωθείη τὸ χωρίον ἀπόνως, ὅπερ ἐπιτάμνειν χρή. τέκμαρ δέ σοι τῆς αἱμάξιος τῆς συμμετρίης ἡ δύναμις γιγνέσθω. τάδε μὲν ὦν τῶν ἄνευ ἑλκέων τετάνων τὰ ἄκεα. ἢν δὲ ἐπὶ τρώματι σπασμὸς γένηται, ὀλέθριον μὲν καὶ δυσέλπιστον· ἀρήγειν δὲ χρή. μετεξέτεροί τε γὰρ καὶ ἐκ τοιῶνδε ἐσώθησαν. χρὴ ὦν πρὸς τῇ ἄλλῃ ἰητρίῃ καὶ τὰ ἕλκεα ἰῆσθαι, τέγξι θερμαινόντων ἅσσα μοι λέλεκται, καὶ πυρίῃ καὶ ἐπιπλάσμασι φαρμάκοισί τε ὁκόσα ῥηϊδίως θερμαίνει τε καὶ πολλὸν τέγξει πῦον. ξηρὰ γὰρ ἐπὶ τετάνῳ τὰ ἕλκεα. ἔστω ὦν λιβανωτοῦ τῆς μάννης καὶ πολίου τῆς κόμης καὶ ῥητίνης ἀπὸ τερμίνθου καὶ πίτυος τῶν δενδρέων καὶ ἀλθαίης ῥίζης καὶ πηγάνου καὶ κονύζης τῆς βοτάνης. τάδε χρὴ συμμίσγειν τοῖς ἐπιπλάσμασι τὰ μὲν τήκοντα, τὰ δὲ ἐμπάσσοντα, τὰ δὲ ξὺν ἐλαίῳ προλεαίνοντα. ἐν μελικρήτῳ δὲ τὴν ἀλθαίην κεκομμένην προεψεῖν· ἐπιπάσσειν δὲ τῷ ἕλκεϊ καὶ τοῦ καστορίου· οὐ μικρὴ δὲ ἡ ἔνθεν ἀλέη ὅλῳ τῷ σκήνεϊ, ὅτι καὶ τὰ ῥίγεα τὰ ἀπὸ τῶν ἑλκέων

cere: nam ita cutis in convexum tumorem sine dolore se attollet, quae tum postea incidatur. Sanguinis autem detrahendi modus ex viribus aestimetur. Haec sunt *tetani* absque *ulceribus* remedia. Quodsi *vulneri* superveniat nervorum distentio, perniciosa ac fere desperata res est. Nihilominus succurrere oportet, siquidem nonnulli adhibitis remediis ad sanitatem redierunt. Itaque praeter caeteram curationem *ulceribus* medendum est, calefacientium perfusione, quae supra posui et fomentis et cataplasmatis et medicamentis, quaecunque calorem facile excitant et plus abunde movent; nam in *tetano ulcera* sunt arida. Accipiatur ergo thuris manna et polii coma et resina tam pinea quam terebinthina et althaeae radix et rutae et conyzae herba; haec omnia in cataplasmatis commisceantur, alia liquando, aliorum pulverem inspergendo, alia cum oleo macerando, althaeam vero incisam prius in mulsa decoquendo. Inspergatur etiam *ulceri* castoreum; nam haud exiguus ex hoc in toto corpore calor excitabitur; siquidem horrores ex *ulceribus* orti mali sunt mo-

κακοήθεα. ἐγχρίειν δὲ τὰς ῥῖνας τοῦ καστορίου ξὺν κροκίνῳ λίπαϊ· ἀλλὰ καὶ πιπίσκειν τοῦδε ξυνεχέως ὁκόσον ὁλκῆς τριώβολον· ἢν δὲ πρὸς τόδε ἀπαυδήσῃ ὁ στόμαχος, μεσηγὺ σιλφίου ῥίζης διδόναι τῆς ὁλκῆς τὸ ἴσον τῷ καστορίῳ ἢ σμύρνης τοῦ σιλφίου ἥμισυ. ἅπαντα δὲ ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν. εἰ δὲ εὐπορίη ὀποῦ τοῦ σιλφίου τοῦ ἀπὸ τῆς Κυρήνης γένοιτο, τόνδε χρὴ μέλιτι ἑφθῷ ἐνειλίξαντα ὁκόσον ὀρόβου μέγεθος καταπιεῖν διδόναι. ἄριστον γὰρ ὧδε, ὡς τὴν ὑπερώην λάθοι παραλλάξας. δριμὺς γὰρ καὶ τὴν ἐρυγὴν ἀπηνὴς καὶ κάκ[97]οδμος ἐών. ἢν δὲ μὴ δύνηται ὧδε καταπιεῖν, μελικρήτῳ λύσαντα διδόναι. ἁπάντων γὰρ τῶν καταποτῶν δυνατώτερον, ὁκόσα πέφυκε ἀλεαίνειν τε καὶ ὑγραίνειν καὶ ἀνιέναι τῆς τάσιος καὶ μαλθάσσειν νεῦρα. ἢν δὲ μηδὲν καταπίνωσι, ἐς τὴν ἕδρην ἐγχέειν ξὺν ἐλαίῳ τοῦ καστορίου. τῷδε καὶ χρίειν τὴν ἕδρην ξὺν λίπαϊ ἢ μέλιτι· τῷδε καὶ τὴν κύστιν τέγγειν τε καὶ χρίειν ἐς πάχος ξὺν κηρῷ τήξαντα. ἢν δὲ καὶ φύσας καὶ κόπρον ἄγειν καιρὸς ῇ, τῆς ἱερῆς τοῦ καθαρτηρίου ὁλκῆς < δύο ξὺν μελικρήτῳ καὶ

ris. Inungantur etiam nares castoreo cum oleo crocino. Quin etiam id ad trium obolorum pondus assidue propinetur; verum si hoc stomachus fastidierit, interponenda est laserpitii radix ad idem pondus vel myrrhae dimidio minus quam laserpitii: et omnia cum mulsa potui offerantur. At si *Cyrenaici* laserpitii lacrimae copia tibi suppetat, hanc oportet melle cocto involutam ad ervi magnitudinem devorandam dare: nam ita factu optimum est ut in transitu a palato non degustetur: siquidem acris est et in ructu graviter ac foede olens: sed si hanc ita deglutire nequeat, in mulsa liquata propinetur: etenim omnibus medicamentis valentior est, quae devorantur, et calefaciendo humectandoque et distentioni laxandae nervisque remolliendis apta sunt. Quodsi nihil deglutire valeant, castoreum infra cum oleo injicito: eodem cum unguine aut melle sedem illinito; eodem vesicam perfundito inungitoque in crassitudinem cum cera liquefacto. Quodsi flatus jam et stercoris educendi adsit occasio, medicamenti purgantis, *hierae* dicti, drachmas duas cum mulsa et oleo

ἐλαίῳ ἐνιέναι. ξὺν γὰρ τῷ ἄγειν τάδε ἔτι καὶ τὸ ἔντερον καὶ τὴν κάτω κοιλίην ἐκπυριῇ. ποικίλον γὰρ καὶ θερμὸν φάρμακον ἱερή.

*Κεφ. ζ΄. [Θεραπεία συνάγχης.] Δοιαὶ συνάγχης ἔασι ἰδέαι. ἡ μὲν σὺν θερμασίῃ καὶ μεγάλῃ πρήσι τῶν παρισθμίων καὶ ἐξογκώσι ἔξω· ἀτὰρ καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ὁ γαργαρεὼν καὶ πάντα τὰ τῇδε μέρεα ἐς ὄγκον ἀείρεται· ἡ δὲ ἑτέρη ξύμπτωσίς ἐστι τουτέων ἠδὲ ἐς τὸ ἔσω πίεσις, ξὺν ἀγχόνῃ μέζονι, ὡς δοκέειν τὴν φλεγμασίην εἴσω μέχρι τῆς κραδίης ἐρηρεῖσθαι. τῇδε χρὴ μάλιστα ὠκέως ἀρήγειν. τῇδε γὰρ καὶ ὠκέως (87) θνήσκουσι· ἢν μὲν ὦν ἀπὸ κραιπάλης καὶ οἰνοφλυγίης ἔωσι, ὑποκλύζειν αὐτῆμαρ. ἀλλὰ καὶ δισσοῖς κλύσμασι, τῷ μὲν ξυνήθεϊ, ὡς ἄγειν κοπρώδεα· τῷ δὲ ὡς ἀποσπᾶσθαί τι τῶν χυμῶν ἀπὸ τῶν παρισθμίων τε καὶ θώρηκος. ἔσται ὦν ἀλλὰ μήτε ἀκρητεστέρη, * καὶ κενταυρίου καὶ ὑσσώπου ἑψήματα. τάδε γὰρ καὶ φλεγμάτων ἀγωγά. κἢν δὲ ἀπὸ λεπτῆς διαίτης ἔωσι, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι. μέζονα δὲ τὴν τομὴν σχάζειν, ὅκως ῥοιζηδὸν*

immitte; nam praeterquam quod ista evocat, intestinum etiam et inferiorem ventrem fomento calefacit: varium namque et calidum medicamentum est *hiera.*

Cap. VII. [*Curatio anginae.*] Anginae species sunt duae. Altera fit cum calore et magna tonsillarum inflammatione et tumore extrorsum procedente: quin et lingua et columella et omnes adjacientes loci intumescunt. Altera species est, earundem partium collapsio et versus interiora compressio cum majori strangulatu, ut inflammatio intus usque ad cor inhaerere videatur. Huic quam celerrime occurrendum est; nam et hac aegroti celerrime rapiuntur. Itaque si ex crapula vinoque in *anginam* deciderint, eodem die alvum subducere, idque duabus lotionibus, usitata altera, ad stercus educendum: altera, quae humoris aliquid a tonsillis et pectore revellat itaque; non simplex, * * sed ex hyssopi et centaurei decoctis, siquidem haec pituitam educunt. Ac licet tenuis victus ratio praecesserit, incidatur vena cubiti; fiat autem latior incisio, ut cum impetu et confertim exeat sanguis: nam ita fluens erit et ad calorem quam citissimo

Ed. Oxon. [97. 98.] Ed. L. B. (87.)

ἢδὲ ἀθρόον ῥέῃ τὸ αἷμα. ὅδε γὰρ ὁ ῥόος ἱκανὸς μὲν ὡς ἥκιστα θερμασίην πρηῦναι, δυνατὸς δ' ἀγχόνην λῦσαι καὶ πάντα μειῶσαι. οὐκ ἀγεννὲς δὲ καὶ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, μὴ μέντοι λειποθυμέειν. μετεξέτεροι γὰρ ξὺν τῇ πληγῇ ἐξέθανον ἐπὶ τῇ λειποψυχίῃ, ἢ δεσμοῖσι σφυρῶν σφίγγοντες ὑπὲρ σφυρὰ καὶ γούνατα· ἄριστον δὲ καὶ ὑπὲρ καρποὺς ἐς πήχεας καὶ ὑπὲρ πήχεας ἐς βραχίονα· ἢν δὲ καταπίνειν ῥήϊστον ᾖ, ἐλατήριον διδόναι ξὺν μελικρήτῳ καὶ ὀῤῥῷ γάλακτος, ὁκόσον ἂν καθῆραι ἱκανὸν ᾖ τὸν ἄνθρωπον. ἐλατήριον δὲ τοῖσδε τῶν ἄλλων καθαρτηρίων κρέσσον· ξύμφορον δὲ καὶ κνέωρον καὶ νᾶπυ. τώδε γὰρ ἄμφω τὰς κοιλίας καθαίρει· ἐπὶ δὲ τοῖσι ἢν μὴ ἐνδίδωσι αἱ πρήσιες, πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνακλά[98]σαντα τὴν γλῶσσαν τέμνειν τὰς ἐν αὐτέῃ φλέβας. κἢν εὐρόως καὶ πολλὸν ῥυῇ τὸ αἷμα, τῶν ἄλλων μᾶλλον ἂν ὤνησε. τέγξιες ἐπὶ τοῖσι φλεγμαίνουσι, τὰ πρῶτα μὲν στύφουσαι, ὅκως ἐς παλίῤῥοιαν ἴωσιν αἱ ὗλαι· ἔριά τ' ὦν πιναρὰ ξὺν ὑσσώπῳ δευθέντα οἴνῳ καὶ ἀλείφατι τῷ ἀπὸ τῆς ἐλαίης τῆς ὄμφακος. ἀτὰρ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα

mitigandum et ad strangulationem solvendam et ad reliqua omnia mala imminuenda efficax. Neque vero parum adjumenti praestat, si quoad anima deficere incipiat, non tamen omnino defecerit, continuetur sanguinis detractio; quidam enim ex animae defectione post sectam venam e vita decessere. Porro supra talos atque genua ligaturae astrictae fiant et praecipue supra carpos versus cubitum et supra cubitum versus humeros. Quodsi homo ex facili deglutire possit, elaterii cum mulsa et sero lactis praebeatur quantum ad hujus purgationem suffecerit: nam elaterium aliis medicamentis purgantibus in *angina* praestat; prodest etiam cneorum et sinapi, quae ventrem utrumque perpurgant. Post haec, nisi inflammatio se remiserit, lingua ad palatum reducta, venae in ipsa incidantur: unde si sanguis expedite et copiose fluxerit, aliis remediis auxilii magis afferet. Perfusiones inflammatis locis adhibeantur, primo astringentes, ut materiam repercutiant; itaque constent ex lanis succidis atque sordidis, vino et oleo, quod ex olivis immaturis efficitur, madefactis. Porro

ἴκελα τῇ τέγξι, φοίνικες ἐν οἴνῳ δεδευμένοι, λεῖοι ξὺν ῥόδοισι τοῖσι πετάλοισι. ὡς δὲ γλίσχρον τε καὶ μαλακὸν ἔῃ τὸ ἐπίπλασμα, καὶ ἄλφιτον ἔστω ἢ λίνου σπέρμα καὶ μέλι καὶ ἔλαιον, ἐς τὴν ἁπάντων μίξιν. ἢν δὲ ἐς πύησιν τρέπηται, τοῖσι θερμοῖσι χρέεσθαι, οἷσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρης συνάγχης. τῆλις ὦν ἔστω τὸ ἄλφιτον καὶ μάννα καὶ ῥητίνη τὰ τηκτὰ καὶ πολίου κόμη ἐμπασσέσθω καὶ πυρίη θερμὴ σπόγγοισι δάφνης τοῦ καρποῦ καὶ ὑσσώπου ἑψήματι. ἐς δὲ ἐμπύησιν δυνατώτατον, πελιάδων ἢ κυνῶν κόπρον προσεπιπάσσειν λεπτὴν ἀπὸ κρησέρης· διακλύσματα δὲ μελίκρητον ξὺν φακῆς ἢ ὑσσώπου ἑψήματι ἢ ῥόδων ἢ φοινίκων ἢ ὁμοῦ πάντων. ἐγχρίειν δὲ τὸ στόμα πᾶν μέχρι τῆς ἔσω φάρυγγος, ἁπλοῖσι μὲν χυλῷ μώρων, ῥοιῶν ὕδατι λεανθέντων ἢ φοινίκων ἑψήματι· φαρμάκοισι δὲ τῇ διὰ τῶν μώρων ἢ καὶ τῇ βησασᾷ καὶ χυλῷ ῥοὸς καὶ τῇ διὰ τῶν χελιδονίων. ἢν δὲ ἕλκεα ἐσχάρων ἔωσι, διακλύσματα τάδε καὶ ἀνακογχυλισμοί,

cataplasmata perfusionibus similia sint, ex palmulis vino intinctis, quae cum foliis rosarum laevigentur; utque cataplasma sit viscidum ac molle, adjungatur farina et lini semen et mel et oleum, ad mixturam omnium. Quodsi affectus in *suppurationem* vertitur, calida sunt eadem quae in altera *anginae* specie admovenda; accipiatur itaque foeni graeci pollen et manna et resina, quae liquentur, et polii coma, quae inspergatur. Fomenta quoque calida ex spongiis adhibeantur in decocto lauri baccarum et hyssopi madefactis. Pus autem valentissime movet columbarum aut canum stercus, tenui cribro transmissum et *abscessui* inspersum. Oris autem collutiones ex mulsa fiant, cum lentis aut hyssopi aut rosarum aut palmularum aut simul omnium decocto. Os item omne usque ad intimas fauces illinatur: vel simplicibus, ut mororum aut malorum punicorum in aqua laevigatorum succo aut palmularum decocto; vel medicamentis compositis, ut eo, quod ex moris efficitur et *diamoron* appellatur, vel eo, quod *diabesasa* dicitur, aut quod ex rhois succo constat, vel eo, quod ex hirundinibus, *diachelidonon* dictum, con-

ὑσσώπου ἀφεψήματι ἐν μελικρήτῳ ἢ σύκων τῶν πιόνων ἐν ὕδατι καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἄμυλος διηθεὶς ἐν μελικρήτῳ ἢ πτισάνης χυλῷ ἢ τράγου· ἐπὶ δὲ τῆς μεταξυμπτώσιος συνάγχης, ἔσωθεν ἔξω ἄγειν πάντα (88) καὶ ὑγρὰ καὶ θέρμην καὶ σάρκα πᾶσαν, ὡς ἐξογκέῃ ἔξω τὸ πᾶν. ἔστωσαν ὦν θερμαὶ αἱ τέγξιες ξὺν πηγάνῳ καὶ ἀνήθῳ ἐμπασσομένου νίτρου καὶ ἐπιπλάσματα ξὺν τουτέοισι τὰ πρόσθεν. ἀγαθὸν δὲ κηρωτῶν σὺν νίτρῳ καὶ σινήπι τιθέναι ἐς θερμασίην. θερμασίη δὲ ἡ ἐς τὰ ἔξω τὰ τοιάδε ἰῆται. ἀτὰρ ἤδε ἐξογκέει ἐς τὸν αὐχένα· ὄγκος δὲ περιπνευμονίης ῥύεται ἐπαιωρεύμενος ἔξω· εἴσω δὲ τοῖσι συναγχικοῖσι ὀλέθριον κακόν· ὁκόσοι δὲ ὑπ' εὐλαβίης τῆς ἐπὶ τῆς συνάγχης πνιγὸς τὴν ἀρτηρίην ἔταμον ἐς ἀναπνοὴν, οὔ μοι δοκέουσι πείρῃ τὸ πρῆγμα πιστώσασθαι· ἥ τε γὰρ θερμασίη τῆς φλεγμασίης μέζων ἐκ τοῦ τρώματος γίγνεται καὶ προστιμωρέει τῇ πνιγὶ καὶ βήσσουσι· ἢν δὲ καὶ ἄλλως ἐκφύγωσι τόνδε τὸν κίνδυνον, οὐ ξυνάγεται

ficitur. Sin *ulcera* crustis obducantur, collutiones et gargarizationes fiant, ex hyssopi decocto in mulsa aut ficuum pinguium in aqua, quibus adjungatur amylus cribro trajectus ex mulsa aut ex ptisanae aut ex tragi cremore. At in altera *anginae* specie, in qua partes collabuntur, ab interioribus extrorsum evocandi sunt et humores et calor et ipsa caro omnis, ita ut in tumorem cuncta foras attollantur. Perfusiones itaque calidae sunto cum ruta et anetho nitroque insperso; et cum his cataplasmata supra proposita. Prodest etiam ad calorem movendum ceratum cum nitro et sinapi imponere: calor enim exterior his affectibus medetur; et praeterea in cervice tumorem foras excitat; tumor autem extra assurgens *angina* laborantes *peripneumonia* liberat, sed intro vergens perniciem intentat. Quicunque vero strangulatum ab *angina* verentes asperam, quo liberius traheretur spiritus, incidere arteriam, rem mihi non videntur experientia confirmasse. Inflammationis quippe fervor ex vulnere major efficitur cumque strangulatione et tussi in exitium hominis conspirat. Quin etiam si periculum hoc alio modo eva-

τοῦ τρώματος τὰ χείλεα. ἄμφω γὰρ χονδρώδεα καὶ ἀξύμφυτα. *

[99] Κεφ. η΄. [Θεραπεία τῶν κατὰ τὴν κιονίδα παθῶν.] Τῶν παθέων ὁκόσα ἀμφὶ τὴν κιονίδα γίγνεται, τὰ μὲν ὑποτάμνειν χρὴ, ἀλλ᾽ οὐ τοῦ παρεόντος λόγου ἡ τῶνδε χειρουργίη· τὰ δὲ ὡς ὀξέα ἰῆσθαι. ῥηϊδίως γὰρ πνίγει καὶ δυσπνοίῃ τινὰ τουτέων κτείνει. τοιάδε μέντοι ἐστὶ, ἣν καλέομεν σταφυλήν τε καὶ κιονίδα. ἄμφω γὰρ ξὺν φλεγμασίῃ καὶ πάχεϊ καὶ μήκεϊ ξυνίσταντι, ὡς ἐς τὴν ἀρτηρίην ἐκκρεμέα γίγνεσθαι, ἴσῳ μὲν πάχεϊ ἀπὸ τῆς βάσιος μέσφι ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ὁ κίων, ἀνίσῳ δὲ ἡ σταφυλή. τῇσδε γὰρ ἰσχνὴ μὲν ἡ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ βάσις· ἐς δὲ τὸ ἄκρον στρογγύλη καὶ παχεῖα, ξὺν ἐρυθήματι ἢ πελιδνώσι· τῇδε καὶ σταφυλὴν ἐπίκλησιν ἔσχηκε τὸ πάθος. τοῖσι ὦν χρὴ ὠκέως ἀρήγειν. ὤκιστος γὰρ ὁ ἀπὸ πνιγὸς ὄλεθρος. ἢν μὲν ὦν νεη-

serint, vulneris orae coalescere nequeunt, quia utrinque cartilaginosae sunt, neque ad glutinandum aptae. *

Cap. VIII. [*Curatio columellae adfectuum.*] Affectuum, qui circa columella oriuntur, quosdam scalpello curare necesse est; sed eorum *chirurgia* non est hujus operis. Aliis, ut acutis, mederi oportet, siquidem strangulatum facile inferunt et ex illis nonnulli difficultate spirandi occidunt. Talis est is morbus, quem *Σταφυλὴν*, (sive uvam) dicimus: et is qui *κίων* (sive *columella*) appellatur; etenim ambo cum inflammatione et crassitudinis atque longitudinis incremento subsistunt, ita ut columella in asperam dependeat arteriam. In *cione* columella aequaliter crassa est a basi ad summum palatum. In *staphyle* vero haec est inaequalis; ejus enim tenuis est a palato basis, apex autem teres crassusque, cum rubore aut livore: unde *uvae* nomen affectus obtinuit. His itaque ce-

νίαι οἱ πεπονθότες ἔωσι, τάμνειν τὴν ἐπ' ἀγκῶνι φλέβα, ἠδ' ἀθρόον κενοῦν μέζονι τῇ τομῇ. ὡς γὰρ ἀπ' ἀγχόνης ἀπέλυσε τῆς πνιγὸς ἡ τοιήδε ἀφαίρεσις· ἣν δὲ ὑποκλύζειν κλυσμῷ πρηέϊ, ἔπειτα δὲ δριμέϊ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἔς τ' ἂν ἑλκύσῃ τὶ ἄνωθεν ἐς μετάστασιν. περικεέσθωσαν δὲ καὶ δεσμοὶ σφίγγοντες ἄκροισι τοῖσι σκέλεσι ὑπὲρ σφυρὰ καὶ γούνατα καὶ ὕπερθεν καρπῶν καὶ πήχεων ἐς βραχίονας. εἰ δέ τι ἡ πνὶξ ἐπισπέρχοι, σικύην ἐπὶ τὸ ἰνίον, ἠδὲ ἐς τὸν θώρηκα προσβάλλειν καὶ τουτέων ἐντάμνειν τινὰ πρήσσειν τε ἅπαντα, ὁκόσα μοι ἐν τῇ συνάγχῃ λέλεκται. ὠυτὸς γὰρ ἀμφοῖν ὀλέθρου τρόπος· ἀλλὰ καὶ τοῖσι ἐς τὸ στόμα φαρμάκοισι τοῖσι αὐτέοισι χρέεσθαι καὶ στύψεσι καὶ μαλθακτηρίοις καὶ πυρίῃ τῇ ἔξωθεν καὶ ἐπιπλάσμασι καὶ ἐς τὸ στόμα ἐγχρίσμασι· περὶ δὲ τὸν κίονα ἢ τὴν σταφυλὴν ἔστω στύμμα, ῥοὸς χυλὸς, μέλιτι ἢ ὕδατι λυθεῖσα ἀκακία, ὑποκυστὶς, γῆ σαμίη ἢ λημνίη ἢ σινῶπις ἠδὲ ὀμφάκιον· ἢν δὲ ἑλκώδης ἔῃ,

lerrime occurrere debemus; etenim e strangulatione celerrime mors invadit. Proinde, si aeger juvenis fuerit, vena cubiti secetur perque magnam incisionem confertim detrahatur sanguis; siquidem istiusmodi missio hominem tanquam a suffocatione ex laquo, interdum liberat. Alvus etiam lotione subducenda, primo mitiori, deinde acriori, iterum atque iterum, quoad aliquid a superioribus partibus derivetur. Circumdentur etiam astricta vincula extremis cruribus supra talos atque genua item supra carpos cubitosque versus humeros. Quodsi strangulatus magis magisque urgeat, cucurbitula occipitio pectorique accommodetur: et ibidem in quibusdam locis incidatur cutis. Eadem quoque omnia administrentur, quae in *angina* praecepimus; eadem enim in utrisque mortis ratio est Quin et eadem ori medicamenta applicentur, tam astringentia, quam emollientia: idem extra fomentum eadem cataplasmata, eaedem oris illitiones. At in morbo, qui *cion*, eoque qui *staphyle* dicitur, pro astringenti medicamento sit rhois succus, acacia melle aut aqua soluta, hypocystis, terra *samia* vel *lemnia* vel *sinopica* et omphacium. Quodsi exulceretur columella, gummi cum

κόμμι καὶ ἄμυλον δευθέντα ῥόδων ἢ φοινίκων ἀφεψήματι καὶ πτισάνης ἢ τράγου χυλός· ἐπὶ δὲ τοῦ κίονος ἔστω πλέον τὶ τῶν εὐτονωτέρων διὰ σμύρνης τε καὶ κόστου καὶ κυπέρου. ἀνέχεται γὰρ τῶνδε τῶν δριμέων ὁ κίων· ἢν δὲ (89) ἔμπυος ὅδε ὁ χῶρος γένηται μετεξετέροισι ἠδὲ τὰ τῆς ὑπερώης ὀστέα ἐφθάρη, καὶ ἐς μακρὸν φθίνοντες τὸν βίον ἐτελεύτησαν. τῶνδε μέντοι τὰ ἄκεα ἑτέρωθι λελέξεται.

[100] Κεφ. θ'. [Θεραπεία τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα λοιμικῶν παθῶν.] Πῆ μὲν ξυνὴ καὶ τῶνδε πρὸς τἄλλα πάθεα τὰ ἐν τοῖσι παρισθμίοισι ἰητρείη, πῆ δὲ ἰδίη. ἐπὶ φλεγμασίῃ καὶ ἀγχόνῃ, κλυσμοὶ, φλεβοτομίη, τέγξιες, ἐπιπλάσιες, πυρίη, διάδεσμοι, σικύη, πάντα τωὐτά. χρίσιες δὲ φαρμάκων δυνατωτέρων· οὐ γὰρ ἀτρεμέει τὰ ἕλκεα, οὐδὲ ἐσχάραι γίγνονται ἐπιπολῆς· ἀλλὰ κῆν ἰχὼρ ἀπὸ τουτέων εἴσω στάξῃ, ὤκιστα μὲν ἑλκοῦται τὰ μέρη, κῆν ἀσινέα ᾖ, ὤκιστα δὲ εἰς τὸ εἴσω νέμεται καὶ κτείνει. πυρὶ μὲν ὦν καίειν τὸ πάθος ἀρωγὸν, ἀλλ᾽ ἀξύνετον διὰ τὸν ἰσθμόν· φαρμάκοισι δὲ πυρὶ ἰκέλοισι χρέεσθαι ἔς τε τὴν ἐπίσχεσιν

amylo, rosarum aut palmularum decocto intinctum et ptisanae tragique cremor adhibeatur. At in morbo *cione* aliquanto plus valentiorum medicaminum applicetur, quae ex myrrha, costo et cypero conficiantur: etenim palati ossa computrescunt, iique longo tempore consumpti intereunt, sed horum auxilia nobis alio loco praecipientur.

Cap. IX. [*Curatio faucium pestilentium affectuum.*] Horum cum aliis tonsillarum affectibus curatio partim est communis, partim propria. *Alvi ductiones, venae sectio, perfusiones, cataplasmata, fomenta, ligaturae, cucurbitula*, eadem, quae in inflammatione ac strangulatu sint omnia. Medicamenta autem valentiora illini debent, quia neque subsistunt *ulcera* neque in horum superficie crustae oriuntur; porro si ab his sanies introrsum destillet, celerrime partes etiam integrae exulcerantur celerrimeque haec ad interiora serpunt atque hominem occidunt. Utile fuerit igitur partem affectam igne adurere, sed factu temerarium, utpote in tam angusto faucium

τῆς νεμήσιος, ἀτὰρ ἤδε ἐς τὴν τῶν ἐσχαρέων ἔκπτωσιν. ἔστι δὲ στυπτηρίη ξὺν μέλιτι, κηκὶς, βαλαύστιον, ξηρὰ ξὺν μελικρήτῳ. τοῖσι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐμφυσῆν καλάμῳ ἢ πτίλῳ ἢ καυλῷ παχέϊ καὶ ἐπιμήκεϊ, ὡς τῶν ἑλκέων θιγγάνειν τὰ φάρμακα. ἄριστον δὲ καὶ χαλκῖτις ὀπτὴ ξὺν καδμίῃ λείῃ ξὺν ὄξεϊ· ἔστω δὲ μοίρης διπλάσιον τῆς καδμίης καὶ ῥίον ἡ ῥίζα ξὺν τινὶ ὑγρῷ. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ τῶνδε τὰς ἐπιθλίψιας. ὑγραίνει γὰρ τὰ ἕλκεα καὶ ἐπὶ μᾶλλον νέμεται. χρὴ ὦν πτερῷ τὰ ξηρὰ καταπάσσειν· τὰ δὲ ὑγρὰ ὑγρότατα ποιέοντα ἐς τὸν γαργαρεῶνα ἐγχέειν. ἢν δὲ αἱ ἐσχάραι ἤδη τε ἀπολύωνται, τὰ δὲ ἕλκεα ἐρυθρὰ γίγνηται, κίνδυνος τότε μάλιστα σπασμοῦ. ἐπιξηραίνεται γὰρ ὡς ἐπίπαν τὰ ἕλκεα, καὶ τοῖσι δὲ τὰ νεῦρα ξυντείνεται. χρὴ ὦν γάλακτι ξὺν ἀμύλῳ καὶ χυλῷ πτισάνης ἢ τράγου ἢ λίνου σπέρματι ἢ τήλιος μαλθάσσειν καὶ ὑγραίνειν. μετεξετέροισι δὲ καὶ ἡ κιονὶς διεβρώθη μέχρις ὀστέου τοῦ τῆς ὑπερώης καὶ τὰ παρίσθμια ἄχρι βάσιος καὶ ἐπιγλωττίδος, καὶ ἐπὶ τῇ ὠτειλῇ καταπίνειν

loco; quam ob rem medicamentis igni similibus utendum est, quorum ope *ulcera* et a serpendo cohibeantur et crustae decidant. Ea sunt alumen cum melle, galla, balaustium, arida cum mulsa, eadem quoque per calamum inspirentur, aut pennae caulive crasso longoque ita imponantur ut attingant *ulcera*; prodest etiam chalcitis usta cum cadmia ex aceto trita; adhibeatur etiam radix rhei cum aliquo liquore, cujus quantitas dupla sit cadmiae. Praeterea cavendum ne *ulcera* comprimantur: nam ita humescent et serpent latius. Oportet itaque sicca medicamenta penna inspergere: liquida vero liquidissima efficientem, ea columellae infundere. Quodsi crustae jam resolvantur et rubescant *ulcera*, tum *convulsionis* maxime periculum subest; exsiccantur enim plerumque *ulcera* et cum his nervi contrahuntur. Igitur lacte cum amylo et ptisanae vel tragi cremore vel lini aut foeni graeci semine remolliri humectarique debent. Quibusdam etiam columella exesa est usque ad os palati et tonsillae, usque ad basim et epiglottidem; ac propter cicatricem nihil aut sic-

οὔτε στερεὸν οὔτε ὑγρὸν ἠδύναντο. ἀλλὰ καὶ τὸ ποτὸν ἀνακοπτόμενον ἀπέπνιγέ κοτε τὸν ἄνθρωπον λιμῷ.

[101] Κεφ. ι΄. [Θεραπεία πλευρίτιδος.] Οὐκ ἀμβολῆς καιρὸς ἐν πλευριτικοῖσι, οὐδ' ὑπερθέσιος ἢ μεγάλης ἰητρείης· ὅ τε γὰρ πυρετὸς κάτοξυς ἐὼν ἐς ὄλεθρον ὁρμᾷ· ἥ τε ὀδύνη τοῦ ὑπεζωκότος ξυνεπείγει ἐπὶ τὸ κάκιον· ἀτὰρ καὶ βῆχες κλονέουσαι τὸν θώρηκα καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπολύουσι τὰς δυνάμιας. μάλιστα μὲν ὦν αὐτῆμαρ φλέβα τάμνειν· ἢν δὲ ἀπὸ πλήσιος σίτων καὶ ποτῶν ἔῃ, ἐπ' ἀσιτίης μίην ἡμέρην φυλάξαντα, ἀφαιρέειν ὑπ' ἀγκῶνος τῆς ἐν τῷ κοί(90)λῳ φλεβὸς, τοῦ μὴ κατ' ἴξιν τῇσι ἑτέρῃσι πλευρῇσι. κρέσσον γὰρ ἀπωτάτω ἄγειν. τὸ δὲ πλῆθος μὴ μέχρι λειποθυμίης. περιπνευμονίην γὰρ ἐπιφοιτῆσαι κίνδυνος, ἢν τὸ σῶμα ἐπιψυχθὲν τὴν ψυχὴν ἐκλείπῃ. εἴσω γὰρ τὰ ὑγρὰ ξυνθέει, τῆς ἐκτὸς ἀφαιρεθέντα θέρμης τε καὶ τάσιος. πνεύμων δὲ μανός τε καὶ θερμὸς καὶ ἐς ὁλκὴν δυνατώτατος· πλευρῶν δὲ γειτόνημα, πνεύμων καὶ κοινωνὸς ἀλγέων· ἀτὰρ

cum aut humidum aegri deglutire valuerunt: sed potus in nares recurrens homines fame absumpsit.

Cap. X. [*Curatio pleuritidis.*] Nulla in *pleuriticis* interponenda est mora vel dilatio, quin his protinus valenti medela succurramus: febris enim peracuta hominem in exitium praecipitat: dolorque membranae costas succingentis in deterius urget: nec non et tussis pectus caputque conquassans vires resolvit. Itaque primo die potissimum vena incidatur. Sin morbus ex plurimo vino ciboque fuerit, abstinendum est uno die ac dehinc e vena in cavo cubiti, non ejus qui inflammatis costis in directum jacet, mittendus sanguis: praestat enim a partibus longinquioribus detrahere. Hujus autem tanta non mittatur copia, quanta defectionem animae inducat. Nam si refrigerato corpore anima hominem reliquerit, periculum est ne *peripneumonia* superveniat; humores enim exteriore caliditate et tentione destituti ad interiora confluunt: pulmo autem rarus calidusque est et ad trahendum valentissimus, costis etiam vicinus, ideoque harum doloris facile

καὶ αἱ τοῦδε διαδέξιες οὐ μάλα περιγίγνονται. περιεστηκυῖα δὲ πλευρῖτις ἀπὸ περιπνευμονίης εὐηθέστερον. χρὴ ὦν ἐπὶ ξυμμέτρῳ τῇ ῥοῇ τοῦ αἵματος μεσηγὺ τὸν ἄνθρωπον ξυλλέξαντα αὖθις ἀφαιρέειν· εἰ μὲν εὖ ἔχοι, αὐτῆμαρ τῆς ἐπανέσιος μακρῆς γιγνομένης· ἢν δὲ μὴ, τῆς ὑστέρης· ἢν δὲ μηδὲ ὁ πυρετὸς ἐνδιδῷ· τὰ πολλὰ γὰρ μίην ἡμέρην ὁ πυρετὸς ἴσχει τε καὶ αὔξει. τῇ τρίτῃ ἐν τῇ δευτέρῃ ἐπανέσι ἀφαιρέειν, τῇπερ καὶ τὰ προσάρματα δοτέον, λιπαρῶς μὲν χρίσαντα ὅλον τὸν ἄνθρωπον· ἐπὶ δὲ τῇ πλευρῇ καὶ ἔλαιον θέντα μαλθακὸν ξὺν ἀλείφατι θερμῷ πηγάνου ἢ ἀνήθου ἀφεψήματος· καταιονεῖν δὲ τὸ πλευρὸν εὖ μάλα προσηνέως. μετεξετέροισι δὲ καὶ τὸ ἄλγημα καὶ ἡ φλεγμασίη ἐξώκειλε, ὡς δοκέειν τῶν τῇδε τὸ πάθος εἶναι· τόδ' ἐστὶ τῶν ἔνδον αὔξησις. τροφῆς δὲ νῦν ὡς ἀμφὶ πάσης ἰητρείης ἔστω λόγος, ὡς μηδὲν ἐς ἁμαρτωλὴν εἴη. ἐν τροφῇ γὰρ κείσεται τὰ φάρμακα, ἀτὰρ καὶ τὰ φάρμακα ἐν τροφῇ. γένεϊ μὲν ὦν θερμὴ καὶ ὑγρὴ ἠδὲ λείη καὶ ὁμαλὴ, σμηγματώδης, διαλυ-

particeps, quin et ex hujusmodi successione vix ad sanitatem pervenitur: pleuritis autem ex *peripneumonia* orta ad salutem perduci potest, quia malum minus grave est. Oportet itaque, post mediocrem sanguinis fluxum, ad recreandum hominem interjecto spatio, iterum detrahere; idque eodem die, si commode se habent et febris longa sit remissio: sin minus, proximo die. At si febris non remiserit (nam plerumque per primum diem inhaeret febris atque increscit) tertio die in secunda remissione sanguis mittatur. Eodem quoque die, homine prius uberrime peruncto, cibus offeratur; costaeque oleum molle infundatur cum unguine calido ex rutae vel anethi decocto. Ipsum quoque latus admodum leniter perfundendum est. Nonnullis et dolor et inflammatio in exteriora prorupit, ita ut hae partes affectae viderentur: cum id in interioribus mali tantummodo incrementum fuerit. Jam de alimento, sicut etiam de universa curatione, ut in nulla re peccetur, sermonem habeamus. Nam in cibo posita est medela, quin etiam cibo medicamenta admiscebuntur. Is itaque genere sit calidus et humidus, laevis et aequalis,

τικὴ, λῦσαι, λεπτῦναι φλέγμα δυναμένη. σιτίων μὲν ὦν ἁπάντων πτισάνη προκεκρίσθω· ἐν ἀρχῇ μὲν εἰς χυλὸν διηθημένη, ως τὸ στερεὸν αὐτέης διακεκρίσθαι, ξὺν μέλιτι πεπονημένη μοῦνον. πτισάνης δὲ τὰ ξυνήθεα ἐς ἡδονὴν καὶ ποικιλίην φάρμακα ἀπέστω. νῦν γὰρ ἀρκεῖ ὁ χυλὸς μοῦνος· ἱκανὴ μὲν ὑγρῆναι καὶ θερμῆναι. δυνατὴ δὲ λῦσαι φλέγμα καὶ σμῆξαι· ἄνω δὲ ἀνάγειν μὲν ἀπόνως ὁκόσα ἀνάγεσθαι χρή. ὑπάγειν δὲ ῥηϊδίως τὴν κοιλίην. προσηνὲς δὲ τὸ λεῖον αὐτῆς καὶ ἐς κατάποσιν εὔκολον. ἀτὰρ καὶ τὸ γλίσχρασμα θερμασίας [102] πρηΰνει, ὑμένας καθαίρει, πεπαίνει βῆχας, πάντα μαλθάσσει. αἵδε κριθῆς ἔασι ἀρεταί· δευτέρην δὲ χώρην ἔχουσι οἱ χόνδροι, ὀλίγοισι τοῖσι τῆς πτισάνης ἀγαθοὶ καὶ ἄριστοι ἐόντες. τὸ γλίσχρασμα γὰρ τὸ λεῖον τὸ προσηνὲς ἐς κατάποσιν ξυνὸν, τὰ δ' ἄλλα πάντα μείους· πεποιήσθωσαν δὲ καὶ οἵδε ἁπλοῖ ξὺν μέλιτι μοῦνον. ἀγαθοὶ δὲ καὶ τράγοι. κακίων δ' ἐπ' αὐτῶν ὄρυζα ξηρῆναι, τρηχῆναι, ἐπίσχεσιν, κάθαρσιν πλευρῶν μᾶλλον ἢ

detergendi vim habens, dissolubilis, quaeque pituitam solvat atque extenuet. Proinde cibis omnibus ptisana praeferatur: initio quidem in cremorem percolata, ita ut solida pars ejus separetur et cum melle solo condita; usitata vero medicamenta ad jucunditatem ptisanae varietatemque comparandam absint, quia cremor jam per se sufficit. Efficax quippe ptisana est ad humectandum et calefaciendum: valens etiam ad dissolvendam detergendamque pituitam: item quaecunque per sputa evocari juvat, sine dolore sursum effert: ventrem quoque leniter subducit; porro laevitas ejus grata est et ad devorandum habilis; quin etiam ejusdem lentor calores temperat, membranas purgat, tusses concoquit, singulas partes emollit. Hae sunt hordei virtutes. Alica secundum locum obtinet, quae paucis ptisanae virtutibus optime praedita est; lentor enim et laevitas et in devorando suavitas utrisque communia sunt: in caeteris omnibus alicam antecellit ptisana; ista quoque simpliciter cum melle solo condiatur. Boni sunt etiam tragi. His deterior est oryza, quia siccat et exasperat et costarum purgationem potius supprimit, quam di-

οὐρῆσαι· ἄριστος δὲ καὶ ἄρτος ξηρὸς κοπεὶς, κρησέρῃ σεσησμένος, εὔκρητος, εὔπεπτος, ξὺν μελικρήτῳ διαρκὴς τροφή. ἢν δὲ ἤδη μὲν προήκῃ ἡ νοῦσος, πρὸς δὲ τὰ σιτία ἀπηυδήκῃ ὤνθρωπος, πτισάνη μὲν ἐκ κριθῆς διδόσθω λείη, κάθεφθος· (91) ἄνηθον δὲ ἔστω καὶ ἅλες πτισάνης τὰ ὄψα καὶ ἔλαιον λεπτὸν, ἄποιον, ἄγλισχρον, ἀτρήχυντον· κρέσσον δὲ ξὺν τῇ πτισάνῃ, ὡς μὴ πολλὸν τοῦ ἐλαίου ἑψεῖν. καὶ γὰρ πῖον ἴσχει τὸ ῥόφημα καὶ τὴν κακίην τὸ ἔλαιον ὄλλυσι. οὐδὲ γὰρ ἐμφανὲς ἔτι γίγνεται τῇ πολλῇ ἑψήσι εἰς τὸν χυλὸν ἀναποθέν. ἔστω δὲ καὶ πράσον ξὺν τῇ κόμῃ καὶ ἀμύγδαλα πικρὰ ξὺν τῷ χυλῷ ἑψόμενα. εὔπνοόν τε γὰρ καὶ φαρμακῶδες ὑπὸ τῶνδε γίγνεται καὶ τὰ πράσα βρωθῆναι ὑπὸ τοῦ χυλοῦ ὀνησιφόρα καὶ ἥδιστα. ἤδη δὲ καὶ ὠῶν καιρὸς εὐχύλων· ἢν δὲ ὑγρὴ καὶ πολλὴ ἀναγωγὴ ἔῃ, θείου τοῦ ἀπύρου ἐμπασσέσθω καὶ νίτρου. ἄριστον δὲ τῶν ἀρτιτόκων ὠῶν δοθῆναι ἐκπυρὸς ἀπύρων. ἀπὸ γὰρ τῆς μητρὸς ἡ θέρμη, ὑγροτέρη μὲν πυρὸς, οἰκειοτέρη δὲ τῷ νοσέοντι, ὅκως

luendo promovet. Optime prodest etiam panis aridus, incisus, cribro transmissus, tepidus, concoctu facilis, qui cum mulsa satis alimenti praebet. Quodsi morbus jam processerit et homo cibum fastidiat, ptisana ipsa ex hordeo detur, laevis, probe cocta; condiatur autem anetho et sale et oleo tenui, puro, minime viscido vel aspero; praestat autem parum olei cum ptisana coquere, quoniam ita sorbitio pinguis efficitur et oleum pravitatem suam exuit: id enim longa coctione a cremore absorptum non amplius jam apparet. Item porrus cum coma sua et amygdala amara cremori incoquantur, nam ab his medicinalis efficitur et respirationem facilem reddit; porri quoque cum cremore comesti utilitatem pariter et delectationem summam afferunt. Jamque ovorum boni succi exhibendorum occasio est; at si humida et copiosa materia per os feratur, aliquid sulphuris ignem non experti nitrique his inspergito; maxime vero prodest ova recentia igne non cocta offerre, quia calor ex matre humidior est igne et aegrotanti familiarior, utpote uni animali ex alio. At si

ἐκ ζώου ζώῳ. ἢν δὲ φλέγμα κολλῶδες ἔῃ καὶ γλίσχρον, ἐς τὰ ὠὰ ἔλαιον ἐγχέειν καὶ ῥητίνης τῆς ξηρῆς τῆς ἀπὸ πίτυος ἐμπάσσειν, ὅκως τὸ θεῖον κρέσσον εἴη, καὶ τῆς ἀπὸ τερμίνθου δὲ τήξαντα· καὶ πέπερι ὀνηϊστὸν καὶ ἐν ὠοῖς καὶ ἐν πτισάνῃ καὶ ἅπασι τοῖσι ἐδέσμασι καὶ ὁκόσα πέπερι ξυνῳδά· κρεῶν ἀκρόποδες ἐν χυλοῖσι τακεροὶ, πέλειαι, ἀλεκτορίδες ἑφθαί· συῶν ἐγκέφαλοι, ὀπτοὶ μὲν σὺν τῷ ἐπιπλόῳ· ἄνευ δὲ τουτέου ἄκνισοι. ἢν δ' ἄκερχνος ἔῃ, δοτέον καὶ θαλασσίων ἢ πετραίων ὅ τι ἂν ἄριστον ἡ χώρη φέρῃ. ὡς δὲ μὴ ἁμαρτάνῃ ἐπιθυμίῃ μηδὲ σμήχηται ἐν τῇ λεπτῇ διαίτῃ ὁ νοσέων, χαρίζεσθαι ὀπώρης μήλων ἑφθῶν, ἐν ὕδατι ἢ μελικρήτῳ ἢ στέατι ὀπτῶν. ἀφαιρέειν δὲ χρὴ τοῦ λέπους καὶ τῶν ἐντὸς τρηχέων ξὺν τοῖσι σπέρμασι· ἐφ' ὥρης δὲ καὶ σύκων. ἀτὰρ καὶ τῆς ἄλλης δοτέον, ὁκόσον ἂν ᾖ ἀβλαβὴς ἡ ὀπώρη, ἀλλὰ καὶ ὀνηϊστός. ἀμφὶ μὲν ὦν τροφῆς τάδε· ἐπὶ δὲ τῷ πλευρῷ κέεσθαι χρὴ ἔρια θυμιηθέντα θείῳ, λίπαϊ δεδευμένα, ἔνθα ἄνηθον ἕψηται ἢ πήγανον. ξυνεχὲς δὲ του-

pituita glutinosa sit ac viscida, oleum ovis affundito resinamque pineam aridam, quo valentius sulphur efficiatur, inspergito, hisque resina terebinthina liquata adjungatur. Piper etiam et in ovis et in ptisana et in omni cibo proficit et quaecunque piperi similia sunt. Inter carnes prosunt extremi animalium pedes in cremoribus eliquati, columbae gallinaeque elixae, suis cerebrum cum omento tostum vel sine hoc nidoris expers. Si aeger sine stridore spiritum emittit, dandi sunt etiam marini pisces aut saxatiles ex optimis qui in regione producuntur. Verum ut neque cupiditate delinquat neque victus tenuitate consumatur, ex fructibus indulgeri possunt poma, in aqua vel mulsa elixa aut cum adipe tosta: quorum oportet coria quaecunque intus aspera sunt cum seminibus eximere; item ficus horariae dentur et alii fructus, quotcunque vel innoxii sunt vel aliquid adjumenti praestant. Haec utique de alimento. Lateri quoque superimponantur lanae sulphure fumigatae et unguine imbutae, in quo anethum aut ruta inferbuerit. His item latus jugiter per-

τέοισι τὸ πλευρὸν καταιονεῖν, ἠδὲ ἐπιπλάττειν πρὸ τῆς προσάρσιος πρὸς τοῖσι ξυνήθεσι πλάσμασι, μελίλωτον ἑψηθὲν ξὺν μελικρήτῳ, ξυμμίσγοντα μήκωνος τῆς σαρκὸς ἐνηψημένης καὶ μάννης ἄλιτον ἐμπάσσειν· ἢν δὲ ὑγροτέρη ᾗ ἀναγωγὴ καὶ πολλὴ, αἴρης ἄλιτον ἢ ἐρυσίμου ξυμμίσγειν καὶ νίτρον ἐμπάσσειν· ἢν δὲ μῆκος ἤδη τῆς νούσου γίγνηται καὶ τῆς ὀδύνης ἐγκεομένης καὶ ὑγρῆς καθάρσιος γιγνομένης, ἔμπυον μὲν ἐλπὶς τὸν ἄνθρωπον ἔσεσθαι· σίνηπι δὲ ξυμμίσγειν καὶ κάγχρυς τοῖσι ἐπιπλάσμασι. ἢν δὲ [103] καὶ ψυχρῶν τῶν τόπων εἴσωθεν τοῖσι κάμνουσι αἴσθησις γίγνηται, ὄξος παραχέειν. χρὴ δὲ ἐνεργὸν ποιέεσθαι ἐς πολλὸν τὴν θερμασίην τῶν ἐπιπλασμάτων διαρκέειν. κρέσσων γὰρ ἤδη καὶ ἡ θέρμη τῆς τῶν ἐπιπλασμάτων νεωχμώσιος. ἔστωσαν ὦν θάλψιες ἐν κυρβασίῃσι (92) διὰ εἰδῶν, κέγχρου, λίπαος θερμοῦ τοῦ ἐν κύστεσι. κοῦφον δ' ἔστω πᾶν μηχάνημα πυρίης, ὡς μὴ τὰ ἄχθεα πρὸς τῷ πόνῳ, πόνον ἐνδιδοῖ. τοῖσδε μέντοι καὶ ἐπὶ τῇ τροφῇ χρέεσθαι, ἢν ξυνεπείγῃ τὸ ἄλγος. ἤδη

fundendum cataplasmatisque ante cibi assumtionem, praeter solita, contegendum ex meliloto cum mulsa elixo, cui papaveris incocta caro misceatur et inspergatur mannae pollen. Quodsi sputum multum et humidius exscreetur, lolii aut irionis farina commiscenda est nitrumque inspergendum. At si morbus jam in vetustatem inciderit dolorque inhaereat et purgatio sit humida, hominem *suppuratum* fore expectandum est. Itaque sinapi et cachris cataplasmatis admisceantur; et si laborantes frigoris sensum in locis interioribus percipiant, acetum affundatur. Oportet etiam cataplasmata valentia efficere, ut eorum calor diu remaneat: id enim cataplasmatum renovationi longe praestat. Itaque calefactiones adhibeantur e saccellis in coni speciem figuratis, ubi milium insit, aut ex oleo calenti in vesicis. Omnis autem fomenti modus levis esto, ne pondere dolorem dolori adjiciat. Haec etiam post cibum admoveri possunt, si dolor vehementer urgeat. Post haec adhibendae cucurbitulae jam occasio est: ea post septimum diem maxime juvat: quamobrem hoc remedio non prae-

δὲ ἐπὶ τοῖσδε καὶ σικύης καιρὸς γένοιτο. ἄριστος δὲ ὁ μετὰ ἑβδόμην. πρόσθεν δὲ μὴ ξυνεπειχθείης. οὐ γὰρ εὐήθεες αἱ νοῦσοι, ὁκόσαι πρὸ ἑβδόμης ἀπαιτέουσι σικύην. ἔστω δὲ μεγάλη, εὐρεῖα πάντη, ἀμφισχεῖν τὸ ἀλγέον χωρίον ἱκανή. οὐ γὰρ εἴσω ἐνδιδοῖ τὸ ἄλγος, ἀλλ' εἰς εὖρος κέχυται. ἔστω δὲ καὶ ἡ ὑπὸ τῇ σικύῃ φλὸξ πολλὴ, ὡς μὴ μοῦνον ἑλκύσαι, ἀλλὰ καὶ ἀλεῆναι πρὸ τῆς ἀποσβέσιος τοῦ πυρὸς καὶ μετὰ τὴν ἀπόσβεσιν ἀποσχάσαντα ἀφαιρέειν αἷμα, ὁκόσον ἂν ἡ δύναμις παρείη. πολλὸν δ' ἔστω πλέον ἢ εἰ ἀπ' ἄλλης προφάσιος ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων ἀφαιρέοις αἷμα. ἐπιδηλοτάτη γὰρ ἐπὶ τῶν πλευριτικῶν ἡ ἀπὸ σικύης ὠφελείη· ἅλες δὲ ἢ νίτρον ἐπὶ τοῖσι σχάσεσι, δηκτικὸν μὲν καὶ ἀλγεινὸν, ὑγιεινὸν δέ. ἀλλὰ ξυντεκμαίρεσθαι τὰς δυνάμιας καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸν τρόπον. ἢν γὰρ ἀλκήεις τὴν ψυχὴν καὶ καρτερὸς ἔῃ, ἐμπάσσειν τῶν ἁλῶν, μὴ αὐτοῖσι τοῖσι ἕλκεσι ὡς αὐτέων ψαύειν, τῇ δὲ ὀθόνῃ ἐπιπάσσειν δεδευμένῃ τῷ λίπαϊ ἠδὲ ἐπιπετάσειν τῷ χωρίῳ. οἱ γὰρ ἐκ τῆς συντήξιος ἰχῶρες τῶν ἁλῶν εἰσὶ ἀδηκτότεροι. πολλὸν δὲ τοῦ λίπαος κα-

propere utendum est; neque enim mites sunt morbi, quicunque ante septimum diem cucurbitulam requirunt. Esto autem magna, undequaque lata et ad dolentem locum ambiendum capax, neque enim dolor interius descendit, sed in latitudinem diffunditur. Porro multa sub cucurbitula flamma succendatur, non modo ut carnem attrahat, verum etiam ut ante ignis extinctionem calefaciat. Extincto igne scarificando tantum sanguinis detrahito, quantum vires permittant, multo autem plus, quam si alia quavis de causa a praecordiis detraheres; etenim in *pleuriticis* evidentissimum est cucurbitulae auxilium. Sal et nitrum scarificationibus inspersa mordent quidem et dolorem creant, sed adjumentum praestant. Verum in hac re vires moresque hominis considerandi sunt, namque si animo forti sit ac patienti, inspergatur sal, non ita ut ipsa ulcera contingat, sed linteolo unguine madefacto injiciatur, quod tum postea super locum incisum extendito: siquidem humor e salis liquatione manans minus quam sal ipse mordax est; plurimum autem unguinis affundendum, ut

ταιονεῖν χρὴ, ὅκως τῷ προσηνεῖ τοῦδε ἀμβλύνῃ τὸ ἄλγος τῆς δήξιος. δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἄριστον τὴν σικύην προσβάλλειν, ὡς ἐκ τῶν τρωμάτων ἕλκηταί τις λεπτὸς ἰχώρ. τόδε πολλὸν μὲν τῆς ἐπίπροσθεν σικύης ἀνυσιμώτερον, πολλὸν δὲ τῆς δυνάμιος φυλακτικώτερον. οὐ γὰρ αἷμα ἡ τροφὴ, ἀλλὰ ἰχὼρ ἐκρέει. καὶ τόδε μέντοι προευκρινήσας ἀμφὶ τῆς δυνάμιος πρήσσειν. τῇ τρίτῃ δὲ κηρωτὴν ξὺν τῷ κυπρίνῳ καὶ πηγάνῳ τιθέναι. ἢν δὲ ἔτι καθάρσιος τὰ πτύαλα δέηται, τοῖσι κηρώμασι ῥητίνης ξυντήκειν ἢ τοῦ θείου τοῦ ἀπύρου ξυμμίσγειν· καὶ αὖθις πυρίην τὸ χωρίον ἔχειν· ὡς τρόπος δὲ σικύης, ἔχειν ὧν χρὴ κεραμεοῦν κοῦφον ἁρμόζον τῇ πλευρῇ, εὐρὺ ἢ τὸ χάλκεον, πρηνὲς ἐπὶ τὰ χείλεα ἀμφιθεῖναι τοῖσι ἀλγέουσι· ὑποτιθέναι δὲ φλόγα μεγάλην ξὺν λίπαϊ, ὅκως ζῶσα ἐς πολλὸν διαρκέῃ χρόνον· μὴ περισφίγγειν δὲ τὰ χείλεα πρὸς τῇ σαρκὶ, ἀλλ᾽ ἐς διαπνοὴν διαδοχή τις ἔστω ὡς μὴ διασβεσθείη τῇ πνιγί· ἐς πολλὸν δὲ ἐξάπτεσθαι ἔνι. ἡ γὰρ ἔνδον ἐκείνου θέρμη ἄριστον μὲν πυρίημα, ἀγαθὴ δὲ πρόκλησις ἱδρώτων. χρὴ δὲ μηδὲ τὴν κάτω ἰητρείην ὑπερ-

hujus lenitate hebescat dolor e salis mordacitate proveniens. Postero die cucurbitulam rursus accommodare proderit, ut ex vulneribus tenuis quaedam sanies extrahatur; haec priori cucurbitula tum magis adjumenti praebet tum vires minus convellit; neque enim sanguis qui corpus nutrit, sed sanies cruenta emanat; haec autem viribus exquisite aestimatis administretur. Die tertio ceratum cum oleo cyprino et rutaceo imponatur. Quodsi adhuc sputa purgationis indigeant, cum ceratis resinam eliquato aut sulphur ignem non expertum his admisceto locumque rursus fove. Quod ad cucurbitulae modum attinet, habendum est vas fictile, leve, lateri congruens, latum: vel aeneum pronumque in labra descendens, quod loca dolentia comprehendat. Flammam huic plurimam cum oleo subjicito, ut diu viva permanere possit, neque carni arcte labra vasis imprimantur, sed aëri subinde permittatur introitus, quominus suffocata exstinguatur: diutius enim hanc succendi expedit, quia calor cucurbitulae inclusus et optimum fomentum est et optime sudores elicit. Neque vero

ρῆν, ἀνδράσι μὲν ἐς τὸ ἔντερον πηγάνινον ἔλαιον ἐγχέοντα, γυναιξὶ δὲ καὶ ἐς ὑστέρην· διηνεκέα δὲ τὰ πινόμενα καὶ καταποτὰ ἔστω, μελίκρητον ξὺν τῷ πηγάνῳ καὶ χυλῷ πτισάνης, ἢν ξυνεχὲς βήσσῃ, ὡς ἐν τροφῇ φάρμακον· ἢν δὲ μὴ τροφῆς καιρὸς ἔῃ, ἔστω δή τι [104] καὶ τῶν ποικίλων πινέριον ξὺν μέλιτι ἑψηθὲν ἐς σύστασιν. τὰς δὲ χρὴ σφαίρας μέγεθος ὅσον κυάμου στρογγύλας οὔσας διδόναι ὑπὸ τὴν γλῶτταν ἔχειν διαφέροντα τῇδε κἀκεῖσε, ὡς μὴ κατάποτον, ἀλλὰ (93) τηκτὸν ἔῃ· προσηνὲς δὲ καὶ τὸ διὰ τῆς μήκωνος ξὺν μέλιτι καὶ μελιλώτῳ φάρμακον λεῖον καὶ ὑπνικόν. τάδε μέντοι καὶ πρὸ τῆς ἄρσιος καὶ ἐπ' αὐτέῃ καὶ ἐπὶ τῷ ὕπνῳ διδόναι· ἀσίτῳ δὲ τὰ φαρμακώδεα, κνίδης καὶ λίνου τοῦ σπέρματος καὶ ἀμύλου καὶ κώνου τοῦ κοκκάλου λείου ἑκάστου κύαθον καὶ ἀμυγδάλων τῶν πικρῶν πέντε καὶ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν· τόσοι δὲ καὶ πεπέριος κόκκοι. φωχθέντα δὲ χρὴ λεῖα μέλιτι ἐς ἂν ἔκλειγμα φυρῆν· τῶν δόσις μυστίλη μίη· ἢν δὲ ὑγρὰ καὶ ἄπεπτα ἀνάγῃ, σμύρνης ὁλκῆς < δύο.

remedia inferioribus partibus adhibenda negligere oportet; sed viris in intestina, mulieribus etiam in uterum oleum rutaceum injici debet. Aliquid autem aeger perpetuo bibat atque devoret: mulsam cum ruta et ptisanae cremore si continenter tussiat, ut cibo insit medicamentum. Quodsi alimenti offerendi nondum fuerit occasio, aliquod ex medicamentis compositis detur, ut butyrum ad consistentiam cum melle decoctum: id in pillulas rotundas fabae magnitudine coactum sub lingua continendum et huc atque illuc movendum exhibe, non ut devoretur, sed ut in ore liquefiat. Medicamentum quoque quod ex papavere cum melle ac meliloto conficitur, gratum est, laeve ac soporiferum. Haec utique et ante cibi assumptionem et assumpto cibo et post ipsum somnum praebeantur. At jejuno medicamentosa dentur, quale est id quod urticae et lini seminis et amyli et nuclei pinei, laevigatis quibusque, cyathum habet et amygdala amara numero viginti quinque et totidem grana piperis, quae tosta ac trita oportet in eclegma permiscere; horum cochleare unum offeratur. Verum si humida et cruda rejiciat, myrrhae drachmas duas, croci

Ed. Oxon. [104.] Ed. L. B. (93.)

κρόκου μίη, πεπέριος κόκκοι δεκαπέντε, μέλιτι φυρῆναι λίτρα μίη. τόδε μέντοι ἤδη τὸ φάρμακον καὶ πρὸ τῆς ἄρσιος δοτέον μυστίλης ἥμισυ. ἀγαθὸν τόδε ἐπὶ τοῖσι χρονίζουσι, εὖτε καὶ ὀξύμελι διδόναι χρὴ, ἢν δύσπνοια ξυνεπείγῃ· ψυχρὸν δὲ ὕδωρ ὁκόσοι τῶν ἰητρῶν τοῖσι πλευριτικοῖσι ἔδοσαν, οὔτε ὁκοίῳ λόγῳ ξυμβαλέειν ἔχω οὔτε τῇ πείρῃ πιστώσασθαι. εἰ γάρ τινος ἀπὸ ψυχροῦ διηλλάξαντο τὸν κίνδυνον, οἵδε μοι οὐκ ἐδόκεον εἶναι πλευριτικοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖσι παλαιοτέροισι ἰητροῖσι ἰδέη τὶς ξυνδρομῆς πλευρῖτις ἐκικλήσκετο, χολῆς ἐκκρίσιος * ἐὼν ξὺν πόνῳ πλευροῦ ἐπὶ σμικρῷ πυρετῷ ἢ καὶ ἄνευ πυρετῶν. τόδε μέντοι τὸ πάθος οὔνομα μὲν πλευρίτιδος, τὸ δὲ πρῆγμα οὐκ ἴσχει· ἀλλὰ καὶ πνεῦμά κοτε ξυνιστὰν ἐν πλευρῷ, δίψαν ἐνδιδοῖ καὶ ὀδύνην πονηρὴν μαλθακήν τε θέρμην· καὶ τόδε ἐκάλεσαν ἄνδρες ἀΐδριες πλευρῖτιν. ἐπὶ τῶνδε ὦν ὕδωρ ψυχρὸν ἄκος ἂν γίγνοιτο εὐτυχίῃ τοῦ χρεομένου· ἐσβέσθη μὲν ἂν τὸ δίψος, ἡ δὲ χολὴ καὶ τὸ πνεῦμα ὑπηλάθη καὶ διέπνευσε τὸ ἄλγος καὶ ἡ θέρμη· ἐπὶ δὲ

unam, piperis grana quindecim cum mellis libra subigito hujus medicamenti ante cibum, cochleare dimidium dato, idem in diuturno lateris morbo prodest, ubi oxymel etiam concedatur, si spirandi difficultas urgeat. Frigidam vero aquam quicunque medicorum *pleuriticis* obtulerint, neque quanam ratione adducti id egerint, conjicere possum neque rem experientia confirmare. Quippe si qui per frigidam periculum evitarint, hi mihi videntur non fuisse *pleuritici.* Verum apud antiquiores medicos *concursus* quaedam species pleuritis vocabatur, in qua nempe bilis excretio est, cum dolore lateris et levi febricula vel etiam absque hac, hujusmodi affectus *pleuritidis* quidem nomen obtinuit, sed re ipsa non est *pleuritis.* Quin etiam spiritus nonnunquam in latere conclusus sitim et dolorem molestum cum tenui caliditate excitat, idque homines imperiti *pleuritidem* appellarunt. His aqua frigida prospera bibentis fortuna remedio esse possit, si per hanc sitis fuerit exstincta et bilis cum spiritu subducta dolorque cum calore exhalatus. Verum in *lateris inflammatione et*

Ed. Oxon. [104.] Ed. L. B. (98.)

φλεγμασίῃ πλευροῦ καὶ τοῦ ὑπεζωκότος πρήσι οὐ μόνον ὕδωρ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ ἀναπνοὴ ψυχρὴ κακόν. ἢν ὦν ἐκ τῆς πρόσθεν ἰητρείης περιγίγνωνται οἱ πλευριτικοὶ, ἔτι δὲ βραχέα βήσσωσι καὶ θέρμη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἴσχῃ, σπεύδειν χρὴ διαλύειν τάδε· ἢ γὰρ ὑποστροφὰς ποιέει τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἢ ἐς ἐμπύησιν τρέπεται.

membranae costas succingentis tumore non modo aqua frigida, sed etiam gelida respiratio nocet. Quodsi ope medicinae supra traditae supersint *pleuritici*, adhuc tamen brevi tussicula laborent, iisque calor aliter aliterque accedat, haec oportet quam maturrime discutere; alioqui morbi reliquiae recidivas facient aut in *suppurationem* convertentur.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΟΞΕΩΝ ΝΟΥΣΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

[105] [106] (94) Κεφ. α'. [Θεραπεία πνευμονίης.] Κάτοξυ καὶ ἐπίκαιρον κακὸν φλεγμασίη καὶ πρῆσις τοῦ πνεύμονος, ἐφ' οἷσι πνὶξ ὀλιγοχρονίη. χρὴ ὦν ἀντίξοα ἠδ' ὠκέα ἔμμεναι τὰ ἀλεξήματα· τάμνειν αὐτίκα τὰς ἐπ' ἀγκῶνι φλέβας· εἶτ' ἄμφω ἅμα ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ μᾶλλον ἢ ἐκ μίης μέζονος· ὡς ἀφ' ἑκατέρης τῆς χώρης τοῦ πνεύμονος ἡ ἀντίσπασις τῶν ὑγρῶν ἔῃ, μὴ μέσφι λειποθυμίης. προστι-

ARETAEI CAPPADOCIS DE CVRATIONE ACVTORVM MORBORVM LIBER SECVNDVS.

Cap. I. [*Curatio Peripneumoniae.*] Peracutum et vehemens malum est inflammatio ac tumor pulmonis, unde strangulatio brevi insequitur. Itaque paria ac matura ferenda sunt auxilia. Venae cubiti protinus incidantur ac duae simul potius in brachio dextro laevoque quam major una, ut ab utraque scilicet pulmonis parte fiat humorum revulsio. Sanguis ante animae defectionem supprimendus: etenim haec cum strangulatu in exitium conspi-

μωρέει γὰρ τῇ πνιγὶ ἡ λειποψυχίη. ἀλλὰ κἢν σμικρὸν ἀναπνεύσωσι, ἐπισχόντα χρὴ τὴν ῥοὴν αὖθις ἀφαιρέειν. ἢν γὰρ ἐξ αἵματος αἱ προφάσιες ἔωσι, αὐτὴν τὴν αἰτίην ἡ φλεβοτομίη ἄγει· ἤν τε φλέγμα ἢ ἀφρὸς ἤ τι ἄλλο τῶν ὑγρῶν πρήσσῃ, αἱ τῶν φλεβῶν κενώσιες εὐρυτέρην τὴν τοῦ πνεύμονος ποιέουσι χώρην ἐς δίοδον τῆς ἀναπνοῆς. χρὴ δὲ καὶ κάτω ἄγειν ὑγρὰ καὶ φύσας, ἐπὶ μὲν φλεβοτομίης διαχρίοντα τὴν ἕδρην λίτρῳ, μέλιτι, πηγάνῳ, ῥητίνῃ τῇ ἀπὸ τῆς τερμίνθου τῇ ὑγρῇ. ἀντὶ δὲ τῆς φλεβοτομίης, εἰ μέζων ἡ κώλυσις ἔοι, ὑποκλύζειν χυλῷ δριμέϊ, ἁλσὶ μὲν πρὸς τῷ λίτρῳ· ἡ ῥητίνη δὲ τῆς τερμίνθου ξὺν τῷ μέλιτι· πήγανον δὲ ἐν τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕσσωπον ἐν τῷ ὕδατι ἑψηθέντα. καὶ κολοκύντης δὲ τῆς ἀγρίης αἱ σάρκες αἱ εἴσω ἑψηθεῖσαι ξὺν ὕδατι ἄρισται· σικύαι κοῦφαι ἐς τὰ μετάφρενα καὶ τὸν νῶτον καὶ τὰ ὑποχόνδρια πάντῃ ξύμφοροι. ἢν δέ πως ὁ θώρηξ εὔσαρκος ἔῃ, ὅκως μὴ ἀμφὶ τοῖσι ὀστέοισι τὸ δέρμα ἡ σικύη ἀμφιθλάσοι ἐρείδουσα καὶ τῷδε προσβάλλειν· ἢν γὰρ πάντῃ τοῦ (95) σώματος τά τε ὑγρὰ ἐφέλκηται καὶ τὸ πνεῦμα ἔξω τιταίνηται,

rat; cumque a malo paululum respiraverint, fluxum sanguinis oportet sistere eumque denuo detrahere. Nam si in sanguine morbi subsit causa, hanc ipsam venae sectio tollit; vel si pituita aut spuma aut alius quivis humor morbum fecerit, venarum evacuationes pulmonis spatium, ad spiritus transitum, amplius efficiunt. Oportet etiam humores et flatus per inferiora subducere: post venae sectionem nitro, melle, ruta resinaque terebinthina humida, sedem illinendo. At venae sectionis loco si majus quippiam impedimentum subsit, acri lotione subducatur alvus ut sale cum nitro aut resina terebinthina cum melle; ruta quoque in oleo et hyssopum in aqua decoctum et cucurbitae silvestris interior caro in aqua elixa optime juvant. Prosunt etiam cucurbitulae sine ferro, tergo, dorso et praecordiis ubique admotae; ac si forte pectus carnosum fuerit, quae cucurbitulam impediat, quo minus inhaerescens carnem contra ossa atterat, huic eas accommodare. Nam si ex universo corpore et humores educantur et pro-

οἷσί περ ὁ πνεύμων πνίγεται, ἀνάπνευσις ἂν γίγνοιτο τοῦ κακοῦ. πάντη γὰρ πολιορκέειν χρὴ τὴν περιπνευμονίην. ἀτὰρ μηδὲ τῶν διὰ στόματος ὠφελούντων φαρμάκων ὑπερορῆν μηδέν. ἕλκει γὰρ ὁ πνεύμων καὶ ἐν ὑγείῃ ὑγρὸν καὶ ἢν νοσῇ. φαρμάκων διδόναι ὧν ὁκόσα λεπτύνει τὰ ὑγρὰ ἐς διαπνοὴν ἠδὲ ὀλισθηρὰ καὶ εὔροα ἐς ἀναγωγὴν τεύξει· πίνειν μὲν ἐς τάχος τῆς ὠφελείης λίτρον ξὺν ὑσσώπου ἑψήματι ἢ ἅλμην ξὺν ὄξεϊ καὶ μέλιτι, ἢ σίνηπι ὑγρὸν ξὺν μελικρήτῳ. ἐμπάσσειν δὲ ἑκάστῳ καὶ τῆς ἴριδος τῆς ῥίζης καὶ πεπέριος εὔτολμον· ἀτὰρ καὶ τάδε ξηρὰ σήσαντα ξὺν μέλιτι διδόναι. ἢν δὲ ἄϋπνοι ἔωσι δι' ἡμέρης ἠδὲ ἐγρηγορῶσι πάννυχοι, δέος μὴ ὁ ἄνθρωπος μανῇ καὶ ποικίλων φαρμάκων ὑπνωτικῶν χρέος, ἢν μή τι [107] ἐνδιδῷ ἡ νοῦσος, ὅκως καὶ τὴν ταλαιπωρίην ὁ τῶν φαρμάκων καιρὸς εὐνάσῃ. τὰ πολλὰ γὰρ γίγνεται καρώδεα. ἢν δὲ ἐν ἀκμῇ τῆς πνιγὸς καὶ ὑπὸ τῷ ὀλέθρῳ φάρμακον διδῷς, θανάτου ἂν εἴης παρὰ τοῖσι δημότῃσι

trahatur *spiritus*, quibus opprimuntur pulmones, aliquid a malo respirationis invenietur; siquidem ex omni parte oppugnanda *peripneumonia* est. Porro neque ex his medicamentis, quae per os sumpta proficiunt, quodvis negligendum est; etenim pulmo, sive recte se habeat sive aegrotet, humorem attrahit. Quocirca hujusmodi medicamenta praebeantur quae humores extenuent et ad transpirandum idoneos reddant, quaeque eosdem lubricos fluxosque ita ut per superiora educi possint, efficiant. Propinetur itaque, celeris adjumenti gratia, nitrum cum hyssopi decocto vel muria cum aceto et melle vel sinapi humidum cum mulsa et singulis his proficiet iridis radicem et piper inspergere; haec enim arida cribro transmissa cum melle dari possunt. At si diem insomnes agant et totam quoque noctem pervigilent, periculum est ne homo in furorem agatur; jamque variis medicamentis soporiferis opus est, nisi quid morbus remiserit, ut haec opportune data mali acerbitatem leniant: etenim haec plerumque somnum inducunt. At si in ipso strangulatus impetu et morte appropinquante id genus medicamenti adhibeas, te necis aucto-

αἴτιος. χρὴ δὲ καὶ τὰ σιτία ἴκελα ἔμμεναι, δριμέα, λεπτὰ, διαλυτικὰ παχέος, σμηγματώδεα· λαχάνων πράσον ἢ κορωνόπους ἢ κνίδη ἢ κράμβη ἐν ὄξεϊ ἑψηθεῖσα. αὐστηρὸν δὲ πτισάνης ὁ χυλὸς τῆς ὀριγάνου ἢ ὑσσώπου προσλαβὼν ἠδὲ πεπέριος καὶ λίτρου πλεῖον ἀντὶ τῶν ἁλῶν· χόνδροι ξὺν μελικρήτῳ κάθεφθοι. ἄφυσα δὲ πάντα ἐν τῇ ἑψήσι ἔστω. καλὸν γὰρ περιπνευμονικοῖσι φῦσαι. οἶνος ποτὸν, ἢν ἄπυροι ἔωσι, μὴ πολλόν τι τῆς στύψιος ἔχων. πυκνωτικὸν γὰρ σωμάτων ἡ στύψις. χρὴ δὲ τουτέοισι ἀραιοῦν μὲν τὰ μέρεα μᾶλλον. πολλὸν δὲ ἄγειν τὰ πτύελα· τὸ ξύμπαν δὲ ὀλίγον ἔστω ποτόν· πνεύμονι γὰρ τέγξις κακὸν, οὕνεκεν πνεύμων ἀπὸ στομάχου ἕλκει καὶ κοιλίης. θώρηξ δὲ ἐσκεπάσθω εἰρίοισι ξὺν λίπαϊ καὶ λίτρῳ ἢ ἁλσί. ἄριστον δὲ χρίσμα τὸ διὰ τῆς λημνίστιδος. σίνηπι ξηρὸν ξὺν κηρωτῇ ὑγρῇ καὶ τὸ ξύμπαν ἔξω ἄγειν καὶ ὑγρὰ καὶ θερμασίην καὶ πνεῦμα. ἀρήγει καὶ ὄσφρησις δριμέων, χρίσιες, ἄκρων δεσμός. τάδε μέντοι ποιέοντι ἢν μὴ εἴκῃ ἡ νοῦσος, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.

rem esse vulgus arbitrabitur. Alimenta pariter ejusmodi esse debent, acria, tenuia, crassitudinem dissolventia detergendique facultate praedita. Ex oleribus porrum aut coronopus aut urtica aut brasica aceto incocta. Ex frumento ptisanae cremor, aliquid origani vel hyssopi et piperis et nitri plusculum pro sale accipiens; item alica cum mulsa cocta; haec omnia in elixatione flatibus priventur: flatus enim *pneumonicis* officiunt. Vinum, si quando febre vacent, quod haud ita multum astringat potui detur; corpus quippe densat astrictio: his vero partes potius relaxandae. Sputa quam plurimum educi debent. Ex toto autem potus exiguus esto; etenim madefactio pulmoni inimica est, quoniam is a stomacho et ventriculo humorem attrahit. Pectus autem lanis oleo cum nitro et sale imbutis contegatur, optime etiam facit inunctio ex limnestide et aridum sinapi cum cerato humido. Atque omnino humores et calor et spiritus educendi. Prosunt etiam acrium odores, illitiones, extremarum partium deligatio. Haec si feceris, neque morbus tamen cesserit, de homine desperatum est.

Κεφ. β'. [*Θεραπεία αἵματος ἀναγωγῆς.*] Πᾶσαι δὲ ἐξ ἀναγωγῆς αἵματος οὐκ εὐήθεες, οὐ τοῦ τρόπου μοῦνον, ἢν ἐκ ῥήξιος ἢ διαβρώσιος, ἀλλὰ κἢν ἀραίωσις φέρῃ· οὐδ' ἢν ἀπὸ θώρηκος ἢ πνεύμονος ἢ στομάχου ἢ ἥπατος τῶν κινδυνωδέων, ἀλλὰ κἢν ἀπὸ κεφαλῆς ἡ ἀσινεστέρη. αἵματος γὰρ ἡ φορή. αἷμα δὲ πάντων τροφὴ, πάντων δὲ θέρμη, πάντων δὲ χροιή· καὶ φοβερὸν μὲν ἰδεῖν διὰ στόματος ὁκωσοῦν ῥέον· κακὸν δὲ ἤν τε ἀπὸ σπλάγχνου καιρίου· κάκιον δὲ ἢν ἐκ ῥήξιος καὶ διαβρώσιος. χρὴ ὦν τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος ξυνεπείγειν μᾶλλον ἀρήγοντα. καὶ πρῶτον μὲν ψυχρότερον αἱρέεσθαι ἠέρα ἐς ἀναπνοὴν, σηκὸν ἐπίπεδον, (96) κλίνην ἑδραίην ὅκως μηδὲν σείηται. ἐρεθιστικὸν γὰρ αἱ σείσιες· κοίτη δὲ στερεὴ, μὴ κάρτα εἴκουσα μηδὲ βαθείη, ἄθερμος· ὄρθιον δὲ τὸ σχῆμα· ἡσυχίη λαλιῆς ἠδὲ ἀκουσμάτων. ψυχῆς ἀταραξίη, εὐθυμίη. πάγχυ δὲ τοῖσι τουτέοισι ξυνομαρτέει δυσελπιστίη. τίς γὰρ ἐμέων αἷμα θάνατον οὐκ ὀῤῥωδέει; [108] ἢν ὦν πολύαιμοι καὶ ἐπίφλεβοι ἔωσι, ἐπὶ πάσῃ ἰδέῃ

Cap. II. [*Curatio sanguinis rejectionis.*] Omnes e *rejectione sanguinis* affectus mali sunt moris: non modi tantum ratione, ut si per venae *ruptionem* aut *erosionem*, verum etiam si per *rarefactionem* effundatur; neque solum si ex *pectore* aut *pulmonibus* aut *stomacho* aut *jecinore* feratur, ex quibus maximum periculum imminet: sed etiam si ex *capite* defluat, unde noxa minus infertur. Sanguinis enim effusio est; sanguis autem omnes partes alit, omnes calefacit, omnibus colorem impertit. Ac profecto terribile est sanguinem per os utcunque emanantem intueri; periculosum etiam si ex nobili viscere: eoque magis, si ob vasis *ruptionem* vel *erosionem* profundatur. Itaque medicum oportet huic affectui festinanter occurrere; et primo quidem aërem inspirationi frigidiorem deligere; cubiculum planum, in eoque lectum firmum, ne quid ullam in partem conquassetur; strata vero solida sint, minime cedentia vel profunda vel calida. Figura corporis erecta; aeger interim neque sermones habeat neque accipiat; animi quies et hilaritas, quoniam hos ingens desperatio comitatur; ecquis enim sanguinem vomens mortem

ἀναγωγῆς τάμνειν φλέβα· ἤν τε γὰρ ἐκ ῥήξιος ἢ διαβρώσιος, εὐάρμοστος φλεβοτομίη, ἤν τε ἐπ' ἀραιώσι, δέος μὴ ἀποῤῥήξη τὸ πλῆθος· τάμνειν δὲ τὴν ἐπ' ἀγκῶνι κοίλην· εὔροόν τε γὰρ τὸ αἷμα τῇσδε καὶ κατασχάζεσθαι ῥηϊδίη καὶ ἐς πλεῦνας ἡμέρας ῥέειν ἀσινέως εὔστομος. ἐπὶ πᾶσι δὲ πάντων ὡς ἔπος εἰπεῖν τῶν καιρίων σπλάγχνων ὁδὸς ἥδε αἵματος. ἡ δὲ ἀνωτέρη τῆσδε καὶ ἥδε, ἀποσχίδες ἔασι μιῆς τῆς ἀπὸ τοῦ βραχίονος ἄμφω. ὥστε οὐδένα μέζον ἢ ἀνωτέρω τῆς μέζης ἐς ὄνησιν ἴσχει. ἀΐδριες γὰρ τῶν ἀποσχισίων, ὅσοι στομάχῳ καὶ ἥπατι ξυνῆψαν τὴν ἄνω. ἢν δὲ ἀπὸ πνεύμονος ῥέῃ, τάμνειν τῆς ἀριστερῆς χειρὸς τὴν μέσην δακτύλων μικροῦ τε καὶ παραμέσου. τήνδε γὰρ τῶν ἰητρῶν μετεξέτεροι δοκέουσι ἐπὶ σπλῆνα κραίνειν· ἀτὰρ καὶ ἥδε τῶν ἐπ' ἀγκῶνι τῆς κάτω ἐστὶ ἡ ἀπόσχισις. τῇ ὦν πλέονι πρὸς τρισὶ δακτύλοις καὶ μὴ ἐπ' ἀγκῶνι τάμνοι τὶς αὐτέην. μείζων γὰρ τῇδε καὶ εὔροος, τὸ ξύμπαν μὲν ὦν πρόσω λειποθυμίης ἐπισχεῖν· ἀτὰρ

non perhorrescat? Itaque si sanguine pleni sint et venas exstantes habeant, in omni *rejectionis* genere secetur vena; nam si ex *ruptione* sive ex *erosione* sanguis profluat, venae sectio conducit, si rarefactio in causa est, ne venam ejus copia disrumpat metuendum. Incidatur autem cava in cubito vena: etenim ex hac et facile sanguis effluit et ipsa sectioni exposita est, utque per plures dies sanguis emitti possit; aperta sine periculo servatur: quin etiam, ut summatim loquar, ex omnibus praecipuis visceribus haec est sanguinis via: hae autem quaeque hac superior vena est, unius venae in brachio ambae sunt propagines, quo fit ut nihilo magis juvet superiorem quam hanc incidere; nam propaginum ignari sunt quotquot superiorem stomacho et jecinori adnectunt. At si a *liene* fiat profusio, sinistrae manus venam illam quae inter minimum digitum atque annularem jacet, medicorum nonnulli incidere jubent, quoniam hanc ad lienem usque pertinere arbitrantur; sed et ipsa etiam inferioris venae cubiti propago est: cur itaque hanc prope digitos potius et non in cubito quis inciderit? etenim in cubito major est

μηδὲ πολλὸν ἀφαιρέειν. ἱκανὴ γὰρ καὶ ἡ αἱμοῤῥαγίη γυιῶσαι τὸν ἄνθρωπον. ξυνεχὲς δὲ καὶ ἀπὸ σμικρῆς ἀφαιρέσιος ἐπαφαιρέειν καὶ αὐτῆμαρ καὶ τῆς ὑστεραίης καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης ὑστέρης. ἢν δὲ ὁ ἀσθενέων ἰσχνὸς καὶ λείφαιμος ἔῃ, μὴ τάμνειν φλέβα. τάδε μὲν ὦν ἀμφὶ ἀφαιρέσιος αἵματος. ἀρήγειν δὲ καὶ δεσμοῖς ἄκροις ποδῶν μὲν ὑπὲρ σφυρὰ καὶ γούνατα· χειροῖν δὲ ὑπὲρ καρπὸν καὶ βραχίονα· ταινίῃ πλατείῃ, ὅκως ἡ διάσφυγξις κραταιὴ μὲν ᾖ, ἄλγος δὲ μὴ φέρῃ· τοῖσι δὲ αἱμοῤῥαγέουσι χωρίοισι ἐπιβάλλειν χρὴ, ἔρια μὲν πινόεντα οἰσύπῳ ἀπὸ τῆς ὄϊος· τέγγειν δὲ χυμῷ, οἴνῳ αὐστηρῷ καὶ ῥοδίνῳ ἢ μυρσίνῳ λίπαϊ. ἢν δὲ ξυνεπείγῃ ἡ αἱμοῤῥαγίη, ἀντὶ μὲν τῶν ἐρίων σπόγγοισι χρέεσθαι· ὄξεϊ δὲ ἀντὶ τοῦ οἴνου. ὑπαλειφέσθω δὲ μυρσίνῳ τὸ χωρίον· ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖσι σπόγγοισι τῆς ἀκακίης ἢ ὑποκυστίδος ξηρῶν τῶν χυλῶν ἢ καὶ ἀλόης. ἄριστον δὲ καὶ τὸ ὀμφάκιον ὄξεϊ λυθέν· ἢν δὲ ἡ τέγξις ἄσηρον ᾖ καὶ δύσφορον, ἐμπλάστροισι χρέεσθαι. καὶ γὰρ τὸ δέρμα περιτείνουσι καὶ οἷον τῇ χειρὶ κρατέουσι. ἀτὰρ

et sanguinem facilius effluere permittit. Prorsus etiam citra animae defectionem supprimendus sanguis atque haud ita multum hujus mittendum: nam et ipsa per os effusio vires hominis satis convellit, sed assidue, postquam paululum detraxeris, iterum detrahito et eodem die et postridie et die perendino. At si aegrotus tenuis atque sanguinis inops fuerit, vena ne secetur. Hactenus de missione sanguinis. Succurrendum est etiam extremorum deligatione, uti pedum supra talos et genua, et manuum supra carpos atque brachia, ipsa fascia lata sit, quo validior fiat neque dolorem moveat constrictio. Locis autem unde sanguis prorumpit, lanas ab ove succidas imponito, quae humore perfundantur, uti vino austero et oleo rosaceo vel myrteo. Quodsi profluvium vehementer urgeat, pro lanis adhibendae spongiae et acetum pro vino locusque oleo myrteo inungatur: spongiis autem omnibus acaciae vel hypocystidis vel etiam aloës siccatae succus inspergatur, optime facit etiam omphacium aceto solutum. Quodsi molesta et toleratu difficilis fuerit perfusio, emplastris uti convenit: etenim haec cutim circumtendunt et

καὶ αἱ δυνάμιες αὐτέων ψῦξαι καὶ ξηρῆναι δυνατώταται. μυρίαι δὲ καὶ ἄλλοισι ἄλλαι πείρῃ ἔασι πισταί. ἄρισται δὲ ὁκόσαι ὄξος ἴσχουσι καὶ ἰτέης φύλλων χυλὸν ἠδὲ καὶ ἄσφαλτον καὶ ἰὸν καὶ στυπτηρίην (97) καὶ λιβανωτὸν καὶ σμύρνην καὶ χαλκὸν κεκαυμένον καὶ λεπίδα καὶ ὁκόσαι τοιαῖδε ἐπὶ τοῖσι ἐμπλάστροισι ἢ ἔρια τὰ πινόεντα ἢ οἱ σπόγγοι ἐν βραχέϊ δευθέντες ὄξεϊ· ἢν δὲ τὴν τάνυσιν τῶν ἐμπλάστρων μὴ φέρωσι, ἐπίθεμα ποιέειν· φοίνικες οἱ πίονες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ δευθέντες ἐς μᾶζαν τρίβονται· ἔπειτα ἀκακίῃ ἐμπάσσεται λείῃ καὶ σίδια· ἐγχρισθέντα δὲ ἐς τρύχιον κατὰ τοῦ θώρηκος τίθεται. ἄλφιτα οἴνῳ ἢ ὄξεϊ δευθέντα ἠδὲ φακῆς ἄλιτον λεπτὸν, κρησέρῃ σεσησμένον, κηρωτῇ ῥοδίνῳ μύρῳ ἀναλαμβάνοντα τιθέναι. μίσγειν δὲ καὶ συμφύτου τῆς ῥίζης σεσησμένης. Ἄλλο. βραβύλων ἀγρίων ῥίζας ἑψεῖν ἐν ὄξεϊ καὶ [109] τρίψαντα ἐς μᾶζαν παραμίσγειν ῥοὸς καὶ κόμμιος καὶ μυρσίνης βραχύ. τῶνδε μέντοι γε ἄλλα ἄλλοισι ξυμμίσγειν, ὅκως ἂν ἰσχύος τῆς τῶν φαρμάκων καὶ προσηνείης καὶ ὀσμῆ-

quasi manu comprensant: et eorum facultates cor potenter astringunt atque exsiccant. Horum innumera, alia quidem aliis, experientia innotescunt; sed optima sunt haec, quae ex aceto et salicis foliorum succo et bitumine et aerugine et alumine et thure et myrrha et aere combusto et hujus squama componuntur et ex iis rebus, quae in emplastris similem habent vim; vel lanae succidae vel spongiae aceti paululo intinctae. Sin emplastrorum tentionem ferre nequeant, hujusmodi epithema fiat: palmulae pingues vino nigro austero madefactae in placentam conteruntur, dein his acacia cum malicoriis inspergitur ac postea omnia veteri panniculo illita pectori imponuntur. Huic etiam superdari potest epithema, quod ex farina vino aut aceto perfusa et lentis tenui polline cribrato conficitur, quae cerato ex unguento rosaceo excipiantur et his admisceatur symphyti radix, cribro itidem transmissa. Aliud epithema: brabylorum silvestrium radices aceto incoquito et in placentam contritis rhois myrtique et gummi paululum admisceto. Ex his utique alia aliis misceri debent, prout medicamentorum vi et lenitate et odore opus fue-

σιος δέηται. χρὴ γὰρ καὶ τοῖσι κάμνουσι χαρίσασθαι. τάδε μὲν ἐκτὸς θετὰ ἄκη· ἡ δὲ τῶνδε καιριωτέρη ἴησις ἐν τοῖσι ποτοῖσι καὶ καταποτοῖσι κέεται, ὡς ἄγχιστα τῶν τετρωμένων εἴη τὰ φάρμακα. τρισσὴ δὲ τουτέων ἡ ἰδέη ἢ τοὺς ὀχετοὺς τοῦ ῥόου δῆσαι ξυναγωγῇ καὶ πιέσι τῶν ἀγγείων ἢ τὸ ῥέον παχῦναί τε καὶ πῆξαι ὡς μὴ διαῤῥέῃ, κἢν παραπέμπωσι οἱ ὀχετοὶ ἢ ξηρῆναι τὰς ἐφόδους πρὸς ἕδρην τὴν ἀρχαίην τὸ αἷμα στήσαντα, ὅκως μὴ τῇ ἐπιῤῥοῇ κενεόμενοι οἱ χῶροι προσμενέωσι. πλημμυρῶσι δὲ ἔνθα ἡ ξύνδοσις. ἐπὶ μὲν τῆς ἀραιώσιος τῶν φλεβῶν ἡ στύψις ἀρκέει. διαῤῥέει γὰρ ὡς ὑδρεῖον νέον οὐθὲν τῇσι ἀραιώσεσι. ἀτὰρ ἠδὲ ἐπὶ τῇσι διαιρέσεσι στύψις μὲν ἰητρείη ἐς τὴν ξυναγωγὴν τῶν χειλέων· μέζοσι δὲ καὶ δυνατωτέροισι τοῖσι φαρμάκοις χρέεσθαι. ἢν δὲ ὁ τῆς διαβρώσιος ἔῃ τρόπος καὶ μὴ ξυνάγηται ὑπὸ τῆς στύψιος τοῦ ἕλκεος τὰ χείλεα, σεσήρῃ δὲ τὸ τρῶμα, ἀξύμβατον ἐκ τῆς διαθλίψιος ἐὸν, πάγον χρὴ τοῦ αἵματος. ἀτὰρ

rit; siquidem aegrotantibus gratificari convenit. Haec sunt remedia exterius admovenda. At his praesentior medicina in iis quae bibuntur iisque quae devorantur consistit, ut medicamina vulneratis partibus quam maxime propinqua esse possint. Horum species est triplex, vel ut vasa cogendo comprimendoque fluxionis ductus quasi ligent: vel ut effluentem humorem incrassent atque congelent, quo minus effundatur, quamquam exitus pateat: vel ut vias exsiccent, sanguinem intra sedem antiquam retinendo, ne profluvio loci exinaniti maneant et in eam partem exundent, ubi facta est effusio. In venarum *rarefactione* astrictio sufficit: etenim nihil memorabile, sed paululum tanquam ex aquae novo vase profluit. Item in venarum *divisione* astrictio medetur, earum oras committendo; majoribus tamen atque valentioribus medicamentis utendum. Verum enim vero si *erosio* subsit, neque astringentibus *ulceris* labia cogantur, sed vulnus dehiscat et propter elisionem conjungi nequeat, sanguinis et caloris congelationem facere necesse est: siquidem horum immobilitate et concretione profluvium supprimitur. Itaque posca *rarefa-*

ἠδὲ τῆς θέρμης ποιέειν. ἀκινησίῃ γὰρ τῶνδε καὶ πῆξι ἵσταται ὁ ῥόος. ὀξύκρητον μὲν ὦν τοῖσι ἀραιοῖσι ἱκανὸν ἐς στύψιν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἷμα ἄκρητόν ἐστι τὸ ῥέον, ἀλλὰ τοῦδε ἰχὼρ διὰ σμικρῶν τῶν στομίων· καὶ τοῦδε οὐ πολλοῦ οὐδὲ πολλάκις χρέος· μετεξετέροισι δὲ καὶ ἡ ἔξωθεν ἰητρείη· ἀτὰρ καὶ φοινίκων ἢ κεράτων ἐδωδίμων ἕψημα ποθὲν μοῦνον ἤρκεσε. ἔστω δὲ τὸ ὄξος οἴνων μὲν τῶν στυφόντων τῷ γένεϊ, εἰ μὴ φαρμακίῃ δὲ, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ δριμύ τε καὶ στῦφον. ἐπὶ δὲ τῇσι διαστάσεσι τῶν τρωμάτων πρὸς τῷ ὀξυκρήτῳ ἔστω φάρμακα ἁπλᾶ τὴν πρώτην, ἀρνογλώσσου χυλὸς ἢ πολυγόνου ἢ σέριδος, ἑκάστου μοίρη πρὸς τῷ ὀξυκρήτῳ· ἢν δ' ἐπὶ μᾶλλον ῥέῃ, ὑποκυστίδος ἢ ἀκακίης ξηρῶν ἐμπάσσειν, ἐς γ' κυάθους τοῦ ὀξυκρήτου ὁλκῆς, τῇδε δραχμὴν μίην. ἄριστος δὲ καὶ χυλὸς ὄμφακος. ἢν δὲ κρέσσον ἡ ξυμφορὴ τῶδε γίγνηται, κηκίδα λείην καὶ βάτου ῥίζαν ξηρὴν καὶ λίθον τὴν ἐξ ἁλὸς κουράλλιον λείην (98) ξηρὴν ἐμπάσσειν. δυνατωτέρη δὲ τῶνδε τὸ ῥίον ἡ ῥίζα, ἐμψῦξαι, ξηρῆναι, στῦψαι, τὰ

ctis ad astrictionem sufficit: neque enim id quod effluit sanguis sincerus, sed hujus sanies est, quae per oscula venarum exprimitur; neque vero ita multa poscae copia opus est neque hujus admodum frequenti assumptione. Quibusdam etiam exterior medela cum palmularum vel siliquarum esculentarum decocto potui dato per se ad curationem suffecit. Acetum autem ex vinorum astringentium genere sit, si non medicamentis, at tempore saltem acre et astringens redditum. At in vulnerum *dilatationibus* praeter poscam medicamenta primo simplicia adhibeantur, ut plantaginis aut herbae sanguinalis aut seridis succus, quorum singulorum aequalis pars adhibeatur cum posca. Et si fluxio major evaserit, hypocistidis aut acaciae aridae drachmam unam tribus poscae cyathis inspergito; optime facit etiam uvae acerbae succus. At si hujus medicamenti vim calamitas exsuperet, inspergatur galla trita et rubi radix arida cum lapide marino, quod corallium dicitur, arido contusoque; his etiam valentior est rhei radix ad refrigerandum, exsiccandum, astringendum et

πάντα ποιῆσαι· ἀτὰρ καὶ ἥδε ξὺν τῷ ὀξυκρήτῳ μούνῳ· ἢν δὲ μεζόνων ἀρήγειν χρέος, τοῖσι χυλοῖσι τῆς σέριδος ξὺν ἀρνογλώσσῳ τῆς ῥίζης ἐμπάσσειν, ὁλκῆς τριώβολον ἐς κυάθους τοῦ ὑγροῦ τρεῖς ἢ τέσσαρας. ἐπὶ δὲ τῇσι διαβρώσεσι τότε ὅλως ἐν ἐκείνῃ στύψιν ἐμποιέειν ἐς πάγον τοῦ διαῤῥέοντος αἵματος καὶ τοῖσι δεχομένοισι ὅκως ἀπὸ πολλοῦ τοῦ τρώματος μύωσιν αἱ φλέβες· ἀλλὰ καὶ τὰ πινόμενα ἔστω κραταιὰ, δυνατὰ ποιῆσαι πάγον. χυλὸν ὦν κοριάννου ξὺν ὄξεϊ ἠδὲ λαγοῦ θαμισὸς ἢ νεβροῦ ἢ ἐρίφου, μὴ πολλὸν δὲ διδόναι. ἔκτεινε γάρ κοτε τουτέων τὶ τῷ πλήθεϊ· ἀλλὰ τοῦ μὲν χυλοῦ τοῦ κοριάννου μὴ μεῖον μὲν ἡμικύαθον ἐς τρεῖς τοῦ ὀξυκρήτου, τῆς δὲ ταμισοῦ ὀβολοὶ μὲν τρεῖς, [110] τὸ δὲ πλεῖστον ὀβολοὶ δ'. ἐς δὲ τὰ τοιάδε εἴδεα τῆς φορῆς καὶ γῆ ἀρίστη σαμία καὶ ἐρετριὰς καὶ ἀστὴρ κάρτα λευκὸς καὶ σινῶπις καὶ σφραγὶς ἡ λημνίη. τουτέων δὲ ὁλκὴ σταθμοῦ τὸ μεῖον < α'. τρεῖς δὲ τὸ πλεῖστον ξὺν τινὶ τῶν ἑψημάτων φοινίκων ἢ κερατίων ἐδωδίμων ἢ ῥιζῶν βάτων. ἢν δὲ τρηχύνηται

omnia denique quorum opus est praestanda: et haec etiam cum posca tantum exhibeatur; sin majora requirantur auxilia, radicis hujus obolos tres seridis ac plantaginis succo ad trium quatuorve cyathorum mensuram injicito. Verum in *erosionibus* astrictio prorsus facienda est tam ad concretionem effluentis sanguinis, quam ad partium suscipientium constrictionem, ut ex magno vulnere venae conserantur. Porro quae bibuntur, valida sint et ad concretionem faciendam efficacia; itaque coriandri succus cum aceto et leporis aut hinnuli aut hoedi coagulum propinetur: parce tamen quoniam horum aliquod interdum nimia copia datum homines interemit; sed ex coriandri succo haud minus quam dimidium cyathi cum posci tribus exhibeatur, coaguli vero oboli tres aut ad summum quatuor. Ad hujusmodi fluores optime facit etiam terra *samia* et *eretria* et *aster* dictus, valde candidus et *sinopica* et sigillata *lemnia;* horum autem ad minimum una drachma, ad plurimum drachmae tres cum decocto aliquo bibantur ut palmularum aut siliquarum edulium aut rubi radicum. At si exasperetur arteria et ex eo tussis oria-

ἡ ἀρτηρίη καὶ ἐπὶ τῷδε βήσσῃ, σιραίῳ τῷ κρῆτι ἐμπάσσειν τάδε. ἄριστος ἐς λείωσιν ἀρτηρίης καὶ ἄμυλος ξὺν τοῖσι δευθείς. ξὺν γὰρ τῷ λείῳ καὶ τὸ παγερὸν ἴσχει. ἢν μὲν ὦν ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, ἅπαξ τῆς ἡμέρης πρὸ τῆς προσάρσιος δοτέον. ἢν δὲ μὴ, καὶ δὶς καὶ τρίτον ἐς τὴν ἑσπέρην. ἐκ δὲ τῶν φαρμάκων καὶ καταποτὰ ποιέειν ξηρῶν ἐν μέλιτι ἑφθῷ ἐς σύστασιν, κηκὶς λείη. ἄριστον δὲ καὶ ῥοὸς ἐς τὰ ὄψα, γίγαρτα καὶ ὁ ὀξυλαπάθου καρπὸς καὶ ἰδίῃ ἑκάστου καὶ ξυνῇ. τάδε μέντοι καὶ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἔχειν ἐς τὸ διηνεκὲς τῆς συντήξιος. ἀτὰρ καὶ κόμμι ξὺν τῷ φυτῷ καὶ πράσον τῆς ἀκάνθης τὸ δάκρυον· ποικίλων δὲ φαρμάκων μυρίη μὲν ἡ πείρη, ποικίλαι δὲ καὶ χρήσιες τροχίσκων τοῦ διὰ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης καὶ ἑτέρου δι' ἠλέκτρου καὶ ἄλλου τοῦ κροκώδεος, ὡς ἡ σκευασίη ἰδίῃ λέλεκται. ἄνευ μὲν ὦν πυρετῶν ἅπαντα τολμέειν ἐπὶ τοῖσι φαρμάκοισι καὶ πολλὰ καὶ πολλάκις διδόντα· ἢν δὲ ἐπιπυρεταίνωσι, τὰ πολλὰ καὶ τῇσι φλεγμασίῃσι τῶν χρωτῶν γίγνονται πυρετοὶ, μήτε ἀθρόον ἴσχειν τὴν φορὴν μήτε ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι φάρμακα πι-

tur, sapae *creticae* inspergantur ista; optime quoque ad arteriam laevandam prodest amylum cum his madens: nam praeterquam quod laevet, glutinandi quoque facultatem habet. Itaque si profluvium urget, semel in die ante cibi assumptionem dandum est: sin minus et bis et etiam tertia vice sub vesperam. Ex medicamentis quoque siccis catapotia fieri possunt cum melle ad consistentiam decocto: qualis est galla trita: optimus etiam rhus est, quo in opsoniis utimur, acini vinacei, oxylapathi semen et per se singula et simul omnia; haec etiam sub lingua contineantur, ut perpetuo liquari possint; gummi quoque cum ipsa planta et tragacanthae lachryma. Compositorum medicamentorum infinita est experientia: varius item usus pastillorum ex *Aegyptia* spina et ejus qui ex electro et ejus qui ex croco dicitur, quorum praeparatio est seorsim a me tradita. Caeterum si absit febris, omnia in medicamentorum exhibitione audenda sunt et multa et frequenter danda. At si febris supervenerit (et plerumque ex vulnerum inflammatione febres accedunt) neque statim eru-

πίσκειν. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ πυρετῶν θᾶσσον ὄλλυνται ἢ ὑπὸ τῆς τοῦ αἵματος φορῆς. τροφαὶ ποικίλαι καὶ τὴν ἰδέην ὁκοῖα τὰ φάρμακα. ἀτὰρ καὶ τὰ φάρμακα ἐν τροφῇ. οὔτε γὰρ ἐπὶ μιῇ μούνῃ ἅπαντα εὑρεῖν τὰ τροφῆς ἀγαθὰ εὔπορον, οὔτε ἢν μὲν οὐ μούνη ἐς ἰη(99)τρείην ἀρκέῃ, μὴ μούνῃ χρέεσθαι διὰ τὸν κόρον ῥήϊδιον. καὶ γὰρ κατὰ ποικίλα εἴκειν· ἤδη δὲ ἀπὸ χρονίων γίγνεται· ἔστω ὦν στύφουσα καὶ ἐς δύναμιν ψύχουσα. ἀτὰρ ἠδὲ ἐς θίξιν. θέρμη γὰρ αἵματος πρόκλησις. χόνδροι πλυτοὶ, ὄρυζα ἐς ὀξύκρητον· ἢν δὲ τὸ ὄξος βῆχας ἐμποιέῃ, φοινίκων ἕψημα, ἄρτος ὀπτὸς κατάξηρος κοπεὶς ἠδὲ καὶ ἐς ἄλιτον σεσησμένος. ἐς πάντων ὦν ῥόφημα ξὺν λίπαϊ, θύμβρῃ ἁλσὶ ἡδυνθεῖσα, ῥοὸς ἐπίπασμα. ἢν δὲ καὶ χαρίσασθαί τι κάμνοντι ἐθέλῃς, κορίαννον ἔστω ἐς ἡδονὴν ὅτῳ φίλον ἤ τι τῶν οὐρητικῶν ἠδὲ εὐπνόων σπερμάτων. φακὸς ἢν μὲν ἡ αἱμοῤῥαγίη ἐπείγῃ ξὺν ἀρνογλώσσου χυλῷ· ἢν δὲ μὴ, τοῦ χυλοῦ ἔστω φειδώ. οὐ γὰρ εὔπεπτον οὐδὲ προσηνὲς ἐς γεῦσιν. χρὴ δὲ τουτέοισι ἥκιστα πάν-

ptio supprimenda est neque in accessionibus medicamenta potui offerenda: multi enim celerius febre quam sanguinis profluvio opprimuntur. Alimenta varia et specie medicamentis similia; quin etiam cibo medicamenta admisceantur; neque enim in uno tantum cibo omnia alimenti bona facile invenire licet, neque si unus ad curationem per se suffecerit, una propter satietatem uti in promtu est: itaque per varia eundem. Jam vero morbus diuturnus esse incipit, itaque alimenta astringentia sint et facultate refrigerantia vel tactu frigida: calor enim sanguinem provocat. Alica elota: oryza in posca, sed si posca tussim moveat, palmularum decoctum: panis tostus, siccus, contusus et in farinae speciem cribro trajectus; ex his omnibus sorbitio fiat cum oleo, cui inspergi potest thymbra sale condita cum rhoe. Quodsi quid aegrotanti gratificari velis, coriandrum, cuicunque id jucundum fuerit, delectationis causa indulgeto vel aliquod ex seminibus, quae urinam movent et respirationem facilem efficiunt, ut lentem, si profluvium urgeat, cum plantaginis succo: sin minus, a succo abstineatur, quippe qui neque concoctu sit facilis

των δύσπεπτον διδόναι. ἢν δὲ ἐξ αἱμοῤῥαγίης θάνατον ὀῤῥωδέῃ καὶ ἀτερπὲς καὶ δύσπεπτον· ἤδε ἀπηνέα ἔστω τὰ σώζοντα· κηκὶς ὦν ξηρὴ, λείη προσεπιπασσέσθω φακῷ τῷ ξηρῷ καὶ ψυχρῷ, ὠὰ ἑψῆσι παχέα, ξὺν ῥοιῆς σιδίοισι ἢ κηκίδος· ἥδε ἐστὶ ὑπ᾽ ἀνάγκης ἐν φαρμάκῳ τροφῇ· ποτὸν δὲ τὸ ξύμπαν ὀλίγον ἔστω. ξηρῇ γὰρ διαίτῃ ὑγρὸν ἀξύμφορον. τοιάδε μὲν στῦψαι καὶ ψῦξαι εἰ ἐθέλεις· ἢν δὲ [111] παχῦναι καὶ αἷμα καὶ πνεῦμα, γάλα καὶ ἄμυλος καὶ χόνδροι, ἄλλοτε μὲν ξὺν ἀμύλῳ, ἄλλοτε δὲ ξὺν χόνδρῳ γάλα· ἐς πῆξιν δὲ ἡ σύστασις ὡς μὴ ῥόφημα ὑγρὸν ᾖ. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον παχῦναι καὶ στῦψαι ἐθέλῃς, οἱ χόνδροι μὲν ξὺν φοίνιξι ἑψείσθωσαν, ἐς δὲ τὴν σύστασιν ἄμυλος ἔστω καὶ γάλα ἄριστον καὶ φὰρ τὸ τυῤῥηνικὸν, παχὺ ἐὸν καὶ γλίσχρον καὶ κολλῶδες ξὺν τῷ γάλακτι· ταμισοῦ δὲ τοῦ ἐρίφου ὑγροῖσι τοῖσι ἑψήμασι προσεγχέειν ἐς πῆξιν, ὅκως ἐπὶ γάλακτι ἐς νέου τυροῦ ξύστασιν ἴσχει· παχύτερον δὲ τουτέων, κέγχρος ἑφθὸς ξὺν γάλακτι ὡς τὸ φὰρ καὶ τὸ ἐπίπαστον, ἡ κηκὶς καὶ τὰ

neque gustui jucundus; his vero minime omnia danda sunt, quae aegre concoquuntur. Sed si ex profusione sanguinis mors timeri possit, etiam injucunda et concoctu difficilia praebe et vel immitia, modo salutem afferant; itaque galla, arida, contrita, lenti siccae frigidaeque inspergatur; et ova inter coquendum crassa effecta cum mali punici vel gallae cortice exhibeto. Hoc utique necessario cum medicamentis alimentum est. Potus omnino sit exiguus, quia siccae victus rationi humor non convenit. His utere si astringere et refrigerare in animo habeas. At si incrassare et sanguinem et *spiritum* velis, lac et amylum prosunt et alica, modo cum amylo, modo cum lacte; horum consistentia ad crassitudinem redigantur, ut ne sorbitio sit liquida. At si ulterius incrassare et adstringere cupias, alica cum palmulis coquatur et ad consistentiam optime perducetur amylo vel lacte vel farre *tyrrheno,* quod cum lacte crassum et viscidum et glutinosum est; hoedi vero coagulum liquidis decoctis affundito, ut ea concrescere possint, lactis more ad recentis casei consistentiam perducti; his crassius est milium cum lacte, instar

σίδια. τεκμαίρεσθαι δὲ τὰς ξυμμετρίας τῶν ξηραινόντων ἢ παχυνόντων. καὶ γὰρ βηχώδεα ταῦτα, ὑπερβολῇ τε ξηρότητος μετεξετέροισι προσέῤῥηξε τὰς φλέβας. ἢν δὲ πρήσηται μὲν, ἴσχηται δὲ τὸ αἷμα, ἐς τἀναντία ἐκ προσαγωγῆς ἡ μεταβολὴ καὶ μηδὲν ἄγαν. φιλόστροφα γὰρ τάδε καὶ κακοήθεα. χρὴ δὲ σαρκοῦν ἤδη τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰς ὠτειλὰς ἐς τὸ πηρὸν ἄγειν αἰώρῃς ἢ τρίψεσι μαλθακῇσι, περιόδοισι, θυμηδίῃσι, τροφῇ ποικίλῃ καὶ ξυνήθεϊ. τάδε μὲν ὦν ἢν ἐκ τῆς φορῆς τοῦ αἵματος τὸ τρῶμα ξυμπέσῃ καὶ ὁ χῶρος ὑγιασθῇ εὐακέως· ἢν δὲ ἐγκαταλείπηται ἕλκος καὶ διάπυον γίγνηται, ἑτέρης μελέτης χρέος. καὶ γὰρ καὶ ἑτέρων διαδέχεται ἡ φορή. περὶ τῆσδε μέντοι ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται.

(100) Κεφ. γ'. [Θεραπεία καρδιακῶν.] Ἐν συγκοπῇ μάλα χρὴ τὸν ἰητρὸν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν· μέλλουσαν μὲν γὰρ ἢν προγιγνώσκῃς τά τε παρεόντα ἐπεσσυμένως συνεργὰ ἔνσεο. ἀτὰρ ἤδε ἐξελάοις ἂν αὐτέην πρὶν ἥκειν. παρεοῦσαν δὲ οὐ ῥηϊδίως διδρήσκουσι οἱ νοσεῦντες. λύσιν γὰρ τῆς φύ-

farris coctum, cui inspergatur galla cum malicoriis. Verum in exsiccantibus et incrassantibus modum conjectura assequi oportet: siquidem haec tussim movent et quibusdam nimia exsiccandi vi venas ruperunt. Quodsi curatio prospere cedat sanguisque supprimatur, ad contraria paulatim transeundum ut ne quid agatur nimis; etenim haec vitia facile reverti solent malique sunt moris. Jamque homini carnem instaurare oportet et cicatricibus callum obducere gestationibus aut mollibus frictionibus, ambulatione, animi oblectamentis, cibo vario usitatoque. Haec utique fiant, si post sanguinis effusionem vulnus commissum fuerit locusque ad sanitatem commode perductus. Sin *ulcus* relinquatur idque *suppuret*, altera curatione opus est, siquidem alterius materiae profusio succedit. Atqui de hac re in diuturnorum curatione agemus.

Cap. III. [*Curatio cardiacorum.*] In *syncope* medico magnopere providendum est; nam si imminentem prospexeris et praesentia tecum mature opem ferant, hanc, priusquam invaserit, poteris avertere. Praesentem vero laborantes vix evadunt; etenim naturae dissolutionem *synco-*

σιος τὴν συγκοπὴν ἔλεξα· οὐ παλίσσυτος δὲ φύσις λυθεῖσα. τήνδε ὦν μάλιστα μὲν μέλλουσαν κωλύειν· ἢν δὲ μὴ, ἄρτι ἀρχομένην. προγινώσκειν δὲ χρὴ τοῖσι ἐν τοῖσι ἀμφὶ τῶν ὀξέων νούσων λελεγμένοισι, εὖτε τὴν αἰτίην, ἀτὰρ ἠδὲ καὶ τὰ σημήϊα ἐφραζόμεθα. καῦσος μὲν γὰρ ὁ πυρετὸς ἀρχή. ἐπὶ δὲ τῷ καύσῳ κάκιστα σημήϊα, ξηρότης, ἀγρυπνίη, θερμασίη τῶν σπλάγχνων, ὅκως ἀπὸ πυρὸς, ψυχρὰ δὲ τὰ ἔξω· χεῖρες καὶ πόδες ἄκροι ψυχρότατοι, ἀναπνοὴ ἐς ὁλκὴν μακρή. ποθέουσι γὰρ ψυχρὸν ἠέρα, οὕνεκεν ἐκπνέουσι πῦρ. σφυγμοὶ μικροὶ, πυκνότατοι, τρομώδεες. ἐκ τῶνδε ὦν τεκμαιρόμενος ἠδ' ὁκόσα μοι ἐν τοῖσι σημηΐοισι λέλεκται, αὐτίκ' ἐξ ἀρχῆς ἀρήγειν. [112] ἢν ὦν μὴ πάντα κωλύῃ, ἕξις, ἡλικίη, ὥρη, ἀψυχίη τοῦ ἀνθρώπου, τάμνειν φλέβα· κἢν πολλὰ κωλύῃ, εἷς δέ τις ἀριθμὸς ἐπίκαιρος ᾖ, ὁκοῖον γλῶσσα τρηχείη τε καὶ ξηρὴ καὶ μέλαινα. εἴδεται γὰρ τὰ εἴσω πάντα σημήϊα. ξυντεκμαίρεσθαι δὲ ἐπὶ πᾶσι τὴν δύναμιν, εἰ μὴ προαπηύδηκε ἐκ τῆς νούσου πόνων τε καὶ διαίτης. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐν-

pen esse diximus: dissoluta vero restaurari non potest natura. Praesertim igitur instantem arcere, quod si fieri nequit, incipienti occurrere. Est autem ex his, quae de morbis acutis disseruimus, praenoscenda quo in loco tum causam ejus tum signa explicuimus. Ejus initium est *febris ardens*, quam *febrem* signa pessima consequuntur, ut siccitas, vigilia, viscerum calor tanquam igne succensus, exteriores interim partes algent et frigidissimae manus pedesque sunt extremi; respiratio inter attrahendum longa, quia gelidum aërem desiderant, eo quod ignem expirent; pulsus exiguus, creberrimus, tremulus. Ex his itaque et ex aliis, quae in signorum enarratione comprehensa sunt, facienda conjectura ac protinus ab initio succurrendum est. Ac nisi omnia impediant, habitus, aetas, anni tempus, hominis timiditas, secetur vena. Quodsi hoc multa prohibeant, unum tamen aliquod atque praecipuum postulet, ut lingua aspera, sicca et nigra, (omnia enim interiora signa noscuntur) in singulis vires aestimandae, num ex morbo prius et doloribus et inedia defecerint, neque

δείῃ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ πνιγί. ἢν δ' ὑπὸ πλήθεος γίγνηται συγκοπὴ καὶ φλεγμασίης τὶ ὑποχόνδριον ἢ ἥπατος μέγα διασημαίνῃ, οὐδὲ ἀμβολῆς χρέος. τάμνειν δὲ τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τὴν κοίλην· ἀτὰρ ἠδὲ διὰ σμικρῆς τομῆς τῆς σχάσιος ἀφαιρέειν, ὡς μὴ σφόδρα τῇ δυνάμει ἐπίδηλον ᾖ. ἐλέγχει γὰρ τὴν φύσιν τὸ ἀθρόον· καὶ πολλόν τι μεῖον ἢ δι' ἄλλας προφάσιας ἀφαιρέειν. ἢν γὰρ ἐπὶ συγκοπῇ καὶ σμικρὸν ἀμαρτώῃ, ῥηϊδίως εἰς ᾅδου τρέπει. αὐτίκα ὦν διδόναι τροφὴν ἐς νεόχμωσιν τῆς δυνάμιος· γάνυται γὰρ ἡ φύσις καὶ τῇ τῶν παλαιῶν ἀπαλλαγῇ καὶ τῇ τῶν ποταινίων προσθήκῃ. ἢν δὲ φλεβοτομίην μὲν ἡ δύναμις ἀποτρέπῃ, φλεγμασίαι δὲ ἔωσι, σικύην τῇδε προσβάλλειν πολὺ πρόσθεν τῆς κρίσιος τοῦ νοσήματος. ἐν κρισίμοισι γὰρ ἡ συγκοπή. ἐπεὶ τῇσι αὐτέῃσι περιόδοισι αἵ τε φύσιες κρίνουσι αἵ τε νοῦσοι κτείνουσι. κἢν γὰρ ἐς ἀνάγκην οἰνοποσίης ἥκῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐ κάρτα ἀσφαλὲς ἐπὶ φλεγμονῇσι οἰνοποτέειν. οἶνος γὰρ φλεγμαίνουσι μὲν πόνων ἐπίδοσις, ἀφλεγμάτοισι δὲ φύσιος

enim ex defectu tantum, sed etiam ex strangulatione morbus nascitur. Si ex abundantia sit orta *syncope* et inflammatio aliqua insignis in praecordiis aut jecinore appareat, nulla interponatur mora, quin vena in cubito cava incidatur. Sanguis autem per exiguam incisionem detrahatur, ne viribus multum obsit: nam effusa missio naturam infirmat; multoque etiam minus quam aliis de causis mittendum: nam si in *syncope* vel minimus error admittatur, hominem facile in exitium praecipitat. Protinus ergo ad reficiendas vires detur cibus; natura enim et veterum expulsione et novorum adjectione laetatur. At si missionem sanguinis non patiantur vires et inflammationes subsint, huc admovenda est curcurbitula, sed multo ante morbi *judicationem*, nam in diebus *criticis syncope* incidere solet: quandoquidem in iisdem circuitibus et natura morbos judicat morbique aegros interimunt. Quodsi bibendi vini necessitas premat, id in inflammationibus potare non admodum securum est, vinum enim in his qui inflammationes habent, dolores auget: sed in illis qui earum expertes sunt, naturam instaurat. Hujus potio necessaria est

αὔξησις. ἐπίπροσθεν δὲ τῆς σικύης πρὸ μιῆς ἢ δευτέρης ἐπιπλάσιος χρέος, ἔς τε ἄνεσιν τῶν μερέων, ἀτὰρ ἠδὲ ἐς εὐροὴν τοῦ αἵματος· μετεξετέροισι δὲ καὶ ἐπὶ τῇ σικύῃ ἐς τὴν δευτέρην ἐπίπλασιν. ἔστω δὲ καὶ τῇδε φειδώ· κίνδυνος γὰρ ὡυτὸς τοῦ αἵματος τῆς ἀμετρίης καὶ ἐπὶ (101) τῇ σικύῃ· κλυσμοῖσι δὲ ἐπὶ σκυβάλοισι παλαιοῖσι μοῦνον χρέος· τῆς δυνάμιος δὲ φείδεο. τέγξιες κεφαλῆς ψυχραὶ, ὁκόσαι μοι ἐπὶ φρενιτικοῖσι λελέχαται, ὅκως εὐμετρίης ὀλίγῳ μέζω. καθαρὸς ἠὴρ ψυχρότερος ἐς ἀνάπνευσιν. ὄψιος τερπωλὴ, φυτῶν, γραφῆς, ὑδάτων, ὡς ὁρῆσθαι τὰ πάντα ἡδέως. λαλιὴ τῶν παρεόντων φιλομειδὴς, ἡσυχίη, θυμηδίη τοῦ νοσέοντος. ὀσμαὶ εὐώδεες, ἀβαρὲς ἐς κεφαλῆς αἴσθησιν. ἀτὰρ καὶ τῶν τρεφόντων ἔστωσαν ὀσμαὶ, ἀλφίτων ξὺν ὕδατι δευθέντων ἢ ὄξεϊ· ἄρτων θερμῶν νεοπέπτων· οἴνῳ δὲ μὴ κάρτα κλύζειν στόμα μήδ' ἅμα εἴργειν· ποτὸν θᾶσσον καὶ συνεχὲς ἢ τοῖσι ἄλλοισι· τροφὴ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην κούφη, εὔπεπτος, τὰ

ante primae vel secundae cucurbitulae applicationem et ad membra relaxanda et ad fluxionem sanguinis promovendam; et quibusdam post secundam cucurbitulae affixionem profuit. Sed et hic quoque sanguis parce detrahatur, siquidem ex immoderata hujus vel per cucurbitulam effusione idem imminet discrimen. Lotionibus tantum opus est ad vetera educenda stercora: et viribus parcendum. Capitis eaedem perfusiones quas in *phreniticis* praecepi, mediocritatem tamen paululum excedentes adhibeantur. Purus sit aër, ad inspirandum frigidior factus. Visus oblectetur plantarum, picturae, aquarum aspectu, ita ut aeger nihil nisi cum voluptate intueatur. Praesentes laetis utantur alloquiis; quiescat ipse animoque sit hilari. Odoramenta naribus applicentur suavia quaeque capitis sensum non gravent: admoveantur etiam earum rerum odores, quae nutriunt, ut polenta aqua vel aceto tincta vel panis calidus recenter coctus. Os vino nec frequenter admodum colluatur, neque id prorsus denegetur. Potum saepius his magisque assidue quam aliis indulgeto. Esca sit per totum diem levis, concoctu facilis, plerumque ex fru-

πολλὰ σιτώδης ἠδὲ καὶ ἡδεῖα, κἢν μικρὸν χείρων ἔῃ. τοῖσι δὲ γὰρ τῶν ἄλλων μᾶλλον χαριστέον. οὐχ ἥκιστα γὰρ τῷ στομάχῳ ἐς ἔκλυσιν ἡ νοῦσος ἀμφύει. ἀσιτίη δὲ ἢ λιμὸς οὐδαμᾶ. ἱκανὴ γὰρ ἡ νοῦσος τὰ πάντα λαφύξαι. ἢν δὲ ἥκῃ μὲν ἤδη ἡ περίοδος ἐς κρίσιν, νοτὶς δὲ κληῖδα καὶ μέτωπον ἱζάνῃ καὶ ἄκρεα ψυχρὰ, σφυγμὸς δὲ σμικρότατος ἠδὲ πυκνότατος, ὁκοῖον ἕρπων, ἀμυδρὸς τὸν τόνον, μικρόν τι ἄρα λαβεῖν χρὴ σίτων καὶ οἴνου ἐναργῶς [113] ἅπτεσθαι. χρὴ δὲ κεφαλὴν προησφαλίσθαι τέγξεσι ἠδὲ τὴν κύστιν. λέλεκται δέ μοι τάδε ἄκεα ἐπὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι. διδόναι δὲ οἴνου μὴ χανδὸν μηδὲ ἄδην· μετεξέτεροι δὲ πλησμονῆς ἀκαιρίῃ, ἀνορεξίῃ τε καὶ ἀδρανείῃ τοῦ φαγεῖν τε καὶ πιεῖν ἀπώλοντο· πολλοῖσι δὲ καὶ εὐσίτοισι ἐοῦσι, λελυμένης ἤδη τῆς φύσιος, οὐδὲν τὸ πλῆθος ἐς τὸ μὴ θανεῖν ἤρκεσε, ἐς μὲν τὴν γαστέρα κατιόντων τῶν σιτίων, οὐκ ἀνιόντων δὲ ἐς τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς κοιλίης. ἔστω ὦν σιτία μὲν ποικίλα, τὰ πολλὰ σιτώδεα, ὡς ῥυμφάνειν μᾶλλον ἢ μασᾶσθαι· κἢν

mento et grata, licet paulo deterior; his enim magis quam aliis gratificandum est, siquidem haud parum ad stomachi resolutionem morbus tendit. Ab inedia vel fame omnino cavendum, quoniam affectus est ad omnia haurienda aptus. Quodsi circuitus jam ad *judicationem* pervenerit humorque roscidus fronti ac jugulis insideat, extremae partes algeant, pulsus minimus sit et creberrimus veluti repens et obscurus et debilis, paululum alimenti ex frumento assumere oportet et vini degustare quantum ad recreandum hominem suffecerit. Caput autem cum vesica perfusionibus praemuniendum est, cujusmodi auxilia in *phreniticorum* curatione proposuimus. Porro vini neque plurimum neque id avide bibatur; quidam enim alieno tempore saturati inappetentia postea et edendi bibendique impotentia interierunt; multis etiam quamquam cibi satis appetentibus, resoluta jam natura, ad exitium devitandum nihil quicquam profuit alimentorum copia, cum in ventrem delaberetur quidem cibus, sed ex eo ad recreandas vires in corpus non ascenderet. Itaque nutrimenta sint varia, ex frumento plerumque, quo sorberi potius quam

στερεὰ ἔῃ, ὀλισθηρὰ ἔσεσθαι γιγνέσθω. ὠὰ μὴ κάρτα ξυνεστῶτα, μηδ' ὀπτὰ ὅλα, τοῦ στερεοῦ γυμνά· ψωμοὶ διάβροχοι οἴνῳ τὰ πρῶτα θερμώδεες δύο ἢ τρεῖς· ἐπὶ δὲ τοῖσι τὰ πάντα ψυχρὰ, ἢν μὴ ὑποικουρέωσι φλεγμοναί· οἶνος εὐώδης μὴ κάρτα στύφων. πλατὺς δὲ ὡς ἥκιστα. ἑλληνικοὶ μὲν Χῖος ἢ Λέσβιος, ὁκόσοι τε ἄλλοι νησιῶται λεπτοί· ἰταλῶν δὲ Σουρεντῖνος ἢ Φουνδανὸς ἢ Φαλερῖνος ἢ Σιγνῖνος, εἰ μὴ σφόδρα στύφῃ· παραιτέεσθαι δὲ τῶνδε τὸν κάρτα παλαιὸν ἢ νεώτερον. διδόναι ὦν τὰ πρῶτα θερμὸν, μὴ μεῖον κυάθων τεσσάρων πρὸ τῆς κρίσιος, μηδὲ κοτύλης πλεῖον κἢν εὔποτος ἔῃ· ἐπὶ δὲ τῶνδε σιτίων διδόντα εἰ τὰ τῆς φλεγμασίης παρήκοι, αὖθις ψυχρὸν ὀρέγειν, ὅκως ἐς ἄκος δίψεος. πρὸς ἀνάγκην δὲ μὴ μόνον μὲν, ξὺν σιτίῳ δέ· προυπερηρεῖσθαι δὲ χρὴ, ὡς μὴ ἅψιν φρενῶν ὁ οἶνος ποιέηται. καὶ ἐπὶ τοῖσι δὲ συνανέχειν· κἢν ἐκ διαστάσιος εὕδειν θέλῃ, ἡσυχίη προσακτέη. ἢν δὲ πουλὺς μὲν ἱδρὼς ἐκρέῃ, σφυγμοὶ δὲ πρὸς ἀκινησίην, (102) ὀξεῖα δὲ φωνὴ, ἄθερμα δὲ καὶ τὰ στήθεα,

mandi possint: vel si solida dentur, lubrica saltem fiant; ova exhibeantur non admodum concreta neque integra assata, sed solidae partis expertia: panis frustula vino intincta duo vel tria, initio tepida, sed postea omnia praebeantur frigida, nisi si inflammationes intus delitescant. Vinum odoratum sit, haud ita multum astringens, quam minime crassum, ex Graecis *Chium* aut *Lesbium* et quotquot alia sint ex *insulis* tenuia: ex *Italicis Surrentinum* aut *Fundanum* aut *Falernum* aut *Signinum*, nisi id valde astringat, sed ex his vitare oportet id, quod aut pervetustum fuerit aut nimis recens; caeterum primo tepidum propinetur et hujus non minus cyathis quatuor ante *judicationem* neque plus hemina, quamquam homo fuerit bibendi cupidus. Deinde oblato cibo iterum, modo inflammatio subsederit, vini frigidi quantum siti medeatur porrigito: id autem necessario non per se, sed cum cibo; interea providendum ne in mentem incendat et post haec abstinendum; et si post aliquod temporis intervallum dormire cupiat, quies imperanda. At si ingens effundatur sudor et pulsus jam micare desinat, vox acutior efficiatur,

Ed. Oxon. [113.] Ed. L. B. (102.)

διδόναι τοῦ οἴνου ὁκόσον ἂν δύνηται πιεῖν. μοῦνος γὰρ οἶνος ἐλπὶς ἐς ζωὴν ψυχροῖς. καὶ οἶνος ἐὼν ξυνήθης ἔη, ἄλλοτε μὲν πιεῖν, ἄλλοτε δὲ αὖ σιτίον ξὺν οἴνῳ φαγεῖν. ἐκ διαστήσιος μὲν ἐς ἀνάπαυλαν τοῦ καμάτου, τοῦ ἔκ τε τῆς νούσου καὶ τῆς τροφῆς. ἐν γὰρ σμικρῇ τῇ ἰσχύϊ μογέουσι κάρτα καὶ ἐπὶ τῇ ἐδωδῇ. χρὴ ὦν αὐτόν τε ἀλκήεντα καὶ εὔθυμον ἔμμεναι καὶ τὸν ἰητρὸν ἔπεσι μὲν παραφάσθαι ἐς εὐελπιστίην ἔμμεναι, ὡς δὲ ἀρήγειν ποικίλῃ τροφῇ τε καὶ οἴνῳ. χρὴ δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ ἰητρείῃ ἐνεργῷ χρέεσθαι, ἔς τε τὴν τῶν ἱδρώτων κάθεξιν καὶ τῆς δυνάμιος ἀνάστασιν ἐς τὸ ζώπυρον· ἔστω ὦν ἐπίθημα τῷ θώρηκι ἐς τὸν ἀριστερὸν μαστὸν, φοίνικες ἐν οἴνῳ λεῖοι ξὺν ἀλόῃ καὶ μαστίχῃ· κηρωτῇ δὲ ξὺν νάρδῳ πεποιημένῃ ἀνειλήφθω τάδε· καὶ ἢν τόδε ἀσηρὸν γίγνηται, ἄλλο ἐπιτιθέναι ἐπίθημα, μήλων ἐξελόντα τὸ σπέρμα καὶ ὅ τί περ ἂν σκληρὸν ᾖ, θλάσαντα ξυμμίσγειν ἀλφίτοισι εὐώδεσι. ἔπειτα ἀψινθίου κόμην καὶ μυρσίνης ἠδ' ἀκακίης καὶ μάννης σεσησμένων ξυμμίσγειν· ὁμοῦ δὲ τὰ πάν-

pectus calore vacet, vini quantum bibere possit offerendum: frigidis enim vinum unica vitae spes est; vinum itaque sit usitatum, idque aegrotus modo bibat, modo cibum cum hoc assumat, id autem ex intervallo ad tollendam lassitudinem, quae tam a cibo quam a morbo provenit: siquidem, cum exigua vis est, hi vel in assumendo cibo plurimum laborant. Itaque aeger ipse sit animo forti bonoque, eumque medicus gratis orationibus in spem salutis erigat simulque variis huic alimentis vinoque succurrat. Oportet etiam aliis medelis efficacibus uti et ad sudores coërcendos et ad vires resuscitandas. Igitur pectori ad sinistram mammam epithema imponatur, ex palmulis in vino laevigatis, cum aloë et mastiche, quae cerato ex nardo excipiantur. Ac si hoc molestum fuerit, aliud hujusmodi epithema fiat: mala, exemto semine et quod in his durum est, pollini odorato contusa admisceto, deinde absinthii et myrti comam, cum acacia mannaque cribro transmissis, adjicito, postea simul omnia subacta cerato excipe oenanthino. Si ne per haec quidem sudor

τα φυράσαντα, κηρωτῇ ἀναλαμβάνειν οἰνανθίνῃ· ἢν δὲ ὑπὸ τῶνδε μὴ ἴσχηται ὁ ἱδρὼς, ὄμφακος χυλὸν εἰς φύρησιν ξυντεθὲν, ὀμφάκιον ἀκμαῖον καὶ ἀκακίη καὶ κόμμι δὲ ῥοὸς τὸ ἐδώδιμον καὶ στυπτηρίη καὶ φοίνικες καὶ ῥόδων χυλὸς εὔπνοος· ἅμα πάντα νάρδῳ τε καὶ οἰνάνθῃ τῷ λίπαϊ ἐς τὸν θώρηκα τιθέναι· καὶ γὰρ [114] τόδε ἐμψύχει τε καὶ στύφει. κατακεέσθω δὲ ἐν ἠέρι ψυχρῷ εἴτε καὶ πρὸς ἄρκτον ὁ οἶκος· εἰ δὲ καὶ εἴη αὔρη βορέου ψυχρὴ ἐπιπνείουσα, ζωγρήσει κακῶς κεκαφηότα θυμόν. ἔστω δὲ καὶ εἰς λειμῶνας καὶ πηγὰς καὶ κελαρύζοντας ὀχετούς· καὶ γὰρ καὶ τὸ εὔπνοον τῶνδε καὶ ἡ θυμηδίη καὶ τὴν ψυχὴν θάλπει καὶ τὴν φύσιν ζωγρεῖ. ἀτὰρ καὶ πρόκλησις τοῦ φαγεῖν τε καὶ πιεῖν· ἢν δὲ ὑπ' ἀπορίης μὴ τάδε τὶς εὐτυχῇ, μιμέεσθαι χρὴ καὶ αὔρην ψυχρὴν, πτόρθων εὐωδέων ἡδονῆς ῥιπίσι καὶ ὥρην ἤαρος φύλλοισι ἠδ' ἄνθεσι τοῖσι παρεοῦσι στορέσαντα τὴν γῆν. ἀτὰρ καὶ ἐπίβλημα ἔστω κοῦφον, παλαιὸν, ὡς δέχηται μὲν τὸν ἠέρα, διαπνέῃ δὲ τοῦ θώρηκος τὴν θέρμην. ἄριστον δὲ ὀθόνη παλαιή. πάσσειν δὲ αὐχένας καὶ κληΐδας ἀλφίτοισι

supprimatur, uvae immaturae succum cum oleo ex oliva maxime acerba confunde et cum his acaciam et gummi rhoemque esculentum et alumen et palmulas et odoratum rosarum succum permisce: haec omnia nardo et oleo oenanthino excepta pectori superdentur; etenim hoc epithema siccat pariter et astringit. Cubet autem in aëre frigido, ac si septentrioni domus obvertatur et gelida Boreae afflet aura, resuscitabit aegre spirantia membra. Cubile etiam prata spectet et fontes et murmurantes rivulos, siquidem horum grati halitus et aspectus delectabilis animam fovent naturamque exsuscitant, nec non et cibi potionisque desiderium faciunt. Caeterum si quis harum rerum commoditatem non habuerit, auram frigidam imitari oportet jucundis bene olentium ramorum flabellis et tempus vernum, foliis ac floribus quicunque suppetant, humum insternendo. Operimentum quoque leve sit ac vetustum, ut aërem recipiat et calorem pectoris exhalari permittat; ad hoc optimum est linteum vetus. Insperga-

καὶ θώρηκα· τρέφειν μὲν τῷ εὐόσμῳ· τῷ δὲ αὐχμηρῷ ξυνέχειν. καὶ παιπάλῃ δὲ τοῦ σώματος τὸ ἀραιὸν ἐμπλάσσειν. ἀτὰρ καὶ τὰ πρόσωπα τῇ γῇ τῇ Σαμίῃ, τῇ κρησέρῃ σεσησμένῃ ἐς ὀθόνην ἀραιὴν ἐνδήσαντα καταπάσσειν, ὡς διασήθηται ἐς τὰ μέτωπα καὶ τὰ μῆλα ἢ ἄχνη, καὶ τίτανον ἐσβεσμένην καὶ γύψον ὀπτὴν σησθέντα ἐν κρησέρῃ μικρῇ ἐμβάλλειν ἐπὶ τοῖσι ἰκμαλέοισι· (103) ἔστησέ τε κοτὲ ἱδρῶτας καὶ σπογγίη ψυχροῦ ἐς τὰ πρόσωπα προβληθεῖσα, πήξι μὲν τῶν διαῤῥεόντων ὑγρῶν, πυκνότητι δὲ τῆς ἀραιώσιος. διαχρίειν δὲ τὴν ἕδρην, ὅκως ἡ τοῦ ψυχροῦ φῦσα καὶ τῆς τροφῆς ἐκχέηται, ἠδὲ ἀνακαλέσασθαι τῶν ἄκρων τὴν θέρμην γλευκίνῳ ἢ σικυωνίῳ λίπαϊ ξὺν πεπέρεϊ καὶ τῷ καστορίῳ καὶ νίτρῳ καὶ κάχρυ κηροῦ σμικρὸν ἐντήκοντα, ὡς ποθίζει τὸ χρίσμα καὶ διὰ τῆς λιμνήστιδος ἠδ᾽ εὐφορβίου καὶ δάφνης τοῦ καρποῦ ἄλειμμα, ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεσθαι. ἀτὰρ καὶ βολβοὶ ὠμοὶ οἱ σμικροί τε καὶ ἐρυθροὶ ξὺν πεπέρεϊ καὶ ὄξους τρυγίῃ λείῃ ἄριστον ἐπίπλασμα τῶν ποδῶν, καθ᾽ ὥρην ξυνεχέστατα ἀείροντα. κίνδυνος γὰρ ἑλκέων ἠδὲ φλυ-

tur farina cervici et jugulis et pectori, quae odoris suavitate nutriat et siccitate sudorem cohibeat; idem polline raritas corporis contegatur; nec non et facies terra *samia,* cribro transmissa ac deinde tenui linteolo inclusa respergatur, pulverem in frontem atque malas excutiendo; calx etiam extincta et gypsum ustum exiguo cribro trajecta madentibus locis imponantur. Sudores etiam aliquando comprimit spongia ex aqua frigida faciei admota, humores diffluentes cogendo et raras corporis partes condensando. Porro sedes inungenda, ut flatus et ex frigidis humoribus et ex alimento ortus eliciatur. Revocandus etiam extremorum calor illitione ex oleo gleucino aut sicyonio cum pipere et castoreo et nitro et cachry, in quibus, ut inunctio membris adhaerescat, cerae paululum liquetur: et unguento, quod ex limnestide et euphorbio et lauri baccis conficitur. Bulbi quoque crudi, hi nempe qui exigui et rubri sunt, cum pipere et aceti laevigata faece, optimum pedibus cataplasma est: singulis tamen horis continuo attollendum, ne ulcera pustulasque excitet. Ex his ita

κταινώσιος. ἐπὶ τοῖσι ἐλπὶς τὸν ὧδε νοσέοντα διαδρῆναι τὸν ὄλεθρον· κῆν πάντα μὲν τὰ κατὰ λόγον ἰητρὸς ἔρδῃ, εὖ δὲ πάντα χωρέῃ, ξὺν τῇ ξυγκοπῇ καὶ εἰ φλεγμασίαι ἐπιέασι ἐκλύονται· καὶ ἱδρὼς μὲν οὐδαμᾶ, θέρμης δὲ ἀνάκλησις πάντῃ. ἀτὰρ καὶ ἐς ἄκρους πόδας καὶ ἀνὰ ῥῖνα· τὸ δὲ πρόσωπον εὔχροον· σφυγμοὶ ἐς μέγεθος ἠρμένοι, ἄτρομοι, σφοδροί· φωνὴ δὲ ξυνήθης, εὔφωνος καὶ τὰ πάντα ζωώδης. κάματος οὐκ ἀγεννὴς, ἀτὰρ ἠδ' εὕδων ὁρᾶται καὶ ἢν ἕλῃ μὲν ὕπνος, ἐξέπεψε μὲν τὰ σιτία, ἐξένηψε δὲ τὴν αἴσθησιν, ἀτὰρ ἠδ' ἐξεβλάστησε τὴν φυήν. κῆν ἐξ ὕπνου ἔγρηται, εὔπνοος, εὐσταλὴς, ἄτονος, ἀναπεμπάζεται δὲ ὅκως περ ὄναρ τὴν νοῦσον. μετεξετέροισι δὲ πυρετοὶ ἀμαυροὶ ἐγκαταλείπονται καί πῃ καὶ φλεγμασίαι σμικραὶ καὶ γλῶσσα ξηρὴ, ἄνικμοι, ῥιγώδεες, νωθροὶ, διαλελυμένοι, οἷσι ἐς μαρασμὸν ἡ περιτροπή. εὖτε οἱ καταβλακεύειν χρὴ ἠρεμίῃ [115] καὶ λεπτῇ διαίτῃ· ἀλλ' ἐς κινήσιας ἄγειν αἰώρης καὶ τρίψιος καὶ λουτρῶν, ὅκως ἐκ

aegrotantem evasurum esse spes est. Ac si medicus omnia rite praestet et omnia quoque prospere cedant, cum *syncope*, si quae adsint inflammationes, discutiantur: sudor nusquam: calor ubique, etiam in extremis pedibus nasoque reviviscit: facies probe colorata: pulsus in magnitudinem assurgit non jam tremulus, sed validus: vox assueta redit et canora fit; aeger ipse omnino vividus efficitur, lassitudinem quandam non molestam percipit et etiam dormiens deprehenditur; inter somnum vero cibos concoquit, sensus recipit, in eoque natura, tanquam ex novo germine, revirescit. Cumque a somno expergiscitur, bene spirat, expeditus est, robustus; morbum autem ceu somnium quoddam in memoriam revocat. At enim in quibusdam febres obscurae remanent et partis alicujus inflammationes exiguae: lingua sicca: ipsi aridi sunt horroribusque tentantur, segnes et resoluti fiunt, ac postea in *marasmum* devolvuntur. Tum vero tempus non terendum est quiete victuque tenui, sed movendus aeger gestatione et frictionibus et in balneum deducendus ut vitae fomes, tanquam a morte, resuscitetur atque nutriatur. Detur

τοῦ νεκρώδεος ἐνταθείη καὶ ἀνατραφείη τὸ ζώπυρον, διδόναι δὲ καὶ γάλα μάλιστα μὲν γυναικὸς νεοτόκου καὶ κουροτρόφου. καὶ γὰρ οἶδε ἀνατροφῆς ὅκως ἀρτίτοκοι παῖδες δέονται. ἢν δὲ μὴ, ὄνου μὴ παλαιοτόκου. ἐξίτηλον γὰρ τὸ τοιόνδε γάλα· καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἐς ἀνάληψιν ἄγειν καὶ τὰ συνήθεα.

Κεφ. δ'. [Θεραπεία χολερῆς.] Ἐν χολέρῃ ἡ τῶν φερομένων ἐπίσχεσις κακόν· ἄπεπτα γάρ· χρὴ ὧν ἡμᾶς ῥηϊδίως αὐτόματα δέχεσθαι, ἢν δὲ μὴ, ὀτρύνειν διδόντας ὕδατος εὐκρήτου ῥυμφαίνειν, ξυνεχές γε μήν· ὀλίγον δὲ ὅκως μὴ ἐντάσιες ἔωσι κεναὶ στομάχῳ σπασμώδεες· ἢν δὲ καὶ στρόφοι ἔωσι καὶ ποδῶν ψύξιες, τέγγειν μὲν τὴν κοιλίην λίπαϊ θερμῷ ξὺν πηγάνῳ καὶ κυμίνῳ ἑψηθέντι, ἐς τὰς τῶν φυσέων διακρίσιας· καὶ ἐπιτιθέναι εἴριον καὶ τὼ πόδε λιπαίνοντα ἡσυχῇ τρίβειν, ἀμφαφόωντα μᾶλλον ἢ πιέζοντα. ἀτὰρ καὶ μέχρι τῶν γουνάτων (104) γιγνέσθω τάδε, ἐς ἀνάκλησιν θέρμης. καὶ μέσφι μὲν κόπρεα κάτωθεν διαχωρέει, ἄνωθεν δὲ χωρέει χολώδεα, τάδε χρὴ ποιέειν· ἢν δὲ ὑπεληλύθῃ μὲν ὁ πᾶς παλαιὸς σῖτος, χολαὶ δὲ διΐωσι καὶ χολώδης ἔμετος καὶ διάτα-

etiam lac mulieris potissimum in partu recentis, quaeque puerum alit: etenim hi victu carent ei simili, quo utuntur infantes modo in lucem editi; id si non suppetat, asinae, quae haud ita pridem peperit, exhibeto lac: hoc enim fluxile est et in membra permeat. Post haec aeger refici et ad consuetudinem reverti debet.

Cap. IV. [*Curatio Cholerae.*] In *cholera* prodeuntium suppressio mala est, quia cruda sunt. Oportet itaque si facile ac libenter exeant permittere; sin minus, ea incitare aquam tepidam sorbitioni dantes, assidue quidem illam, sed parce, ne in stomacho fiant intentiones vacuae *convulsioni* similes. At si intestina torqueantur et pedes algeant, alvus oleo calido, in quo ruta et cyminum inferbuerit, perfundenda est ad eliciendos flatus: et imponenda lana. Pedes autem per perunctionem leniter fricandi, contrectandi potius illos quam premendo: idemque ut revocetur calor genibus tenus fiat; et quamdiu stercora infra ac biliosa sursum prorumpunt, eadem facienda. At si infra vetus omnis cibus profluxerit jamque bilis exeat,

σις ἔῃ, ἠδὲ καὶ ἄση καὶ ἀπορίη καὶ ἀδυναμίη, ψυχροῦ ὕδατος κυάθους δύο ἢ τρεῖς διδόναι ἔς τε τὴν τῆς κοιλίης στύψιν, ὅκως ἐπίσχῃ τὴν παλίῤῥοιαν, ἠδὲ τὸν στόμαχον αἰθόμενον ἐμψύξῃ. ξυνεχέως δὲ τόδε, ἐπὴν τὸ ποθὲν ἐμέσῃ, πρήσσειν. ῥηϊδίως μὲν τὸ ψυχρὸν ἐν τῇ κοιλίῃ θάλπεται· ἀτὰρ ἠδὲ ἐξεμεῖ ὁ στόμαχος, ἀχθηδόνι τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ· ξυνεχέως δὲ ποθέει ψυχρὸν ποτόν. ἢν δὲ καὶ σφυγμοὶ μὲν ἐς τὸ μικρὸν ξυμπέσωσι ἠδὲ ἐς τὸ ξυνεχὲς καὶ πυκνὸν διώκωνται, ἱδρὼς δὲ περὶ μέτωπα καὶ κληῗδας καὶ πάντῃ τοῦ σώματος στάγδην ῥέῃ καὶ γαστὴρ μὴ ἐπίσχηται καὶ ὁ στόμαχος ἐμέῃ ἔτι ξὺν τάσι καὶ λειποψυχίῃ καὶ οἴνου βραχὺ ἐπιστάζειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ, εὐώδεος, στύφοντος, ἔς τε τὴν τῆς αἰσθήσιος ἀνάκλησιν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς καὶ ἐς τὴν τούτου ῥῶσιν, ὑπὸ τῆς δυνάμιος καὶ ἐς τὴν τοῦ σώματος πρόσθεσιν ὑπὸ τῆς θρέψιος. οἶνος γὰρ ὠκὺς μὲν ἐς τὴν ἄνω ἴξιν ὡς τὴν παλιῤῥοίην σχέθειν· λεπτὸς δὲ ὡς ῥηϊδίως χυθεὶς τῇ φύσι συνέξειν ἐῤῥῶσθαι· κραταιὸς δὲ ὡς δύναμιν στῆσαι

biliosus item vomitus sit et distentio et fastidium et anxietas et imbecillitas, aquae frigidae cyathos duos vel tres ad astringendum ventrem exhibeto, ut ea humorum refluxum sistat utque stomachum ardentem refrigeret: idque cum epotam aquam evomuerit, assidue continuetur; facile enim in ventre incalescit frigida, eamque stomachus per vomitum reddit calore ac frigore gravatus, frigidas autem potiones continenter expetit. At si pulsus quoque tantum non omnino conciderit et assidue et creberrime sese quasi persequatur, sudor autem circa frontem et jugula et per universum corpus guttatim effluat, neque alvus constet et stomachus adhuc vomat cum intentione et animi defectu, vini quoque paululum aquae frigidae instillato bene olentis, astringentis, ut et odore hominis sensus revocet eumque vi sua corroboret et nutriendi facultate corpus instauret. Vinum enim in superiores partes celeriter ascendit, ita ut humorum refluxum supprimat: item tenue est, ut facile diffusum naturae ad sanitatem recuperandam opem ferat: validum etiam ad vires deficientes sustinendas. Porro subinde farina recens ac boni odo-

ῥέουσαν. ἐπιπάσσειν δὲ καὶ ἀλφίτων κοτὲ νέων, εὐπνόων. ἢν δὲ ξυνεπείγῃ πάντα ἱδρὼς καὶ ἔντασις, οὐ τοῦ στομάχου μοῦνον, ἀλλὰ καὶ νεύρων, λὺγξ κενεὴ καὶ πόδες ξυντιταίνωνται καὶ κοιλίη ὑποφέρῃ πολλὰ καὶ ἀχλυώδης ὤνθρωπος. σφυγμοὶ [116] δὲ πρὸς ἀκινησίην ἔωσι, τότε χρὴ φθάνειν τήνδε τὴν κατάστασιν· εἰ δὲ καὶ παρῇ, ψυχροῦ καὶ οἴνου πολλόν τι διδόναι· μὴ ἀκρητεστέρου δὲ διὰ τὴν μέθην καὶ τὰ νεῦρα, ξὺν σιτίῳ ψωμοῖσι διαβρόχοισι· διδόναι δὲ καὶ τῆς ἄλλης τροφῆς, ὁκοῖα ἐν συγκοπῇ μοι λέλεκται, ὀπώρην στύφουσαν, οὖα, μέσπιλα, μῆλα κυδώνια, σταφυλήν. ἢν δὲ τὰ πάντα ἐμέῃ καὶ ὁ στόμαχος μηδὲν ἴσχῃ, ἐς τὰ θερμὰ καὶ ποτὰ καὶ βρώματα παλινδρομέειν· μετεξετέροισι γὰρ ἔστησεν ἡ μεταβολή· τὰ θερμὰ δὲ ἔστω θερμότατα· ἢν δὲ μηδέν τι τούτων ἀρήγῃ, σικύην ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων προσβάλλειν καὶ κάτωθεν ὀμφαλοῦ τρέπειν· συνεχῶς δὲ τὰς σικύας μεθιζάνειν. ὀδυνηρὸν γὰρ τὸ ἐπίμονον καὶ κίνδυνον φέρον φλυκταινώσιος. ὤνησέ κοτε κίνησις ὥρης εὔπνοος ὡς καὶ τὸ πνεῦμα ζωγρῆσαι καὶ τὴν τροφὴν ἐν τῇ κοιλίῃ σχέθειν

ris inspergatur. At si omnia vehementer urgeant, ut sudor et distentio, non modo stomachi, sed etiam nervorum: singultus adsint inanes pedesque contrahantur et alvus plurima dejiciat, homo autem caliget, pulsus jam micare desinat, hujusmodi statum praevertere oportet: et si adsit, aquae vinique multum dare, haudquaquam vero meracioris, ne id hominem inebriet nervosque offendat, sed cum cibo et panis frustulis huic intinctis. Aliam quoque escam exhibere, qualis a me in *syncopes* curatione tradita est: fructus oporam dictos qui astringant, sorba, mespila, mala cydonia, uvam. Sed si stomachus omnia reddat, neque quicquam contineat, ad calidas potiones et escas revertendum: nam in quibusdam haec mutatio vomitionem suppressit; calida vero sint calidissima. At si nihil horum profecerit, cucurbitulam inter scapulas et infra umbilicum affige; continenter autem hos transmuta, quia si diutius inhaerescant, dolorem movent et periculum est, ne pustulas quoque excitent. Interdum in aura leni gestatio profuit, ita ut spiritum resuscitaverit et alimentum in

καὶ εὔπνοον καὶ εὔσφυκτον τὸν νοσέοντα θέμεναι. ἢν δὲ ἐπὶ μέζω γίγνηται τάδε, ἐπὶ τῆς κοιλίης καὶ τοῦ θώρηκος τιθέναι· καὶ τάδε ἔστω ὁκοῖα ἐς συγκοπὴν, φοίνικες ἐν οἴνῳ δεδευμένοι, ἀκακίη, ὑποκυστίς· τάδε ξὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλαβόντα, ἐγχρίσαντα δὲ ἐς ὀθόνην ἐπὶ τὴν κοιλίην τιθέναι, ἐς δὲ τὸν θώρηκα μαστίχην, ἀλόην, ἀψινθίου κόμην λείαν ξὺν κηρωτῇ ναρδίνῳ ἢ οἰνάνθης ἐπιπάσαι ὅλῳ τῷ θώρηκι· ἐς δὲ τοὺς πόδας καὶ τοὺς μύας ἢν τιταίνωνται, σικυώνιον, γλεύκινον ἢ παλαιὸν ἄλειφα ξὺν κηρῷ σμικρῷ χρίειν· ἐπιπάσσειν δὲ καὶ τοῦ κάστορος· ἢν δὲ (105) καὶ ψυχροὶ ἔωσι οἱ πόδες καὶ τῷ διὰ τῆς λημνίστιδος καὶ εὐφορβίου χρίειν ἀλείμματι καὶ ἐρίοισι ἀμφελίσσειν καὶ ψηλαφίῃ χειρῶν ἀπιθύνειν· ἀλλὰ καὶ τὴν ῥάχιν καὶ τοὺς τένοντας καὶ τοὺς μύας τῶν τε σιηγόνων τοῖσι αὐτέοισι χρίειν. κἢν μὲν ἐπὶ τοῖσι ἴσχηται μὲν ὁ ἱδρὼς καὶ ἡ γαστὴρ, ὅ τε στόμαχος δέχηται τὰ σιτία καὶ μὴ ἐμέῃ, σφυγμοὶ δὲ μεγάλοι τε καὶ εὔτονοι ἔωσι καὶ ἡ ξύντασις ἀπολείπῃ, θέρμη δὲ καὶ πάντα ἀναιρῇ καὶ τὰ ἄκρα ἀδικῇ, ὕπνος δὲ πάντα πέσσῃ, δευτέρῃ

ventriculo continuerit et in homine respirationem facilem bonumque pulsum effecerit. Quodsi haec vehementius increscant, ventri pectorique epithemata superdentur, qualia in *syncope:* palmulae vino intinctae, acacia, hypocystis, quae cerato rosaceo excepta linteoque illita, ventriculo imponantur; at pectori mastichen, aloën, absinthii comam, cum cerato nardino vel oenanthino tritam, toti pectori inducito. Pedes autem et musculos, si intendantur, sicyonio, gleucino aut vetere oleo cum exigua cera perunge et castoreo resperge; ac si pedes frigescant, unguento etiam hos inunge quod ex limnestide et euphorbio conficitur, et lanis involve et manibus contrectando dirige; quin etiam dorsi spinam et tendines et maxillarum musculos iisdem perungere expedit. Quodsi post sudor alvusque supprimantur cibosque stomachus admittat, neque per vomitum reddat, pulsus autem magnus sit ac validus, convulsio desinat, calor omnia occupet et ad extremas etiam partes pertingat, cuncta vero somnus concoquat, aeger secundo aut tertio die lotus ad consuetudinem remittatur. Contra

ἡμέρῃ ἢ τρίτῃ λύσαντα τρέπειν ἐς τὰ ξυνήθεα· ἢν δὲ πάντα μὲν ἀπεμέῃ, ἱδρὼς δὲ ἄσχετος ῥέῃ, ψυχρὸς δὲ καὶ πελιὸς γίγνηται ὤνθρωπος, σφυγμοὶ δὲ πρὸς ἀπόσβεσιν ἔωσι καὶ ἀπηνδήκῃ, ἀγαθὸν ἐν τοῖσι τουτέοισι εὐπρεπέα εὑρέσθαι φυγήν.

Κεφ. ε΄. [Θεραπεία εἰλεοῦ.] Ἐν εἰλεῷ πόνος ἐστὶ ὁ κτείνων ἐπὶ φλεγμονῇ ἐντέρων ἢ ἔντασις καὶ πρῆσις· ὤκιστος ἠδὲ κάκιστος ὄλεθρος. μετεξέτεροι μὲν γὰρ ἀνελπί-[117]στως νοσέοντες θάνατον προφανέα μοῦνον ὀῤῥωδέουσι· οἱ δ᾽ ἐν εἰλεῷ πόνοι ὑπερβολῇ θανάτου ἔρανται. χρὴ ὦν μήτε σμικρότερόν τι γίγνεσθαι τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος μήτε βραχύτερον· ἀλλὰ ἢν μὲν φλεγμασίην αἰτίην εὕρηται, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι μεγάλῃ τῇ σχάσι, ὅκως ἀθρόως διεκχέῃ τὸ αἷμα τῆς φλεγμασίης ἡ τροφὴ, κἢν μέσφι λειποθυμίης. τόδε γὰρ ἢ ἀπονίης ἀρχὴ γίγνεται ἢ νάρκης ἐς ἀναισθησίην· ἀνάπνευσις δὲ ἐν εἰλεῷ κἢν ὑπ᾽ ἀγνοίης ἐς βαιὸν χρόνον ἔῃ τοῦ πόνου ἀμβολή· ἐπεὶ καὶ τὸ θνήσκειν τοῖς μὲν ὧδε πνέουσι εὐδαιμονίη· τῷ ἀρχιητρῷ δὲ οὐ θέμις πρήσσειν.

si omnia vomitu rejiciat, sudor non cohibendus effluat, homo frigidus fiat ac lividus, pulsus jam pene sit exstinctus et aeger defecerit, in his rebus nihil medico magis expedit quam ut honestam inveniat aufugiendi causam.

Cap. V. [*Curatio ilei.*] In *ileo* dolor est cum inflammatione intestinorum aegros interimens et distentio et inflatio. Ex eo mors celerrima et gravissima insequitur; etenim alii sine spe salutis aegrotantes mortem imminentem tantummodo reformidant: sed *ileo* laborantes ob crucitatus acerbitatem mortem desiderant. Itaque nec remedium morbo minus neque id tardius a medico adhibendum est, sed si *inflammationem* in causa esse reperit, venam in cubito magna incisione aperiat, quo sanguis inflammationem alens effuse prorumpat; isque vel ad animae defectionem detrahatur, quae res vel dolorem solvit vel stuporem ac sensus privationem infert; in *ileo* autem vel exiguum tormenti intervallum, quamquam e sensus defectu obtigerit, hominem a malo recreat. Siquidem hominibus ita dolore cruciatis vel mori beatum est, mortem

θέμις δέ κοτε προγιγνώσκοντα σάφα τὰ παρεόντα ὡς οὐ φύξιμα καρηβαρέῃ νωθρῇ εὐνᾶσθαι. ἢν δὲ ἄνευ φλεγμασίης ἐπὶ διαφορῇ ἢ ψύξι κραταιῇ γίγνηται ὁ εἰλεὸς, φλεβοτομίην μὲν ἴσχειν, τὰ δὲ λοιπὰ ἅμα πάντα πρήσσειν, ἐμέειν ἀπὸ ὕδατος θαμινὰ, συχνὸν πίνειν ἔλαιον. εἶτα αὖθις ἐξεμέειν, φύσας ἄγειν κάτω ἐρεθίσμασι. ἐρεθιστικὸν μὲν κυκλαμίνου χυλὸς καὶ νίτρον ἢ ἅλες· φυσέων δὲ ἀγωγὰ κύμινον ἠδὲ πήγανον. χρὴ ὦν πάντας ὁμοῦ ξὺν ῥητίνῃ τῇ τοῦ τερμίνθου διαχρίειν τάδε καὶ σπόγγοισι πυριῇν· ἢ τοῖσδε ὑποκλύζειν ξὺν ἐλαίῳ καὶ μέλιτι καὶ ὑσσώπῳ καὶ κολοκύντης ἀγρίας τῆς σαρκὸς ἑψήματι· κἢν ἐκκριθῇ κόπρος, αὖθις ἔλαιον θερμὸν ξὺν πηγάνῳ ἐνιέναι· τόδε γὰρ ἢν εἴσω μίμνῃ, πυρίημα τοῖσι ἐντέροισι εὐμενές· τέγγειν δὲ τὰ πονέοντα χωρία ἐλαίῳ ξὺν πηγάνῳ καὶ ἀνήθῳ ἅδην ἑψηθέντι. ἔστω δὲ καὶ πυρίη φακῶν τῶν κεραμήων ἢ χαλκέων ἢ κέγχρου καὶ ἁλῶν (106) φωχθέντων. ἐπιπλάσματα πρὸς τοῖσι ξὺν οἷσι ἔστω αἴρης ἄλιτον καὶ κύμινον καὶ ὑσσώπου ἢ ὀριγάνου κόμη· σι-

tamen cuivis inferre medico nulli nobili fas est; fas autem aliquando, cum praesentia mala evitari non posse manifeste praevideat, aegrum gravitate capitis torpida sopire. At si absque inflammatione e cibi corruptione aut ingenti frigore oriatur *ileus*, venae sectione abstinere: omnia tamen reliqua simul praestare. Ab aqua tepida frequenter vomere, oleum affatim bibere, deinde rursus vomita ejicere; flatus irritamentis subducere. Alvum autem irritat cyclamini succus, nitrum et sal: flatus eliciunt cyminum et ruta, oportet itaque his omnibus cum resina terebinthina mixtis sedem illinere et cum spongiis fovere; aut iisdem ventrem subducere cum oleo et melle et hyssopo et decocto carnis ex cucurbita silvestri detractae. Ac si stercus excernatur, rursus oleum calidum cum ruta immittere; id enim si intus maneat, gratum intestinis fomentum est. Perfundantur etiam dolentes loci oleo, in quo ruta et anethum abunde inferbuerint. Adhibeantur etiam fomenta ex lentibus figulorum aut fabrorum aerariorum aut ex milio ac tosto sale. Cataplasmata praeter assueta fiant ex lolii farina et cymino et hyssopi et ori-

κύαι δὲ κοῦφαι μὲν, συχναὶ δὲ ἄλλη πρὸς ἄλλας τιθεμένη ἐς τὸ ἐπιγάστριον, ἐς τὰς ἴξύας μέσφι βουβώνων· ἠδὲ κατόπιν ἐς ἰσχία πρὸς νεφροὺς καὶ ῥάχιν. πάντη γὰρ ἄν τις πάντα πόνον ξυμφέροι. προπίνειν δὲ κυμίνου ἢ πηγάνου ἀφεψήματος καὶ τοῦ σίνωνος ἢ ξὺν τουτέοισι τῶν φαρμάκων τῶν ἀνωδύνων τινά· μυρία δὲ ἄλλοισι ἄλλα πείρῃ γεγόνασι πιστά. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ δι᾽ ἐχιδνῶν φάρμακον, μέζον τοῦ μέτρου πρὸς τὸ ξύνηθες ποθέν· ἢν δὲ μήτε ὁ πόνος ἐνδιδῷ μήτε φῦσα μήτε κόπριον ἀναδοίη, τοῦ καθαρτηρίου τῆς ἱερῆς ὑπ᾽ ἀνάγκης διδόναι. ἢ γὰρ ἀπηλάθη ξὺν φλέγματι καὶ χολῇ τὸ φάρμακον, ἢ διῆλθεν ἐξάγον φύσας· σκύβαλα, φλέγμα, χολὴν, τοῦ κακοῦ τὰς ἐντάσιας, τροφὴ διεξάγουσα. ζωμοὶ ἀλεκτορίδων, κογχαρίων, πτισάνης ὁ χυλὸς κάθεφθος ξὺν πολλῷ λίπαϊ ἀρχῆθεν προσεγχυθέντι τῆς ἑψήσιος· ἔχειν ὧδε, κύμινον, λίτρον, πράσον ξὺν τῇ κόμῃ· ἢ ἰητρείη ξὺν ζωμῷ τινὶ διαχωρητικῷ, κοχλίαι ἄκρως ἑφθοὶ καὶ ωὐτῶν δὲ χυμὸς

gani coma. Cucurbitulae accommodentur sine ferro quidem, at frequentes, aliae juxta alias admotae, abdomini et ilibus usque ad inguina et a tergo, coxis, renibus et spinae dorsi: nam ex omni parte dolorem revellere juvet. Prius vero bibantur cymini aut rutae decoctum aut sinonis vel una cum his aliqua ex medicamentis, quae *anodyna* dicuntur: quorum alia aliis innumera sunt experimentis probata et inter haec bonum est id, quod ex *viperis* conficitur, majore mensura quam ex consuetudine potui datum. At si neque dolor mitigetur neque flatus aut stercus reddatur, medicamentum purgans *hiera* necessario dandum est: quod aut per os cum bile ac pituita rejicietur aut per intestina transibit, flatus, stercora, pituitam ac bilem, quae malum intendunt, secum educens. Cibus offerat alvum solens, ut gallinarum et concharum juscula: ptisanae cremor cum oleo multo coctus, quod in elixationis initio affundatur et haec insuper habeat, cyminum, nitrum, porrum cum coma: vel medela adhibeatur cum aliquo jure alvum liquante, cochleae quam plurimum elixae cum ipsarum aut tellinae succo. Aqua sit

ἢ τελλίνης· ὕδωρ ποτὸν ἢν πυρεταίνῃ ξὺν ἀσάρῳ ἢ νάρδῳ ἢ κάχρυ ἑψηθέν. καὶ γὰρ φύσης ἀγωγὰ καὶ οὐρητικὰ καὶ εὔπνοα· ἢν δὲ ἄπνοος ἔῃ καὶ οἶνος ἔς τε τὴν τῶν ἐντέρων θέρ[118]μην ἀτὰρ ἠδὲ ἐς ἀνάκλησιν τῆς δυνάμιος ἀρήγει, καὶ μαράθρου ῥίζης ἕψημα ποθὲν καὶ ἀδίαντον καὶ κιννάμωμον· ἢν δὲ ἐς ἀπόστασιν τρέπηται ἡ φλεγμασίη, τῇδε ξυμβάλλειν ἄμεινον τοῖσι ἐς ἀπόστασιν φαρμάκοισι χρεόμενον· γεγράφαται δὲ τάδε ἐν τοῖσι χρονίοισι. ἔνθα κωλικῶν θεραπείη ἐγράφη.

Κεφ. ς΄. [Θεραπεία τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ὀξέων παθῶν.] Ἐν ἥπατι τοῦ αἵματος ἡ γέννα καὶ ἐς τὸ πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ ἀφεψή. καὶ τὸ ξύμπαν ἧπαρ ὁκοῖον αἵματος πάγος. ὀξύνται ὧν αἱ τῇδε φλεγμοναί. ἐγκέεται γὰρ τῷ χωρίῳ τῷδε ἡ τροφή. ἢν μὲν ἑτέρωθί πη φλεγμονὴ συστῇ, οὐ κάρτα γίγνεται ὀξείη. νέει γὰρ ἡ τοῦ αἵματος ἐπιῤῥοή· ἐπὶ δὲ τῷ ἥπατι οὐ χρέος ἑτέρωθεν ἥκειν· ἢν γάρ τις ἔμφραξις τὰς ἐξόδους ἐπίσχῃ, πίμπραται τὸ ἧπαρ τῆς ἐκροῆς ἀμερθέν· ὁ δὲ τῆς τροφῆς εἴσρους ἐς τὸ ἧπαρ ἔτι μίμνει,

pro potu, si febriat, cum asaro vel nardo vel cachry excocta; siquidem haec flatus eliciunt et urinam movent et respirationem facilem reddunt. At si non febricitet, vinum etiam et ad calefacienda viscera et ad recreandas vires proficit; bibatur etiam foeniculi radicis decoctum et adiantum et cinnamomum. At si inflammatio in pus convertitur, huic succurrere praestat medicamentis *abscessui* convenientibus mentem, haec autem in diuturnorum libris conscripta sunt, ubi *colici* affectus curationem exposuimus.

Cap. VI. [*Curatio jecoris acutorum affectuum.*] In *jecinore* sanguinis creatio et ex hoc viscere in universum corpus ejus emanatio est: ac totum *jecur* quaedam sanguinis concretio est. Acutissimae igitur hic excitantur inflammationes; etenim huic loco alimentum inest. Quodsi alibi uspiam extiterit inflammatio, non admodum acuta est: si quidem illuc aliunde sanguis influit, at in *jecinoris* affectu minime opus est ut ab alio quovis loco adveniat. Nam si qua obstructio occludat, jecur effluxu destitutum incenditur: cum alimento adhuc in jecur pa-

ἑτέρη γὰρ ὁδὸς τῆς τροφῆς ἐς τὸ πᾶν σκῆνος ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ τῶν ἐντέρων. εὐπόρως ὦν χρὴ τὴν κένωσιν ἐμποιέειν, τάμνοντα φλέβας τὰς ἐπ᾽ ἀγκῶνι, συχνὸν μὲν ἀφαιρέοντα, μὴ ἀθρόον δέ. ἀποσιτίη μὲν τὰ πρῶτα, ὀλιγοσιτίη δὲ αὖθις, (107) ὅκως καὶ τοῖσι εἰσιοῦσι τὸ ἧπαρ κενεὸν ᾖ. χρὴ δὲ καὶ τοῖσι ἐπιθέτοισι διασκιδνάναι τὰ ἐν τῷ ἥπατι στήθεα. τέγξις μὲν ὦν ξὺν ἀλόῃ ἢ λίτρῳ εἴρια πινόεντα οἰσύπῳ. χρέος ὦν ἐμψύξιος, οὕνεκα τῷ αἵματι αἴθεται τὸ ἧπαρ. θερμὸν γὰρ τὸ αἷμα. τοιάδε χρὴ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα ἔμμεναι, ἀλίτων μὲν αἰρίνων ἢ ἐρυσίμων ἢ κριθῆς καὶ λίνου σπέρματος· χυμῶν δὲ οἴνου ὀξέος μήλων τοῦ χυλοῦ, ἑλίκων τῆς ἀμπέλου, οἰνάνθης τῆς ὡραίης ἢ τοῦ σὺν τῇδε λίπαος· πυρίη, σπόγγοισι καρποῦ δαφνῆς ἑψήματος, σχίνου, γλήχωνος, ἴριδος· ἐπὴν δὲ τουτέοισι πρηΰνῃς, σικύην προσβάλλειν μέζονα ὡς ἀμφιλαβεῖν πάντῃ τὸ ὑποχόνδριον, ἐντάμνειν δὲ βαθύτερα ὡς πολλὸν ἑλκύσειας αἷμα· μετεξετέροισι δὲ αἱ βδέλλαι ἢ σχάσαι κρέσσον. παρεισδύεται δὲ τοῦ ζώου ἡ δῆ-

teat introitus; neque enim alia via est, per quam cibus in omne corpus a ventriculo et intestinis diducatur. Quam ob rem evacuare oportet abundanter venas cubiti secando et multum sanguinis, sed non confertim, detrahendo. Inedia primo imperanda ac postea cibi paucitas, ne jecur humores ingrediantur utque id inane maneat. Oportet etiam medicamentis exterius impositis quae in jecore acervata sunt discutere. Itaque perfusio sit cum aloë vel nitro; admoveantur lanae succidae. Refrigeratione quoque opus est, quia jecur sanguine incenditur: sanguis enim calidus est. Ejusmodi cataplasmata esse debent ex lolii aut irionis aut hordei linique seminis farina; et liquida sint vinum acidum, malorum, capreolorum vitis et oenanthes maturae succus vel hujus oleum. Cum spongiis item fomentum fiat ex decocto baccarum lauri, lentisci, pulegii, iridis. Et cum his jecur lenieris, cucurbitulam majorem admoveto, ut praecordiorum latus illud ex omni parte comprehendat: cutisque altius concidatur, ut multum sanguinis educas. Nonnullis hirundines magis quam scarificatio prosunt: siquidem bestiolae morsus interius descendit et majores erosiones facit; unde sanguinis

ξις· ἀτὰρ ἠδὲ μέζονας διαβρώσιας ποιέεται· τῇδε καὶ δυσεπίσχετος ἡ ἀπὸ τῶν ζώων αἱμόῤῥοια· κἢν ἅδην πιὸν ἐκπέσῃ τὸ θηρίον, σικύην προσβάλλειν. νέρθεν γὰρ [119] ἕλκει τὸ νῦν. κἢν ἅλις ἔχῃ κενώσιος, ἐς μὲν τὰ τρώματα ἰσχαίμασι χρέεσθαι, ἀδήκτοισι, ἀραχνίων ὑφάσμασι, μάννῃ, ἀλόῃ, ἐπιπάσσειν· ἠδὲ ἄρτῳ ἑφθῷ ξὺν πηγάνῳ ἢ μελιλώτῳ, ἀλθαίης ῥίζῃσιν· ἐς δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην, κήρωμα ξὺν μυροβαλάνῳ ἢ ἀψινθίου κόμῃ καὶ ἴριδι. ἀτὰρ καὶ τὰ μαλάγματα τοιάδε χρὴ ἔμμεναι ὁκοῖα λεπτῦναι ἢ ἐξαραιῶσαι ἢ οὔρησιν τρέψαι. ἄριστον μὲν ὧν τὸ διὰ τῶν σπερμάτων, ὧν ἅπασι ἰητροῖσι ἡ πείρη εὔγνωστος. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἔνθα ἡ σάμψυχος ἢ τὸ μελίλωτον ἐγκέαται. τροφαὶ δὲ λεπταὶ, εὔδρομοι, οὐρήσιος προκλητικαὶ, εὐδίοδοι, χόνδροι ξὺν μελικρήτῳ καὶ ῥόφημα ἐκ τῶνδε ξὺν ἁλσὶ ἠδὲ ἀνήθῳ. πτισάνης δὲ χυλὸς καὶ σμηγματώδης. ἢν δὲ καὶ δαύκου τοῦ καρποῦ ἐγχέῃ τὶ, κρέσσον ἐς οὔρησιν. ὑπεξάγει γὰρ διὰ τῶν ὀχετῶν, οἵπερ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσι· καιρίη δὲ τοῖς ἀπὸ

profluvium ab his concitatum aegrius supprimitur. Postquam autem animal saturatum exciderit, cucurbitulam affige, quae ex intimis partibus sanguinem jam attrahet. Et si jam abunde evacuatum est, vulneribus adhibenda medicamenta sanguinem sistentia, sed quae morsu vacent, ut aranearum telae, manna aloëque inspersae: vel panis cum ruta aut meliloto aut althaeae radicibus elixus superimponatur; tertio autem die ceratum convenit cum myrobalano et apsinthii coma et iride. Quin etiam malagmata ejusmodi esse debent, quae extenuare et rarefacere et urinam movere valeant; inter quae optimum est id quod ex seminibus constat (*Διασπερμάτων* dictum) quorum virtus omnibus medicis usu nota est; bonum quoque id est, in quo sampsuchus et melilotum ponitur. Cibus tenuis esto, fluxilis, quique urinam eliciat et corpus facile permeet: velut alica cum mulsa et sorbitio ex his cum anetho et sale; ptisanae cremor, qui detergendi quoque facultatem habeat, cui si dauci seminis aliquid immittatur, urinam melius ciebit: hanc enim per canales subducit, qui a jecinore ad renes pertingunt: hac vero a jecore fluentibus optima via

ἥπατος ἐκρέουσι ἡ τῇδε ἔξοδος, εὐρύτητί τε τῶν ἀγγείων καὶ ἰθύτητι τῆς ὁδοῦ. χρὴ ὦν καὶ σικύῃ τῇδε ἕλκειν ἐς τὴν χώρην προσβάλλοντα τῶν νεφρῶν κατ᾽ ἰσχίον· ἀτὰρ καὶ τέγγειν τάδε λίπαϊ ξὺν πηγάνῳ ἢ σχοίνῳ ἢ καλάμῳ τῷ ἀρωματικῷ. ἐπὶ δὲ τοῖσδε ἐλπὶς τὸν νοσέοντα διαδρᾶναι τὸν ὄλεθρον· ἢν δὲ ἐς ἐμπύησιν τρέπηται, τοῖσι πυοποιοῖσι χρέεσθαι, ὁκόσα μοι ἐπὶ κωλικοῖσι λελέξεται. ἢν δὲ καὶ πῦον γένηται, ὅκως μὲν τάμνειν, ὅκως δὲ ἰητρεύειν, ἄλλῃ πῃ γεγράψεται· τάδε μοι καὶ ἐπὶ σπληνὶ γεγράφθω, ἤν κοτε ξυμφορὴ φλεγμασίης ὀξείης καὶ τόνδε καταλάβῃ.

(108) Κεφ. ζ΄. [Θεραπεία νωτιαίας φλεβὸς καὶ ἀρτηρίης ὀξείας νούσου.] Τὴν τῆς κοίλης φλεβὸς φλεγμασίην καὶ παχείης ἀρτηρίης, αἳ παρὰ τὴν ῥάχιν τέτανται, καύσου ἰδέην ἐκάλεον οἱ πρόσθεν. καὶ γὰρ καὶ καύσοισι ἴκελα πάθεα ἐπὶ τοῖσι γίγνεται· πῦρ ὀξὺ καὶ δριμὺ, ἄση, δίψος, ἀπορίη, σφυγμὸς παλμώδης ἐν ὑποχονδρίῳ ἠδὲ τοῖσι μεταφρένοισι, ἀλλά μοι ὁκόσα ἐπὶ τοῖσι σημείοισι γεγράφαται· ἀτὰρ καὶ ἐς ξυγκοπὴν ὀκέλλει τὸ πῦρ, ὅκως ἐπὶ τῇσι καύσεσι. τῆς

est, eo quod et vasa ampla sint et iter rectum. Oportet etiam humores huc attrahere, cucurbitulam renum locis secundum os coxendicis applicantes. Eaedem partes oleo cum ruta vel odorato junco vel calamo aromatico perfundendae. Per haec aegrotum mortem evasurum esse spes est. Sin ad *suppurationem* affectus tendat, medicamentis pus moventibus utitor, quae in *colicorum* curatione praecepi. Quodsi pus etiam oriatur, quibus modis incidere, quibus etiam mederi oporteat, alio in loco scriptis exponetur. Eadem pro *liene* scripta sunto, si quando hunc acutae inflammationis calamitas invaserit.

Cap. VII. [*Curatio venae et arteriae dorsalis acuti affectus.*] Venae *cavae* et *arteriae crassae*, quae secundum dorsi spinam extenduntur, *inflammatio*, a veteribus *causi* species vocata est. Siquidem in hac affectus similes iis, qui in *causo*, oriuntur: fervor acer et acutus, fastidium, sitis, molestia, pulsus in praecordiis dorsoque palpitans et quaecunque in signorum enarratione conscripsimus. Porro febris, sicut in *causis*, ad *syncopen*

μὲν γὰρ φλεβὸς ῥίζωσις ἧπαρ, τῆς δ' ἀρτηρίης ἀρχῆς καρδίη. δοκέοις ἂν ὦν μὲν τὰ ἄνω μέρεα τῶνδε τῶν σπλάγχνων νοσέειν τὰ [120] καίρια. θέρμην μὲν γὰρ ἡ καρδίη ἐνδιδοῖ τῇ ἀρτηρίῃ, τῇ φλεβὶ δὲ τὸ ἧπαρ αἷμα· ἀμφοῖν δὲ μεγάλοιν μεγάλα τὰ ἔγγονα αἱ φλεγμοναί. τάμνειν ὦν αὐτίκα τὰς ἐπ' ἀγκῶνι φλέβας. καὶ συχνὸν μὲν ἀφαιρέειν αἷμα, μὴ ἀθρόον δὲ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ τῆς ἄλλης ἡμέρης, ὡς μεσηγὺ ἡ δύναμις ἀναλάβῃ· ἔπειτα ἐπιπλάσμασι χρέεσθαι καὶ σικύῃ ἐς τὸ ὑποχόνδριον, ἔνθα ἡ διάφυσις τῆς ἀρτηρίης ἀτὰρ ἠδὲ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων. καὶ γὰρ καὶ τῇδε σφύξιες ἔασι· σχάζειν τε ἀφειδῶς ἠδὲ πολλὸν ἀφαιρέειν αἷμα. οὐ κάρτα γὰρ ἐκ τῆς κενώσιος τῶνδε λειποθυμέουσι ὥνθρωποι· ἰσχομένη δὲ καὶ γαστὴρ πολλόν τι τοῦ ξυνήθεος· κλυσμοῖσι ἐς ὄλισθον χρέεσθαι μαλθακοῖσι, δριμέσι δὲ ἥκιστα· ἐπιπυρεταίνουσι γὰρ οἵδε ἅλμῃ καὶ νίτρου τήξι. λίνου ὦν καρποῦ χυλὸς ἔστω καὶ τήλιος καὶ μαλαχῆς τῶν ῥιζῶν ἕψημα καὶ ἐς πρόκλησιν καὶ ῥῆξιν ἱκανὸν, μέλη ἄκρεα πόδες καὶ

tendit; etenim *venae radix* est *jecur*: *arteriae* vero *principium cor.* Haud abs re igitur existimes superiores horum viscerum partes praecipue laborare: cor enim *arteriae* calorem impertit, *venae* autem jecur sanguinem: et cum utraque magna sit, magnae item sunt quae innascuntur inflammationes. Itaque venae cubiti protinus incidantur; multusque, non confertim tamen detrahatur sanguis, sed bis ac ter, idque alio die, ut vires interim confirmentur. Postea cataplasmatis utendum: et cucurbitula praecordiis qua *arteria* protenditur et inter scapulas admovenda, nam et hic quoque pulsationes percipiuntur: cutis autem plurimum concidatur multusque detrahatur sanguis, siquidem ex harum partium evacuatione vix in animae defectum homines labuntur. Alvus autem his multo magis quam ex consuetudine astricta est; quamobrem lotionibus emollientibus utendum, ut lubrica fiant intestina: acribus autem minime, quoniam ex salis nitrique liquatione febris intenditur; igitur ex lini seminis et foeni graeci succo et radicum malvae decocto quod satis et provocat et incidit conficiantur. Extremae partes, manus scilicet pedes-

Ed. Oxon. [120.] Ed. L. B. (108. 109.)

χεῖρες τεθάλφθωσαν γλευκίνῳ ἢ σικυωνίῳ λίπαϊ τῷ διὰ τῆς λιμνήστιδος χρίσματι. κάρτα γὰρ ψυχρὰ αὐτῶν τάδε γίγνεται. πιπίσκειν τε πρὸ τῶν σιτίων ὁκόσα οὖρον ἐξάγει, μίον, ἄσαρον, ἀψίνθιον· ἐμπασσέσθω δὲ καὶ λίτρου· πάντων δὲ κράτιστον σικύη καὶ κιννάμωμον, ἤν τις εὐπορῇ· γάλα τοῖσδε καὶ τροφὴ καὶ φάρμακον. ἐμψύξιος γὰρ δέονται, ἔνδον ὁκοῖόν τι πυρὸς εἰλευμένου καὶ τροφῆς γλυκείης. ἀτὰρ ἤδ' ἐν ὀλίγῳ ὄγκῳ πολλή. τάσδε μέντοι ἐν τροφῇ τὰς ἀρετὰς ἴσχει τὸ γάλα· εὐπορείσθω δὲ νεοτόκου καὶ ἐς δύο κυάθους τοῦ γάλακτος ἐμβεβλήσθω εἷς ὕδατος· ἄριστον δὲ καὶ τὸ τῆς βοός· τρίτον δὲ αἰγός· τροφαὶ εὔπεπτοι, τὰ πολλὰ χυλοὶ μαράθρου ῥίζης καὶ σελίνου καρπὸς, ἐμβεβλήσθω καὶ μέλι, τὸ ὕδωρ δὲ τὸ πινόμενον ἐχέτω τάδε· ἀτὰρ καὶ ἱδρῶτας χρὴ κινέειν καὶ πάντα διαπνοὰς ὑγρὰς καὶ εὐρόους ποιέειν. τέγξις κεφαλῆς ὁκοῖον ἡ ἐν καύσοισι, ἐπίθημα ἐς θώρηκα καὶ μαζὸν ἀριστερὸν ὁκοῖον ἐν συγκοπῇ· κοίτη, κατάκλισις ὄρθιος, ὅκως ἴκελα πάντα τοῖσι ἐν καύσοισι ᾖ· (109) αἰώρη

que, oleo gleucino aut sicyonio aut unguento ex limnestide calefiant: siquidem haec in istis admodum frigescunt. Ante cibi assumptionem propinentur quaecunque urinam movent, ut meum, asarum, apsinthium, quibus nitri aliquid inspergatur: sed ad hoc omnium valentissima est cassia et cinnamomum, si quis ejus copiam habet. Lac his et pro cibo et pro medicamento est; etenim refrigeratione indigent, cum in eorum visceribus velut ignis quidam convolvatur: et alimento etiam dulci, quodque in parva mole multum nutriat, has autem in alendo virtutes habet lac; esto autem mulieris a partu recentis et duobus lactis cyathis admisceatur aquae unus: optimum etiam est lac bubulum et tertio loco caprinum. Cibi dentur concoctu faciles, qui ex succis plerumque constent, quibus injiciatur foeniculi radix et apii semen cum melle, eadem et aqua, quae potatur, habeat. Caeterum et sudores movere oportet et perspirationis vias ubique humidas fluxasque efficere. Caput perfusione simili atque in *causo* irrigetur. Epithema pectori et sinistrae mammae, quale in *syncope*, imponatur. Cubile, rectus decubitus et omnia denique

σμικρὴ ἐς ἱδρώτων πρόκλησιν· ἠδὲ λουτρὸν ἢν οὗτος ὑπεκκαυθῇ. οὐ γὰρ κρίσεσι τάδε τὰ πάθεα λύεται, εἰ καὶ καύσου ἔασι ἰδέαι.

Κεφ. η΄. [Θεραπεία τῆς κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξείας νούσου.] Κάτοξυ μὲν ἐν νεφροῖσι φλεγμασίη. συμφλεγμαίνουσι γὰρ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσαι φλέβες· τῇσι δὲ τὸ ἧπαρ· οὐ κάρ[121]τα ἐπιμήκεες ἐοῦσαι, κάρτα δὲ εὐρεῖαι, ὡς δοκέειν τοὺς νεφροὺς ἐξηρτῆσθαι ἀγχοῦ τοῦ ἥπατος· ἀτὰρ καὶ ἰσχουρίη ἐπὶ φλεγμασίῃ γίνεται ξυντιμωρέουσα τῷ ὀξέϊ τῆς φλεγμασίης· πίμπλαται γὰρ ἡ τῶν νεφρῶν κοιλίη ὑπὸ πλημμυρίης τῶν οὔρων οὐ διεκθεόντων· τόδε μέντοι καὶ ἐπὶ λίθων γίγνεται· ἢν φύῃ μὲν ἐν νεφροῖσι μέζων τῆς εὐρύτητος τῶν οὐρητήρων, ἐνίζει μὲν μὴ διεξιὼν, ἀτὰρ καὶ τὰ οὖρα ὅδε ἐπίσχει. ἀλλὰ ἀμφὶ μὲν τῆς γενέσιος τῶν λίθων ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται, ὅκως ἢ μὴ ξυνήσωνται ἢ θρύπτωνται γιγνόμενοι. ἀμφὶ θερμασίης ἠδ' ἐμφράξιος ὁκόσα ὀξέως κτείνει, τῇδέ μοι γεγράψεται. ἢν ἐνστάσιες λί-

sicut in *causis* fiant. Gestatio exigua ad eliciendos sudores: nec non et balneum, si illum ista incenderit; neque enim *judicationibus* haec vitia solvuntur, quamquam *causi* species existant.

Cap. VIII. [*Curatio renum acuti affectus.*] Inflammatio in renibus peracuta est; simul etenim inflammantur venae ad renes a jecinore pertinentes et cum his ipsum jecur: siquidem eae non ita longae sint, sed admodum latae, adeo ut renes prope jecur suspendi videantur. Quin et urinae suppressio inflammationi supervenit, quae hujus vehementiam intendit; nam renum cavitas urinae non profluentis exundatione impletur. Idem ex *calculo* evenit, qui si renibus insit ureterum latitudine amplior, transire nequit, sed inhaerescit et urinam intercludit. Caeterum de *calculorum* creatione in diuturnis sermonem faciemus et quibus modis vel coalescere prohibeantur vel atterantur, si concrescant. De *inflammatione* vero et *obstructione*, quae celeriter mortem inferunt, in praesentia conscribemus. Si *calculorum* inhaesio vel *inflammatio* sub-

θων ἔωσι ἔν τε φλεγμασίῃ, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι, ἢν μὴ κωλύῃ τὶς ἡλικίη· εὔροον δὲ καὶ πολλὸν ἔστω τὸ αἷμα. οὐ γὰρ αἱ φλεγμοναὶ πρηΰνονται μοῦνον κενώσι· ἀλλὰ καὶ σφηνώσιες τῶν λίθων χαλῶνται τῇσι τῶν ἀγγείων κενώσεσι. ἀτὰρ ἤδε ἐν οὐρῆσι διεκθέουσι οἱ λίθοι. ἔπειτα τέγξεσι γλευκίνου λίπαος ἢ κυπρίνου καὶ πυρίῃσι καὶ ἐπιπλάσμασι ἀνίεται τὰ μέρεα. ἀρτεμισίη δ' ἔστω ἡ βοτάνη καὶ σχοῖνος καὶ κάλαμος ὁ εὐώδης ἐν τοῖς καταπλάσμασι· ἔπειτα σικύην προσβάλλειν ἐς νεφροὺς κατ' ἰσχίον, μάλιστα δ' ἂν ἡ ἀπὸ τοῦδε τοῦ χωρίου κένωσις ὤνησε· λελαπάχθω δὲ κοιλίη κλυσμοῖσι ὀλισθηροῖσι, γλίσχροισι μᾶλλον ἢ δριμέσι, μαλάχης ἢ τήλιος χυλοῖσι· κοτὲ δὲ φάρμακα πρὸ τῶν σιτίων οὐρητικὰ, ὁκοῖα ἐπὶ ἥπατος λέλεκται· ἀτὰρ καὶ σιτία ἴκελα, εὔπεπτα. κακὸν γὰρ τουτέοισι ἀπεψίη. ἄριστον δὲ γάλα, μάλιστα μὲν ὄνου, ἵππου δὲ δεύτερον καὶ ὄϊος δὲ καὶ αἰγὸς χρήσιμον ὅτι γάλα. ἢν μὲν οὖν ἄποροι ἔωσι καὶ λούειν κρέσσον· ἢν δὲ μὴ, ἐς ἕψημα τῶν βοτανῶν ἐνίζεσθαι, ἄχρις ὀμφαλοῦ τὸ

sit, vena cubiti secetur, nisi siqua aetas impediat; sanguis autem expedite et copiose profluat: neque enim inflammationes tantum evacuatione mitigantur, sed et *calculorum* constipatio vasorum inanitione relaxatur, hique inter mingendum delabuntur. Postea perfusionibus olei gleucini vel cyprini et fomentis et cataplasmatis partes remittantur; cataplasmatis autem insit artemisiae herba et odoratus juncus et calamus aromaticus. Deinde cucurbitulam renibus juxta coxam admove; namque ex hoc loco evacuatio maxime prodest. Alvus etiam lotionibus lubricis et viscidis potius quam acribus subducatur, ut malvae aut foeni graeci succis. Interdum ante cibi assumptionem medicamenta urinam moventia propinentur, qualia in jecinoris curatione proposita sunt. Cibi quoque similes sint, concoctu faciles, quia cruditas hos offendit; lac praecipue convenit, praesertim asinae, deinde equae et ovillum quoque et caprinum confert, quippe cum sit lac. Quodsi non febriant, praestat eos in balneum deducere; at si inhaereat febris in herbarum decocto hominem sedentem

ἄγγος πληροῦντα· ἢν δὲ ἐς πῦον τρέπηται, ὁκοίοισι χρὴ ἐπιπλάσμασι ἠδὲ φαρμάκοισι χρέεσθαι, ἐπὶ πολλοῖσι μὲν καὶ πρόσθεν ὑπερκέεται· ἢν δὲ ἐνστήκῃ λίθος, πυρίῃσι μὲν καὶ ἐπιπλάσμασι τοῖσι αὐτέοισι χρέεσθαι, θρύπτειν δὲ τοὺς λίθους τοῖσι πινομένοισι φαρμάκοισι· ἁπλαῖ μὲν σίον καὶ πριονίτης αἱ βοτάναι, ἑφθαὶ ξὺν ἐλαίῳ ἢ ὄξεϊ ἐδωδίμῳ καὶ τῶνδε χυλὸς προ(110)πινόμενος· ποικίλαι δὲ τῆς βιστίμου καλευμένης καὶ τῆς δι᾽ ἐχιδνῶν καὶ κοσκίνου τοῦ θηρίου, ὁκόσαι τε δοκέουσι ἔμμεναι τῇ πείρῃ. κράτισται αἰῶραι τοῖσδε καὶ σείσιες ἐς κίνησιν καὶ πρόωσιν τῶν λίθων. κάρτα γὰρ ἐπίπονος τῶν λίθων ἡ ἐς τὴν κύστιν ὁδοιπορίη. ἢν δὲ ἐκπέσωσι ἔνθεν, ἄπονοί τε γίγνονται, οὐδ᾽ ὄναρ δοκέειν τοῦ πόνου εἰθισμένοι· ἀτὰρ καὶ ὡς ἐξ ἀφύκτων κακῶν τὴν ψυχὴν κατὰ μέλεα λύονται.

[122] Κεφ. θ΄. [Θεραπεία τῶν κατὰ τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.] Καὶ τῇ κύστι πάθεα ὀξέα ἴκελα τοῖσι νεφροῖσι γίγνεται, φλεγμοναὶ καὶ ἕλκεα καὶ λίθοι καὶ θρόμβων ἐμφρά-

collocare, vase usque ad umbilicum repleto. At si affectus in pus vertitur, quibus cataplasmatis ac medicamentis utendum sit, multis in locis antea satis superque traditum est. Verum si *calculus* inhaeserit, eadem fomenta et cataplasmata adhibere convenit; *calculi* vero epotis medicamentis conterendi: ex simplicibus sii et prionitis herbis cum oleo aut aceto esculento decoctis, quarum succus quoque potui detur; ex compositis prodest *antidotum*, quod *bestini* appellatur, idque quod ex *viperis* idque quod ex bestia *scincho* dicta conficitur et quotcunque usus maxime valentia esse comprobaverit. Gestationes his et corporis concussiones fiant ad movendos propellendosque *calculos*; siquidem eorum transitus in vesicam ingentes dolores concitat. Quodsi inde *calculi* exciderint, homines doloris expertes sunt, ne per somnia quidem antea eo vacare soliti: porro tanquam malis desperatis liberarentur, per membra solutus evadit animus.

Cap. IX. [*Curatio vesicae acutorum affectuum.*] Vesicae quoque similes renum malis affectus incidunt: *inflammationes* et *ulcera* et e *grumis* obstructiones, unde uri-

ξιες, ἐφ᾽ οἷσι ἰσχουρίη, στραγγουρίη· ἀλλὰ ὀξύτερος τῇδε ὁ πόνος καὶ ὄλεθρος ὤκιστος· νεῦρον γὰρ πλατὺ ἡ κύστις. νεφροὶ δὲ ὁκοῖον αἱμάλωψ τῆς ἥπατος ἔασι ἰδέης· ἀλλὰ καὶ αἰνότατοι καὶ οἴκτιστοι, ἔνθα μάλιστα γίγνετ᾽ ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι. τάμνειν ὦν αὐτίκα τὸν κενεῶνα, καταιονεῖν δὲ τὴν κύστιν λίπαϊ συχνῷ ξὺν πηγάνῳ καὶ ἀνήθῳ. ἢν δὲ θρόμβοι ἔωσι τοῦ πόνου καὶ τῆς ἰσχουρίης αἴτιοι, ὀξύμελι πιπίσκειν ἢ τιτάνου μικρὸν ξὺν μελικρήτῳ ἐς τὴν διάλυσιν τῶν θρόμβων, ἠδὲ ὁκόσα οὐρήσιας προκαλέεται καὶ βοτάνας καὶ σπέρματα· ἢν δ᾽ ἐξ αἱμοῤῥαγίης ὁ κίνδυνος, ἴσχειν μὲν οὐκ εἰς ἀμβολὴν τῶνδε μᾶλλον· ἀτὰρ καὶ ὅδε οὐχ ἥκιστα ὁ κίνδυνος. ἀρήγειν μὲν ὦν καὶ τοῖσι αἷμα ἀπέχουσι. ἀρήγει δὲ ἡ ψύξις τῆς κύστιος, ῥοδίνου καὶ οἴνου τέγξις καὶ εἰρίων κατείλησις ἀπὸ οἰσύπου. ἐπίθημα φοίνικες ἐν οἴνῳ δευθέντες ξὺν ῥοιῇ ἢ χυλῷ τοῦ ῥοός· ἢν δὲ ἐκτρέπηται καὶ τῶν ἐπιθημάτων τὰ βάρεα καὶ τὰς μεγάλας ψύξιας, ἐκτρέπειν· χρὴ γὰρ μὴ κάρτα ψύχειν ψυχρήν τε φύσι καὶ λεπτὴν

nae suppressio et difficultas nascitur. Sed hic acutior subest dolor et mors ingruit celerrima; vesica enim latus quidam nervus est: renes autem quasi sanguinis concretio sunt et jecur specie referunt; verum in vesica omnia gravissima et maxime miserabilia existunt, summos qua parte dolores crudelis Mavors miseris mortalibus infert. Protinus itaque vena cubiti incidatur; oleoque multo cum ruta et anetho perfundatur vesica. At si *grumi* dolorem et urinae suppressionem fecerint, ad dissolvendos grumos oxymel potui detur aut calcis paululum cum mulsa, quaeque urinam movent et herbae et semina. Sin a *sanguinis effusione* periculum instet, huic praecipue sine mora subveniendum: neque enim ex eo leve discrimen imminet; succurratur itaque medicamentis sanguinem supprimentibus. Prodest etiam vesicae refrigeratio: perfusio ex oleo rosaceo et vino: ejusdem involutio lanis succidis, pro epithemate sint palmulae vino intinctae cum malo punico aut rhois succo. Verum si epithematum onus et ingentem refrigerationem aversetur, his abstinendum; neque enim vesicam vehementer refrigerare oportet, quippe quae natura

ἐοῦσαν τὴν κύστιν· καταχρίειν δὲ γλευκίνῳ ἢ ἀκακίῃ ἢ ὑποκυστίδι ξὺν οἴνῳ. σπόγγοισι δὲ, ἢν μὴ σφόδρα ἐπείγῃ ἡ αἱμοῤῥαγίη, μὴ χρέεσθαι. τροφαὶ σιτώδεες, εὔπεπτοι, εὔχυμοι, οὐρητικαὶ, ὁκοῖαί μοι ἐπὶ νεφροῖσι λελέχαται· γάλα, οἶνος γλυκὺς, θηρινὸς ἢ σκυβαλίτης. φάρμακα πινόμενα, οὐρητικὰ, εὐώδεα, εὔροα καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα· ἄριστον δὲ κύστι τέττιγες, ἐφ' ὥρας μὲν ὀπτοὶ, ἔδεσμα· ἔξωροι δὲ ξηροὶ, λεῖοι ξὺν ὕδατι. ἔστω δὲ καὶ τῆς ῥίζης τῆς νάρδου βραχὺ ξὺν τοῖσι τέττιξι ἀφεψῆσι. τοῖσι αὐτέοισι ἐνίζεσθαι ἀντὶ λουτροῦ ἐς ἄνεσιν τῆς κύστιος· ἢν δὲ λίθων ἔμφραξις ἐπίσχῃ τὴν οὔρησιν, τῷ ὀργάνῳ τῷ καθετηρίῳ ὠθεῖν τὸν λίθον ἠδὲ ἄγειν τὸ οὖρον, (111) ἢν μὴ ἔωσι φλεγμοναί. ἐπὶ γὰρ φλεγμονῇσι [123] οὔτε ὁ πόρος δέχεται τὸ ὄργανον, πρὸς δὲ τιτρώσκονται τῷ καθετῆρι. ἢν δὲ ἄπορος μὲν ᾖ ἡ τῶνδε ἰητρείη, θνήσκῃ δὲ ὀδύνῃσι ὤνθρωπος, τάμνειν τὴν τριχάδα καὶ τὸν τῆς κυστίδος τράχηλον, ἔς τε τὴν τῶν λίθων ἔκπτωσιν καὶ τὴν τῶν οὔρων ἔκχυσιν. καὶ μάλιστα μὲν ἀκέσασθαι ἐς ὠτειλὴν ἄγοντα τὸ τρῶμα· ἢν δὲ μὴ, ῥοιάδα γενέ-

frigida sit ac tenuis. Inungatur autem oleo gleucino vel acacia vel hypocystide cum vino. Spongiis, nisi magnopere urgeat profluvium, haud utendum. Cibus e frumento sit, concoctu facilis, boni succi, urinam movens, qualem in renum curatione praecepi; lac, vinum dulce, *theraeum* aut *scybalite*. Medicamenta quoque epota urinam moveant, boni sint odoris, facile fluant: et ceterae res his similia praestent. Optima vesicae esca est cicadae, tempore suo assae, extra tempus autem aridae cum aqua tritae: radicis autem nardi paululum cum cicadis coquatur. In iisdem balnei loco ad relaxandam vesicam aeger desideat. Quodsi obstructio e calculis urinam supprimat, instrumento *cathetere* dicto, calculus depellendus et urina prolicienda est, nisi inflammatio subsit; siquidem in inflammationibus neque meatus instrumentum admittit et praeterea *cathetere* sauciantur. At si medela expediri nequit, et homo doloribus consumitur, locum sub testiculis, qui πληγχὰς vocatur, et vesicae cervicem incidito ut calculi excidant et urina effundatur. Dehinc, si fieri potest, medendum est vulnus ad cicatricem perducendo;

σθαι τοῦ πύου βέλτιον ἐς τὸν αὖθις τοῦ ἀνθρώπου βίον ἢ τῇ ὀδύνῃ οἰκτίστως θανεῖν.

Κεφ. ι'. [Θεραπεία ὑστερικῆς πνιγός.] Ἡ ὑστέρη τῇσι γυναιξὶ ὑμένων ἀποτάσιας ἔνθα καὶ ἔνθα κατὰ λαγόνας ἴσχει· ἀτὰρ ἠδὲ ζώου πάθη ἐν ὀσφρήσει· ἵεται γὰρ ἐπὶ τοῖσι εὐώδεσι πρὸς ἡδονὴν καὶ τὰ κάκοσμα καὶ ἀτερπέα ὑπὸ ἀχθηδόνος φεύγει. ἢν μὲν ὦν τῶν ἄνω τὶ λυπῇ, προσιόντων γυναικηΐων ἔξω. ὢν δὲ κατὰ στόμα τὶ ἂν εἴη, ὀπίσω χάζεται ἠδὲ ἄνωθεν· ἴῃ δ' ἄν ποτε καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα ποτὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ, ξυνδιδοῖ δὲ τὰ ὑμένια ἐς ἀπόστασιν καὶ ξυναγωγὴν, ὅκως νηὸς λαίφεα. πάσχει δὲ τάδε καὶ ὑπὸ φλεγμασίης. καὶ γὰρ προπετεστέρη τῷ πάθεϊ καὶ τῷ ὄγκῳ τοῦ αὐχένος γίγνεται. ἡ γὰρ κατὰ πυθμένα φλεγμασίη ἄνω ῥέπει. ἢν μὲν ἐς πόδας, ἔξωθεν. ἀσηρὸν μὲν ὦν καὶ ἀλεγεινὸν καὶ ἀτερπές· δύσχρηστον δὲ καὶ βαδίσαι καὶ ἐς πλευρὰν κατακέεσθαι καὶ ὑπτίην, ἢν μὴ τὼ πόδε φλεγμήνῃ ἡ γυνή· ἢν δὲ ἄνωθεν φοιτοίη, ὡς ὀξύτατα μὲν τὸν ἄνθρωπον ἀπέπνιξε, πιέζει δ' ἀγχόνῃ τῆς ἀναπνοῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ

sin minus, puris effluvium pro tota hominis vita fieri satius est quam ut tormentis miserrime interimatur.

Cap. X. [*Curatio suffocationis hystericae.*] Uterus in mulieribus extentis hinc atque illinc secundum ilia membranis continetur; et perinde atque animal adfectus ex olfactu percipit: etenim bene olentia expetit, ut iis se oblectet, foeda vero atque injucunda aversatur atque refugit. Si quid igitur hunc in superiori corporis parte offendat, uterus per naturalia prodit: et si quid ejusmodi ori vulvae adponatur, sursum recedit; nonnunquam etiam hac illac lienem versus aut jecur movetur; et membranae extentioni et contractioni cedunt, velorum instar navis. Eadem quoque ex inflammatione patitur; etenim prae adfectu ac tumore cervicis extra propendet; nam in uteri fundo exorta inflammatio sursum procedit: sin ad pedes tendat, extra prodit. Molesta utique et horrenda et foeda res; ad haec mulier aegre potest vel in latus aut supina decumbere, etiamsi pedes inflammatione non tententur. At si uterus

φθάνει πονέειν τε καὶ βοᾶν τοὺς παρόντας κικλήσκειν ἀρωγούς. τῇσι γὰρ ἀναπνοῆς ἐπίσχεσις θᾶττον πολλῇσι· τῇσι δὲ φωνῆς. εἰκὸς ὦν τοῖς ἐν τουτέοισι καλέσαι τὸν ἰητρὸν, πρὶν τὴν ἄνθρωπον θανεῖν· ἀλλ' ἤν κοτε ἐκ συντυχίης ἥκῃς, γνόντα τὴν φλεγμονὴν σχάσαι φλέβα, μάλιστα μὲν τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ· ἢν δὲ μὴ εὔροον ἔῃ, τὴν ἐπ' ἀγκῶνι· ἐπαφαιρέειν δὲ ἀπὸ τοῦ σφυροῦ. πρήσσειν δὲ τὰ ἄλλα, ὁκόσα ἂν καὶ ἄνευ φλεγμασίης ἀρήγῃ πνιγί. δεσμοὶ χειρῶν καὶ ποδῶν σφίγγοντες, ἄχρι ναρκώσιος, ὀσμὴ κακωδέων, πίσσης ὑγρῆς, τριχῶν εἰρίου κεκαυμένων· λύχνου φλογὸς ἐσβεσμένης, καστορίου· πρὸς τῷ κακώδει καὶ τὰ νεῦρα ψυχθέντα θάλπειν. οὖρον παλαιὸν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐξανίστησι κάρτα τοῦ νεκρώδεος καὶ τὴν ὑστέρην κάτω διώκει. τοιγαρῶν καὶ τοῖσι προσθέτοισι εὐώδεσι ἐς τὴν χώρην ἐπιβλητέον τῆς ὑστέρης, μύρῳ ὁκοῖον ἂν ἔῃ προσηνὲς, ἠδὲ ἄδηκτον τὴν ἁφὴν, νάρδον ἢ βάκχαρι τὸ Αἰγύπτιον· ἢ τὸ διὰ τῶν (112) φύλλων

sursum recurrerit, feminam quam citissime strangulat et spiritum quasi laqueo elidit; neque enim antea dolorem sentit ita, ut exclamare possit et ab adstantibus opem deposcere, cum plurimis citius intercludatur spiritus et aliis vox. Itaque par est ut qui intersunt medicum prius accersant quam mulier prorsus interierit. Porro si e casu aliquo inveneris et inflammationem subesse cognoris, venam secato et praecipue hanc, quae in talo est; unde si sanguis haud probe fluxerit, eam quae in cubito est incidito: et a vena tali detractionem repete. Item alia omnia exequere quaecunque *strangulatui* sine inflammatione subveniunt: qualia sunt manum pedumque ligaturae, quae usque ad torporem inducendum constringantur; foede olentium olfactus, uti liquidae picis: villorum lanae combustorum: lucernae, cujus flamma sit extincta: castorei, quod, praeterquam quod odore gravi moveat, nervos etiam refrigeratos calefacit; vetus etiam urina sensus intermortuos potenter exsuscitat et uterum ad inferiores partes abigit. Porro uteri regioni medicamenta odorata imponantur: ut unguentum quodvis lene quodque minime sensum vellicet, nardus aut bacchar aegyptium vel id quod ex mala-

τοῦ μαλαβάθρου, τοῦ δένδρεος τοῦ Ἰνδικοῦ, ἢ κιννάμωμον κοπὲν ξὺν τῶν εὐόσμων τινὶ λίπαϊ· ἐγχρίειν δὲ τάδε τοῖσι γυναικείοισι [124] χώροισι. ἀτὰρ ἢν δὲ ἔγχυτον ἐκ τῶνδε ξυστῇ, ἐγχεῖν τῇ ὑστέρῃ· διαχρίειν δὲ καὶ τὴν ἕδρην φυσέων ἀγωγά· ἠδὲ ὑποκλύζειν μὴ δριμέσι, μαλθακοῖσι, γλίσχροισι, ὀλισθηροῖσι, ἐς τὴν τῶν κοπρίων ἔξοδον μοῦνον, ὅκως ἡ χώρη τῆς ὑστέρης λαπαρὴ γίγνηται, ἀλθαίης χυλῷ ἢ τήλιος· μελίλωτον δὲ ἢ σάμψυχον ξὺν τῷ λίπαϊ ἑψείσθω· ἢν δὲ βίης ἢ λαπάξιος ἡ ὑστέρη δέηται, χείρεσι μὲν πιέζειν τὸ ὑποχόνδριον γυναικὸς εὐτόνου ἢ ἀνδρὸς εὐαφοῦς ἢ διαζῶσαι ταινίαις σφίγγοντα· ὅκως τε διελάσει τὸν χῶρον, ὡς μὴ αὖθις ἄνω θέειν· πταρμοὺς ποιέοντα ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας. τῷ γὰρ πταρμῷ καὶ τῇ ἐντάσι μετεξετέροισι ὑστέρῃ ἐς χώρην ἥξειε· φυσῆν δὲ ἐς οἷά γε ῥινῶν στρουθίου ῥίζης ἢ πεπέρεος ἢ τοῦ κάστορος· προσβάλλειν δὲ σικύας κούφας μηροῖσι, λαγόσι, ἰσχίοισι, βουβῶσι, ἑλκοῦντα τὴν ὑστέρην· προσβάλλειν δὲ καὶ πρὸς ἐς ῥάχιν, ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμο-

bathri, arboris Indicae, foliis conficitur vel cinnamomum cum oleo aliquo boni odoris contusum: his autem muliebres inungantur loci; liquor item ex his confectus vulvae immittatur. Sedes quoque medicamentis illinatur, quae flatus eliciant: at alvus lotionibus minime acribus, sed mollibus atque viscidis quaeque intestina lubrica faciant subducatur: idque tantum ut educantur stercora, quo vacua fiat uteri sedes; constent itaque ex althaeae vel foeni graeci succo vel e meliloto aut sampsucho cum oleo decoctis. Quodsi vi ac depulsione uterus indigeat, validae mulieris aut viri lenioris manibus praecordia femina comprimentur aut fasciis adstrictis succingantur, quo locus in angustum redigi neque sursum uterus possit recurrere. Naribus adprehensis sternutamenta excitentur: quibusdam enim e contentione inter sternendum uterus in sedem suam reductus est; in nares itaque struthii radix inspiretur aut piper aut castoreum. Item cucurbitulae sine ferro, femoribus, ilibus, coxis, inguinibus attrahendae vulvae gratia accommodentur: et etiam spinae dorsi et inter scapulas ut

πλατέων, τῇ πνιγὶ ἀρήγοντα· ἢν δὲ ἐπὶ φλεγμονῇ πνίγηται, καὶ διασχάσαι τὴν ἐπὶ τῷ κτενὶ οἰκευμένην φλέβα καὶ ἀφαιρέειν συχνὸν αἷμα. ἀνατρίψιες τοῦ προσώπου, τιλμοὶ τριχῶν, ξὺν ἐμποιήσι ἐς ἀνάκλησιν· ἢν δὲ καὶ μικρὸν ἐπανενέγκωσι, ἐς ἀφέψημα ἀρωμάτων ἐνίζειν καὶ εὐώδεα θυητὰ ὑποθυμιῇν· πιπίσκειν δὲ πρὸ τῶν σιτίων τοῦ κάστορος καὶ τῆς ἱερῆς μικρὸν ξὺν τῷ κάστορι· καὶ ἢν ἐπανενέγκῃ, λούειν καὶ ἐς ὥρην ἐς τὰ ξυνήθεα τρέπειν· μελεδαίνειν δὲ τὴν ἄνθρωπον, ὅκως ἄγηται τὰ ἐπιμήνια εὔροα.

Κεφ. ιά. [Θεραπεία σατυριάσεως.] Τῶν ἐν τοῖς αἰδοίοισι νεύρων ἡ φλεγμασίη ὄρθιον ἀνίσχει τὸ αἰδοῖον ξὺν ἐπιθυμίῃ καὶ λύπῃ ἀφροδισίων ἔργων πρήξιος. ἐντάσιες δὲ γεννῶνται σπασμώδεες, οὐδαμᾶ πρηϋνόμεναι· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἀφροδισίοισι ἀμάλθακτος ἡ ξυμφορή. προσεκμαίνονται δὲ καὶ τὴν γνώμην, τὰ πρῶτα μὲν ἐς ἀναισχυντίην ἐπὶ παῤῥησίῃ τοῦ πτώματος. θαρσέας γὰρ σφέας ποιέει ἡ ἀκυρίη τῆς ξυνουσίης· μετέπειτα δὲ ἐπὰν ἀναλωφήσωσι, εὖτ' ἂν σφίσι ἡ γνώμη τέλεον μίμνῃ. πάντων ὧν εἵνεκα τάμνειν

strangulatui succurratur. Quodsi ex inflammatione oborta fuerit suffocatio, vena ad pubem pertingens incidenda est: multumque sanguinis mittendum. Facies fricetur, capilli vellicentur, comprimantur membra, ut mulier ad se redeat. Ac si paululum recreetur, in aromatum decocto desideat et odoratis rebus suffumigetur. Bibat etiam ante cibos aliquid castorei et cum castoreo *hierae* parum. Postquam refecta fuerit, lavetur et tempestive ad consuetudinem redeat; et insuper danda opera est, ut menstruae purgationes quam facillime profundantur.

Cap. XI. [*Curatio satyriasis.*] Nervorum in pudendis inflammatio penem arrigit cum desiderio veneris et dolore inter coëundum; oriuntur autem intentiones convulsionibus similes, quae nullam mitigationem recipiunt: neque vero coitu malum ullo modo lenitur. Mentis etiam furor sequitur; primo ut sine pudore venerea utantur: audaces enim illos insatiabilis libido coitus facit; postquam vero morbus rursus conquieverit, mente rursus optime constant. His omnibus de causis venae in cubito taloque incidantur

φλέβα τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι καὶ τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ καὶ πολλὸν ἀφαιρέειν καὶ πολλάκις. οὐδὲ γὰρ ἄκαιρον νῦν λειποθυμίην ἐμποιέειν, ἔς τε νάρκην τῆς γνώμης καὶ ἐς τὰς τῆς φλεγμασίης ξυνδόσιας (113) καὶ ἐς τὰς τοῦ θερμοῦ τοῦ κατ᾽ αἰδοῖον πρηΰσιας. αἷμα γὰρ πολλὸν θερμασίης μὲν καὶ τόλμης ἔξαψις καρτερή· φλεγμασίης δὲ τροφή, ταράχου δὲ γνώμης καὶ ἀταξίης ἔκκαυμα· καθαίρειν δὲ καὶ τὸ ξύμπαν σκῆνος φαρμάκῳ τῇ ἱερῇ. [125] οὐ γὰρ καθάρσιος δέονται μοῦνον, ἀλλὰ καὶ φαρμακίης προσηνέος. δρῆν μέντοι τάδε ἄμφω ἱερὴ δύναται· κατειλίσσειν δὲ τά τε αἰδοῖα καὶ τὰς ἴξύας καὶ τὴν πληχάδα καὶ τοὺς ὄρχιας ἐρίοισι τοῖσι ἀπὸ ὄϊος ῥυπῶσι· ῥοδίνῳ δὲ καὶ οἴνῳ διᾶναι χρὴ τὰ ἔρια καὶ τέγγειν τὰ μέρεα πολλόν τι μᾶλλον τάδε καταιονοῦντα, ὅκως μήτε θάλψις ἐκ τῶν ἐρίων ἔοι, ἀτὰρ ἡ ἔμφυτος θέρμη ὑπὸ ψυχρῆς δυνάμιος τῶν χυμῶν πρηΰνηται. τοιάδε χρὴ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα τιθέναι, ἄρτῳ ξὺν ἀρνογλώσσου χυλῷ τῇ βοτάνῃ καὶ στρύχνῳ καὶ σέριδι καὶ φύλλοισι μήκωνος καὶ τοῖσι ἄλλοισι, ὅσα νάρκην καὶ ψύξιας ἐμποιέει. ἀτὰρ καταχρίειν τοῖσι ἰκέ-

et copiose et frequenter detrahatur sanguis; neque enim animae defectionem inducere jam intempestivum est, simul ut mens torpida fiat utque inflammatio mitigetur utque pudendorum calor leniatur; multus quippe sanguis calorem et audaciam vehementer incendit, inflammationem alit, mentis perturbationi et confusioni quasi faces subdit. Universum porro corpus medicamento *Hiera* perpurgetur; neque enim perpurgatione tantum egent, sed etiam leni medicatione: quod utrumque praestare *Hiera* potest. Lanis item ab ove sordidis obvolvantur pudenda et ilia et locus inter inguen ac femur, qui πληχὰς dicitur, ac testiculi; lanas autem oleo rosaceo vinoque intingere oportet: hasque partes multa perfusione madefacere, tam ut a lanis nullus oriatur fervor, quam ut ipse innatus calor a frigida succorum facultate temperetur. Ejusmodi quoque cataplasmata superdanda: quae e pane fiant cum plantaginis herbae succo et solano et seride et papaveris foliis et aliis quaecunque torporem ac frigus inducunt. Item similibus pudenda et

λοισι τὰ αἰδοῖα καὶ τὴν πληχάδα καὶ τὰ ἰσχία, κωνείῳ ξὺν ὕδατι ἢ οἴνῳ ἢ ὄξεϊ, μανδραγορίῃ, ἀκακίῃ καὶ σπόγγοισι ἀντὶ τῶν εἰρίων χρέεσθαι. μεσηγὺ δὲ ὑποκλύζειν μαλάχης ἑψήματι καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι. δριμὺ δὲ πᾶν. ἀντερείσθωσαν σικύαι κατ᾽ ἰσχίου ἢ ἦτρου. ἄρισται δὲ καὶ βδέλλαι νέρθεν ἑλκύσαι αἷμα· καὶ ἐπὶ τοῖσι τρώμασι ἐπίπλασμα, αἱ ψίχες ξὺν ἀλθαίῃ· ἔπειτα ἐνίζειν ὕδατι ἀρτεμισίης, ἐλελισφάκου, κονύζης ἑψήματι· καὶ εὖτ᾽ ἢν προσωτέρω μένῃ μήκεϊ χρόνου, μὴ κατὰ λόγον δὲ τὸ πλῆθος ἐνδιδῷ, δέος δὲ σπασμοῦ· μάλα γάρ τοι ἐπὶ τάδε σπῶνται· μεταβάλλειν χρὴ τὴν θεραπείην τοῖσι θερμαίνουσι· χρέος μὲν γλευκίνου ἢ σικυωνίου ἀντὶ ῥοδίνου· εἰρίοισι δὲ καθαροῖσι καὶ ἐπιπλάσμασι ἀλεαίνουσι. ἐμάλαξε γάρ κοτε τῶν νεύρων τὰς πρήσιας ἡ τοιήδε θεραπείη· ἀτὰρ καὶ πιπίσκειν τοῦ κάστορος ξὺν μελικρήτῳ. τροφαὶ ἄτροφοι, ψυχραὶ, βραχέα μὲν τὰ σιτώδη, τὰ πλεῖστα λάχανα, μαλάχη, βλίτον, θριδακίνη, ἑψητὴ κολοκύντη, σίκυος ἑφθὸς, πεπέων ὡραῖος, οἴνου δὲ καὶ κρειῶν,

locus inter inguen ac femur, qui πληχὰς dicitur, coxaeque inungantur: ut cicuta cum aqua aut vino aut aceto, mandragora, acacia; et spongiis vice lanarum utitor. Interim alvum subducito malvae decocto et oleo et melle; omnia vero acria vitentur. Cucurbitulae coxis aut abdomini adfigantur. Hirudines autem optime faciunt ad sanguinem ex intimis locis educendum; et cataplasma vulneribus imponendum, e micis panis cum althaea. Postea homo in aqua desideat, ubi artemisia, salvia et conyza fuerint decoctae. At si longiori tempore vitium extrahatur, neque pro ratione minuatur adfectus, timor autem convulsionis subsit, (siquidem his nervorum distentio frequenter oboritur,) curandi ratio immutanda est et ad calefacientia transeundum. Oleo itaque gleucino aut sicyonio vice rosacei opus est; et lanis mundis et cataplasmatis calefacientibus: etenim nervorum inflammationes hujusmodi medela aliquando mitigat; castoreum quoque cum mulsa propinetur. Cibus detur parum alens, frigidus; e frumento rarius: ex oleribus plerumque constans, malva, blito, lactuca, cucurbita et cucumere elixis, pepone maturo. Vino et

Ed. Oxon. [125.] Ed. L. B. (113.)

μέσφι πολλῆς ἀναλήψιος φειδώ. οἶνος γὰρ θάλψις μέν ἐστι νεύρων, μάλθαξις δὲ ψυχῆς, ἐπανάκλησις δὲ ἡδονῆς, γονῆς γένεσις καὶ πρόκλησις ἀφροδισίων. τάδε μοι ἐς τὰ ὀξέα γεγράφθω ἄκεα. χρὴ δὲ καὶ τὸν αὐτόν τινα ξυνευπορέειν, μὴ πάντα ἀλλοτρίῃ ξυγγραφίῃ προσίσχοντα τὸν νέον. οὕτω τὰ ὀξέα πάθεα γίγνεται, ὡς ἐν τάξι τε τοῖσι γεγραμμένοισι καὶ μούνοισι ἢ ἅπασι χρέεσθαι.

carni, quoad homo plurimum fuerit a morbo refectus, parcendum; vinum enim nervos calefacit, animum remollit, voluptatem revocat, semen creat et ad venerem exstimulat. Haec a me remedia sint ad acutos morbos conscripta. Medicus etiam ipse debet aliqua conquirere, neque in alienos commentarios animum penitus intendere. Hactenus de acutis ita ut ordine scriptis vel per se singulis vel simul omnibus uti queas.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΧΡΟΝΙΩΝ ΝΟΥΣΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Oxon. [126. 127.] Ed. L. B. (114.)

[126] [127] (114) *Κεφ. α΄. [Προοίμιον.]* Ἐν τῇσι χρονίῃσι νούσοισι ἡ ἀμβολὴ τῆς ἰητρείης κακόν. ὑπ᾽ ἀμβλακίης γὰρ ὀκέλλει ἐς ἀνήκεστα πάθεα. φυσίωσις ἄρ᾽ ὧδὶ ἴσχει ὡς μὴ ῥηϊδίως ἀποφοιτῆσαι, ἢν ἐσβάλλῃ ἅπαξ· ἢν δὲ καὶ ἐκδηθύνῃ, χρόνῳ καρτερὰ ἔσται καὶ ξυναποθνήσκειν γίγνεταί κοτε καὶ τὰ σμικρὰ μεζόνων ποιέεται διαδέξιας· κῆν τὸ πρόσθεν ἐς κίνδυνον ἀσινὲς ᾖ, ὁ τόκος τῶνδε

ARETAEI CAPPADOCIS DE CVRATIONE MORBORVM DIVTVRNORVM LIBER PRIMVS.

Cap. I. [*Prooemium.*] In diuturnis morbis periculosa est medicinae dilatio: nam ob cunctationem in adfectus prolabuntur insanabiles. In his ea inflatio est, ut non facile decedant ubi semel invaserint; ac si diutius trahantur, temporis spatio vires acquirunt et interdum usque ad mortis diem inhaerescunt. Porro e levibus morbis majores enascuntur; et quamquam prior periculo vacet, tamen hujus proles perniciosa evadit. Ideo neque silere

γίγνεται ὀλέθριος. χρὴ ὦν μήτε τὸν νοσέοντα σιγῇ ἢ αἰδοῖ τοῦ ἐλέγχου τῆς νούσου, μηδὲ ὑποδιδρήσκειν δέει τῆς ἰητρείης, μήτε τὸν ἰητρὸν καταμβλακεύειν. ἄμφω γὰρ ἐς τὸ ἀνήκεστον ξυνᾴδοι. μετεξέτεροι δὲ τῶν καμνόντων ὑπ᾽ ἀγνωσίης τε τῶν παρεόντων καὶ τῶν αὖθις ἐσομένων ἐς τέλος ξυνδιαιτέονται τῇ νούσῳ. ἐπὶ γὰρ τοῖσι πλείστοισι οὔτε ὀλλυνέονται οὔτε ὀῤῥωδέουσι θάνατον. διὰ τάδε ὦν ἰητρῷ σφέας αὐτοὺς οὐδ᾽ ἐπιτρέπουσι. πίστις δὲ τουτέων κεφαλαίη, ἧς ἄμφι πρότερον φράσω.

Κεφ. β΄. [Θεραπεία κεφαλαίης.] Κεφαλὴ δὲ ὁκόσον ἐς ζωὴν ἀναγκαῖον, τοσόνδε νούσῳ χαλεπωτάτη, καὶ τῶν ἀμφὶ τῶνδε νούσων ἡ μὲν ἐσβολὴ εὐπαθὴς ἐπὶ σμικρῷ ἄλγεϊ καὶ ἤχοισι ὤτων καὶ βάρεϊ. εἰ δὲ αὔξησιν προσλάβοι, καὶ τὰ τέλη ὀλέθρια. μὴ ὦν μηδὲ τὰ (115) σμικρὰ ὑπερορῇν ἄλγεα. σμικροῖσι γὰρ καὶ τοῖσι ἄκεσι μετεξετέροισι ἰῆθη· ἢν δὲ πρόσω μὲν ἥκῃ χρόνου, μέζω γὰρ προσεπιγίγνεται ἄχθεα, τάμνειν τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι φλέβα· πρόσθεν δὲ δυοῖν ἡμέραιν οἶνον πιπίσκειν. ξυντεκμαιρόμενον δὲ τὴν δύναμιν

debet aeger vel quod adfectum deprehendi erubescat vel quod curationem metu defugiat: neque medico cunctandum est; quoniam ad morbum insanabilem reddendum utraque res consentit. Etenim laborantium nonnulli praesentium pariter ac futurorum ignari ad finem usque vitae una cum morbo degunt: siquidem ut plurimum neque pereunt neque mortem reformidant; quapropter neque medico se committunt. Huic rei testimonio est cephalaea, de qua proxime sermonem instituam.

Cap. II. [*Curatio cephalaeae.*] Caput quanto maxime ad vitam necessaria pars est, tanto gravius in valetudine laborat. Atqui morborum capitis accessio tolerabilis est cum exiguo dolore et gravitate et aurium tinnitu; quae si intendantur, perniciosos habent exitus. Quare parvi dolores minime contemnendi; nam in quibusdam exiguis depulsi sunt remediis. At si jam in vetustatem inciderint, quia majores cruciatus superveniunt, vena cubiti secetur; sed duobus antea diebus bibatur vinum. Tantum vero sanguinis detrahito, quantum vires tibi, has

τὸ πλῆθος ἀφαιρέειν. ἄριστον δὲ μὴ ἐσάπαξ. ἤν ἡ δύναμίς τε ἀνέχηται τὴν πληθὺν τῆς ἀφαιρέσιος, ξυνεχές τε τοῖσι αὐτέοισι μοχλεύηται ἡ νοῦσος. ὧδε μέντοι πάσῃσι τῇσι χρονίῃσι νούσοισι ξυνῳδόν· μεσηγὺ δὲ τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν ἁδροτέρως διαιτᾶν, ἔπειτα τὴν ἱερὴν τὸ καθαρτήριον ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν. ἀπάγει γὰρ μάλιστα ἥδε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῆς νούσου τὴν τροφήν. πλῆθος δὲ τοῦ φαρμάκου, ὁκόσον τέσσαρες ἢ πέντε ὁλκῆς δραχμαί· κἢν εὖ καθαίρηται, λούειν τε καὶ οἶνον διδό[128]ναι καὶ τὴν δύναμιν αὔξειν· ἔπειτα αὖθις τάμνειν φλέβα τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ τὴν ὀρθήν. κυριωτάτη γὰρ ἥδε ἡ ἀφαίρεσις· τὸ δὲ πλῆθος ὅσον κοτύλης ἢ σμικρῷ πλεῖον. λύειν τε μὴ περαιτέρω. κενεαγγέειν γὰρ οὐ χρή· ἔπειτα τὰς κόμας ξυρῷ ἀφαιρέοντα σικύην τῇ κορυφῇ προσβάλλειν προτέρην· τὴν δὲ ἑτέρην τὴν μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων ἐρείδειν ἀναίμακτον, σχάζειν τε τὴν ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἀφειδέως ἔς τε πλῆθος ὁλκὴν καὶ ἐς τὴν τοῦ βάθεος ἐντομήν· κεφαλαίην γὰρ τὰ μέχρις ὀστέων ὀνίνησι ἰή-

aestimanti, passurae videantur. Verum optimum est, ut non semel simulque mittatur, tam uti vires copiosam detractionem sustineant, quam ut iisdem assidue repetitis auxiliis summoveatur morbus. Idem in omnibus diuturnis morbis praestare convenit. Postea per tres aut quatuor interjectos dies liberalius nutritis propinetur *hiera* purgans cum mulsa: siquidem haec a capite morbi alimentum maxime abducit; medicamenti mensura sit ad drachmas quatuor vel quinque. Quodsi bene purgatus fuerit, lavetur homo vel vinum bibat, et vires instauret. Postea rursus vena frontis recta incidatur; siquidem haec detractio praecipue conducit; quantitas autem heminam aequet vel parum exsuperet. Atqui vires hominis non ulterius convellendae sunt, neque enim vasa exinanire convenit. Postea crinibus novacula derasis cucurbitulam unam vertici admoveto et alteram deinde sine ferro inter scapulas adfigito; sed cutim in vertice liberaliter scarifica, ut sanguis et uberius attrahatur et partes profundiores incidantur: nam cephalaeae medentur quae ad ossa descendunt reme-

ματα. ἢν δὲ ἐς ὠτειλὴν ἥκῃ τὰ τρώματα, τὰς ἀρτηρίας ἐκτάμνειν. διπλαῖ δὲ, αἱ μὲν κατόπιν εἰσὶ ὤτων σμικρόν τι προσωτέρω, δῆλαι δὲ ταῖς διασφύξεσι· αἱ δὲ τοῦ ὠτὸς ἐς τοὔμπροσθεν, αὐτῶν πλησίον. παράγεται γὰρ τῷ ἀντιτρόχῳ· ἀτὰρ καὶ αἵδε δῆλαι διασφύξεσι. τάμνειν δὲ πρὸς τοῖς ὀστέοις τὰς μέζονας. αἵδε γὰρ ὀνήϊσταί. ἐπικέαται καὶ ἕτεραι ἑκάστῃσι κάρτα λεπταὶ, ἃς οὐδ᾽ ὄφελος ἐκτάμνειν. ὁ δὲ τρόπος ἐν τῇσι χειρουργίῃσι λέλεκται. κατὰ δὲ τὸ ἄκος κεφαλαίῃσι καὶ ἐπιληψίῃ καὶ σκοτώμασι καὶ ξυμβλήδην ἁπάσῃσι τῇς τῆς κεφαλῆς νούσοισι. ἐπὶ πᾶσι δὲ φλέγμα ἄγειν χρὴ προκενώσαντα τὴν γαστέρα ἢ καταποτῷ ὑπηλάτῳ ἢ κλυσμῷ· ἄλλοτε μὲν ἐκ ῥινῶν πταρμικοῖσι, ἄλλοτε δὲ διὰ στόματος τοῖσι ἄγουσι φλέγμα. εἴδη δὲ πταρμικῶν μὲν πέπερι, στρούθιος ἡ ῥίζα, κάστορος τοῦ ὄρχιος· τάδε καὶ ξυνῇ· ἐς λεπτὰ δὲ κόψαντα καὶ σήσαντα καλάμῳ ἐμφυσῆν ἢ καυλῷ πτεροῦ χηνὸς παχέϊ. ἀγωγότερον δὲ τῶνδε καὶ βιαιότερον εὐφόρβιον

dia. Cumque vulneribus cicatrix fuerit inducta, secentur arteriae, quae pone aures geminae sunt, paululum ab his ulterius sitae quaeque pulsibus se produnt; in priori parte auris aliae sunt juxta eas, siquidem prope antitragum feruntur: quin et istae quoque pulsibus patent. Majores autem prope ossa incidantur, quoniam harum sectio juvat; nam utrisque adiacent aliae admodum tenues, quas incidere prorsus est inutile. Modum vero incidendi in libro de *operationibus chirurgicis* exposuimus. Hoc auxilium cephalaeae et epilepsiae et vertigini, utque summatim loquar, omnibus capitis morbis commune est. In omnibus etiam, alvo prius vel per medicamentum aliquod purgans devoratum vel per lotionem evacuata, pituita educenda est; modo e naribus per haec quae sternutamenta excitant: modo ex ore per medicamenta huic rei apta. Species horum quae sternutamenta movent, sunt piper, struthii radix, castoreum, quae commisceri quoque possunt; haec in tenuem pulverem redacta et cribro transmissa calamo vel crasso anserinae pennae caule inspirentur. His pituitam copiosius ac valentius educit euphorbium cum horum aliquo per-

ξὺν τινὶ τῶνδε μιχθέν· ἀτὰρ καὶ ἐλαίοισι δὲ μίσγεται γλευκίνῳ, σικυωνίῳ ἢ τῷ ἀπὸ στύρακος μύρῳ. ὑγρὸν δὲ γίγνεται κάρτα ὡς ἔκχυτον· ἐγχεῖται δὲ διὰ τοῦ ῥινὸς γ' αὐλοῦ. δίδυμοι δὲ οἵδε ξυμφυέες ἀπὸ μιῆς εὐροῆς, ὡς ἐσάπαξ ἀμφοτέροισι ἐγχέειν. οὐ γὰρ ἀνασχετὸν (116) ἡ διάστασις ἑκατέρου μυκτῆρος ἰδίῃ καὶ ἰδίῃ. πίμπραται γὰρ ἡ κεφαλὴ αὐτίκα καὶ δριμὺ ἄλγος αἱρέει. τὰ δὲ διὰ τοῦ στόματος ἄγοντα φλέγμα, σίνηπι, κόκκος ὁ τῆς κνίδης, πέπερι, σταφὶς ἀγρίη· τάδε ξὺν ἀλλήλοισι καὶ ἰδίῃ· ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ μασήσασθαι μὲν αὐτὰ καὶ τὸ πτύειν ξυνεχές ἐστι, καὶ ὕδατι ἢ μελικρήτῳ μίξαντα διδόναι, κλύζειν τε τὸ στόμα καὶ ἐς τὰ παρίσθμια παρώσαντα ἀνατάσι τοῦ αὐχένος, τῷ τῆς ἐκπνοῆς πνεύματι κλύζειν· ἐπὴν δὲ ἐς ὅσον θέλῃς τὸ φλέγμα ἀγάγῃς, λούειν καὶ καταιονεῖν τὴν κεφαλὴν κάρτα πολλῷ θερμῷ ὕδατι ἐς διαπνοήν. ἰσχυραὶ γὰρ γίγνονται σφηνώσιες. δεῖπνον εὐτελές· ἔστω δὲ καὶ οἶνος ἐς ἀνάκλησιν τοῦ στομάχου· μάλα γάρ τοι καὶ ὧδε πονέει. ἐπὴν δὲ μεσηγὺ τὴν δύναμιν ἑδράσῃς, κλυσμῷ χρέω τῷ ξυνήθεϊ, λίτρου πολλὸν ἐμπάσσων ἢ

mixtum; quin etiam cum oleis misceri potest gleucino aut sicyonio aut cum unguento e styrace: at valde liquidum efficitur, ita ut fusile sit; infunditur autem per nasi fistulam, quarum duae sunt, ambae ab uno canale derivatae, ita ut utrique simul una vice immitti possit: neque enim tolerari potest alteriusque naris sigillatim dilatatio: caput enim protinus incenditur et acerbus dolor invadit. Ista vero, quae per os pituitam eliciunt, sunt sinapi, coccus cnidius, piper, herba pedicularis; haec sibi invicem commixta et per se adhibentur. Quoniam autem ista mandere et continenter exspuere licet, cum aqua vel mulsa vel posca mixta dentur ad eluendum os; ad tonsillas etiam reflexione colli depellatur humor, eaeque emissione spiritus colluantur. Ast postquam pituitae quantum libet eduxeris, caput aqua plurima calida lavato perfunditoque, ut in eo perspiratio fiat, siquidem validae sunt obstructiones. Coena tenuis esto, in qua tamen ad restituendum stomachum vini aliquid adsumatur, quoniam iste plurimum laborat. Deinde viribus interim aegri confirmatis lotione consueta

ῥητίνης τῆς ἀπὸ τῆς τερμίνθου τοῦ δένδρεος ἐντήκων ὁλκῆς δραχμὰς δύο· ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην αἷμα τῆς ῥινὸς ἔνδον ἀφαιρέειν, ὡς εἴσω παρωθεῖται τὸ ὄργανον κατειάδιον εὔμηκες ἢ τὸ καλεόμενον [129] στορύνη, ἢ εἴ τις ἐλλειπῶς πρὸς τάδε ἔχει, χηνὸς χρὴ πτεροῦ τοῦ καυλοῦ τοῦ παχέος ἀπογλύψαντα τάμνειν τὰ νεῦρα ἐς ὀδόντα, ὅκως πριστῆρα· καὶ τόδε ἐς ῥῖνα κατιέναι, μέσφι τῶν ἰσθμοειδῶν· ἔπειτα ἀμφοτέραισι χερσὶ κινέειν, ὡς ξυγχαράσσοιτο ὑπὸ τῶν ὀδόντων ὁ χῶρος. ῥηΐδίη δὲ καὶ πολλὴ τοῦ αἵματος ἡ φορή· φλέβες γὰρ ἰσχναὶ τῇδε κραίνουσι καὶ τὰ σώματα μαλακὰ καὶ εὔτμητα. ἔασι δὲ καὶ τοῖσι δημότῃσι πολλοὶ τῆς ἐγχαράξιος οἱ τρόποι καὶ βοτάνῃσι τρηχείῃσι καὶ φύλλοισι δάφνης ξηροῖσι, ἐνθέντες τάδε ἢ τισὶ δακτύλοισι κινέειν εὐτόνως. κενώσαντα δὲ ὁκόσον χρή· ἔστω δὲ πλῆθος ἐς κοτύλης τὸ ἥμισυ· μάσσειν σπόγγοισι καὶ ὀξυκρήτῳ ἢ ξηρόν τι ἴσχαιμον ἐμφυσῆν, κηκίδα ἢ σχιστὴν στυπτηρίην ἢ βαλαύστιον. ἢν δὲ ἐπὶ τουτέοισι ἡ κεφαλαλγίη μίμνῃ, ἤν τε ἀποπαύηται, αὐτὸν χρὴ ἐς τέλος ἥκειν τῆς ἰητρείης. φιλυπόστροφον γὰρ

utere, cui multum nitri inspergatur vel in qua resinae terebinthinae drachmae eliquantur duae. Postero autem die sanguinem ex interioribus nasi partibus detrahito; quod fiat immisso longo instrumento, quod *cateiadion*, vel eo quod storyne vocatur; vel si quis haec non in promptu habeat, oportet anserinae pennae, abscisso crasso caule, nervosam partem denticulatim instar serrae incidere idque intra nares immittere usque ad ossa ethmoidea, ac deinde utraque manu agitere, ut a dentibus scarificetur locus; inde sanguis facile et copiose effluet: tenues enim illic venulae desinunt et caro mollis est atque incisioni opportuna. Alii multi sunt apud vulgum scarificationis modi: uti herbis asperis et aridis lauri foliis, quae naribus immittunt digitisque fortiter dimovent. Ubi vero quantum satis fuerit evacuaris, (quod erit heminae dimidium,) nares spongiis e posca detergendae sunt vel iis aliquid ex aridis medicamentis, quae sanguinem supprimunt, inspirandum, ut galla vel alumen scissile vel balaustium. Quodsi post haec *cephalaea* vel perseveret vel desinat, ad curationis

κακὸν καὶ ἐν ἕδρῃ ἵζον τὰ πολλὰ φωλεύει. χρὴ ὦν ἀφαιρέοντα τὰς κόμας ξυρῷ, καὶ γὰρ τόδε κεφαλῇ ὀνηϊστὸν, καίειν πυρίῃσι καυτήρων, ἐπιπολῆς μὲν ἐς μύας· ἢν δὲ μέσφι ὀστέου ἐθέλῃς, ἀπάνευθεν καὶ τῶν μυῶν· μύες γὰρ καυθέντες ἔασι σπασμῶν προκλήσιες. κἢν μὲν ἐπιπολῆς καύσῃς, οἶνον εὐώδη λευκὸν ξὺν ῥοδίνῳ καταιονεῖν ἅλις. ὀθόνην δὲ χρὴ τέγξαντα ἐπιπεταννύναι τῇσι ἐσχάρῃσι μέσφι ἡμέρης τρίτης· ἢν δὲ βαθεῖαι ἔωσι αἱ ἐσχάραι, πράσου χρὴ κόμην ξὺν ἁλὶ τρίψαντα ἠδὲ ἐς ὀθόνην ἐγχρίσαντα τιθέναι· τῇ δὲ τρίτῃ κηρωτὴν ἐκ ῥοδίνου ἐπὶ τοῖσι ἐπιπολαίοισι ἢ φακὸν ξὺν μέλιτι ἐπὶ τῇσι βαθίοισι ἐσχάρῃσι τιθέναι. ὁκόσα δὲ ἐπὶ ὠτειλῇ φάρμακα ἄλλῃ πῃ γεγράψεται. ἔταμόν τινες ὑπὲρ μέτωπον κατὰ τὴν στεφάνην τὸ δέρμα ἄχρις ὀστέου καὶ τόδε ἐπιξέσαντες ἢ ἐπικόψαντες μέσφι διπλόης ἐς σάρκωσιν ἤγαγον. οἱ δὲ καὶ ἐσέτρωσαι τῷ ὀστέῳ μέσφι μήνιγγος. (117) εὔτολμα δὲ τὰ ἄκεα. ἀλλὰ χρῆσθαι. κἢν ἐπὶ πᾶσι μὲν ἡ κεφα-

finem procedendum est, quia malum facile reverti solet et confirmatum plerumque delitescit. Oportet itaque, crinibus novacula derasis, (siquidem et hoc capiti prodest,) ferramentis hoc candentibus inurere; si id in superficie tentes, partes ubi musculi sunt: sin ad os pervenire cupias, procul a musculis, quia musculorum ustio nervorum distentiones excitat. Ac si superficiem inusseris, vinum odoratum, album cum oleo rosaceo infundere sufficiet; linteum vero madefactum super crustas extendere oportet usque ad tertium diem. At si crustae altius descendant, porri comam cum sale tritam linteoque illitam imponito. Tertio die crustis summam cutem ocupantibus ceratum ex oleo rosaceo, profundioribus autem lentem e melle superdato. Ceterum de medicamentis cicatrici inducendae aptis alio loco conscribemus. Nonnulli supra frontem secundum suturam coronalem cutem usque ad os inciderunt, eoque etiam ad diploen scalpto vel inciso vulneri carnem rursus induxere; alii os perforarunt usque ad cerebri membranam; haec profecto audacia sunt auxilia, iis tamen utendum, si aliis omnibus tentatis *cephalaea* adhuc

λαίῃ ἐπιμίμνῃ, ὁ δὲ νοσέων εὔθυμος ᾖ ὁ τόνος τοῦ σώματος ἀγαθός. ἢν ἐκ προσαγωγῆς ἔωσι, γυμνάσια ὀρθὰ ἐς στέρνα καὶ ὤμους, χειρονομίη, ἁλτήρων βολὴ, ἔξαλσις καὶ ἡ ξυνευπαίδευτος ἐν τούτοις ἀνείλησις· τρίψις τὰ πρῶτα καὶ τὰ ὕστατα σκελῶν, κεφαλῆς δὲ ἐς μέσον. πιττοκοπίῃ τῷ ἐμπάττειν ξυνεχής· φοινίσσειν δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν, ἄλλοτε μὲν σίνηπι ξὺν ἄρτῳ διπλόῳ ἐγχρίοντα, ὡς μὴ ἀφόρητον εἴη τὸ πῦρ· ἄλλοτε δὲ φάρμακα ξυναλείφοντα, ὡς τὸ ξύνθετον τὸ διὰ τῆς λιμνήστιδος καὶ εὐφορβίου καὶ πυρέθρου. ἔχει δὲ καὶ ἄνοδον περί τε τὸν ἐν καιρῷ πόνον καὶ ἐς μόχλευσιν τῆς ῥίζης τοῦ κακοῦ, θαψίης ὁ ὀπὸς καὶ τὰ ξὺν τῇδε φάρμακα, ὁκόσα ἐσοιδαίνει τὸ δέρμα καὶ ἰόνθοισι ἴκελα ἐκφύει βλαστήματα. δίαιτα δὲ ἡ μὲν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀλγέων λεπτὴ, ὀλιγοποτίη καὶ ὑδροποτίη ἐπίπροσθεν μάλιστα ἄκεός τινος. ξύμπαν δὲ δριμέων μὲν ἄφεξις, κρομμύων [130] καὶ σκορόδων καὶ ὀποῦ τοῦ σιλφίου, σινήπιος δὲ μὴ πάγχυ. καὶ γὰρ τὸ δριμὺ αὐτέου πρὸς τῇ τοῦ στομάχου ἀρετῇ καὶ ἐς κεφαλὴν οὐκ ἄχαρι, φλέγμα χύον καὶ διαπνέον

inhaereat et aeger bono sit animo et corporis firmum habeat robur. Ad exercitationes recto corpore sensim progrediendum est, quibus pectus atque humeri moveantur: adhibeatur manuum gesticulatio: halterum jactus: saltus: atque inter haec perite corpus intorqueatur: frictio primo et postremo crurum, medio tempore capitis. Capiti pix continenter illinatur; idque rubefiat, modo sinapi cum duplo pane inungendo, ne calor intolerabilis excitetur: modo medicamenta illinendo, uti id quod e limnestide et euphorbio et pyrethro constat; proficit etiam et ad dolorem pro tempore mitigandum et ad mali radicem exstirpandam thapsiae lacrima et cum hac medicamenta, quotquot cutem tumefaciunt et tubercula varis similia excitant. Victus ratio in omni doloris genere tenuis esto: potus exiguus et aquae potio, praesertim ante auxilii cujusvis usus. E toto acribus abstineant, ut cepis et alliis et laserpitio: a sinapi vero non prorsus, siquidem hujus acrimonia praeterquam quod stomacho prodest, capiti quoque non ingrata est, pituitam dissolvens atque difflans

ἢ διελαῦνον κάτω. ὀσπρίων κάκιστον κύαμος καὶ ἐς τὰ τοῦδε εἴδεα, πισσοὶ καὶ ὠχροὶ καὶ δολιχοί· δεύτερον φακοὶ, οἵ γε ἔχουσι μέν τινας ἀρετὰς πέψιός τε καὶ ἐκκρίσιος, κεφαλῆς δὲ πλήσμιον καὶ πόνου ποιητικόν· πλὴν ἑψηθέντες ξὺν πεπέρι οὐκ ἀποξενωτέοι· χόνδροι δὲ οἵ τε πλυτοὶ χαρίεντες ξὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι ὅσον ἡδύναι καὶ τὸ ἐκ τουτέων ῥόφημα καὶ οἱ ξὺν ἁπλοῖσι ζωμοῖσι. καλοὶ γὰρ καὶ οἱ ἐν τῇ καρυκείᾳ καρποὶ, κάρου, κοριάνου, ἀνίσου, σελίνου δὲ τουτέων κρέσσων ἡ ἡδύοσμος ἡ βοτάνη καὶ γλήχων πρὸς τοῖσι εὐώδεσι, ἴσχουσί τι καὶ οὔρων ἀγωγὸν καὶ φυσῶν ἔξοδον. κρεῶν δὲ πονηρὰ μὲν τὰ παλαιὰ πάντα· νεοσφαγῆ δὲ ἀλέκτορος, πτηνῶν ἡ φάσσα, ἡ πελειὰ καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα μὴ μάλιστα πίονα, συῶν τὰ ἄκρεα, λαγωὸς ὁ ὀπτός· βοὸς δὲ καὶ ὄϊος παχῦνόν τε καὶ κεφαλῆς πλήσμιον· ἔριφος δὲ οὐ πάντη κακὸς, γάλα καὶ τυροὶ κεφαλαλγέες. ἰχθύων οἱ πετραῖοι ἠδὲ ὁκόσοι κατὰ χώρην ἄριστοι. λαχάνων δὲ ἑφθῶν μὲν ὁκόσα

vel per inferiora depellens. Leguminum faba pessima est et ejus species ut pisa tam pallida quam longa; secundo loco lentes, quae quibusdam sane ad concoctionem et excretionem promovendam praeditae sunt virtutibus, caput autem replent et dolorem movent, cum pipere tamen elixae non sunt repudiandae. Alica et elota suavis est cum vino et melle quantum ad dulcedinem sufficiet; et ex eadem quoque sorbitio et eadem cum jusculis simplicibus. Optime vero faciunt in condimento, *Carycaea* dicto, caryi, coriandri, anisi et apii semina: his autem praestat herba menthae et pulegii, quae praeterquam quod bene oleant, vim etiam quandam habent et urinam movendi et expellendi flatus. Ex carnibus vetustae omnes malae sunt: ex recenter interfectis gallus utilis est; et inter aves palumbes et columba et quotquot non ita multum pingues sint: suis extrema, lepus assatus; caro autem bubula et ovilla succos incrassant et caput implent: hoedina vero non prorsus mala est. Lac et caseus capitis dolorem movent. Ex piscibus saxatiles deligendi et quotquot in regione optime habeantur. Ex oleribus assumantur quaecunque ventrem et urinam movent, ut malva,

Ed. Oxon. [130.] Ed. L. B. (117. 118.)

οὔρων καὶ κοιλίας ὑπαγωγὰ, μαλάχη, βλίτον, τεῦτλον, ἀσπάραγοι· δριμὺ δὲ καὶ κράμβη· ὠμὰ δὲ θριδακίνη πάντων ἄριστον· ῥίζαι δὲ πονηραὶ καὶ ἑφθαὶ, ῥαφανίδες, γογγυλίδες, σταφυλῖνοι· οὐρητικὰ μὲν, πλήσμια δέ· σίσαρον φυσῶδες μὲν καὶ στομάχου ἐπαρτικόν. οἶνος λευκὸς, λεπτὸς, γλυκὺς μὲν ἐγγεγράφθω, στύψιος ἔχων, ὡς μὴ ἴσχειν τὴν γαστέρα· τράγημα πᾶν κεφαλαλγὲς, πλὴν (118) φοίνικες πάσης ἰδέης. σύκων δὲ ὀπώρη καὶ σταφυλὴ προσηνὲς καὶ ὅ τι ἂν ἐπὶ τῆς ὥρης ἄριστον. πλησμονὴ πάντων καὶ τῶν ὠφελούντων κακόν. κάκιον δὲ ἀπεψίη· κόποι ἀπεψίης μὲν ἀσινέστεροι· ἐπιβλαβέες δὲ καὶ οἵδε. περίπατοι ἕωθεν ἐπὶ τῆς κοιλίης ἐκκρίσι, εὔπνοοι δὲ, εὔφοροι· ἄριστοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῷ δείπνῳ· αἰώρη μακρὰ, νήνεμος, ἀνήλιος τῇ κεφαλῇ· κακὸς γὰρ αὐτέῃ ὁ σείριος. ὁμιλίη γυναικὸς κεφαλῇ, νεύροις, κακὸν ἐπίσπαστον. ἀποδημίη ἐς θερμότερον ἀπὸ ψυχρῶν καὶ ἀπὸ ὑγρῶν ἐς ξηρότερον. ξύμφορος δὲ πλοῦς καὶ ἐν θαλάσσῃ ἐξαγωγὴ τοῦ βίου· κἢν παράλιός τις ᾖ, ἀγαθὸν λούεσθαί τε τῇ ἅλμῃ

blitum, beta, asparagi: et inter acres brassica: inter cruda omnibus praestat lactuca. Radices autem vel elixae pravae sunt, radiculae et rapae et pastinacae urinam quidem cient, sed caput replent; sisarum inflationes facit et stomachum in tumorem attollit. Vinum album, tenue, dulce adscribatur, quae ita adstringat, ut alvum tamen non supprimat. Omnia bellaria capitis dolorem faciunt, omni palmularum genere excepto; ex fructu, opora dicto, ficus et ovae prosunt et quicquid suo tempore sit optimum: omnium vel juvantium repletio nocet: magis autem cruditas; defatigatio minus quam cruditas offendit, quae et ipsa tamen noxam infert. Deambulatio matutina exonerato prius ventre proficit, citra tamen spiritus difficultatem aut lassitudinem: post coenam etiam optima est. Gestatio usurpetur longa, sine vento, ubi sol caput minime feriat: id enim offendit sirius. Cum muliere coitus capiti nervisque officit et *convulsiones* provocat. Peregrinatio in calidiores ex frigidis et ex humidis inicciores locos convenit. Confert etiam navigare et in aequore vitam agere; et si quis in maritimis regionibus de-

ψυχρῇ καὶ νήχεσθαι τῇ θαλάσσῃ καὶ τῇσι ψάμμοισι ἐγκαλινδέεσθαι καὶ βιοτεύειν ἐς θάλασσαν· ἑτεροκρανίης ταὐτὰ ἄκεα. ὁκοῖον γὰρ τῇ κεφαλῇ ὅλῃ ἄκεα πρόσφορα, τοῖσδε πρὸς ἅπαν τῆς κεφαλῆς μέρος χρέεσθαι καλόν. ὁκόσοισι δὲ ἐκ τῶνδε ἄφυκτος ἡ νοῦσος, ἐλλεβόρῳ χρέεσθαι, τῇ ἐσχάτῃ καὶ δυνατωτάτῃ πάντων ἀγωγῇ.

[131] Κεφ. γ΄. [Θεραπεία σκοτωματικῶν.] Καὶ ἐκδιαδέξιος μὲν κεφαλαίης γίγνεται σκοτοδινίη· ἀτὰρ καὶ αὐτὴ πρώτη ἐπ' αἰτίῃσι φύεται, αἱμοῤῥοΐδων ῥόου ἐπισχέσι, κἢν ἀπὸ ῥινὸς αἷμα μὴ ῥέῃ πρόσθεν ῥέον ἢ μὴ διαπνέηται τὸ σκῆνος ἢ ἱδρῶτι ἢ πόνῳ πρόσθεν πονεύμενον. ἢν μὲν ὦν ἐπὶ τῇ κεφαλαίῃ ξυνστῇ, τάδε χρὴ πρήσσειν ἐς ἴησιν, ὁκόσα ἐπὶ τῇσι κεφαλαίῃσι λέλεκται· τίσι δὲ καὶ βιαιότερον ἰῆσθαι χρὴ ἐς τέλος τῶν ἀκέων, ὕστερον φράσω· ἢν δὲ ἀπό τευ ἐπισχέσιος ὑγρῶν ἡ νοῦσος ἀποβῇ, τὴν ξυνήθη ἔκκρισιν κινέειν. ὑγιεινὸν γὰρ τῆς φύσιος ἡ παλινδρομίη. ἢν δὲ ἡ μὲν μέλλῃ, τὸ δὲ πάθος αὔξῃ, ἐπὶ μὲν τῇσι ἄλλῃσι ἐπισχέσεσι

gat, bonum est aqua salsa frigida lavari et in mari natare et in arenis volutari et juxta aequor habitare. *Heterocraniae* eadem sunt remedia; nam quae toti capiti prosunt, eadem singulis ejus partibus adhibere expedit. Quicunque per haec morbum non evaserint, helleboro albo uti debent, ultimo valentissimoque omnium evacuantium auxilio.

Cap. III. [*Curatio scotomaticorum.*] Et *cephalaeae* succedit *vertigo* et ipsa per se quibusdam de causis oritur; ut ex haemorrhoidum fluxu suppresso: vel si e naribus sanguis non effluat, qui prius effluere consueverat; vel si corpus sudore aut exercitatione non perspiret, labori prius assuetum. Itaque si ex *cephalaea* subsistat, eadem curandi ratione uti convenit, quae in cephalaea proposita est; quaenam autem violentiora atque ultima adhibenda sint remedia, posterius explicabimus. Sin ab aliqua humorum suppressione morbus inciderit, usitata excretio movenda est, nam salutaris est naturae reversio. At si haec moretur et increscat malum, in aliis suppressionibus, sive

Ed. Oxon. [131.] Ed. L. B. (118. 119.)

τῇσι διὰ ῥινὸς ἢ ἱδρώτων φλέβα τάμνειν τὴν ἐπ' ἀγκῶνι· ἢν δ' ἐπὶ ἥπατι πλημμύροντι ἢ σπληνὶ ἢ τινι τῶν ἐν τοῖσι μέσοισι σπλάγχνων, ἀρῆγον ἡ σικύη· χρὴ δὲ ὁκόσον ἂν ἐκ φλεβὸς πολλὸν ἐκρῇ, τοσόνδε ἐκ τῶνδε ἀφαιρέειν αἷμα. τόδε γὰρ τῆς προφάσιος ἡ τροφὴ, ὥσπερ δὴ καὶ γαστήρ· ἐπὶ δὲ τῷδε τὰ τῆς κεφαλῆς ἄκεα ξυνάπτειν, φλέβα τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ ὀρθὴν τάμνοντα, ἢ τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς πρὸς τοῖσι κανθοῖσι, σικύην τῇ κορυφῇ προσβάλλειν, ἐκκόπτειν τὰς ἀρτηρίας, ξυρεῖν τὴν κεφαλὴν, φοινίσσειν, φλέγμα ἄγειν διὰ ῥινῶν πταρμικοῖσι ἢ διὰ στόματος ὅκως ἔλεξα· ἅπαντα πράσσειν ἐν κόσμῳ τῷ ἐπὶ τῇ κεφαλαίῃ εἰρημένῳ, πλὴν ὁκόσον κυκλαμίνου χυλὸς ἢ ἀναγαλλίδος ἐγχυτὸς εἰς τὴν ῥῖνα ἔχει τὴν πρόσθεσιν. ἐπὴν δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν ἀκέων ἥκῃ ἐς τέλος, ὁκόσα βιαιότερα ἐς τοὺς σκοτώδεας, τάδε χρὴ πρήσσειν, ἐμέτοισι τοῖσι ἀπὸ δείπνου ἠδὲ τοῖσι ἀπὸ ῥαφανίδων χρέεσθαι, τὸ ἐκ τοῦδε δέον ἐστὶ, ἀτὰρ ἠδὲ ἐς ἐλ-(119)λεβόρου παρασκευήν. μελέτῃσι γὰρ χρὴ τοῦ στομάχου

eorum quae per nares, sive eorum quae per sudorem ferri consueverant, vena cubiti secetur. Sin ex jecinore aut liene aut alio quovis in medio corpore positorum viscerum humoribus redundante vitium sit ortum, cucurbitula subveniet; oportet autem quantum sanguinis per venam tantum ex his cucurbitula detrahere; is enim sicut etiam venter causam alit. Postea capitis remedia usurpanda; vena frontis recta aut eae, quae in utraque parte nasi juxta oculorum angulos jacent, incidendae: admovenda vertici cucurbitula: arteriae secandae: radendum et rubefaciendum caput: pituita educenda vel per nares medicamentis sternutamenta excitantibus, vel per os sicut antea praecepi: omnia denique, ordine in *cephalaea* imperato, exequenda, nisi quod insuper cyclamini vel anagallidis succus naribus infundi debeat. Verum ubi omnia ad *cephalaeam* remedia praestiteris, valentiora haec contra *vertiginem* adhibenda sunt auxilia; vomitus a coena et postea ab esu radicularum, uti oportet, ut per haec etiam ad assumendum helleborum homo praeparetur; nam ante vehementia vomitoria assuefaciendus est vomitioni stoma-

ἐμέειν, ἐπὶ τοῖσι δεινοτέροισι ἐμετηρίοισι. ἀτὰρ καὶ τὸ φλέγμα λεπτότερον νῦν γίγνεται καὶ ἐς τὸ ἐλλέβορον εὔχυτον· ἐλλεβόρου δὲ δόσιες πλεῦνες, τοῖσι μὲν ἰσχυροτέροισι ἀρῆξαι ἐς μέγεθος ἄμης ἢ ὀλίγον ἁδρότερον τετμημέναι ξὺν χόνδρῳ τε πλυτῷ ἢ φακῷ ἡ δόσις· σταθμὸς δὲ ὁλκῆς δραχμαὶ δύο. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενεστέρων καὶ ἰσχνοτέρων τὸ ἕψημα ξὺν μέλιτι μέτρον μυστίλαι δύο ἢ τρεῖς· τῆσδε ποιήσιος ὁ τρόπος ἄλλῃ πῃ λέξεται. μεσηγὺ δὲ ἑκάστου ἄκεος ὑπανατρέφειν τὸν νοσέοντα ἐς τὴν τῶν μέσων ὑπομονήν· ἀρήγειν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσι παροξυσμοῖσι ὧδε· διαδέειν μὲν τὰ σκέλεα ὑπὲρ σφυρὰ καὶ γούνατα, καὶ χειρὸς καρπούς τε καὶ βραχίονας ἔνερθε τῶν [132] ὤμων πρὸς τοῖσι ἀγκῶσι. τέγξιες κεφαλῆς, ῥόδινον μύρον ξὺν ὄξεϊ. ἐνεψῆσαι δὲ χρὴ τῷ ἐλαίῳ ἑρπύλλιον ἢ σπονδύλιον ἢ κισσοὺς ἢ τὶ τοιόνδε. ἀνάτριψις ἄκρων καὶ προσώπου· ὄσφρησις ὄξεος, γλήχωνος, ἡδυόσμου καὶ τάδε ξὺν ὄξεϊ. διάστασις τῆς γένυος· ἔσθ' ὅπη γὰρ ἐρείδουσι τὰς γνάθους· γαργαρισμὸς παρισθμίων, ἐμέτου

chus: quin etiam pituita tenuior ita efficitur, quaeque helleboro facilius dissolvi queat. Hellebori autem exhibendi modi sunt complures. Valentioribus dari potest ad magnitudinem placentulae vel paulo liberalius incisus, cum alica elota vel lente, et pondus sit ad drachmas duas; imbecillioribus autem et tenuioribus praebeatur cum melle decoctus, ad cochlearia duo vel tria; confectionis vero modum alio loco declarabimus. Caeterum inter singula remedia cibis refici debet aeger, quo ea, quae interim adhibentur, remedia sustinere valeat. Porro in accessionibus ita succurrendum est; crura supra talos atque genua manusque carpi et brachia infra humeros deliganda juxta cubitos. Caput oleo rosaceo cum aceto perfundatur: oportet autem oleo serpyllum aut spondylium aut hederas aut aliquid horum simile incoquere. Extremorum usurpetur et faciei frictio. Acetum olfaciat, mentam, pulegium, ipsa quoque cum aceto. Dentes diducantur, siquidem aliquando maxillas collidunt; titilentur tonsillae, ut provocetur vomitus: nam interdum, rejecta pituita, a

πρόκλησις. ἐπὶ γὰρ ἐκχύσι κοτὲ φλέγματος ἀνέγρονται ἐκ τοῦ ζόφου. τάδε μὲν ὦν ἐς τὴν τοῦ παροξυσμοῦ παρηγορίην καὶ σκέδασιν τοῦ ζοφώδεος. διαίτης δὲ περὶ ἁπάσης τῆς ἐν τῇ θεραπείῃ καὶ τῆς ἐς αὖθις τάδε γιγνώσκω. ὕπνος πουλὺς, κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη· πολὺς μὲν γὰρ ναρκᾷ τὰς αἰσθήσιας τῆς κεφαλῆς· ἀτμῶν πλημμύρα ὄκνος ἁπάσης πρήξιος. τάδε μέντοι βάρεος καὶ ἤχων καὶ μαρμαρυγῶν ἐστὶ αἴτια, τῆς νούσου τὰ ξύμβολα· ἀγρυπνίη δὲ ἄπεπτον, ἄτροφον, καματηρὸν, τῷ σκήνεϊ ἄθυμον, εὐπαράγωγος ἡ γνώμη· διὰ τάδε ῥηϊδίως μαίνονται καὶ μελαγχολέουσι οἵδε· ξύμφορος δὲ ὁ μέτριος ἐς τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίην καὶ ἐς ἀνάπαυλαν τῶν δι᾽ ἡμέρας καμάτων, πρόνοια καὶ ἐπιμονή. προεδρίη τῆς κοιλίης ἐς ἀπόκρισιν. διαπνοῆς γὰρ ἡ μέζων αἰτίη κοιλίη. ἀνάτριψις αὖθις σκελῶν δι᾽ ἡμιτυμβίων τρηχέων μέσφι φοινίξιος, ἔπειτα νώτου καὶ πλευρέων, ὕστατα κεφαλῆς· ἀπὸ τουτέων περίπατοι, προσηνέες μὲν ἀρχῆθεν καὶ ἐς ἀπόπαυσιν, ἐπίτροχοι δὲ οἱ μέσοι, ἠρεμίη, κατάστασις τοῦ πνεύματος ἐπὶ τοῖσι περιπάτοισι ἔστω. ἀναφωνέειν χρὴ τοῖσι βαρέσι

tenebris excitantur. Hactenus de accessionis levamento et tenebrarum discussione. At de universa victus ratione tam inter curandum quam post curationem ita judico. Multus somnus et vigilia multa pariter offendunt; multus quippe somnus capitis sensibus torporem inducit, vaporum exuberantiam et ad quandam actionem segnes facit: haec autem gravitatis et tinnitus aurium et splendorum ante oculos obversantium causae sunt, quae omnia sunt morbi symptomata; vigilia vero cruditatem facit, corpus alimento privat, lassitudinem corpori inducit, mentem contristat et alienationi opportunam reddit: quapropter hi in *furorem* et *melancholiam* facile incidunt; moderatus autem somnus ad rectam alimenti distributionem et ad requiem ex diuturnis laboribus confert. Subsistendum, ut reddatur alvus: etenim haec perspirationis maxima causa est; dein crura asperis linteolis fricentur usque ad ruborem et postea dorsum ac latera, postremo caput. Ab his ambulatio in initio ac fine lenior; in medio tantum non cum cursu; quies rursus ac spiritus receptio post ambu-

φθόγγοισι μᾶλλον χρεόμενον ἠχέειν. ὀξέες γὰρ κεφαλῆς διαστάσιες, κροτάφων παλμοὶ, ἐγκεφάλου διασφύξιες, ὀφθαλμῶν πρήσιες, ἤχων ἀκοή· μετρίη ὀξυφωνίη κεφαλῇ ὀνήϊστον· ἔπειτα δὲ καιρὸς αἰώρης ἐς διαπνοὴν τοῦ παντὸς κεφαλῆς βάρεος, πλῆθος δὲ ἔσται πολλὸν, πλὴν ὁκόσον ἀκάματον ᾖ· ἐπὶ ἑλιγμοῖσι τοῖσι τοῦ χωρίου μηδὲ ξυνεχέσι καμπῇσι αἰώρη γιγνέσθω. ἰλίγγων γὰρ τάδε προκλήσιες. εὐθέες δὲ καὶ μακροὶ καὶ λεῖοι ἔστων καὶ οἱ περίπατοι. ἢν μὲν ὦν ἐν ἔθει ἔωσι ἀρίστου, ἄρτου μόνου ὀρέγειν, ὁκόσον μηδὲν ἐμποδὼν τοῖσι γυμνασίοισι ἔμμεναι. (120) προπεπέφθαι γὰρ χρή· κεφαλῇ καὶ χεῖρες καὶ αἱ τῶνδε τρίψιες· ἐπὶ δὲ τοῖσι αἶον πρηέως ἐς ἀνάκλησιν θέρμης καὶ εὐσαρκίης καὶ τόνου· ἔπειτα κεφαλὴν τρίβεσθαι ὄρθιον ἑωυτέου μέζονι ὑπέχοντα· ἀτὰρ καὶ τὰ γυμνάσια ἐς τραχήλου πρήσιας καὶ ἐς δίωσμον χειρῶν συντείνει, εὐπαιδεύτως· ὑπεραιωρεῦντα δὲ χρὴ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς ὄψιας γυμνάζειν χειρονομίῃ ἢ δίσκων βολῇ, φιλονεικεῦντα πυγμῇ· κακὸν δὲ σφαῖρα, μικρή τε καὶ μεγάλη· τῆς

lationem. Vox exerceatur, graves potius sonos emittendo; acuti namque caput distendunt, in temporibus palpationes, in cerebro pulsationes faciunt, oculos inflant, in auribus tinnitus movent; vox tamen mediocriter acuta capiti prodest. Deinde gestationis tempus erit ad gravitatem omnem capitis difflandam; haec autem multa sit, sed citra lassitudinem: neque vero in tortuosis tramitibus et assiduis vitae flexibus, quia haec vertigines creant. Ambulationes rectae longaeque ac laeves sunto. Quodsi prandio assuêrint, panis solus offeratur et quantum exercitationes non impediat: nam ante has concoquere oportet. Caput et manus exercendae fricandaeque; in his vero leniter agendum, ut revocetur calor et instauretur caro et restituantur vires; postea suum ipsius caput erectum fricato, diutius hunc laborem sustinens. Quin et exercitationes scienter factae, ita ut cervix tumefiat et manus circumquaque protrudentur, corporis contentionem faciunt. Porro, alte sublato capite, oculos exercere oportet manuum gesticulatione aut discorum jactu aut caestibus decertando. Obest autem

γὰρ κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν αἱ δινήσιές τε καὶ ἐνστάσιες σκοτώματα ποιέουσιν. ἄριστον ἀφάλσεις καὶ δρόμοι. τὸ ὀξὺ μὲν πᾶν ἐς τὰ σκέλεα πάντων τονώσιες, ψυχρολουσίη ἀλουσίης κρέσσων· ἀλουσίη δὲ θερμολουσίης· στῦψαι, πυκνῶσαι, ξηρῆναι κεφαλὴν, ψυχρολουσίη δυνατωτάτη, ὑγείης ἡ καταστάσις. ὑγρῆναι, λῦσαι, ἀχλυῶσαι, θερμολουσίη δυνατωτάτη. κεφαλῆς γὰρ νούσου αἱ προφάσιες. τοιοίδε καὶ οἱ νότοι βαρυήκοοι. ἡσυ[133]χίη ἐπὶ τοῖσι γυμνασίοισι ἐς κατάστασιν τοῦ ταράχου. πίεσις τῆς κεφαλῆς ἐς τὴν τοῦ δέρματος ξύσιν. προπόσιες ὕδατος πόσι ἢ οἴνου ὑδαρέος ἄριστον εὐτελές. λαχάνων κόμης τὰ μαλθακτήρια, μαλάχης, τεύτλου, βλίτου, ἔμβαμμα, εὐστόμαχον, εὔστομον, κοιλίης μαλθακτικὸν, ἀβαρὲς δὲ κεφαλῇ, διὰ θύμου ἢ θύμβρης ἢ σινήπιος. ὠῶν τὰ θερμὰ χειμῶνος· θέρεος δὲ τὰ ψυχρὰ, γυμνὰ τοῦ ὀστρακώδεος, μὴ ὀπτὰ, ἐλαῖαι, φοίνικες, τάριχος ὡραῖον, χόνδρος πλυτὸς, ξύν τινι τῶν γλυκέων, ὁκόσον ἡδῦναι αἱρετόν. ἐπὶ τοῖσδε ἅλες, ἠρεμίη, ἡσυχίη καὶ ἀκοῆς

pila et parva et magna, etenim capitis et oculorum circumvolutio atque intentio vertigines inducunt. Optime faciunt saltus cursusque, quin et omnia acria crurum exercitia totum corpus roborant. Frigida lavatio potior est quam nulla: nulla quam calida; frigida lavatio caput efficacissime astringit, contensat, siccat, quae salutem reddunt: calida lavatio potenter humectat, dissolvit, tenebras offundit, quae res morbi capitis causae existunt: hujusmodi sunt austri, qui auditum gravem faciunt. Post exercitationes, quies, ut perturbatio sedetur; capitis compressio ad pruritus in cute commotionem. Ante cibum aqua vel vinum aquosum propinetur; prandium tenue sit, in quo olerum coma adsumatur, quae ventrem emolliunt, malvae, betae, bliti: liquamen stomacho et pato conveniens, alvum leniens, quodque caput non gravet, e thymo et sinapi et thymbra confectum; ova hieme calida, aestate frigida, putamine exuta, non assata; olivae, palmulae, salsamentum vetus; alica elota cum aliquo e dulcibus quantum ad hanc condiendam adsumere velint et cum his sal. Otium imperetur: quies et vocis et auditus; am-

καὶ λαλιῆς. περίπατοι ἔνθα ἂν εὔπνοον· εὔχαρι ἢ δένδρεσι ἢ βοτάνῃσι· ἢν δὲ ἐς δεῖπνον ἥκῃ, μάλιστα μὲν αὖθις ψυχρολουτέειν, σμικρὸν ὑποχρισάμενον λίπαϊ. εἰ δὲ μὴ, σκέλεα μοῦνον. τὸ δεῖπνον σιτῶδες οἷον ἰτρίον ἢ ῥόφημα χόνδρου ἢ πτισάνη ἄφυσος, ἑψήσει εὔπεπτος· φάρμακα δὲ τὰ ἐς ἡδονὴν τῆς πτισάνης, πέπερι, γλήχων, ἡδύοσμον, κρομμύων ἢ πράσων σμικρὸν, μηδὲ ὁκόσον ἐμπλεῦσαι· ὄξος δὲ τὸ δριμὺ ξύμφορον· κρεῶν τὰ ἐκ πιόνων μὴ πίονα· συῶν πόδες καὶ κεφαλή· πτηνὰ πάντα· τῷ πλήθεϊ δὲ τεκμαίρεσθαι λαγῶς καὶ τὰ θηρευτὰ δὲ ἀλεκτορὶς εὔπορος καὶ ξύμφορος. τράγημα πᾶν κεφαλαλγὲς, πλὴν φοίνικος ἢ τῶν ὡραίων σύκων ἢ σταφυλῆς, ἢν ἄφυσος ὥνθρωπος ἔῃ, εὖ τοῖσι· ἠδὲ πεμμάτων εὔπεπτα καὶ ἄκνισα καὶ κοῦφα, περίπατοι, θυμηδία, ἐν ἡσυχίῃ ἐς ὕπνον ἄφεσις.

(121) Κεφ. δ΄. [Θεραπεία ἐπιληψίης.] Ἀκέων ὅτι περ μέγα καὶ δυνατώτατον ἐς ἐπιληψίην χρέεσθαι. φυγὴ

bulatio in aëre bono et in loco aut arboribus aut herbis delectabili. Sub coenae tempus omnino iterum frigida lavetur, corpore oleo parum inuncto: quodsi fieri commode nequeat, crura tantum. Coena constet e frumento, uti itrio vel alicae sorbitione vel e ptisana inter coquendum flatibus experti et concoctu facili facta; medicamenta vero, quae ptisanam condiant, sint piper, pulegium, mentha, cepae aut porri paululum, quantum non stomachum repleat; porro acetum acre non inutile est. E carnibus adsumantur pinguium animalium partes non pingues: suis caput ac pedes; volatilia omnia; sed quantitatem conjicere oportet: lepus et venatio: gallina in promptu est et convenit. Bellarium omne capitis dolorem movet, exceptis palmulis et horariis ficubus et uva, si homo inflationibus vacet: utiliter etiam adsumi possunt e secundis mensis, quae facile concoquuntur, nidorem non habent et levia sunt. Ab his ambulatio, mentis hilaritas, inter quietem et somnos conversio.

Cap. IV. [*Curatio epilepsiae.*] Inter medicamenta quidquid maximum ac valentissimum est adversus *epi-*

γὰρ οὐ μοῦνον ἐπιπόνου πάθεος καὶ κινδυνώδεος ἐφ᾽ ἑκάστης ὑπομνήσιος, ἀλλὰ καὶ ἰδέης αἴσχεος καὶ ὀνείδεος τῆς συμφορῆς· καί μοι δοκέω, εἴπερ εἰς ἀλλήλους ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι ἐνέβλεπον, ὁκόσα πάσχουσι οἱ νοσεῦντες, οὐκ ἂν ἔτι ζώειν τλαῖεν ἄν. ἀλλὰ γὰρ τὰ δεινὰ ἑκάστῳ καὶ τὰ αἰσχρὰ ἀναισθησίη καὶ ἀθεησίη κρύπτει· ξυνομαρτεῖν δὲ τὴν ἰητρείην τῇ ῥαστώνῃ τῆς φύσιος ἄριστον, εὖτε τῇσι μεταβολῇσι τῆς ἡλικίης ἐς μέγα ἀμείβει τὸν ἄνθρωπον. ἢν γὰρ ἡ ξυνήθης τῷ κακῷ δίαιτα, ἐν ᾗ ἐμβιοτεύει ἡ νοῦσος, οἴχετο, οὐκέτι ἐπιφοιτεύει ἐς τὸν ἄνθρωπον· ξυναποίχεται γὰρ τῷ πρόσθεν ἤδεϊ. ἢν ὦν τῆς κεφαλῆς λάβηται, ἐνοικέει· τῇδε ἅπαντα χρὴ πρήσσειν, ὁκόσα μοι ἀμφὶ κεφαλαίης λέλεκται, ἀμφί τε τὰς τοῦ αἵματος ἀφαιρέσιας, ἠδ᾽ ἀμφὶ τὰς καθάρσιας, φλεβῶν τῶν ἐπ᾽ ἀγκῶνος, μετώπου τῆς ὀρθίας. σικύης· [134] τὰς δὲ ἀφαιρέσιας μὴ μέσφι λειποθυμίης ποιέεσθαι. πρόκλησις γὰρ τοῦ πάθεος λειποθυμίη· ἀρτηρίας τάμνειν ἁπάσας, τάς τε ὤτων πρόσω τε καὶ ὀπίσω· καθάρσιας δὲ ποιέεσθαι ἐξο-

lepsiam uti oportet, ut hominem non modo adfectu liberemus doloribus pleno, in singulis item accessionibus periculoso, sed etiam speciei foeditate et calamitatis opprobrio. Et profecto existimo, si semet invicem in accessionibus intuerentur et ea quae patiuntur aegroti cernerent, vitam ultra ducere non sustinerent; verum a se ipsis foeda haec atque atrocia cujusque mala sensus privatio et sublata videndi facultas occulit. Optimum est autem, ut medendi ratio naturae ductum sequatur, ubi aetatis mutationibus hominem haec multum variat; nam si usitatus malo victus, in quo morbus alitur, desierit, id ulterius hominem non invadit, quia una cum eo, quod illi ante gratum erat, decedit. Id itaque si caput occupaverit, inhaeret: quamobrem omnia facere necesse est, quae in cephalaeae curatione praecepimus, quod sanguinis detractionem et purgationem venarum, tam ejus quae in cubito quam hujus quae in fronte recta est: item quoad cucurbitulas. Is autem non est usque ad animae defectionem mittendus: adfectum enim ista res arcessit. Arteriae omnes et ante et pone aures incidendae. Purgationes item instituendae,

χέας τουτέων πάντων, τῇ ἱερῇ τῷ καθαρτηρίῳ καὶ τῆς κεφαλῆς τοῖσι ἄγουσι φλέγμα· πολλῷ δὲ δυνατώτερα ἔστω φάρμακα. φέρει γὰρ ἡ ἕξις τῶνδε τοὺς πόνους· εὐθυμίη δὲ καὶ εὐελπιστίη τίθησι τοὺς νοσέοντας τλήμονας. χρεὼν καὶ πῦρ φέρειν ἐς τὴν κεφαλήν. ἀνύει γάρ. τετρῆναι δὲ χρὴ πρῶτα τὸ ὀστέον μέχρι διπλόης, ἔπειτα κηρωτῇσι καὶ ἐπιπλάσμασι χρέεσθαι. ἐς τ' ἂν ἡ μῆνιγξ τῶν ὀστέων ἀποστῇ, τερέτρῳ χρὴ περικόπτειν τὰ γυμνὰ, κἢν ἐπὶ σμικρὰ ἀντέχῃ μέχρι αὐτομάτου ἀποσπάσιος, ἕως ὅτε μέλαινά κοτε τουτέων καὶ παχείη εὑρεθῇ ἡ μῆνιγξ· καὶ ἐπὴν ἐς μύδησιν ἢ καὶ κάθαρσιν τοῦ ἰητροῦ εὐτόλμως ἀκεομένου ἐς ὠτειλὴν ξυμβῇ τὸ τρῶμα, ὤνθρωπος ἐξῆλθε τῆς νούσου. ἐπὶ πᾶσι φοινίξιες κεφαλῆς, ξυνήθεες μὲν, ὁκόσαι μοι ἐν τοῖσι πρόσθεν εἰρέαται· δυνατωτέρη δὲ ἡ διὰ τῶν κανθαρίδων· χρὴ δὲ ἐπίπροσθεν τῆς χρήσιος τριῶν ἡμερῶν πίνειν γάλα ἐς τὴν τῆς κύστιος φυλακήν. κανθαρίδες γὰρ κάρτα σίνονται κύστιν. τάδε μὲν ὦν ἢν κεφαλὴ πεπόνθῃ· ἢν δὲ τὰ μέσα εἰσάγῃ τὴν αἰ-

quae multo plus quam haec omnia valeant, *hiera* scilicet purgante; et his, quae a principio pituitam eliciunt; quae medicamenta sui quaeque generis fortissima esse debent: istorum enim habitus dolorum patiens est, eosque alacritas ac bona spes tolerantes efficit. Inprimis autem opus est ut os usque ad diploen perforetur: deinde ceratis cataplasmatibusque utendum, quoad membrana ab ossibus secesserit; ossa nuda terebra circumcidenda, quamquam ea paululum resistant, usque ad spontaneam horum separationem et quoad eorum atra et crassa inventa fuerit membrana. Cumque ad putrefactionem et purgationem usque, medelam audacter exsequente medico, vulneri cicatrix inducta est, homo e morbo liber evasit. Maxime omnium rubefactiones capitis usurpandae, usitatae quidem, quascunque superius proposui; sed his valentior est, quae e cantharidibus conficitur: tribus autem antea diebus, quam his utamur, ad vesicam tutandam bibatur lac, quia cantharides magnopere vesicam laedunt. Haec utique si adficiatur caput. At si *mediae corporis partes* causam inducant, et ab his morbus oriatur: (id autem

τίην καὶ τάδε ἐπάγει τὴν νοῦσον· ἥκιστα δὲ τάδε γίγνεται. ξυμπαθέει γὰρ κεφαλῇ τὰ μέσα μᾶλλον ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ, ἥπερ ἀρχὴ τῆς νούσου. ὅκως δ᾽ οὖν ἴσχῃ, φλέβα τάμνειν τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι καὶ ἐπὶ τῶνδε. ἀπὸ σπλάγχνων γὰρ ἡ ῥοή· ἀτὰρ καὶ καθαίρειν τούσδε μᾶλλον τῶν ἄλλων καὶ τῇ ἱερῇ καὶ κνεώρῳ καὶ κόκκῳ κνίδης. [122] τάδε γὰρ φλεγμάτων ἀγωγά. τὸ δὲ καίριον αὐτέων ἡ σικύη· ἐπιθημάτων δὲ καὶ ἐπιπλασμάτων ὁ φόρτος εὔδηλος καὶ πάντῃ γράφειν περιττὸν, εἰ μὴ ὁκόσον δύναμιν αὐτέων γινώσκειν, ὅτι χρὴ τοῖσδε λεπτῦναι, διαπνεῦσαι, εὔροα καὶ εὔπνοα ποιέειν καὶ πεπτηρίοισι φαρμάκοισι, θερμοῖσι, ξηροῖσι καὶ οὔρων ἀγωγοῖσι χρεόμενον καὶ ἐν τροφῇ καὶ ἐν φαρμακίῃ· κρέσσων δὲ πάντων κάστορος ὄρχις πινόμενος ἐν μελικρήτῳ πολλάκις τοῦ μηνὸς, ὁκόσα τε ποικίλα φάρμακα τωυτὸν πρήσσει, ἡ διὰ τῶν θηρίων ποικίλη καὶ ἡ τοῦ Μιθριδάτεω ἐπιποικιλωτέρη· πίνειν δὲ καὶ τὴν Βηστίνου, εὔπεπτα γὰρ καὶ εὔχυμα ταῦτα καὶ οὔρων ἀγωγά. ὁκόσα γὰρ χρὴ γράφειν τῶν ἁπλῶν φαρ-

rarissime evenit, quia mediae partes capiti, quod initium adfectus facit, utpote in magno malo, saepius consentiunt;) utcunque vero res se habeat, etiam in his cubiti venam incidito: siquidem hac a visceribus sanguis effluet. Porro hos etiam idque magis quam alios purgato et *hiera* et cneoro et cocco cnidio: etenim ista pituitam educunt. Praesentissimum vero istis auxilium est a cucurbitula. At epithematum et cataplasmatum silva satis cognita est et haec ubique describere supervacaneum videtur, nisi quatenus eorum vim nosse conveniat: quod his scilicet extenuare, per halitus digerere et corpora fluxa ac perspirabilia reddere oporteat. Medicamenta item concoctionem promoventia, calida, sicca et urinam citantia tam in alimento quam in medicatione adsumenda: inter quae excellit castoreum saepius in mense ex aqua mulsa potum: et medicamina etiam composita quaecunque idem praestant, ut *antidotum e viperis*, *theriaca* dicta quod e variis conficitur: et *mithridaticum*, quod e magis variis constat: nec non et hoc quod *antidotum Bestini* dicitur. Etenim haec concoctionem faciunt, bonos succos creant et uri-

μάκων, αἵδε ἔχουσι αἱ δυνάμιες, κιννάμωμον καὶ κασίην, φύλλα τὰ μαλαβάθρου καὶ πεπέρεος καὶ σεσέλεος πάσας ἰδέας. καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν εὕροις ἐν τοῖσδε τῶν δυνατωτάτων; λόγος ὅτι καὶ γυπὸς ἐγκέφαλος καὶ αἰθίης ὠμῆς κραδίη καὶ οἱ ἐνοικάδιοι γαλέοι βρωθέντες λύουσι τὴν νοῦσον· ἐγὼ δὲ τῶνδε μὲν οὐκ ἐπειρήθην· ἐθεασάμην δὲ ἀνθρώπου γε νεοσφαγέος ὑποθέντας φιάλην τῷ τρώματι καὶ ἀρυσαμένους τοῦ αἵματος πίνοντας. ὢ τῆς παρεούσης μεγάλης ἀνάγκης, τλῆναι κακὸν ἀκέσασθαι μιάσματι κακῷ· εἰ δὲ καὶ ὑγιέες ἐκ τούτου ἐγένοντο, ἀτρεκὲς οὐδεὶς ἔχει μοι λέγειν· ἄλλη δέ [135] τις γραφὴ ἔφραζεν, ἧπαρ ἀνθρώπου φαγεῖν. ἀλλὰ τάδε μὲν γεγράφθω τοῖσι μέχρι τῶνδε τλήμοσι. προσαρήγειν δὲ καὶ τῇ διαίτῃ καὶ ἑκάστοισι τῶν γινομένων ἢ δι' ἄλλων ἢ δι' αὐτοῦ. νῦν δὲ χρὴ οὐδὲν ὑπερορῆν μηδὲ πρήσσειν τὶ εἰκῇ, μάλιστα μὲν ἐφ' ἑκάστοισι σμικροῖσι πάντως ὠφελεῦντα· ἢν δὲ βλάπτοντα μηδέν. καὶ γὰρ ὁράματα ὁκόσα μὴ θηητὰ καὶ ἀκούσματα καὶ γεύματα καὶ θυητὰ μυρία ἐλέγχει τὴν νοῦ-

nam movent; nam quaecunque medicamenta simplicia conscribi possunt, horum antidotorum facultatibus continentur; cinnamomum, cassia, malabathri folia, piperis atque seselis omnia genera; et quodnam denique valentissimorum remediorum in his repereris? Fama est etiam, vulturis cerebrum et crudae fulicae cor et domesticas feles comesas adfectum hunc discutere. Haec ego sane non expertus sum, homines autem ipse adspexi, qui viri recenter jugulati sanguinem subjecta vulneri phiala haustum combibere. O ingentem necessitatem! quemquamne sustinere posse malo quamvis gravi auxilio mederi tam horribili! atqui ex hoc ad sanitatem nec ne pervenerint, nemo unquam mihi certo adfirmare potuit. Apud alium quemdam auctorem jecur hominis comedendum esse invenio. Verum haec quidem in eorum gratiam scripta sint, qui eo miseriae devenerunt, ut hujusmodi auxilia experiri sustineant. Ad haec victus ratione succurrendum et singulis rebus, quae vel ab aliis vel ab ipso aegro praestari queunt. Jam vero nihil negligendum, nihil temere agendum est: sed omnino adhiberi debent singula, quae vel minimum juvent nihil-

σον. φράζεσθαι ὧν περὶ πάντων μάλα, ὕπνος πολλὸς, παχύτης, ἀργίη, ὁμίχλη τῆς αἰσθήσιος· ἀγαθὸν δὲ ξυμμετρίη· κοιλίης ἔκκρισις ἐπὶ τοῖσι ὕπνοισι ἄριστον. μάλιστα πνευμάτων καὶ φλεγμάτων. περίπατοι μακροὶ εὐφυέες, ἀνέλικτοι, εὔπνοοι, ὑπὸ δένδρεσι μὲν μυρσίνης ἢ δάφνης ἢ τοῖσι δριμέσι καὶ εὐώδεσι· βοτάνῃσι δὲ, καλαμίνθῃ, γλήχωνι, θύμῳ, ἡδυόσμῳ. μάλιστα μὲν τοῖσι ἀγρίοισι αὐτομάτοισι· ἢν δὲ μὴ, κἂν ποιητοῖσι· ἐν τοῖσι καὶ αἰῶραι μακραὶ καὶ αἵδε εὐθέες· ὁδοιπορίῃσι καλὸν χρέεσθαι, μὴ παρὰ ποταμὸν εἰς τὸ ῥεῦμα ἐνορῇν. ἰλίγγων γὰρ ποιητικὸν ῥόος. μηδὲ ἐν κύκλῳ στροφούμενον μηδὲ βέμβηκα δινεύμενον· ἀσθενέστερος γὰρ ἑδραῖον ἱστάναι τὸ πνεῦμα. ξυνελίσσεται γὰρ τῷ κύκλῳ. δίνησις δὲ σκοτώματος καὶ τῆς ἐπιληψίης πρόκλησις· ἀπὸ δὲ τῆς αἰώρης περίπατος ἠρεμαῖος. ἔπειτα ἡ ἡσυχίη ἐς ἀποκατάστασιν τοῦ ἐν (123) τῇ αἰώρῃ ταράχου· γυμνάσια δὲ ἐπὶ τούτοισι πρὸς χεῖρας, ἐνόντων τῶν ἄκρων ἀφ' ἡμιτυμβίου λι-

que quod offendat: nam et spectacula multa visui ingrata et soni et gustus et suffimenta plurima morbum accersunt. Omnibus itaque rebus diligenter attendere. Somnus multus crassitudinem corporis et ignaviam facit et nebulam quandam sensibus offundit: mediocris autem prodest. Alvi excretio a somno, praesertim si flatus cum pituita reddantur, plurimum juvat. Ambulationes longae conveniunt, gratae, non tortuosae ubi aër bonus adducatur; sub arboribus myrti aut lauri: aut inter acres et bene olentes herbas, calaminthам, pulegium, thymum, mentham, praecipue inter silvestres ac sponte nascentes, quod si fieri nequit, illic, ubi arte producuntur. Ibidem quoque gestationes fiant, ipsae itidem rectae. Itinera facere expedit: cavendo tamen, ne homo fluminis profluentem aquam aut quidvis in circulo rotatum aut circumvolutum turbinem inspiciat; etenim imbecillior est quam ut firmum conservet spiritum; nam spiritus cum orbe quovis convolvitur: circumvolutio autem *vertiginem* et *epilepsiam* provocat. A gestatione ambulatio quieta, quo sedetur agitatio inter gestandum orta. Manuum deinde exercitationes fiant, harum extremis linteolo e linis crudis confecto interim obvolutis.

νοῖσι ὤμοῖσι· ἄλειμμα μὴ κάρτα λιπαρὸν, τρῖψις ἐν μελλήσει μὲν οὖσα, σκληροτέρη δ' ἐς πύκνωσιν· οἰδαλέοι γὰρ καὶ παχέες οἱ πλεῖστοι. μεσηγὺ δὲ ὅλης τῆς τρίψιος κεφαλὴ ὀρθίη τετρίφθω. γυμνάσια τὰ εἰς τὸν αὐχένα καὶ ὤμους, χειρονομίη, πάντα ὁκόσα μοι ἐπὶ σκοτωματικῶν λέλεκται. ἅλις δὲ ἐνθάδε τοῦ ἐκεῖ φόρτου. πλὴν ὁκόσα ὀξύτερα χρὴ τὰ τῶνδε γυμνάσια ἔμμεναι, ἐς ἱδρῶτα καὶ θέρμην. τάδε γὰρ πάντα λεπτύνει. ἀτὰρ καὶ ἐν τῷ παντὶ βίῳ χρὴ ὀξυθυμίην ἀόργητον ἐμποιέειν. τροφαὶ πᾶσαι παχέεσι ὀσπρίοισι κακόν· σιτώδεις δὲ ἄρτοι ξηρότεροι, χόνδροι πλυτοὶ καὶ τὰ ἐκ τῶνδε ῥοφήματα· τὰ δὲ ἐς ἡδονὴν φάρμακα ταὐτὰ τοῖς πρόσθεν. τῶν δριμέων δὲ νῦν ἔστω πλεῦνα, πεπέριος, ζιγγιβέριος, λιβυστικοῦ. ἐμβάμματα δὲ δι' ὄξεος καὶ κυμίνου καὶ ἡδέα καὶ χρήσιμα. κρεῶν μάλιστα μὲν ἀπείρχθω πάμπαν, εἰ δὲ μή γε, ἐν τῇ θεραπείῃ· ἐς δὲ τὴν ἀνάληψιν ἔστω ὁκόσα κοῦφα ἢ φύσι, οἷόν τι τὰ πτηνὰ πλὴν νήσσης καὶ τῇ πέψι ὅκως λαγωοί. οἷον πόδες, τάριχος· καὶ ἐπὶ τοῖσι δίψος ἀγαθόν. οἴ-

Inunctio non admodum pinguis. Frictio diuturna, sed durior ad condensandam cutem; tumidi enim et crassi sunt ex his plerique; in medio autem totius frictionis caput erectum perfricetur. Exercitationes ad cervicem atque humeros: manuum dimotio; omnia fiant quemadmodum in scotomaticis praecepi, ubi de hac re abunde actum est; praeterquam quod acriores horum exercitationes esse debeant ad sudorem caloremque commovendum: haec enim omnes partes extenuant. Ceterum et in omni vita animum acrem facere oportet citra iracundiam. Alimenta omnia e crassis leguminibus mala; ex frumento panes sicciores exhibendi: alica elota et sorbitiones ex hac. Medicamenta voluptatis causa eadem, quae in supra positis; sed acrium plura jam adsumantur, piper, zinziber, ligusticum. Liquamina ex aceto cum cymino et delectant et prosunt. Carnibus praecipue quidem in totum; sin minus, in curatione saltem abstineant; in refectione tamen adsumantur quaecunque vel natura leves fuerint, quales sunt volatilium, excepto anate: vel quaecunque concoctu faciles, lepus, suum pedes et salsamentum; post quae sitis bono est. Vini pau-

νου ὀλιγοποσίῃ, λευκοῦ, λεπτοῦ, εὐώδεος, εὐόσμου, οὐρεομένου· λαχάνων ἑφθῶν ὁκόσα ἐς δύναμιν δριμέα λεπτῦναι, οὖρα κινῆσαι, ὁκοῖόν τι κράμβη, ἀσπάραγος, κνίδη· ὠμῶν δὲ θριδακίνῃ ἐφ᾽ ὥρᾳ· σίκυος δὲ καὶ πέπων ἀνδρὶ μὲν κρατερῷ περιττὰ, τισὶ δὲ δοτέον μέσφι γεύσιος. κακὸν γὰρ τῶνδε ἡ πληθὺς, ψυχρῶν ἐόντων καὶ ὑγρῶν. σύκου χλωροῦ καὶ σταφυλῆς ἡ χρῆσις ὡραῖος· περίπατοι. ἐπὶ τοῖσι δὲ θυμηδίῃ ἄλυπος· [136] ὀργὴ δὲ καὶ λαγνείη κακόν. καὶ γὰρ τὸ πρῆγμα τῆς νούσου φέρει τὰ σύμβολα. ἀπάτη δέ τις ἔς τε μετεξετέρους ἰατροὺς συνουσίης. ἐπεὶ γὰρ ἡ τῆς φύσιος εἰς ἄνδρα μεταβολὴ ἀγαθόν τι πρήσσει, μετεβιάσαντο τὴν παίδων φύσιν ἀώρῳ ξυνουσίῃ, ὡς θᾶσσον ἀναῤῥώσοντες· ἀγνοέουσι δὲ τῆς φύσιος τὴν αὐτομάτην προθεσμίην, ἐφ᾽ ᾗ πάντα γίγνεται τὰ ἄκεα· ἥδε γὰρ ἑκάστῃ ἡλικίῃ συντίκτει τὰ οἰκεῖα ἐν χρόνοις ὡραίοισι· ἐν χρόνῳ γὰρ οἱ πεπασμοὶ σπέρματος, γενείου, πολιῆς. τίς ὦν ἰητρὸς προσαλλάξαι τῆς φύσιος, τοῦτο μὲν τὴν ἀρχῆθεν τῶν σπερμάτων μεταβολὴν, τοῦτο δὲ

lulum bibatur albi, tenuis, odorati, urinam moventis. Ex oleribus juvant quotquot facultate acria sunt, extenuant, urinam cient: uti brassica, asparagus, urtica; crudorum matura lactuca: cucumis autem et pepo viro forti supervacua sunt, quae a nonnullis tamen leviter degustari possunt: siquidem eorum copia nocet, cum frigida sint et humida; fici viridis et uvae maturae usus convenit. Ambulationes; post has animi oblectatio molestia vacans. Ira obest: obest etiam venus: haec enim ipsa res morbi symptomata inducit. Atqui de coitu medici nonnulli falso opinantur; quoniam enim pueri in virum naturalis mutatio aliquid boni praestat, horum naturae intempestivo coitu vim intulerunt tanquam eos citius ita roboraturi. Isti quidem a natura sponte praestitutum tempus, in quo omnia fiunt remedia, ignorant; haec enim singulis aetatibus propria temporibus opportunis gignit: in tempore seminis, barbae, canitiei fit maturitas. Ecquis itaque naturam medicus variaverit, tum quoad seminis ex principio immutationem, tum quoad tempus singulis rebus

τὴν ἐς ἑκάστου προθεσμίην· ἀλλὰ καὶ προσέκοψαν ἐς τὴν φύσιν τοῦ νοσήματος. οὐκέτι γὰρ ἐγκαίρως τινὲς εἴασι τῇ ἀρχῇ τῆς ξυνουσίης, προσινόμενοι ἀωρίῃ τοῦ πρήγματος. βιοτεύειν δὲ χρὴ ἐν χώρῃσι θερμῇσι ξηρῇσι. ψυχρὸν γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νοῦσος.

(124) Κεφ. έ. [Θεραπεία μελαγχολίης.] Χρεὼ βουλῆς ἀμφὶ αἵματος ἀφαιρέσιος ἐν τοῖσι μελαγχολικοῖσι, ἀφ' οὗ γίγνεται ἡ νοῦσος, ἀλλὰ καὶ κακοχυμίης οὐδ' ἐπὶ σμικρῷ τῷ πλήθεϊ. ἢν μὲν ὦν ἡλικίης νέης λάβηται καὶ ὥρης ἐαρινῆς, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τῷ δεξιῷ μέσην, ὅκως ἀπὸ τοῦ ἥπατος εἴη ἐπίκαιρος ἡ ῥοή. τόδε γὰρ τὸ σπλάγχνον αἵματος αἱ πηγαί· χολῆς δὲ ἡ γένεσις, ἄμφω μελαγχολίης ἡ τροφή· τάμνειν δὲ κἢν ἰσχνοὶ ἔωσι καὶ λείφαιμοι· σμικρὸν δὲ ἀφαιρέειν ὁκόσον αἴσθητο τομῆς ἡ δύναμις· οὐκ ἐλεγχθείη δὲ ἐπὶ τῷ τόνῳ. καὶ γὰρ εἰ παχὺ καὶ χολῶδες καὶ πεπηγὸς εἴη τὸ αἷμα καὶ μέλαν ὅκως ἀμόργη, ἀλλὰ τόδε ἐστὶ τῆς φύσιος ὁ χῶρος καὶ ἡ τροφή. ἢν ὦν τοῦ δέοντος πολλὸν ἀφέλῃς, ἀτροφίῃ ἡ φύσις ἐξίσταται τῆς ἕδρης· ἢν

praefinitum? Quin et in morbi naturam impegerunt; neque enim pueri adgrediendo jam coitui amplius opportuni sunt, intempestivo rei experimento antea laesi. Oportet autem in regionibus calidis siccisque degere; siquidem morbus frigidum quoddam atque humidum est.

Cap. V. [*Curatio melancholiae.*] In melancholicis de sanguinis detractione deliberandum est, e quo morbus nascitur, sicut etiam ex malorum humorum copia non exigua. Itaque si juvenilem aetatem, idque verno tempore, adfectus hic invaserit, vena incidatur dextri cubiti media ut ab jecore opportuna fiat effusio; etenim hoc viscus et sanguinis fons est et bilem generat, quorum utrumque melancholiam alit. Secetur autem, licet homo tenuis neque sanguinis abundans fuerit; parum tamen mittendum, ita ut sectionem vires sentiant, neque tamen ea labefactentur, etenim quamquam crassus et biliosus et concretus fuerit sanguis et quasi amurca niger, nihilominus iste naturae sedes atque alimentum est; quare si debito plus detraxeris, alimento destituta loco suo dimovetur natura. At si sanguine ab-

δὲ πολύαιμος ᾖ, τὰ πολλὰ μὲν οὐ κάρτα γίγνεται πονηρὸν, τάμνειν δὲ τὴν φλέβα καὶ μὴ αὐτῆμαρ ὁκόσον χρὴ ἀφαιρέειν, ἀλλ᾽ ἐκ διαστάσιος καὶ αὐτῆμαρ δέ. τὸ δὲ πλῆθος δηλώσουσιν αἱ δυνάμιες· μεσηγὺ δὲ ἁδροτέρως διαιτᾶν ἐς ἄλλης κενώσιος ὑπομονήν. χρὴ γὰρ καὶ τῷ στομάχῳ ἀρήγειν καὶ τῷ νοσέοντι καὶ κάμνοντι. τῷ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς ἐγκεομένης ἐπίπροσθεν μιῆς ἡμέρης λεπτῶς διαιτηθέντι, μέλανος ἐλλεβόρου δοτέον ξὺν μελικρήτῳ, σταθμοῦ ὁκόσον ὁλκὰς δύο. ὑπάγει γὰρ ὅδε μέλαιναν χολήν· ἀτὰρ καὶ τοῦ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἡ κόμη καὶ ἥδε ἄγει μέλαιναν χολήν· ἄριστον δὲ ξυμμίσγοντα διδόναι ἑκάστου μέρους ἐν ἐς ὁλκὴν < δύο ἀμφοῖν, λούειν τε ἀπὸ τῆς καθάρσιος καὶ οἴνου βραχὺ διδόναι καὶ τῆς ἄλλης [137] τῆς ἐν τῇ τροφῇ χάριτος. στομάχου γὰρ τῇ δυνάμει καματηρὸν ἡ κάθαρσις. μεταβαίνειν αὖθις ἐπὶ τὰ μέσα· ἄχρι δὲ προχαλάσαντα ἐπιπλάσματι καὶ τέγξει, σικύην πρὸς τὸ ἧπαρ καὶ τὴν κοιλίην ἢ τὸ στόμα ταύτης προσβάλλειν. ἥδε γὰρ ἡ ἀφαίρεσις πολλόν τι ἐπικαιροτάτη

undet aeger, is plerumque non admodum vitiosus est; vena tamen incidenda: verum haud eodem die, sed ex intervallo quantum detrahi oportet sanguinis, mittendum est; detractionis modum vires indicabunt. Medio autem tempore liberalius homo nutriatur, quo facilius alteram evacuationem sustineat. Siquidem et ventriculo, ipsi quoque aegrotanti ac laboranti, succurrere necesse est: cumque huic incumbat atra bilis, aegro per unum diem prius tenuiter nutrito hellebori nigri drachmae duae ex aqua mulsa propinentur, siquidem iste atram bilem subducit; quin etiam thymi Attici coma idem praestat; sed commodissimum est parem simul utriusque portionem, ita ut ex ambobus duarum drachmarum pondus fiat, exhibere. Ceterum a purgatione lavetur vinique paululum adsumat et quicquid in cibis gratissimum existimet; purgatio enim stomachi vires fatigat. Post haec ad medias partes transeundum, cumque has cataplasmate et perfusione relaxaveris, cucurbitulam jecinori et ventriculo aut hujus ori admoveto: namque haec detractio multo magis quam venae sectio juvat; dorso item inter scapulas alteram ad-

τῆς φλεβοτομίης· προσβάλλειν δὲ καὶ τοῖσι μεταφρένοισι, μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων· ἐνταῦθα τοῦ στομάχου ἐστὶ ἡ πρόσφυσις. εἶτ' αὖθις ἐπανατρέφειν, καὶ ἢν τῇ διαίτῃ βλαστηθῇ ἡ δύναμις, τὴν κεφαλὴν ξυρέειν, ἔπειτα σικύην τῇ κεφαλῇ προσβάλλειν. καὶ γὰρ ἡ πρώτη καὶ μεγίστη τῆς νούσου ἐν τοῖσι νούσοισι αἰτίη. ἀλλ' οὐδὲ αἱ αἰσθήσιες ἐᾶσι ἀσινέες. ἐκεῖθεν γὰρ σφέων ἡ ἀπόστασις καὶ ἡ ἀρχή. ξυντρέπονται ὦν καὶ αἵδε κοινωναὶ οὖσαι τῆς πάθης· μετεξέτεροι δὲ καὶ παραισθάνονται, παραφορῇ τῆς αἰσθήσιος· χρὴ δὲ μάλιστα τῷ στομάχῳ ἀρήγειν, καὶ τοῦδε νοσέοντος καὶ ἐν τῷδε τῆς μελαίνης χολῆς ἐγκεομένης. πιπίσκειν ὦν χρὴ τοῦ χυλοῦ τοῦ ἀψινθίου ξυνεχῶς ἀπὸ σμικροῦ τοῦ μεγέθεος ἄχρι κυάμου. κώλυμα γὰρ τόδε χολῆς γενέσιος. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἀλόη. ἥδε γὰρ ὑπάγει εἰς τὸ κάτω ἔντερον τὴν χολήν. ἢν μὲν ὦν νεοτόκον τὸ πάθος ἦ καὶ μὴ πολλὸν ὤνθρωπος ἐκτραπῇ, (125) ἄλλης μὲν ἐπὶ τοῖσι ἰήσιος. τῆς δὲ λοιπῆς διαίτης χρέος ἔς τε ἀνάληψιν τῆς ἕξιος καὶ ἐς κάθαρσιν ἀκριβέα

figito, qua parte adhaerescit illi stomachus. Postea reficiatur iterum aeger, et si alimento vires instauraverit, capiti raso cucurbitula adplicetur: quia prima ac maxima morbi causa nervis inest; neque vero sensus ipsi noxa vacant, siquidem a capite horum origo atque initium est: igitur ipsi quoque pervertuntur, utpote aegritudinis participes; quidam vero propter horum alienationem etiam vitiose sentiunt. Stomacho autem praecipue succurrendum est, cum ipse itidem aegrotet eique bilis atra inhaerescat: igitur apsinthii succus, ab exigua quantitate initio facto, ad cyathi mensuram propinetur, is enim bilis generationem prohibet; aloë item convenit, quae bilem ad inferiora intestina deducit. Quodsi malum recens fuerit neque multum homo a naturali statu decesserit, praeter haec alia medela opus non est: reliqua tamen victus ratio necessaria est, praeter haec alia medela non est: reliqua tamen victus ratio necessaria est, et ad restaurandum corporis habitum et ad adfectum exquisite perpurgandum et ad vires confirmandas, ne morbus denuo rever-

τοῦ πάθεος καὶ ἰσχὺν τῆς δυνάμιος, ὡς μὴ παλινδρομέωσι αἱ νοῦσοι· φράζω δὲ αὖθις τὴν ἐν τῇ ἀναλήψει βιοτήν. ἢν δὲ ἐπὶ τοῖσδε σμικρόν τι ὑποπτώξασα ἡ νοῦσος παλίνορσος ὀφθῇ, μεζόνων ἀκέων χρέος. μὴ ὦν ἀμβολὴ χρόνου γιγνέσθω· ἀλλ' ἢν ἐπισχέσι γυναικῶν καταμηνίων ἢ ἀνδρὸς αἱμοῤῥοΐδων ῥόου ἡ νοῦσος παρῇ, ἐρεθίζειν τὰ χωρία, προχέειν τὶ τοῦ ξυνήθεος· ἢν δὲ μέλλῃ καὶ μὴ ἥκῃ, ἄλλῃ πῃ τοῦ αἵματος μεταῤῥυέντος, ἐπισπέρχῃ δὲ ἡ νοῦσος, κενώσιας ποιέεσθαι αὐτῷ ἡγεόμενον ἀπὸ τῶν σφυρῶν. κἢν μὴ ἐς ὅσον χρὴ ἐντεῦθεν ἀφέλῃς, καὶ τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν φλέβα. μεσηγὺ δὲ τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν ἀναθρέψιος τὴν ἱερὴν τὸ καθαρτήριον φάρμακον πιπίσκειν. ἔπειτα σικύην τοῖσι μέσοισι προσβάλλειν, τῷ ἥπατι ἐγχρίπτοντα, πρήσσειν τὰ ἔργα ἢ τάχος ἀνύοντα. σμικροῖσι μὲν γὰρ ἄκεσι οὐ πείθεται, κἢν ἐς τὰ μεγάλα ἰθύνῃ, ἐν ἕδρῃ ἵζει ἡ μελαγχολίη καὶ ἢν πάντῃ τοῦ σώματος ἐνοικήσῃ, αἰσθήσεσι, γνώμῃ, αἵματι, χολῇ, λάβηται δὲ καὶ νεύρων, αὐτή τε ἐς ἀνήκεστον τρέπε-

tatur; victum autem, qui in refectione usurpari debet, posterius exponam. At si ab his paululum repulsus iterum adfectus ingruere videatur, valentiora necessaria sunt auxilia. Nulla itaque fiat mora; verum si e retentis in muliere menstruis purgationibus, aut in viro ex haemorrhoidum profluvii suppressione morbus initium ceperit, irritentur loci et aliquid excretionis solitae provocetur. Verum si ea cunctetur neque descendat, in aliam aliquam partem prolapso sanguine et adfectus increscat, evacuatio fiat primo a talis: et nisi quantum suffecerit ab hac parte profluat, secetur etiam cubiti vena. Interjectis autem ad reficiendum hominem tribus aut quatuor diebus, *hiera* purgans potui detur. Postea mediis partibus cucurbitula et jecinori adfigatur: omnesque hae res maturandae et quam celerrimae conficiendae. Neque enim parvis auxiliis adfectus cedit: et si valentibus etiam resistat, firmiter inhaerescit melancholia; ac si universo corpori inséderit, sensibus, menti, sanguini bilique, ac nervos etiam occcupaverit, non modo ipsa insanabilis evadit, sed et

ται, ἐγκοτεῖ τε τῷ σκήνεϊ ἑτέρων νοσημάτων τόκους, σπασμοῦ, μανίης, παραλύσιος· κἢν ἐκ μελαγχολίης τάδε γίγνηται, τὰ ἐπιγιγνόμενα ἀνήκεστα. ἐλλεβόρῳ ὦν χρέεσθαι ἐς ἴησιν τοῦ κακοῦ. ἐπίπροσθεν δὲ τοῦ ἐλλεβόρου χρὴ τόν τε στόμαχον μελετῆσαι ἐξεμέειν καὶ τὰ ὑγρὰ λεπτῦναι καὶ τὸ σκῆνος εὔροον ποιέειν, ἔμετοι δὲ τάδε πρήσσουσι, ἄλλοτε μὲν οἱ νήστιες, ἄλλοτε δὲ ῥαφανῖδες. φράσω δὲ τόν τε τρόπον καὶ τὴν ὕλην· φράσω δὲ καὶ τοῦ ἐλλεβόρου τὰ εἴδεα τῆς χρήσιος τοῦ τρόπου. καὶ ὅκως προευκρινῆσαι ἕκαστον χρὴ [138] καὶ ὅκως ἐν τοῖσι ἐμέτοισι ἀρήγειν. ἄπιστον ἐπὶ τοῖσδε, εἰ μὴ ἐλύθη ἐς τὸ πάμπαν ἡ νοῦσος ἢ πολλῶν ἐτέων ἔσχε διαλείψιας. τὰ πολλὰ γὰρ τοῦδε ἀπότοκοι μελαγχολίαι· ἢν δὲ ἔμπεδος ἥδε, μὴ ἤδη περιμένειν. χρὴ ὦν τὰ ἐς τὸν ἐλλέβορον ἅπαντα πρήσσειν. ὑγιέας μὲν ὦν ἅπαντας ποιέειν ἀδύνατον τοὺς νοσέοντας. ἢ γὰρ ἂν ἰητρὸς κρέσσων θεοῦ. ἀπονίην δὲ καὶ διαλείψιας καὶ νούσων ἐπικρύψιας, δρῆν θέ-

alios in corpore morbos procreat, *convulsionem, insaniam, paralysin;* atqui si haec e melancholia nascantur, sanationem non recipiunt. Itaque ad mali curationem helleboro albo utendum; sed ante hujus usum adsuefaciendus vomitioni stomachus et humores extenuandi fluxumque corpus efficiendum est: ista autem vomitus praestant modo jejuno stomacho, modo a radicularum esu. Docebimus autem hujus rei et modum et materiam: docebimus etiam hellebori species ejusque adsumendi rationem; item quo pacto singulas res ordinare prius oporteat et quibus modis in vomitione succurrendum sit, indicabimus. Incredibile est, nisi ab his morbus fuerit omnino depulsus aut per multos saltem annos intermiserit: plerumque enim postea rursum melancholia suboritur. At si tenaciter adhuc inhaerescat, non ultra morandum est, quin omnia, quae ad helleborum pertinent, administrentur. Atqui aegroti omnes ad sanitatem nullo modo perduci queunt: id enim si praestare posset medicus, deos ipsos potentia antecelleret; potest autem medicus et dolores tollere et malorum intermissionem facere et morbos ipsos occultare. Vel itaque his adhibitis de-

μις ἰητρὸν, ἢ ὧν ἀπαυδῆν ἐπὶ τοῖσδε καὶ ἀπαρνεῖσθαι προϊσχομένους ἄμφω, τὸ ἀναλθὲς ἢ καὶ ἐς τέλος τοῖσι ἔργοισι ὁμιλέειν· διδόναι δὲ καὶ τῆς ἱερῆς τῆς δι' ἀλόης ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καίριον γὰρ φάρμακον τῆς μελαγχολίης τόδε, στομάχου καὶ ἥπατος καὶ χολῆς καθάρσιος ἄκος ἐόν· ἀτὰρ καὶ μαλάχης σπέρματος ὁκόσον ὁλκῆς δραχμὴν πιπίσκειν ξὺν ὕδατι ἄριστον πείρῃ τὶς ἐπιστώσατο. (126) μυρία δὲ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἄλλα ἄλλοισι εἴη χρηστά· ἐπὶ δὲ τοῖσι πόνοισι τοῖσδε ἐς ἀνάληψιν ἄγειν. μετεξετέροισι γὰρ ἐς μὲν τὸν τῆς ἰητρίης καιρὸν ἡ νοῦσος, ἐξ ἕδρης δὲ ἐκινήθη· ἢν δὲ ἐς ἀνάπλασιν σαρκῶν καὶ δυνάμιος ὥνθρωπος ἥκῃ, ξυναπηλάθη πάντα τῆς νούσου τὰ ἴχνια. δύναμις μὲν γὰρ φύσιος ὑγείαν τίκτει, ἀσθένεια δὲ νοῦσον. ἀπίτω ὦν ἐς ἀνάληψιν ὁ νοσέων, πεφυκόσι θερμοῖσι ὕδασι ἐνδιαιτώμενος. καὶ γὰρ τὰ ἐν τοῖσδε φάρμακα ὀνήϊστα, ἄσφαλτος ἢ θεῖον ἢ στυπτηρίη, πολλὸν πλεῦνες τουτέων ἄλλαι δυνάμιες. ἀγαθὸν μὲν γὰρ ὑγρασίη ἐξ αὐχμοῦ τῆς νούσου καὶ ταλαιπωρίη τῆς

sistendum, et aegroti detrectanda cura est, excusatione facta eo, quod morbus sanari nequeat: vel ad finem usque, ut levetur saltem, artis tentanda sunt praesidia. Detur autem subinde *hiera*, quae ex aloë constat, quod medicamentum melancholiae praecipuum est, cum stomacho et jecinori subveniat bilemque expurget. Quin etiam malvae seminis drachmam ex aqua propinare utilissimum esse quidam experimento confirmavit. Porro innumera sunt medicamenta simplicia, quorum alia aliis prodesse poterint. Ceterum ab his laboribus ad refectionem veniendum est: in quibusdam enim procedente curatione morbus quidem de sede sua labefactatus est; verum ubi homo ad carnem viresque jam instaurandas pervenit, mali omnia simul obliterata sunt vestigia; siquidem naturae robur sanitatem, imbecillitas autem morbos parit. Ad refectionem itaque se convertat aeger in naturalibus aquis calidis saepe commorans: etenim ea quae his insunt medicamenta juvant, ut bitumen aut sulphur aut alumen quaeque in his reperiuntur, aliae plurimae facultates; siquidem humiditas post morbi ariditatem et medelae vexa-

ἰήσιος· ἀραιαὶ δὲ καὶ μαλθακαὶ σάρκες ῥηΐσται πρὸς ἄφεσιν τοῦ νοσήματος· ξηραὶ δὲ καὶ πυκναὶ τοῖς μελαγχολῶσι αἱ σάρκες ἄλειμμα λιπαρὸν ἅμα τρίψιος εὐαφοῦς, πολλῷ τῷ λίπαϊ δέχοντα * * * * * * * * * * * * * * * * * * * ἄρτοι πλυτοὶ, ξὺν τινὶ γλυκεῖ θηραίῳ τῷ κρητὶ καὶ σκυβελλίτῃ τῷ παμφύλλῳ ἢ οἶνος καὶ μέλι μίξιος παλαιῆς· ὠῶν καὶ ψυχροτέρων καὶ θερμῶν τῶν γυμνῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ὀστρακώδεος· κρεῶν τὰ μὴ πίονα καὶ σμηγματώδεα· συῶν μὲν πόδες καὶ τὰ τῆς κεφαλῆς, πτηνῶν τὰ πτερὰ ἀπίονα, θηρίων, λαγωῶν, δορκάδων, πτωκὸς, ὀπώρης, ὁκοῖόν τι ἄριστον ᾖ. ἐπὶ τῇ τοῦ στομάχου ἀναφορῇ προμηθεύεσθαι πρὸ τῆς τροφῆς, ὅκως μὴ καταποθεὶς ἀνεμῆται. διδόναι ὦν πρὸ πάντων σιτίων μελίκρητον κυάθου ἥμισυ καὶ πιόντα ἐξεμέειν ἐς τὴν τοῦ στομάχου κάθαρσιν. ὧδε γάρ σοι ἡ τροφὴ ἑδραίη μένει· φάρμακα δὲ τῶν ἀναγκαίων καθαρτήρια πίτυος καρπὸς καὶ κνίδης, τῶν σπερμάτων τοῦ κοκκάλου καὶ πεπέριος, ἀμυγδάλων αἱ πικραὶ καὶ μέλι ᾖ τῶδε ἡ ξύστασις· ἢν δὲ ξηρῆναι θέλῃς, ἄριστον σμύρνα καὶ ἴρεως ἡ ῥίζα καὶ τὸ διὰ

tionem convenit: rarae vero mollesque carnes ad morbi depulsionem maxime conducunt: verum istae in melancholicis aridae sunt ac densae. Inunctio pinguis cum leni frictione adhibeatur, cum multo autem oleo contineat * * * * * panes loti cum vino aliquo dulci, ut sape cretica aut scybellite e Pamphylia vel vino cum melle jampridem permixto. Ova et frigidiora et calida, putaminibus nudata, conveniunt: e carnibus adsumantur, quae non pingues sunt quaeque detergendi facultatem habent; suis pedes et capitis partes: avium alae pinguedinis expertes; e venatione leporum, caprearum, damarum caro: e fructu, opora dicto, quicquid optimum fuerit. At propter stomachi subversionem exhibeatur mulsae cyathus dimidius et ad stomachi purgationem vomitu reddatur: nam ita cibus in ventriculo permanebit. Medicamina autem ad necessarias res purgatione educendas apta sunt pini et urticae fructus, coccali et piperis semina, amygdala amara, quibus mel consistentiam faciet. Quodsi exsiccare velis, optime proficit myrrha et iridis radix et medicamentum

τῶν θηρίων φάρμακον καὶ ἡ τοῦ Βηστίνου καὶ Μιθριδάτου καὶ ἄλλαι μυρίαι· ἐπιθήματα δὲ ἡ τῶν ἐπιπλασμάτων ὕλη, μελίλωτον καὶ μήκωνες καὶ θερμίνθου δάκρυον καὶ ὕσσωπον καὶ λίπας τὸ ἀπὸ ῥόδων ἢ τῆς οἰνάνθης· κηρὸς δὲ τουτέων πάντων πάγος. ἄλειμμα λιπαρὸν, αἰῶραι, περίπατοι, ἀλλ' ὅσα σαρκῶν τε ἀνάπλασιν ποιέεται καὶ δυνάμιος ἰσχὺν καὶ τῆς φύσιος ἐς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν.

* * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

[139] Κεφ. η'. [Θεραπεία φθίσιος.] * ὅκως ἐν νηῒ καὶ γαλήνῃ. καὶ γὰρ εἰ εὐτυχοίη ὁ νοσέων ἐν θαλάσσῃ γίγνοιτ' ἂν αἰώρῃ καὶ βιοτῇ. καὶ γάρ τι ξηρὸν ἐς τὰ ἕλκεα ξυνδίδωσι ἅλμη· ἀπὸ δὲ τῆς αἰώρης ἐφησυχάσαντα χρίεσθαι νῦν λιπαρῷ λίπαϊ· ἐπὶ τῇσι * τρίψεσι ἑξεχὲς (127) καταιονούμενον ἀπ' ὀλίγου ἐκ προσαγωγῆς, ἐς κοτύλας πέντε ἢ ἓξ ἢ πολλόν τι πλεῖον· ἢν δὲ μὴ, ὁκόσον τὶς δύνηται· πολλάκι γὰρ τόδε μοῦνον ἀντὶ πάσης τροφῆς ἤρκεσε· γάλα δὲ ἡδὺ

e viperis et Bestini et Mithridatis antidotum et alia innumera. Quod ed epithemata pertinet, pro cataplasmatum materia sit melilotum et papaver et terebinthi lacrima et hyssopum et oleum rosaceum vel oenanthinum, quae omnia cera cogantur. Adhibeatur inunctio pinguis: gestationes: ambulatio: et alia quotquot carnem instaurant ac vires reficiunt naturamque in habitum suum pristinum reducunt.

* * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

Cap. VIII. [*Curatio phthisis.*] * * * quemadmodum in navi ac maris tranquillitate; nam si res aegroto prospere cedant, in aequore gestari poterit, atque illic vitam agere: etenim aqua salsa siccitatem quandam ulceribus communicat. A gestatione quiescens oleo pingui inungatur; et post frictiones * * * perfusus, primo paululum, deinde huic paulatim adjiciendum ad quinque aut sex heminas aut multo etiam amplius: sin minus, quantum quisque ferre poterit; id enim saepe pro omni alimento

μὲν προσάρασθαι· πιεῖν δὲ ῥήϊστον, στερεὸν θρέψαι καὶ τροφῆς ἁπάσης ἐκ παιδὸς ξυνηθέστερον· ἰδεῖν δὲ τερπνὸν τῇ χροιῇ· φάρμακον δὲ ἀρτηρίῃ ἄκερχνον, διαπτερῶσαι βρόγχον, ἄγειν φλέγμα εὔπνοον, ὀλισθηρὸν δὲ τὴν κάτω διέξοδον· ἕλκεσι δὲ φάρμακον γλυκὺ καὶ ἄλλου παντὸς εὐμενέστερον. ἢν μὲν ὦν τις πολλὸν τοῦδε πίνῃ, οὐδὲ μιῆς τροφῆς ἄλλης χρέος. ἀγαθὸν γὰρ ἐν νούσῳ ἔνι φάρμακον γάλα τὠυτὸν γίγνεσθαι καὶ τροφήν. καὶ γὰρ ἀνθρώπων τῶν γαλακτοφάγων τὰ ἔθνεα σῖτον οὐκ ἔδει· ἄριστον δὲ ξὺν γάλακτι καὶ πολτοὶ καὶ ἰτρία καὶ χόνδροι πλυτοὶ καὶ ὁκόσα ἐδεστὰ ἐκ γάλακτος γίγνεται. καὶ τροφῆς ἢν ἑτέρης δέῃ, ἔστω ὁμοίη, πτισάνης ὁ χυλὸς, εὔπεπτος, λιτή. χρὴ δὲ τοσόνδε ἡδύνθαι, ὁκόσον ῥυμφάνεσθαί ἐστι ῥηΐστη· ἢν καὶ τῶν ἐς ἡδονήν τι λαμβάνῃ, καὶ τόδε ἔστω φάρμακον, λιγυστικοῦ κόμην, γλήχωνα, ἡδύοσμον, ἁλῶν βραχὺ, ὄξος ἢ μέλι. ἢν μὲν στόμαχος ἀπεπτέῃ, τόδε παρέχειν· ἢν δὲ μηδὲν ὅδε προσαναγκάζῃ, πάντων ἐστὶ πτισάνη κρέσσων· ἔξεστι δὲ τὴν πτισάνην ἐς

suffecit. Lac autem adsumptu suave est, potu facillimum, nutritu solidum et omni cibo a pueritia familiarius, visui etiam ob candorem delectabile; ad haec medicamentum est, quod arteriam aspritudine liberat, guttur expandit, pituitam educens spiritum reddit facilem et ad inferiora lubrice transit; praeterea medicamen ulceribus dulce est et alio quovis mitius. Itaque si multum hujus quispiam bibat, nullo alio alimento indiget: nam utile est ut in valetudine idem lac et pro cibo et pro medicamento sit; siquidem et gentes sunt, quae lacte vescuntur, *Galactophagi* dicti, neque frumentum unquam comedunt. Prosunt autem cum lacte puls, itria, alica elota et quaecunque edulia e lacte conficiuntur. Quodsi aliud alimentum desideret, ejusmodi sit, ptisanae cremor, concoctu facilis, tenuis: ita vero condiri debet ut quam facillime sorbeatur; et si quid ad gustus voluptatem adjiciatur, hoc medicinale sit, ligustici coma, pulegium, mentha, salis paululum, acetum aut mel; quodsi stomachus male concoquat, id utique offeratur: sin is nihil tale postulet, omnibus ipsa praestat ptisana. Licet autem ptisanam in alicam permu-

χόνδρον ἀλλάξαι· ἀφυσότερος γὰρ καὶ εὐπεπτότερος, ἢν καὶ ὡς πτισάνη μιγματώδης ἐπτίσθω. ἐν τῇσι ὑγροτέρῃσι ἀναγωγῇσι κύαμος καθαίρει ἕλκεα, ἀλλ᾽ ἐστὶ φυσώδης. πισσὸς καὶ ὦχρος ὁκόσον ἀφυσότερα, τοσόνδε ἑλκέων ἀκαθαρτότερα. ξυντεκμαιρόμενον ὦν πρὸς τὰ παρεόντα, τοῖσδε χρῆσθαι· ὄψα δὲ αὐτέων, ἅσσα καὶ ἐπὶ πτισάνῃ λέλεκται· ὠὰ δὲ ἐκ πυρὸς μὲν ὑδρέα θερμά· ἄριστον δὲ ἐκ ζώων ἀρτίτοκα, πρὶν τὴν * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *

[140] Κεφ. ιγ΄. [Θεραπεία ἥπατος.] * ἥπατι ἕλκος ἐοὶ ὀλέθριον. ἡ χαλεπωτάτη δὲ ἐς τὴν γαστέρα ξύῤῥοια τοῦ πύου, ἢν τὸν στόμαχον ἴσχῃ ὁδὸν ἐς τὴν ἄνω φορήν. τροφὴ γὰρ αἰτίη τοῦ ζῆν· τροφῆς δὲ ἡγεμὼν ὁ στόμαχος· ποτὶ καὶ τὰ φάρμακα ὅδε τοῖσι εἴσω διαφέρει. ἢν ὦν πρὸς ἅπαντα μὲν ὄκνος καταπόσιος ἔλθῃ, θᾶσσον ἐκθανεῖν ἀνάγκη νόσῳ τε καὶ λιμῷ. γνώματα δὲ ἑκάστου χώρου, ὅπῃ τὸ πῦον

tare: minus enim inflat, neque ita aegre concoquitur; ipsa quoque, tanquam ptisana, detergens facta, pinsatur. In humidioribus rejectionibus ulcera purgant fabae, sed inflationes faciunt: pisa item et ochri, quo minus inflant, eo minus etiam ulcera purgant; e symptomatis itaque conjecturam faciens his utere: eorum condimenta eadem sunto quae in ptisanae praeparatione exposui. Ova adsumantur ex igne, aquea, calida: sed optima sunt, si ex animalibus dentur recens edita, priusquam * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *

Cap. XIII. [*Curatio jecinoris.*] * * * * jecinori ulcus perniciosum insit. Periculosissimus autem est, qui in ventrem fit, puris confluxus, si ad superiora tendens per stomachum iter sibi faciat; alimentum enim vitae causa est: ipsius alimenti dux est stomachus et praeterea medicamenta internis partibus distribuit; itaque si ad reliqua mala deglutiendi tarditas accesserit, aegrum morbo ac fame celerius consumi necesse est. Ceterum loci cujusque indicia

τρέψεται, ἕτερα καὶ ἕτερα. ἢν τε δι᾽ ἐντέρων ἥκῃ, στρόφοι, γαστὴρ ὑγρὴ, φλέγματα καὶ χολὴ, ἔπειτα ξὺν περιῤῥοῇ αἱμάλωψ ἢ περιπλύσιος ὁκοίῃ κρεῶν ὠμῶν· ἢν δὲ ἐς κύστιν ἔῃ, βάρος ἐν νεφροῖσι καὶ ὀσφύϊ. τὰ μὲν ὦν πρῶτα πολλὰ καὶ χολοβάψια· ἔπειτα θολερὰ, ἀνυπόστατα καὶ ἀκατάστατα· ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις λευκὴ παρείη. ἢν δὲ ἐς στόμαχον ἄνω ῥέπῃ, ναυτίη, ἀποσιτίη, ἔμετοι φλέγματος ἢ χολῆς, λειποθυμίη, σκοτοδινίη, μέσφι ξυῤῥαγῇ. (128) μάλιστα μὲν ὦν ἀποτρέπειν τήνδε. πονηρὴ γὰρ ἡ ὁδός. ἢν δὲ τὸ πῦον βιαιότερον εὕρῃ, χρὴ πάντα ποιέειν καὶ τῷ στομάχῳ ἀρήγειν καὶ τροφῇσι καὶ φαρμάκοισι καὶ διαίταις, πάντα μειλίχως. φαρμάκοισι ἐς τὴν τοῦ κόλπου ῥαγήν· βοτάνην τὴν ὑσσώπου ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν καὶ πρασίου τῆς κόμης καὶ τῇσδε ξὺν μελικρήτῳ καὶ χυλῷ τῆς ἀψίνθου. τάδε μέντοι πρὸ τῶν σιτίων πίνειν χρεὼν, ὡς λεπτὰ μὲν τὰ ὑγρὰ γίγνηται, εὔροα δὲ τὰ χωρία, εὔρηκτα δὲ τὰ ἔμπυα σώματα. διδόναι καὶ ὄνου γάλα λεῖον, ἄχολον, εὔτροφον, ἐς τυρὸν

quo se pus conversurum est, alia sunt et alia. Nam si per intestina transeat, torsiones fiunt: alvus liquida est: pituita ac bilis fertur, deinde sanguinis grumi cum humore circumfluo vel liquor similis aquae, in qua cruda fuerit caro elota. Quodsi ad vesicam tendat, gravitas in renibus lumbisque percipitur: multa primo exeunt et bile tincta: deinde turbida, quae neque subsidunt neque consistunt: ad extremum vero sedimentum album adparet. Sin ad stomachum sursum feratur, nausea, cibi fastidium, pituitae vel bilis vomitus, animae defectio, vertigo, usque dum ruptus sit abscessus. Praesertim itaque pus in aliam partem avertatur: siquidem haec mala est via. At si pus hoc violentius ferri repereris, omni ratione succurrendum est, stomachoque subveniendum et cibis et medicamentis et victus ratione et omnia leniter agenda. Medicamentis utendum, ut rumpatur abscessus sinus: quamobrem hyssopi herbam cum mulsa potui dato et marrubii comam, cum mulsa itidem et absinthii succo. Haec utique ante cibos bibere oportet, ut humores tenues fiant et viae lubricae efficiantur et suppuratae partes facile rumpi possint. Detur etiam

ἀσύστατον, ἥπερ ἐστὶ γάλακτος ἀρετή. προστίθει δὲ καὶ χάριτας πόματος καὶ σίτου. κἢν μικρῷ χείρω τῶν ὠφελεύντων ἔωσι διδόναι. ἔσται γὰρ διέξοδος ναυτιώδεϊ καὶ ἀτέρπεϊ ὑγρῷ. μετεξετέρους γὰρ ἡ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι, μήπω τι καὶ ἀπόσιτοι ἔσονται· κἢνει λάβωσι εὐηγέες. χρὴ δὲ καὶ ἐπὶ τῇσι ἄλλῃσι ἐκροῇσι παντοίην μελέτην τοῦ στομάχου ποιέεσθαι· ὅδε γὰρ ἡ πάντων φαρμάκων ὁδός· μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ ἥπατος χρεὼν, ἔνθα τῶν ἑλκέων ἐστὶ ἡ ῥίζα. ἢν δὲ ἐς κύστιν ὁρμᾷ, οὐρητικοῖσι ἐξάγειν, ἀσάρου τῆς ῥίζης καὶ φοῦ καὶ ἀδιάντου καὶ μείου τῶν ἐμπότων. τάδε μέντοι ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν· ποικίλον μὲν τὸ Βηστίνου φάρμακον καὶ τὸ διὰ τῶν φυσαλλίδων ἄριστον· ἠδ' ὁκόσα διὰ πείρης τῇσι ἐπαινέεται. ἢν δὲ δι' ἐντέρων ἄγῃς, τὸ ἀγωγὸν ἔχεις γάλα μάλιστα μὲν ὄνου· ἢν δὲ μὴ, αἰγὸς ἢ μήλων. χυλοὶ δὲ ὀλισθηροὶ καὶ σμηγματώδεες, ὁ τῆς πτισάνης, ὄψα, πέπερι, ζιγγίβερι, λιγυστικόν· ἀθρόον [141] *δὲ εἰρῆσθαι*

asininum lac, laeve, bilem non generans, bene nutriens, quod in caseum non spissescit, quae lactis virtus est. Ad haec aegro gratificandum est in cibo ac potione, quae quamquam convenientibus paulo deteriora fuerint, nihilominus, si ea expetant, concedantur; nam per stomachum transibit ingratum ac nauseam movens pus: et nonnullos transitus hic offendit; porro cavendum est ne jejuni unquam maneant, et si quid adsumant, id purum ac sincerum esto. Oportet etiam in ceteris profusionibus curam stomacho diligentissimam adhibere, quandoquidem omnibus medicamentis iter iste praebeat. Neque interim jecinoris oblivisci deebemus, ubi ulcerum radix est. At si ad vesicam feratur, urinam citantibus educendum est ut asari radice et phu et adianto et meo, in potione sumptis cum mulsa; e compositis, Bestini antidotum et medicamentum, quod e vesicaria constat, optime faciunt et quotquot praeter haec usus comprobaverit. Verum si per intestina pus educas, id lac praestabit, asinae praesertim: quod si desit, caprae aut ovis; succos item lubricos et abstergentes exhibeto, ut ptisanae cremorem pipere, zinzibere et ligustico conditum. Utque summatim de universa ra-

Ed. Oxon. [141.] Ed. L. B. (128.)

ἀμφὶ πάσης διαίτης, ἐπὶ πάσῃ συῤῥήξι, τροφαὶ μὲν εὔχυμοι, εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι ἢ χυλοὶ ἢ διὰ γάλακτος πόλτοι, ἄμυλοι, ἴτρια ξὺν γάλακτι. * * * * * * * * *

Κεφ. ιδ΄. [Θεραπεία σπληνός.] Σκίῤῥου τοῦ ἐπὶ σπληνὶ λύσεις οὐ ῥήϊσται. ἢν δὲ καὶ ἀπότοκοι τῶνδε νοῦσοι γένωνται, ὕδρωψ ἢ καχεξίη, ὀκέλλει τὸ κακὸν ἐς ἀνήκεστον, τὸν ἰητρὸν τὸν σκίῤῥον ἰῆσθαι. χρὴ ὦν ἀποτρέπειν γιγνομένους καὶ λύειν ἄρτι ἀρχομένους· ἐνίστασθαι δὲ τῇσι φλεγμονῇσι, ἤνπερ οἱ σκίῤῥοι διάδοχον ἐς διαπνοὴν ἄγωνται τὴν ἀπόστασιν. τάδε γὰρ φλεγμασίης· ἰητηρίοισι δὲ χρέεσθαι ὁκόσα μοι ἐν τῇσι ὀξείῃσι λέλεκται. ἢν δὲ πάντα σοι πρήσσοντι ἐν φλεγμασίῃ ὁ σκίῤῥος ἐμμένῃ καὶ πυρὶ ἰκέλοισι χρέο ἐς μάλθαξιν τῆς σκιῤῥίης, τέγξεσι δι᾽ ὀξέος καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος, ἀντὶ δὲ εἰρίων πτύγματα ἔστω ἀπὸ λίνου. ἐμπάσσειν ὧδε τῆς μυροβαλάνου σεσησμένης, ἐπιπλάσμασί τε τοῖσι μαλθακωτάτοισι *

tione victus loquar, in qualibet eruptione alimenta sint boni succi, stomacho apta, concoctu facilia vel cremores aut e lacte pultes, amylus, itria cum lacte * * *

Cap. XIV. [*Curatio lienis.*] Scirrhi in liene aegerrime discutiuntur; et si ex hoc alii morbi procreentur, ut hydrops aut cachexia, malum sanationem vix admittit. Hac itaque in scirrho curatione medicus utatur. Orientes avertere et recenter inchoatos discutere oportet; inflammationibus etiam resistendum, si scirrhi succedentem illis suppurationem difflare velle videantur; nam haec ad inflammationem spectant. Porro iis remediis utendum, quae in acutis hujus visceris adfectibus proposui. Quodsi omnia praestiteris et inflammatus adhuc maneat scirrhus, etiam igni similibus ad emolliendam duritiem utere: perfusionibus ex aceto, oleo et melle; sed lanarum vice pannos linteos complicatos adhibe; his myrobalanum cribro trajectam insperge; cataplasmatisque quam mollissimis * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ ΧΡΟΝΙΩΝ ΠΑΘΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Κεφαλὴ πρώτη λείπει.

Ed. Oxon. [142. 143.] Ed. L. B. (129.)

[142] [143] (129) *Κεφ. β'.* [*Θεραπεία διαβήτου.*] Ὕδρωπος ἰδέῃ τοῦ διαβήτεω πάθος αἰτίῃ καὶ διαθέσι, χώρῃ δὲ μούνῃ διάφορον ἔνθα τὸ ὑγρὸν ἐκρέει· ἀσκίτῃ μὲν γὰρ δοχεῖον τὸ περιτόναιον οὐδ' ἐκροὴν ἴσχει, ἀλλὰ μίμνον τῇδε πλημμυρεῖ. διαβήτεω δὲ φορὴ μὲν ὑγροῦ ἡ ἀπὸ τοῦ πάσχοντος ἑωυτῇ καὶ σύντηξις· ἐς δὲ νεφροὺς καὶ κύστιν ἡ ξύν-

ARETAEI CAPPADOCIS DE CVRATIONE MORBORVM DIVTVRNORVM LIBER SECVNDVS.

Caput primum deficit.

Cap. II. [*Curatio diabetis.*] Morbus *diabetes* dictus, si causam et adfectum spectes, hydropis species est: et parte tantum, per quam humor exit, ab eo differens. Nam *ascitis* receptaculum est membrana, *peritonaeum* dicta, neque humor exitum habet, sed illic remanens inundat; et in *diabete* humor ab aegrotantis corpore eodem modo fertur, idque similiter contabescit: liquor autem

δοσις τὰ περὶ ἔξοδον φέρει. ἥδε τοῖσι ὑδεριῶσι ἡ ὁδὸς ἐπιγίγνεται, ἢν ἐς ἀγαθὸν ἡ νοῦσος τρέπηται. ἀγαθὸν δὲ ἡ λύσις τῆς αἰτίης καὶ μὴ τοῦ ἄχθεος ἐλαφρίη μοῦνον· δίψος δὲ τουτέοισι μέζον. ἐκρέον γὰρ τὸ ὑγρὸν αὐαίνει· ἔστι δὲ τὰ ἄκεα ἐς τὴν ἐπίσχεσιν τῆς ξυντήξιος, τὰ ὠυτὰ τοῖσι ὕδρωψι· ἐς δὲ τὸ δίψος μεγάλης ἰητρείης χρέος. τόδε γὰρ ἐν τῷ εἴδεϊ ἀλγέων πάντων μέζον. καὶ ἢν πίωσι τὸ ὑγρὸν, πρόκλησις οὐρήσιος. ποτὶ καὶ ἐκθέον τόδε ξυναπάγει τῆκον τὰ ἐν τῷ σκήνεϊ. φαρμάκων ὧν ἀδίψων χρέος. δίψος γὰρ μέγα ἀκορίη ποτοῦ. ποτὸν γὰρ οὐδ' ὅσον γίγνηται δίψεος ἄκος. πάντῃ δεῖ τῷ στομάχῳ ἀρήγειν ἔνθα τοῦ δίψεος αἱ πηγαί. (130) ἢν ὦν τῇ ἱερῇ καθάρῃς, ἐπιθήμασι χρέο νάρδῳ, μαστίχῃ, φοίνιξι, μήλοισι κυδωνίοισι ὠμοῖσι· τῶνδε ὁ χυμὸς μὲν ξὺν νάρδῳ καὶ ῥοδίνῳ ἄριστον ἐς τέγξιν· ἐπίπλασμα δὲ ἡ σὰρξ αὐτέων ξὺν μαστίχῃσι καὶ φοίνιξι· ἐν κηρῷ δὲ καὶ νάρδῳ τῷ μύρῳ ἡ τουτέων μίξις ἀγαθὴ, ἢ οἱ χυλοὶ ἀκακίης τε καὶ ὑποκύστιδος ἔς τε τὰς τέγξιας καὶ ἐς τὰ ἐπι-

in renes ac vesicam confluit et per has partes exit. Haec in hydropicis aquae via est, si morbus ad sanitatem inclinet: sub quo tamen causae etiam solutio necessaria est, non oneris tantum levatio. Verum in diabete sitis vehementius urget, siquidem humor effluens corpus exsiccat. Auxilia tabi medendae eadem sunto, quae in hydropicis. Ad sitim vero exstinguendam magna medela opus est, quoniam in hoc malo ista dolores omnes longe exsuperat; et si quid bibant, id urinam citat, quae et ipsa profluit et multa in corpore liquefaciens secum educit. Remedia itaque necessaria sunt, quae sitim temperent: ea enim adest cum inexplebili potionis desiderio, cui nulla, quantacunque fuerit, mederi potest humoris copia. Prorsus autem stomacho, ubi sitis origo ac fons est, succurratur. Ventre itaque *hiera* prius purgato, epithematis utere e nardo, mastiche, palmulis et cydoniis malis crudis; quorum succus cum nardo et oleo rosaceo ad perfusionem optime facit; caro autem cum mastiche et palmulis pro cataplasmate sit: cera autem haec et unguento nardino bene miscentur; vel acaciae et hypocystidis succi et pro perfusio-

πλάσματα. ἀτὰρ καὶ ὕδωρ τὸ ποτὸν ξὺν τῇσι ὀπώρῃσι ἑψείσθω. τροφαὶ δὲ καὶ γάλα καὶ ξὺν τῷδε σιτία, ἄμυλοι, χόνδροι, ῥοφήματα, οἶνοι στύφοντες ἐς τὸν τοῦ στομάχου τόνον, ἀκρητέστεροι μᾶλλον ἐς τὴν τῶν ἄλλων χυμῶν ἐξηέρωσίν τε καὶ διάνηψιν. ἁλμώδεσι γὰρ δίψος· οἶνος δὲ στύφων θ' ἅμα καὶ ψύχων μεταβολῇ τε καὶ εὐκρασίῃ· ἐς δύναμιν δὲ κῆν οἶνος γλυκὺς ὁκοῖος αἷμα [144] ἔῃ ἐς τὴν αὐτοῦ γένναν. φάρμακα ποικίλα τὰ ὠὐτὰ ἡ διὰ τῶν θηρίων, ἡ τοῦ Μιθριδάτεω, ἡ διὰ τῶν ὀπωρέων, τά τε ἄλλα ὁκόσα ὕδρωπος ὀνήϊστά. ἀτὰρ καὶ ἡ ξύμπασα δίαιτα καὶ ὁ βίος ὡὐτός.

Κεφ. γ'. [Θεραπεία λιθιάσεως καὶ ἑλκώσεως νεφρῶν.] Ἀμφὶ μὲν φλεγμασίης καὶ αἱμοῤῥαγίης καὶ ὁκόσα ὀξέως ἀπὸ νεφρῶν κτείνει, ἐν τοῖσι ὀξέσι γεγράφαται· ἀμφὶ δὲ ἑλκώσιος ἠδὲ λίθων γενέσιος, ὁκόσα τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει πρεσβύτῃσι, μάλιστα νῦν γράφω ἄγχιστα μὲν ἐς ἄκεσιν· εἰ δὲ μὴ, οἷσι ὅγε παρηγορήσεται. λίθων μὲν ὦν εὐφυῆ γένναν

nibus et pro cataplasmatis usurpari possunt. Aqua sit pro potu, quae cum fructibus, opora dictis, decoquatur; pro cibo lac quaeque una cum hoc conficiuntur alimenta, amylus, alica, sorbitiones. Vinum adstringens ad roborandum stomachum praecipue meracius, ad evaporandos dissipandosque ceteros humores: siquidem salsa sitim movent; vinum vero adstringens simulque refrigerans corpus immutat ac temperatum efficit: vinum etiam dulce, tanquam sanguis, vires instaurat, quia sanguinem procreat. Medicamenta composita sint ejusmodi, uti id, quod e viperis constat quodque *mithridaticum* vocatur quodque ex opora conficitur, et cetera, quae adversus hydropem valent. Porro universa victus ratio ac vita eadem instituatur.

Cap. III. [*Curatio calculi et exulcerationis renum.*] De inflammatione et sanguinis profluvio et aliis renum vitiis, quae acute interimunt, in acutis morbis conscripsimus. Verum de horum exulceratione et calculorum in his procreatione, quae senes plerumque usque ad mortis diem comitantur, praecipue jam tractamus: ut, si fieri possit, mala haec sanentur: sin minus, ut aegri dolores sal-

ἐς ἄγονον τρέψαι ἀδύνατον. ῥήϊτερον μὲν γὰρ μήτρην ἄτοκον θέμεναι, ἢ νεφροὺς λιθιῶντας ἀλίθους. ἐς διέξοδον ὅκως ἀρήγειν χρή. ἢν ὦν ἐν ἕδρῃ ἵζωσι οἱ λίθοι, τὰ ἄκεα φράσω. κάρτα γὰρ ὀδυνέονται, ποτὶ καὶ ἐξέθανον στρόφοισι καὶ εἰλέῳ κώλου καὶ ἰσχουρίῃ. ξυναφέα γὰρ ἀλλήλοισι νεφροί τε καὶ κῶλον. ἢν γὰρ λίθων ἐνστάσιες ἔωσι, ἐπὶ δὲ τοῖσι ἰσχουρίῃ τε καὶ στρόφῳ, τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ τάμνειν φλέβα τῷ κατ' ἴξιν τοῦ νεφροῦ. αἱ γὰρ τοῦ αἵματος ἀπὸ νεφρῶν ἐκροιαι ἀνιᾶσι τῶν λίθων τὰς σφύξιας. φλεγμονὴ γὰρ δήσασα ἴσχει τὰ πάντα· φλεγμονῆς δὲ κενεαγγείη λύσις· τέγγειν τε τὰς ψυίας ἔνθα τῶν νεφρῶν ἡ χώρη· λίπας δὲ παλαιὸν ἢ τὸ νέον ῥύτην ἴσχετο· οὐρητικὸν δὲ καὶ ἀνήθου ἡ κόμη καὶ λιβανωτὶς ἢ σάμψυχον. τοῖσδε χρὴ ὅκως ὕδωρ καταιονεῖν. σμικρὸν γὰρ αἱ χρήσιες. ἀτὰρ καὶ τοῖσδε πυριῆν, βοείῃσι κύστεσι ἐγχέοντα ἔλαιον ἀνθέμιδος. ἐπιπλασμάτων νῦν ὕλη

tem leniantur. Ceterum habitum, ad calculos procreandos aptum, huic rei inidoneum facere nullo modo possumus; uterum enim sterilem reddere facilius est quam renes, calculis creandis aptos, ab eorum generatione prohibere. Quapropter ad transitum calculis expediendum opem ferre oportet. Itaque si tenaciter inhaerescat calculus, auxilia indicabimus; nam doloribus vehementer adflictantur et interdum etiam torsionibus colique volvulo et urinae suppressione absumuntur: renes enim et colon semet invicem contingunt. Itaque si calculi inhaereant neque urina reddi possit et intestina torqueantur, venam tali, qui adfecto reni in directum jacet, incidito; etenim sanguinis a renibus effusiones adstrictionem, quae ex calculis oritur, relaxant: inflammatio enim omnes has partes occupat et quasi vinculo constringit; atqui vasorum exinanitio inflammationem solvit. Lumbi quoque juxta renum sedem perfundantur; idque oleo, cui, sive id recens sive vetus fuerit, injiciatur ruta: urinam quoque ciebit anethi coma vel rosmarinus, aut sampsychum; his tanquam aqua perfundendum est: inunctiones enim parum prosunt. His enim fovendum est, cum oleo chamaemelae vesicis bubulis infuso; eadem esto cataplasmatum materia

ξὺν τοῖσι ἀλίτοισι ἡ ὠυτή. ἔλυσε καὶ σικύη κούφη κοτὲ τῶν λίθων τὴν ἔνστασιν· ἄριστον δὲ κἢν ἐπὶ φλεγμασίης σχάσης· ἢν δὲ τάδε σοι ποιέοντι ἔτι μίμνωσι οἱ λίθοι, ἐς ἔλαιον τὸν ἄνθρωπον καθιέναι. τὸ γάρ τοι ἅμα πάντα ποιέει· ἀλέη μὲν χαλᾷ· πῆ δὲ ἐκγλισχραίνει· τὸ δριμὺ δὲ ἐς προθυμίην δάκνει. τάδε μέντοι ἔξοδα λίθων καὶ σφῶν προκλήσιες· (131) πίνειν δὲ φαρμάκων τῶν ἁπλῶν μὲν ῥίζας, φοῦ, μεῖον, ἄσαρον· βοτάνας δὲ τὴν πριονίτην ἢ πετρόσελι ἢ σίον, ποικίλων δὲ μύρα μὲν ὁκόσα ἴσχει νάρδον, κασίην, σμύρναν, κιννάμωμον.

* * *

ἀπουλώσει σίνηπι καὶ ἐκ πυρὸς ἐσχάραι καὶ ἐπιθήματα ἃ [145] πρόσθεν μοι λέλεκται· δίαιτα δὲ καὶ ἄλειψις καὶ πλοῦς καὶ ἡ ἐν θαλάσσῃ βιοτὴ, ἅπαντα τοῖσι ἐπὶ νεφρῶν ἐστιν ἄκεα.

* * *

Κεφ. ε'. [*Θεραπεία γονοῤῥοίης.*] *Καὶ* τοῦ ἀτερπέος τοῦ πάθεος εἵνεκεν καὶ τοῦ κατὰ σύντηξιν κινδυνώδεος καὶ

cum farina. Interdum cucurbitula sine ferro calculorum inhaesionem tollit; sed optime feceris, si in inflammatione scarificationem adhibueris. Quodsi his peractis fixi adhuc maneant calculi, homo in oleum demittendus est; id enim simul omnia praestat: tepor enim partes relaxat et viscidas quodammodo facit: acrimonia vero ad excretionem irritat: haec utique calculis exitum aperiunt eosque provocant. Inter medicamenta simplicia potui dentur radices phu, mei, asari: herbae, prionitis, sii aut petroselini; ex compositis unguenta quotquot nardum habent et cassiam et myrrham et cinnamomum,

* * *

Cicatrici inducendae prodest sinapi et ab igne crustae et epithemata supra proposita. At victus ratio et inunctio et navigatio et in mari vitae traductio, omnia renum morbis subveniunt.

* * *

Cap. V. [*Curatio gonorrhoeae.*] Et propter adfectus turpitudinem et propter tabis periculum et ob liberorum

τῆς ἐς διάδεξιν γένεος χρείης λύειν χρὴ μὴ βραδέως τὴν γονόῤῥοιαν πάντων κακῶν οὖσαν αἰτίην. πρώτιστα μὲν ὦν ὅκως ῥεῦμα κοινὸν ἰῆσθαι στύψεσι τῶν ἀμφὶ τὴν κύστιν καὶ τὴν ῥοὴν τῶν χωρίων καὶ ἐμψύξεσι ψυῶν, λαγόνος, αἰδοίων, διδύμων, ὅκως μὴ ῥέῃ ἐς πολλὸν ἡ γονή· εἶτα αὖθις ἀλεῆναι τὸ πᾶν, ἐς τὸ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν. στύψεσι μὲν ὦν καὶ τέγξεσι ἔριον μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ὄϊος ξὺν τοῖς λύμασι. λίπας δὲ τὸ ῥόδινον μύρον ἢ τὸ διὰ τῆς οἰνάνθης ξὺν οἴνῳ λευκῷ εὐώδεϊ, ἐκ προσαγωγῆς δέ. ἀλεαίνοντα λίπας τὸ κοινὸν καὶ μελίλωτον ἐκζεσθὲν σὺν αὐτῷ καὶ σάμψυχον καὶ λιβανωτὸν ἢ κόνυζα. ἄριστον καὶ ἀνήθου κόμη καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ῥυτή· τοῖσδε ἐς τὰ ἐπιπλάσματα χρέο, κριθῶν καὶ ὀρόβων ἀλίτοισι καὶ ἐρυσίμου τοῦ σπέρματος καὶ νίτρον· μέλι δὲ ἐς τὴν ἁπάντων ξύμπνοιαν καὶ ξυνάφειαν. τοιάδε καὶ ἐπιπλάσματα ὁκόσα φοινίσσει καὶ ἰόνθους ἐγείρει καὶ τὸ ῥεῦμα παροχετεύει καὶ ἀλεαίνει τὰ χωρία. τοιόνδε τὸ χλωρὸν ἐπίπλασμα καὶ τὸ διὰ τοῦ καρποῦ τῆς δάφνης· πιπίσκειν δὲ καὶ τοῦ κάστορος συχνὸν καὶ τῆς ῥίζης τοῦ ἁλικακ-

procreationis usum *gonorrhoea*, malorum omnium causa, citissime depellenda est. Haec itaque primo tanquam fluxio communis curetur; adstringendo scilicet partes circa vesicam et fluentes locos: et refrigerando lumbos, ilia, pudenda ac testiculos, ne semen ultra profluat. Deinde rursus omne corpus calefaciendum est ad exsiccandas vias, adstrictione scilicet et perfusione: ad quod faciet lana ab ove sordida et pro oleo unguentum rosaceum vel oenanthinum cum vino albo, odorato: calor autem sensim movendus oleo communi, in quo melilotum inferbuerit et sampsychum et rosmarinus aut conyza: optima est etiam anethi coma et multo etiam magis ruta. Iisdem in cataplasmatis utere cum hordei aut ervi farina et irionis semine et nitro, quibus, ut haec omnia conspirent atque commisceantur, mel adjici potest. Talia sunt etiam cataplasmata, quaecunque cutem rubefaciunt pustulasque excitant et fluxionem derivant et locos tepefaciunt: tale est *emplastrum viride*, quod e lauri baccis conficitur. Castoreum quoque frequenter bibendum et radix halicac-

κάβου ὁκόσον δραχμῆς ὁλκῆς καὶ τῆς ἡδυόσμου τὸ ἕψημα· ποικίλων δὲ τὸ διὰ τῶν δύο πεπερέων, ἡ Σύμφωνος, ἡ Φίλωνος ἄριστον, καὶ διὰ τοῦ σίγχου τοῦ θηρίου φάρμακον ποτὸν καὶ ἡ τοῦ Βηστίνου καὶ ἡ διὰ τῶν ἐχιδνᾶν τῶν ἑρπετῶν. τὸ ξύμπαν δὲ διαίτῃ διδόναι, ἐπιτρέπειν τε καὶ πιστεύειν χρὴ καὶ γυμνασίοις καὶ περιπάτοισι καὶ αἰώρῃσι. τάδε γὰρ τὴν ἕξιν ἐς θερμασίην τρέπει, ὅπερ ἐστὶ τῷ πάθεϊ χρέος· εἰ δὲ καὶ σώφρων ἔοι ἐπὶ τοῖσι ἀφροδισίοισι καὶ λούοιτο ψυχρῷ, ἐλπὶς ὡς ὤκιστα ἀνδρωθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

[146] Κεφ. ϛ΄. [Θεραπεία στομαχικῶν.] Ἡ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι μετὰ τὴν θεραπείην δίαιτα ἐς ἰσχὺν καὶ κράτος τοῦ σώματος εὐπεψίη ἀγαθή· στομαχικοῖσι δὲ μούνοις ἥδε γίγνεται πλημμελής. ὅκως ὦν αὕτη γίγνοιτο φράσω. (132) ἱκανὴ γὰρ αἰώρη, περίπατοι, γυμνασίη, φωνασκίη, τροφαὶ ἐς πέψιν ἀγαθαὶ ἀναμαχέσασθαι τὴν τοῦ στομάχου κακοσιτίην· ἀδύνατον δὲ τάδε καὶ ἀπεψίην λῦσαι μακρὴν καὶ τὴν σκελετίνην τοῦ σκήνεος εὔογκον σάρκας ποιῆσαι· πολλὸν

cabi ad drachmam et menthae decoctum; e compositis autem id, quod e gemino pipere constat: optimum etiam est *Symphonis* et *Philonis antidotum*, idque quod ex *Scincho* bestia ad potionem paratur et *Bestini antidotum*, et illud, quod e viperis reptilibus conficitur. Curatio autem prorsus a ratione victus petenda est, fidendumque exercitationibus et ambulationi et gestationibus: haec enim habitum calefaciunt, cujus rei adfectus indiget. Quodsi aeger a rebus venereis temperet et frigida lavetur, spes est fore ut homo virilem habitum quam celerrime acquirat.

Cap. VI. [*Curatio stomachicorum.*] In aliis adfectibus post curationem victus ratio ad vires et corporis robur confert: (bona concoctio prodest;) ista autem in stomachicis solis offendit. Quemadmodum autem bona concoctio comparetur indicabo: nam gestatio, deambulationes, corporis et vocis exercitatio et alimenta concoctu facilia ad expugnandum stomachi fastidium sufficiunt, quae tamen omnia longam concoquendi imbecillitatem tollere non possunt, neque corporis habitum e macilento pinguem

δὲ μέζον ἐπὶ τουτέων ἔστων αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες καὶ τὸ καθαρῶς ἅπαν δρᾶν καὶ τοῖσι ἐπιθυμίῃσι ἕπεσθαι τὸν ἰητρὸν, μὴ μεγάλα βλάπτοντα· ἄριστον γὰρ τόδε, ἢν μὴ κάρτα ὠφελεύντων ὄρεξις ἥκῃ. φάρμακα δὲ ποτὰ, χυλοὶ, ἀψίνθιον καὶ νάρδος τὸ μύρον καὶ ἡ διὰ τῶν θηρίων καὶ τοῦ ἐν πέτραις ὁ καρπὸς καὶ ζιγγιβέριος καὶ πεπέριος καὶ σεσέλιος· τάδε πεπτήρια καὶ κατὰ τοῦ στέρνου ἐς στύψιν ἐπίθημα, νάρδοι, μαστίχαι, ἀλόαι, ἀκακίαι καὶ μήλων κυδωνίων ὁ χυλός. καὶ αὗται δὲ τῶν μήλων αἱ σάρκες ἀμφιθλασθεῖσαι ξὺν φοίνιξι ἐπίθημα στῦφον. ἀτὰρ καὶ τἄλλα ὁκόσα μοι ἐς διαβήτεω γεγράφαται ἐς δίψεος ἄκος. τὰ ωὐτὰ γὰρ καὶ τοῖσι δίψος γίγνεται· ὁ δὲ τόνος τοῦ στομάχου ἄδιψον στομαχικοῖσι.

Κεφ. ζ'. [*Θεραπεία κοιλιακῶν.*] *Ἢν* τῶν σιτίων ἀκρισίῃς ἡ κοιλίη ἔῃ, διαῤῥέῃ δὲ ἡ τροφὴ ἄπεπτος, ἄθρεπτος, ὠμὴ καὶ μηδὲν εἰς τὸν ὄγκον ἀνίῃ, κοιλιακοὺς τούσδε κικλήσκομεν. ψύχεϊ μὲν ἐμφύτῳ τῷ τῆς ἐς πέψιν θερμασίης, ἀτο-

atque carnosum efficere. His multo magis quam aliis aegrotantibus gratificandum est et omnia commodissime praestanda: eorumque cupiditatibus obsequi debet medicus, nisi quid magnopere noxium desiderent; nam ita factu optimum est, si non rerum valde juvantium appetitu moveantur. Medicamenta potui dentur, absinthii succus, unguentum nardinum, *theriaca* et petroselini et piperis et zinziberis et seselis semina: haec utique ad concoctionem valent. Pectori etiam epithema adstringens imponatur e nardo, mastiche, aloë, acacia et malorum cydoniorum succo: quin et malorum caro cum palmulis contusa epithema fiet adstringens; alia quoque adhibeantur, quae in diabetis curatione ad sitis exstinctionem commemoravi: eadem enim in his sitim movent, cum stomachi constitutio in stomachicis plerumque siti vacet.

Cap. VII. [*Curatio coeliacorum.*] Si ventriculus cibos retinere nequeat et alimentum inconcoctum, immutatum et crudum effluat, nihilque in corporis molem feratur, *coeliacos* hos vocamus; nimirum ob innatam caloris, qui concoctioni inservit, refrigerationem et ob facul-

νίῃ δὲ τῆς ἐς ἀνάδοσιν δυνάμιος. χρὴ ὦν τὴν κοιλίην πρώτιστα μὲν πόνων ἀνιέναι ἠρεμίῃ καὶ ἀποσιτίῃ· ὧδε γὰρ παλινδρομέουσι αἱ δυνάμιες. ἢν δὲ καὶ πλῆθος τῶν ἐν τῷ στομάχῳ φαντασίῃ ἔῃ, νήστεσι ἐμέτοισι χρέεσθαι ἀφ' ὕδατος ἢ μελικρήτου· τὴν κοιλίην δὲ σκέπειν καὶ τέγγειν ἐς στύψιν, ἐρίοισι μὲν τοῖς ἐξ ὄϊος πιναροῖσι, λίπαϊ δὲ ῥοδίνῳ μύρῳ ἢ τῷ διὰ τῆς οἰνάνθης ἢ μηλίνῳ· ἄριστον κἢν ἀπὸ τοῦ σχοίνου καὶ ὑποκύστιδι ἢ ὀμφακίῳ· ξὺν τοῖσδε δὲ ἐπιπλάσματα, θερμὰ [147] μὲν ἐς θίξιν, ἐς δύναμιν δὲ στρυφνά· καὶ ἤν πη τοῦ ἥπατος ἢ τῆς κοιλίης κατὰ στόμα ἐντάσιες ἢ φλεγμασίαι ἔωσι, σικύην προσβάλλοντα ἐντάμνειν· καὶ ἔστι οἷσι τόδε μοῦνον ἤρκεσε· ἐπὴν δὲ κηρωτῇσι ἐς ὠτειλὴν ἥκῃ τὰ τρώματα, ἠδὲ ἐπὶ σκληρίῃ κραίνῃ, τῇ δὲ βδέλλας τὰ θηρία προσβάλλειν· ἔπειτα ἐπιθήματα πεπτικὰ τιθέναι, ὁκοῖον τὸ διὰ τῶν σπερμάτων ἢν ἴσχῃ χαμαιλέοντος ῥίζαν, ἄριστον καὶ ἔνθα οἱ τῆς δάφνης ἔασι καρποὶ καὶ τὸ μάλαγμα ἐπίκλησιν τὸ χλωρὸν καὶ τοὐμὸν τὸ μυστήριον. τάδε γὰρ μα-

tatis imbecillitatem, quae alimenta digerit. Inprimis itaque ventriculum oportet quiete ac inedia a laboribus recreare; nam ita revertentur vires. At si copia in stomacho subesse videatur, jejunis ex aqua vel mulsa vomendum. Ventriculus ipse, ut adstringatur, obtegendus perfundendusque lanis ab ove succidis, quae unguento rosaceo aut oenanthino aut melino inungantur, vel, quod optimum est, lentiscino cum hypocystide et oliva immatura; et cum his cataplasmata snperdentur, ad tactum calida et facultate adstringentia. Et sicubi in jecinore aut ventriculi ore distentiones inflammationesve adpareant, admota cucurbitula concidatur cutis; sunt enim quibus hoc auxilium per se suffecit. Cumque ceratis impositis vulnera fuerint ad cicatricem perducta et ad duritiem devenerint, huc hirudines admoveto. Deinde epithemata ad concoctionem facientia superimponantur, quale est id, quod e seminibus constat, quodque si chamaeleontis radix adjiciatur optimum est: et id quod e lauri baccis conficitur: nec non et malagma viride dictum: meumque, ut id adpello, mysterium; haec enim et emolliunt et in-

λάσσει τε καὶ ἀμύσσει καὶ θερμασίην ἐγείρει καὶ ἄφυσα τὰ σπλάγχνα ποιέει, ὧν περ ἐς στύψιν χρέος. ἀτὰρ καὶ σίνηπι καὶ λίμνηστις καὶ εὐφόρβιον καὶ ὁκόσα τοιάδε πάντα τὴν μὲν ψύξιν κωλύει, ἀνάκλησιν δὲ θέρμης ποιέεται. τοιάδε χρὴ καὶ πιπίσκειν φάρμακα ἐς στύψιν. χρέος μὲν πρώτιστα ὁ τοῦ ἀρνογλώσσου χυλὸς ξὺν ὕδατι ἐστυμμένῳ μύρτοισι ἢ κυδωνίοισι μήλοισι· (133) ἄριστον καὶ γίγαρτον σταφυλῆς ὀμφακίτιδος· οἶνοι τῶν κάρτα στυφόντων. ἔπειτα δὲ τὰ ἀλθαίνοντα τὴν γαστέρα φάρμακα, ποτὰ ὁκόσα διὰ ζιγγιβέριος καὶ πεπέριος καὶ σελίνου τοῦ καρποῦ τοῦ ἀγρίου τοῦ ἐν πέτραις, τὸ διὰ τῶν θηρίων τῶν ἐχιδνῶν πηπτικώτατον· ἢν δὲ ἐπὶ τοῖσι μηδὲν ἢ σμικρὸν ἐνδιδῷ, τοῖσι ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτοισι χρέο· ἢν δὲ καὶ ἐγκρύψῃς ταῖσδε ἐλλεβόρου τῶν λευκοῦ ῥίζαν ἐς μίην νύκτα, εὐτονωτάτη ἄν σοι γένοιτο ἡ κάθαρσις ἔς τε τὴν τῶν ὑγρῶν τῶν ψυχρῶν κάθαρσίν τε καὶ ἔκκρισιν καὶ ἐς τὴν ἔξαψιν τοῦ θερμοῦ· ἀτὰρ καὶ ἡ δίαιτα καὶ ὁ βίος τοιῶσδε ἔστω ξύμμετρα. οἱ ὕπνοι νύκτωρ μὲν, δι' ἡμέρης δὲ περίπατοι, ἀναφωνήσιες, αἰώρη ἥ τε ἐν δάφνῃσι ἢ μυρ-

cidunt et colorem excitant et viscerum inflationes discutiunt, quae omnia, ut adstrictio fiat, praestari debent: ceterum et sinapi et limnestis et euphorbium et quotquot ejusmodi sunt, omnia refrigerationem arcent et calorem resuscitant. Ejusmodi quoque medicamenta adstringendi gratia bibere oportet, inprimis utilis est plantaginis succus cum aqua myrtis aut malis cydoniis adstringente reddita; optimus etiam est uvae immaturae acinus. Vina adsumantur perquam adstringentia. Deinde medicamenta potui dentur ventrem calefacientia, quotquot ex zinzibere et pipere et petroselini semine conficiuntur et theriaca summopere coagmentata. At si per haec morbus aut nihil aut parum remiserit, vomitionibus a radicularum esu utere: et si in his hellebori albi radicem per noctem unam occulueris, purgationem valentissimam effeceris, quae frigidos purgabit excernetque humores et calorem succendet. Quin et victus et vitae ratio cum summa moderatione instituatur; noctu dormiatur, interdiu obambuletur: exerceatur vox: gestatione fiat inter lauros aut in myrte-

ῥίναισι ἢ θύμῳ. ἔχει γάρ τι ἡ διαπνοὴ καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοιόνδε φάρμακον πεπτήριον· γυμνάσια, τρίψιες, χειρονομίη, ἀλτήρων βολαῖσι τοῦ θώρηκος καὶ τῆς κοιλίης κόποι, προπόσιες· σμικρότατα γὰρ εἰς τόνον εὐσταλὲς ἄρτος. ἐπὶ τῶνδε φοίνιξις, περίπατοι ῥαθυ- * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

[148] Κεφ. ιβ'. [Θεραπεία ἀρθρίτιδος καὶ ἰσχιάδος.] * σιτίων καὶ ῥαφανίδων πολλάκις. ἔπειτα ἐς τὸν ἐλλέβορον ἄγειν. δίαιτα δὲ ἡ ἐπὶ τοῖσδε ξυνὴ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐπὶ τῇ διαίτῃ ἄλειψις, ψυχρολουσίη θαλασσίη· μάλιστα μὲν ὦν ἅπασι ἀρθριτικοῖσι ξυνὰ ἄκεα· καὶ γὰρ καὶ τοῖσι ποδαγρικοῖσι ἐλλέβορος τὸ μέγα ἄκος. ἀλλὰ ἐν τῇσι πρώτῃσι προσβολῇσι τοῦ πάθεος. ἢν δὲ ἐκ πολλῶν μὲν ἤδη χρόνων ἔῃ, ἀτὰρ καὶ ἐκ διαδέξιος πατέρων φανῇ, ξυναποθνήσκει ἡ νοῦσος. ἐς δὲ τοὺς παροξυσμοὺς τῶν ἄρθρων τάδε χρὴ

tis aut in thymo, siquidem perspiratio ac spiritus adductio medicamentum quoddam habent concoctionem adjuvans. Exercitationes adhibeantur: frictiones: manuum dimotio; halterum jactus ad exercendum pectus ac ventriculum. Propinationes fiant: nam ad confirmandum robur panis minime valet. Ab his rubificatio, deambulationes lentae *
* * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

Cap. XII. [*Curatio arthritidis et ischiadis.*] * * * cibis et radicularum esu frequenter: ac deinde ad helleborum album veniendum est. Post haec victus communis esto cum aliis adfectibus; et post victum inunctio, frigida in mari lavatio, omnibus arthriticis praecipua et communia sunt auxilia. Nam podagricis quoque helleborus, sed in primis morbi accessionibus mirifice succurrit: qui si jam inveteraverit et a parentibus etiam hereditario descenderit, is usque ad mortis diem inhaeret. At contra exacerbationes mali in articulis hoc pacto subve-

πρήσσειν· εἰρία μὲν ἔστω ἐξ οἰὸς τὰ οἰσυπώδεα· τέγξιες δὲ διὰ ῥοδίνου καὶ οἴνου· μετεξετέροισι δὲ καὶ σπογγιὴ ξὺν ὀξυκρήτῳ ὤνησεν. ἔπειτα ἐπίπλασμα ἄρτος ξὺν τοῖσι ψύχουσι κολοκύντης καὶ πέπονος καὶ σικύη λιτὴ καὶ ἀρνόγλωσσον ἡ βοτάνη καὶ ῥόδων τὰ φύλλα. ἀτὰρ καὶ ἡ σιδηρῖτις ἄπονος ξὺν ἄρτῳ καὶ βρίῳ καὶ συμφύτου ῥίζᾳ καὶ πεντάφυλλος ἡ βοτάνη καὶ πράσιος ἡ τοῖσι φύλλοισι λεπτή. τῆσδε μέντοι τὸ μὲν ἀφέψημα ἐξάντλημα ἄπονον· αὐτὴ δὲ ἐπίπλασμα ξὺν ψιξὶ ἢ κριθῶν ἀλίτῳ· μήλων τε τῶν κιτρίων τὸ ἄβρωτον ξὺν ἀλφίτοισι ἄριστον· σῦκα ξηρὰ καὶ θάσια ξὺν τινὶ τῶν ἀλίτων. ἥδε μέντοι ψύξιος ἡ ὕλη· καὶ τόδε μέντοι (134) ἄλλοτ' ἄλλον ὤνησε καὶ τωυτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ. μετεξετέροισι δὲ τὰ ἀλεαίνοντα ξυμφέρει καὶ τωυτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ ὠφελέει. λόγος δὲ καὶ τόδε κάρτα ἄπονον ἔμμεναι· αἶγα χρὴ βοτάνης τῆς ἴριδος ἐμφαγεῖν· ἐπὴν δὲ πλησθῇ, διαλείποντα ὁκόσον ἡ νομὴ ἐν τῇ γαστρὶ μαχθείη, καταθῦσαι τὴν αἶγα ἠδὲ ἐντὸς τῆς γαστρὸς ἐς τὴν κόπρον ἐγκρύψαι τὼ πόδε·

niendum est, lanae adhibeantur ab ove succidae; perfusiones ex rosaceo et vino: et nonnullis spongia e posca prodest. Postea cataplasma fiat a pane cum refrigerantibus cucurbitae silvestris et peponis partibus, cumque tenui cucurbita et plantaginis herba et rosarum foliis; nec non et sideritis dolorem mitigat, cum pane et bryo et symphyti radice et quinquefolii herba et marrubium, quod foliis est tenuibus; huius decoctum dolores etiam optime lenit: et ipsa herba cum panis mica et hordei farina cataplasma faciet. Malorum quoque citriorum pars cibo non apta cum polenta magnopere succurrit; ficus item aridae et amygdala cum aliqua farina. Haec utique refrigerantium materia est; et ex his sane aliud alium juvit et idem aliquando alium atque alium. Quibusdam vero calefacientia conveniunt; et inter haec etiam idem alii alias prodest. Pervulgatum est autem et hoc ad dolorem tollendum valde proficere: capram oportet herba iride ad satietatem pasci, quae interposito tempore, quantum conficiendo in ventre pabulo suffecerit, mactetur; et intra hujus ventrem in ipso stercore occulendi pedes. Medi-

φάρμακα δὲ μυρία. καὶ γὰρ τοὺς νοσέοντας ἑωυτῶν φαρμακέας εὐπόρους τίθησι ἡ ξυμφορή· τῶν δὲ ἰητρῶν τὰ φάρμακα ἐν τῇσι γραφῇσι λελέξεται.

[149] Κεφ. ιγ'. [Θεραπεία ἐλέφαντος.] Τῶν νούσων μέζονα χρὴ τὰ ἄκεα ἐς λύσιν αὐτέων ἔμμεναι· ἐλέφαντος δὲ τηλίκου κακοῦ τίς ἀξιόνικος γίγνοιτ᾽ ἂν ἰητρείη; οὐ γὰρ μέρεϊ ἢ σπλάγχνῳ ἑνὶ, ἢ ἔνδον ἐνσκήπτει μοῦνον ἢ ἔξω τὸ κακὸν ἕρπει, ἀλλὰ ἔνδοθί τε ὅλῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνοικέει καὶ ὅλον ἔξωθεν ἀμπέχει. ἀτερπὲς μὲν καὶ φοβερὸν ἰδεῖν· θηρίου γὰρ ἰδέη· δέος δὲ ξυμβιοῦν τε καὶ ξυνδιαιτᾶσθαι οὐ μεῖον ἢ λοιμῷ. ἀναπνοῆς γὰρ ἐς μετάδοσιν ῥηϊδίη βαφή. τί ἂν ὦν εὕροι τὶς ἐν ἰητρικῇ τοῦδε ἄξιον ἔχον ἄκος. ἀλλὰ γὰρ πάντα χρὴ ξυμφέρειν φάρμακα καὶ διαίτην καὶ σίδηρα καὶ πῦρ· καὶ τάδε κῆν μὲν ἔτι νεοτόκῳ τῷ πάθεϊ προσβάλλῃς, ἐλπὶς ἰήσιος· ἢν δὲ ἐς ἀκμὴν ἥκῃ γενέσιος καὶ ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι ἑδραῖον ἵζῃ, ποτὶ καὶ ἐς τὰ πρόσωπα προσβάλλῃ, ἀνέλπιστος ὁ νοσέων. τάμνειν ὦν τὰς ἐπ᾽ ἀγκῶνι φλέβας·

camenta sunt ad adfectum hunc innumera: aegrotos namque ipsos medicamina sibi plurima comparare calamitas ista cogit; sed medicorum pharmaca suo loco scriptis exponentur.

Cap. XIII. [*Curatio elephantis.*] Morbis ut ii exsolvi queant, remedia valentiora esse debent. Elephantem vero, tam ingens malum, quaenam medela possit expugnare? Neque enim parti tantum uni aut visceri unico inhaerescit: neque intus solum impingitur aut extra serpit: sed totum hominem intra occupat, totumque foris complectitur. Triste profecto visuque horribile spectaculum! belluae namque species est. Porro cum his homines versari atque vitam agere non minus quam cum bestilentia metuunt; contagio enim per inspirati aëris infectionem facile communicatur. Ecquodnam igitur in arte medica satis validum quispiam repererit, quod huic adfectui medeatur, auxilium? Verum enim vero omnia simul et medicamenta adhiberi necesse est et victus rationem et ferrum et ignem. Quae si incipienti morbo admoveas, salutis potest esse spes; sin is perfecte jam creatus fuerit

ἄμφω δέ· τάμνειν δὲ καὶ τὰς ἐπὶ σφυροῖσι αὐτῆμαρ. κρέσσον γὰρ ἡ διάστασις ἔς τε πολλὴν τὴν τοῦ αἵματος ῥοὴν καὶ ἐς ἀνάκλησιν τῆς δυνάμιος. χρεὼν γὰρ αἷμα πολλάκις καὶ πόλλ' ἐκχέαι τοῦ πάθεος τὴν τροφήν. σμικρὸν δὲ ἐν αὐτέῳ τὸ χρηστὸν τῆς φύσιος ἡ τροφή. ξυντεκμαίρεσθαι ὦν ἀφαιρέοντα τὸ πονηρὸν καὶ ἔντηκτον, μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον, μέσφι ἂν προαπαυδήσῃ ἀτροφίῃ ἡ νοῦσος. ἡ γὰρ νεαρὴ ξυμπλακεῖσα τῷ σώματι χρόνῳ μακρῷ ἠμαύρωσε τὴν παλαιήν. ἔπειτα τὴν ἱερὴν πιπίσκειν μὴ ἐσάπαξ· ἀλλὰ γιγνέσθω πάντα πολλάκις ἐξ ἀναλήψιος καὶ παλινδρομίης. ἔστω καὶ ἡ ἄλλη κάθαρσις φαρμακώδης ἐν σιτίῳ· ἡ ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ ἢ ἔλεξα ἔστω. ἠδὲ γάλα ἀδιάκριτον· πολλὸν δὲ ἔστω τόδε ἐς διαχώρησιν πιεῖν. ἐχέτω δὲ μοίρην τὴν πέμπτην ὕδωρ, ὡς πᾶν τὸ γάλα διεκθέειν. ἐς ἐμέτους δὲ θᾶσσον ἄγειν νήστιας τὸ πρῶτον· ἀπὸ σίτων δ' αὖθις· ἔπειτα ἀπὸ ῥαφανίδων· πολλάκις δὲ καὶ ξυνεχέως πάντα γιγνέσθω. ἐς ἐλλέβορον ἄγοντα καιρῷ παντὶ, μᾶλλον δὲ ἔαρος καὶ φθινοπώρου διδόναι ἡμέ-

ac visceribus tenaciter insederit et faciem insuper occupaverit, de homine desperatum est. Incidantur itaque venae cubiti ambae: incidantur etiam venae in talis; non eodem die: praestat enim temporis interjectio, quo plus sanguinis emitti et recreari queant vires; sanguis etenim saepe et copiose detrahendus est, quippe qui vitium nutriat, cujus autem sana pars exigua est, quae naturam alit. Quare conjicere oportet, ut sanguis parvus et colliquatus detrahatur et interim corpori idoneus servetur, quoad alimenti defectu morbus cesserit; novus enim corpori commixtus cibus longo temporis spatio antiquum exstinguit. Postea propinetur *hiera*, neque semel tantum: sed omnia frequenter fiant et post refectionem rursus usurpentur. Cibo item alia insit e medicamentis purgatio, qualem in *ischiadis* curatione proposuimus; lac etiam indiscretum, sed largiter, ut alvum solvat, potui detur: adjiciatur autem aquae quinta pars, ut id omne effluere possit. Ocyus autem ad vomitum deducendi; jejuni primo: a cibo postea: deinde a radicularum esu; quae frequenter omnia et adsidue fiant: helleborum etiam album quolibet tempore

ραν ἀφ᾽ ἡμέρας· καὶ αὖθις ἐς νέωτα· κἢν ἡ νοῦσος κρατυνθῇ, φαρμάκων ποτῶν ὁκόσα τὶς γιγνώσκει πιπίσκειν. ἀγαθὸν γὰρ φαρμακεύειν πολλὸν ἐς ὄνησιν. κἀγὼ δὲ ὁκόσα γιγνώσκω γράφω, (135) κεδρίης κύαθον ἕνα· κράμβης δύο μίσγοντα διδόναι. ἄλλο. σιδηρίτιδος τοῦ χυλοῦ κύαθος εἷς, τριφυλλίου εἷς, οἴνου καὶ μέλιτος κύαθοι δύο. ἄλλο.. ἐλέφαντος τοῦ ὀδόντος ῥινήματος, ὁλκῆς δραχμὴ ξὺν οἴνῳ κρήσιος κυάθων δύο· ἀτὰρ καὶ τῶν ἔχεων τῶν ἑρπετῶν θη[150]ρίων αἱ σάρκες καὶ αἵδε ἐς ἀρτίσκους πεπλασμέναι πίνονται· ἀποτάμνοντα δὲ χρὴ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς οὐραίης ἕκαστον, ὁκόσον δακτύλους τέσσαρας, τὸ λοιπὸν ἑψεῖν ἐς διάκρισιν τῶν ἀκανθῶν. τὰς δὲ σάρκας ἀρτίσκους διαπλάσαντας ψύχειν ἐν σκιῇ· πιπίσκειν δὲ τούσδε ὅκως καὶ τὴν σκίλλην· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἔχιες ὄψον ἐν δείπνῳ, ὡς ἰχθύας δὲ χρὴ τούτους σκευάσαι· ἢν δὲ τὸ δι᾽ ἐχιδνῶν τὸ ποικίλον παρέῃ φάρμακον, ἀντὶ πάντων πίνειν τόδε. ἴσχει γὰρ πάντα ὁμοῦ· ῥύπτειν δὲ καὶ τὸ σκῆνος καὶ τοὺς ὄχθους ἀλεαίνειν. φάρμακα δὲ ἄλλα μυρία τῶν κελτίων, οἳ νῦν καλέονται γάλ-

praebendo, sed praesertim vere et auctumno, diem ex die et proximo rursus anno. Et si morbus invaluerit, medicamenta potui sumta, quotquot noverit quispiam, propinentur: nam medicamenta copiose adhibita prosunt. Ego sane quaecunque a me cognita sunt literis mando: cedriae cyathum unum, brassicae duos mixtos exhibe. Aliud: sideritidis succi cyathus unus, trifolii unus, vini ac mellis duo. Aliud: elephanti dentis ramentorum drachma, cum vini cretici cyathis duobus. Porro viperarum, animalium reptilium caro in pastillos redacta potetur; oportet autem, amputato cujusque capitè caudaque ad quatuor digitos, reliquum elixare, donec spina a carne discesserit: et hanc in pastillos confictam in umbra refrigerare, qui, sicut etiam scilla, potui exhibeantur. Ipsae quoque viperae in coena pro opsonio dentur, quae piscium instar praeparari debent. At si medicamenti e viperis compositi facultas suppetat, id omnium loco bibendum est; id enim omnia simul praestat. Ad haec corpus detergendum est et tumores complanandi; hujusmodi inter Celtas, qui nunc

λοι, τὰς λιτρώδεις τὰς ποιητὰς σφαίρας, ᾗσι ῥύπτουσι τὰς ὀθόνας σάπων ἐπίκλην, τῇσι ῥύπτειν τὸ σκῆνος ἐν λουτρῷ ἄριστον· καὶ ἀνδράχνην καὶ ἀείζωον ξὺν ὄξεϊ, ἀτὰρ καὶ λαπάθου ῥιζέων ἀφέψημα. ξὺν ἀπύρῳ θείῳ ῥύπτει καλῶς. ποικίλον δὲ ἀλκυονίου τοῦ λείου καὶ νίτρου καὶ τρυγὸς ὄξεος κεκαυμένης καὶ στυπτηρίης σχιστῆς καὶ θείου τοῦ ἀπύρου καὶ κόστου καὶ ἴριδος καὶ πεπέριος. τάχα δὲ χρὴ πάντα μίσγειν ἑκάστῳ τὸ πρὸς δύναμιν· ἄλλο δὲ ἶσον καὶ τόδε καταπάσσοντα ἀνατρίβειν, ἐς δὲ τοὺς ὄχθους τοῦ προσώπου, κλιμάτων τὴν σποδιὴν ξὺν τινὶ θηρίων στέατι μίσγοντα χρίειν, λέοντος ἢ παρδάλιος ἢ ἄρκτου, ἢν δὲ μὴ, χηναλώπεκος. ὅμοιον γὰρ ἓν ἀνομοίῳ, ὅκως πίθηκος ἀνθρώπῳ ἄριστον· καὶ ἀμμωνιακὸν τὸ θυμίημα ξὺν ὄξεϊ καὶ ἀρνογλώσσου χυλῷ ἢ πολυγόνου καὶ ὑποκυστὶς καὶ λύκιον· ἢν δὲ πελιδναὶ ἔωσι αἱ σάρκες, προεγχαράσσειν ἐγχυλώσιος εἵνεκεν· ἢν δ' ἐπὶ τοῖσι δριμέσι ῥεύμασι ἀναδαρέντα πρηΰνειν τὰ μέρεα ἐθέλῃς, τήλιος ἀφέψημα ἢ πτισάνης χυλοῦ ῥύμμα μαλθακόν·

Galli dicuntur, medicamenta alia sunt innumera: sed e nitro factis globis, quibus pannos abstergunt, quosque saponem vocant, in balneo detergere optimum est. Optime quoque portulaca et sempervivum cum aceto et lapathi radicum decoctum, cum sulphure ignem non experto corpus detergebit. Illud item compositum prodest ex alcyonio laevigato et nitro et aceti faece combusta et alumine scissili et sulphure ignem non experto et costo et iride et pipere; forsan autem omnia pro singulorum viribus miscenda sunt: et aliud cum hoc aequis portionibus mixtum inspergentes perfricare possumus. At faciei tumoribus sarmentorum cinis illini potest cum ferae alicujus adipe, leonis scilicet aut pantherae aut ursi aut, si his careas, chenalopecis: simile enim in dissimili, quemadmodum simia homini, maxime juvat; et ammoniacum thymiama cum aceto aut plantaginis succo aut herbae sanguinalis et hypocystis et lycium. Quodsi caro livida sit, prius incidenda est, ut in eam derivetur succus. At si ab acribus fluxionibus excoriatas partes lenire cupias, foeni graeci decoctum aut hordei cremor molliter abstergebit: et ex

λίπας δὲ ῥοδίνου ἢ σχινίνου, λουτρὰ δὲ ξυνεχέα ξύμφορα ἐς ὑγρασμὸν καὶ ἐς διαπνοὴν τῶν κακῶν χυμῶν. τροφὴ δὲ καθαρὴ, εὔχυμος, εὔπεπτος, ἁπλῆ καὶ δίαιτα εὐκρινὴς πάντῃ καὶ ἐν ὕπνοισι ἢ καὶ περιπάτοισι καὶ χώρῃσι· γυμνάσια, δρόμοι καὶ ἀνειλήσιες καὶ κορυκοβολίαι· ἅπαντα ἀκάματα ξὺν ἐμμελεῖ ἐπιτάσι· ἔστω δὲ καὶ ἀναφώνησις τοῦ πνεύματος, γυμνάσιον τὸ καίριον. ἐσθὴς ἔστω καθαρὴ οὐχ ὡς ὁρῆσθαι μοῦνον ἦδε, ἀλλ' ὡς ὅτι καὶ τὰ πινόεντα, ὀδαξώδεα τῷ δέρματι. πιπίσκειν ἀψινθίου τοῦ οἴνου νήστιας. ἄριστον δὲ ἄρτος ἐκ κριθῶν καὶ τάριχος ὡραῖος καὶ σμικρόν τι μαλάχης ἢ κράμβης ἡμίεφθον ξὺν κυμίνου ἐμβάμματι· ἐς δὲ δεῖπνον σταφυλῖνος (136) ἡ ῥίζα καὶ χόνδροι ξὺν τῷ οἴνῳ καὶ τῷ μέλιτι παλαιῷ τὴν μίξιν καὶ τὰ θαλάσσια, ὁκόσα τὴν γαστέρα ὑπολύει, τελλίνων ζωμοὶ, ὄστρεα, ἐχῖνοι καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι· χερσαίων δὲ τὰ θηρία λαγῶς ἢ σῦς. πετεινῶν πέρδικες πᾶσαι, φάσσαι, πελειάδες καὶ ὁκόσα ἡ χώρη ἄριστα ἴσχει. ἀκροδρύων τὰ ὡραῖα· οἶνοι γλυκεῖς οἰ-

oleis rosaceum aut lentiscinum. Balnea vero adsidue ad madefaciendum corpus et ad humores noxios perspirandos proficiunt. Cibus esto mundus, boni succi, concoctu facilis, simplex; et victus ratio ex omni parte exacte instituta, quoad somnos et ambulationes et degendi locos. Exercitationes adhibeantur; cursus: corporis contorsiones: pilarum jactus: quae omnia fiant citra lassitudinem, cum idonea tamen intentione; opportuna etiam exercitatio est spiritus vocisque emissio. Vestis munda sit, non modo ut visum non offendat, sed etiam quia sordes in cute pruritum excitant. Vinum apsinthii jejuni bibant; pro prandio panis ex hordeo, salsamentum vetus et exiguum quid malvae aut brassicae, semicoctum, cum cymini liquamine; pro coena pastinacae radix aut alica cum vino et melle antiquo mixtis. Et e mari quotquot ventrem solvunt, tellinarum iuscula, ostrea, echini: et ex piscibus saxatiles; ex animalibus terrestribus lepus aut sus: inter aves perdices cujusque generis, palumbes, columbae et quidquid in regione optimum reperiatur; ex arboreis fructibus ii, qui horarii vocantur: vina dulcia iis quae vi-

νωδέων κρείσσονες. λουτρὰ φύσει θερμὰ, θειώδη· καὶ βίος ἐν ὕδασι μακρὸς εἶθε καὶ θάλασσα καὶ πλοῦς. [151] ἐλλεβορισμοὶ, ἐλλέβορος λευκὸς μὲν τῆς ἄνω κοιλίης κάθαρσις· μέλας δὲ τῆς κάτω, καὶ ἔστιν ὁ λευκὸς οὐκ ἐμετήριον μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ξυμπάντων ὁμοῦ καθαρτηρίων ὁ δυνατώτατος, οὐ τῷ πλήθει καὶ τῇ ποικιλίῃ τῆς ἐκκρίσιος· τόδε γὰρ καὶ χολέρῃ πρήσσει· οὐδ' ἐντάσεσι καὶ βίῃ τῇσι ἐπὶ τοῖσι ἐμέτοισι. ἐς τόδε γὰρ ναυτίη καὶ θάλασσα κρέσσον· ἀλλὰ δυνάμι καὶ ποιότητι οὔτι φαύλῃ· τῇπερ καὶ ὑγιέας τοὺς κάμνοντας ποιέει καὶ ἐπ' ὀλίγῃ τῇ καθάρσι καὶ ἐπὶ σμικρῇ τῇ ἐντάσι. ἀτὰρ καὶ πάντων τῶν χρονίων νούσων ἐς ῥίζαν ἱδρυμένων, ἢν ἀπαυδήσῃ τὰ λοιπὰ ἄκεα, τόδε μοῦνον ἰητήριον. πυρὶ ἴκελον γὰρ ἐς δύναμιν λευκὸς ἐλλέβορος καὶ ὅ τί περ πῦρ ἐργάζεται ἐκκαῖον, τοῦδε πλέον ἐλλέβορος εἴσω παρεκθέων πρήσσει, εὔπνοιαν μὲν ἐκ δυσπνοίης, ἐξ ἀχροίης δὲ εὐχροίην καὶ ἀπὸ σκελετίης εὐσαρκίην.

nosa sunt meliora. Balnea naturaliter calida, sulphurea prosunt: et in vita in aquis diu acta et mare et navigatio. Per helleborum purgationes usurpentur; albus superiorem ventrem, niger inferiorem purgat; quin et albus non modo vomitum provocat, sed et omnium quoque medicamentorum purgantium valentissimum est: non excretorum varietate et copia, id enim cholera morbus patientius facit; neque vero intentionibus ac violentia inter vomendum, id enim nausea in mari validius praestat. Ceterum neque vim neque qualitatem malam habet: quo fit ut laborantibus salutem reddat et per exiguam purgationem et cum intentione parva. Porro vetustorum omnium morborum, qui radices jam altas egerint, cum reliqua auxilia nihil quidquam opis praestiterint, id unicum remedium est; siquidem igni facultate par est helleborus albus et quidquid ignis ustione facit, illo plus helleborus per interiora discurrens operatur: spirationem nempe facilem e difficili, e malo colore bonum et e macie habitum corporis pinguem efficit.

INDEX.

A.

L.

R.

Bei

Bei dem Verleger sind zu haben:

Ackermann, Institutiones historiae medicinae. 8. maj. 792. 20 gr.

*Anacreontis et Sapphus reliquiae. Ad fidem optimar. recens. Amstelodami 807. 20 gr. charta pergam. 6 thlr. 16 gr.

Aristoteles, von der Behandlung der Naturkunde v. Tietze. 8. 813. 12 gr.

Artedi, P. renovat. Ichthyologia v. C. A. Walbaum 5 Tomi. 4. 789. — 793. 5 thlr. — (1. 2. Bd. 1 thlr. 12 gr. 3. Bd. 2 thlr. 16 gr. 4. 5. Bd. 20 gr.; jedoch nur der 3. Bd. ist noch einzeln zu haben).

Bergmann, T. physikalische Beschreibung der Erdkugel. Aus dem Schwed. v. Rohl. 2 Bde. 4. 791. 3 thlr.

*Castellionis, Sebast. Sacrorum Dialogorum libr. IV. cura D. Val. Alberti. 8. 767. 10 gr.

Choulant, D. J. L. decas 1 et 2 pelvium spinarumque deformatarum, adjectis nonnullis annotationibus. 4. 1818. 1820. 18 gr.

Ciceronis, M. T. Orationes, ex edit. Cellarii. 8. 752. 10 gr.

— — de officiis libri tres. Recensuit notatisque et indicibus ornavit F. G. Born. 8 maj. 799. 1 thlr. 8 gr.

— — Reden zur Vertheidigung des Dichters A. Licin. Archias, T. Ann. Milos u. T. Ligarius übersetzt nebst biegedrucktem verbessertem latein. Text, kritischen Anmerkungen, erklärendem Commentar, erläuternden und beurtheilenden Sachbemerkungen von K. G. Schelle. 3 Bde. 1797 — 1803. 4 thlr. 4 gr.

Galeni opera omnia. Edit. curav. C. G. Kühn. Tom. I — XV. 1821 — 28. à 5 thlr.

Hippocratis opera omnia. Editionem curavit Dr. C. G. Kühn. 3 Tomi. 8. maj. 1825 — 26. 15 thlr.

Horatii, Q. F. de arte poetica lib. Ed. C. G. Schelle, praemissa disputat. de consilio quod Horatius in condendo poemate suo secutus sit. 3. maj. 806. 21 gr.

*Horatius Quint. Flaccus Amstelodami. 1809. 1 thlr.

Hufelands, Dr. C. W. neueste Annalen der französischen Arzneikunde und Wundarzneikunde, 3 Bde. mit den Abbildung. 1791 — 99. 5 thlr. 10 gr.

Jörg, J. C. G. Handbuch der Krankheiten des menschlichen Weibes. gr. 8. 821. 2te Aufl. 3 thlr. 18 gr.

— — diätetische Belehrungen für Schwangere, Gebährende und Wöchnerinnen etc. in 10 an gebildete Frauen gehaltenen Vorlesungen. Mit 1 Kupfer. 3te verb. u. verm. Auflage. 8. geh. 826. 1 thlr.

— — kritische Hefte für Aerzte und Wundärzte. gr. 8. 1 Heft 10 gr., 2 Heft 21 gr. 822., 3 Heft 824. 12 gr.

— — Materialien zu einer künftigen Materia medica 1r. Thl. gr. 8. 824. 2 thlr. 12 gr.

— — Handbuch zum Erkennen und Heilen der Kinderkrankheiten, nebst der Physiologie, Psychologie und diätet. Behandlung des Kindes; auch unter dem Titel über das physiolog. und pathalog. Leben des Kindes. gr. 8. 826. 4 thlr. 12 gr.

Kaulfuss, D. G. F. enumeratio filicum quas in itenere circa terram legit cl. Ad. de Chamisso. Adjectis in omnia harum plantarum genera etc. etc. 8. maj. 824. 1 thlr. 18 gr.

— — das Wesen der Farrenkräuter besonders ihrer Fruchttheile mit Rücksicht auf systemat. Anordnung betrachtet etc. 1 Hälfte mit 1 Kupfertafel gr. 4. 1827. 1 thlr. 16 gr.

— — Erfahrungen über das Keimen der Charen nebst andern Beiträgen zur Kenntniss dieser Pflanzengattung. Mit 1 Kupfer. 8. 825. 14 gr.

*Krimer, Dr. W. Untersuchung über die nächste Ursache des Hustens mit Beziehung auf die Lehren vom Athemholen und vom Croup. Herausgegeben v. F. Nassen gr. 8. 819. 12 gr.

— — Physiologie des Blutes gr. 8. 822. 1 thlr. 16 gr.

— — physiolog. Untersuchung mit 3 Kupfern gr. 8. 820. 1 thlr. 12 gr.

Kühn, M. O. B. Versuche einer Anthropochemie gr. 8. 824. 21 gr.

Lucretii, P. Cari de rerum natura libri VI. Ed. H. C. A. Eichstaedt Vol. I. textum continens. 801. 8. maj. 2 thlr. 16 gr.

Moschopoli, M. Cretensis opuscula grammatica ed. Ti- 8 maj. 1822. 15 gr.

Müller, D. J. de respiratione foetus. Comment. physiol. cum tab. aer. 8. maj. 823. 1 thlr.

— — z. verg. Physiologie des Gesichtssinnes des Menschen u. d. Thiere, nebst einem Versuch über die Bewegungen der Augen und über den menschlichen Blick. gr. 8. mit 8 Kupfern. 826. 3 thlr. 12 gr.

Neumanns, K. G. Erkenntniss und Cur in Krankheiten des Vorstellungsvermögens gr. 8. 822. 1 thlr. 18 gr.

Panegyrici veteres quos ex codice Ms. librisque collatis recensuit ac notis integris iisque partim adhuc ineditis C. G. Schwarzii et excerptis aliorum additis etiam suis instruxit et illustravit W. Jaegerus. 2 Tom. 8. maj. 779. 3 thlr.

Pherecydis fragmenta emendavit et illustravit, commentarium et indices adjecit Fr. G. Sturz. Editio altera. gr. 8. 804. 1 thlr. 4 gr.

Pindari, epitome Iliadis Homericae cum notis Van Kooten ed. Weytingh. 8. maj. 809. Amstelodami. 2 thlr.

Plinii, epistolarum libri IX. ed. J. N. Titze. 823. 1 thlr. 12 gr.

Schelle, K. G. welche alte klassische Autoren, wie, in welcher Folge und Verbindung mit andern Studien soll man sie auf Schulen lesen? Als sicherer Weg das Studium der klassischen Literatur und klassischen Cultur zu befördern. 1r Bd. 8. 804. 1 thlr. 16 gr. 2r Bd. 805. 1 thlr. 20 gr.

Schelling, F. W. J. erster Entwurf eines Systems der Naturphilosophie. gr. 8. 799. 1 thlr. 16 gr. Schreibp. 2 thlr.

— — Einleitung zu seinem Entwurfe eines Systems der Naturphilosophie, oder: über den Begriff der speculativen Physik und die innere Organisation eines Systems dieser Wissenschaft. gr. 8. 799. 8 gr. Schbp. 10 gr.

— — Zeitschrift für speculative Physik. 2 Bde. gr. 8. 800. und 801. 2 thlr. 16 gr.

Thucydidis de bello peloponnesiaco libri VIII. Recens. et adnotatione perpet. illustrav. Fr. Göller. 2 Tomi. 8. maj. 826. 6 thlr.

Titze, F. W. de Aristotelis Operum serie et distinctione Liber singularis. 8 maj. 826. 15 gr.

*Virgilius, P. Maro, Bucoliea, Georgica, Aeneis. 12. Amstelodami. 809. 1 thlr. 6 gr.

Voigtels, F. G. vollständiges System der Arzneimittellehre. Herausgeg. v. C. G. Kühn. gr. 8. 816. 1 u. 2 Bd. 1 Abthlg. 3 thlr. 12 gr. und 2 Bd. 2 u. 3 Abthlg. 817. 4 thlr.

Wiesmann, commentatio, de coalitu partium a reliquo corpore humano etc. etc. 4. 824. 18 gr.

Windischmann, Etwas was der Heilkunst Noth thut. 824. 1 thlr. 18 gr.

Wildberg, C. J. L. Versuch eines Lehrbuchs der medizin. Rechtsgel. zum Unterricht für Rechtsgelehrte. gr. 8. 826. 1 thlr. 6 gr.

Zeitschrift für psychische Aerzte, in Verbindung mit Haindorf, Hayner, Heinroth, Henke, Hofbauer, Hohnbaum, Horn, Maass, Pienitz, Ruer, Weiss. Herausgeg. v. Fr. Nasse. 818. 4 Stücke 3 thlr.

— — 819. 4 Stücke 3 thlr.

— — mit besonderer Rücksicht auf den thierischen Magnetismus in Verbindung mit Herrn v. Eidenmayer, Grohmann, Haindorf, Hayner, Heinroth etc. Herausgeg. v. Fr. Nasse. 1820. 21. 22. oder 3. 4 und 5 Jahrgang. à 4 thlr.

— — für Anthropologie, als Fortsetzung der Zeitschrift für psychische Aerzte. In Verbindung mit mehrern Gelehrten herausgeg. v. Fr. Nasse. 823 bis 26. gr. 8. der Jahrg. 5 thlr.

PETRI PETITI,

DOCTORIS MEDICI PARISIENSIS,

COMMENTARII ET ANIMADVERSIONES

IN OCTO

ARETAEI CAPPADOCIS

LIBROS.

PETRI PETITI

PRAEFATIO AD COMMENTARIOS.

Priusquam ad Auctoris enarrationem aggredior, nonnulla de Ipso, atque eius Instituto praefanda sunt, ut omnibus ferme qui eiusmodi Literas tractant, in consuetudine esse video. Non est autem consilium octo illa capitula, ut vocant, sive *Portas* ut *Hali* appellat 1. *Theor.* 3. ambitiosius persequi, quae nusquam non *Graeci Aristotelis* Interpretes, eorumque exemplo *Arabes* et *Latini* ad fastidium oggerunt: sed ex iis tamen quaedam attingere, operae pretium visum est. Horum librorum Auctorem esse *Aretaeum Cappadocem*, ut titulus indicat, non quisquam, quod sciam, dubitavit. Quo autem tempore vixerit; lis est inter Eruditos. Alii Antiquissimum praedicant, et longe *Galeno* superiorem: ita *Mercurialis lib.* 3. *var. Lectionum*: *Talentonius* in *Thesauro*; *Foesius, notis* ad *lib. Hipp.* *περὶ τροφῆς*, ubi *Aretaeum* et gravissimum et vetustissimum Auctorem appellat. Sed et *Goupylus*, qui primus hunc luce donavit, de eo in hunc modum praefatur in *Epistola Operi nuncupatoria: ἄνδρα σοφόν τε καὶ παλαιὸν τοῖς τὰ ἰατρικὰ ποθοῦσι χαριζόμενοι, Ἱπποκράτους μὲν ὕστερον γεγονότα, Γαληνοῦ δὲ πρότερον.* Cuius sententiae facile acquiesco; nisi quod contentus hunc *Hippocrate* inferiorem dixisse, non quicquam praeterea allaborat, quo aetatem eius magis ex-

acte noscamus. Ego vero videor reperisse coniecturas, vel potius certa argumenta, quibus hunc *Neronis* temporibus superiorem non fuisse convincam. Non semel in Libris *Therapeuticis* Theriacam praescribit illam, quae carnes viperarum recipit, et ab ipso *φάρμακον διὰ τῶν ἐχιδνῶν τῶν ἑρπετῶν* dicitur *lib.* 2. *Therap. χρονίων cap.* 5. Item *φάρμακον διὰ τῶν θηρίων, eodem lib. capite sequenti.* Ac primum *Andromachum, Mithridatis* antidoto, seu *Damocratis*, ut *Amatus Lusitanus*, *centur.* 7. *curat.* 87. magis probat, coepisse admiscere carnes viperinas, ex *Galeno* discimus *lib. de Antidotis:* Quod et *Io. Gorraeus* in *definitionibus Medicis* observavit in voce *θηριακή*: *nec tamen adeo vetus est* (inquit) *eius Inventio*, *sed Neronis fere temporibus. Tunc autem inter Medicos celeberrimus erat Andromachus*, *qui*, *Medicis consultantibus inter se*, *quomodo haec Antidotus maxime praesentanea evaderet*, *primus excogitavit Viperas addere.* Cum ergo *Aretaeus* huius *Theriacae Andromacheae* mentionem faciat, certo inde cognoscitur, fuisse hunc *Andromacho* inferiorem aut supparem; alioqui id medicamentum nominare non potuisset. Praeterea *Coelius Aurelianus* in *praefat. lib.* 1. *Chronicon*, neminem ante *Themisonem* scripsisse ex professo remedia *tardarum Valetudinum* testatur; *Scribentium igitur medicinam nullus ante Themisonem tardarum passionum curationes principaliter ordinavit.* Recte ille quidem de Curationibus id significat; alioqui editos ab *Archigene*, qui *Themisonis* praeceptor fuit, libros *τῶν χρονίων παθογνωμονικῶν*, ex *Galeno* discimus *lib.* 3. *de Loc. Affect.* cap. 8. Cum igitur id in his Libris negotii susceptum ab *Aretaeo*, perfectumque videamus, consequens est Auctoris *Themisone* recentioris esse hos Libros *χρονίων παθῶν*, quos *Aretaei* nomine reliquos versamus. Vixisse autem *Themisonem* illum, qui *Asclepiadis* auditor fuit, sub *Augusto*, et *Cornelio Celso* aequalem fuisse aut paulo superiorem, prope-

modum constat. Aut igitur infra *Augusti* aevum *Aretaeus*, aut illo ipso aevo floruit; quod fieri non posse iam probatum est. *Themisone* igitur recentior *Aretaeus*, atque ipso *Andromacho.*

Nec illud in hac coniectatione nullius momenti videbitur, quod idem ille Scriptor *lib.* 6. *acutorum* in curatione *ilei* *ἀρχίατρον* nominat, si vera est *Mercurialis* observatio, apud nullum Scriptorem, qui superior sit aevo Imperatorum, id vocabulum exstare: propterea quod id munus ante *Neronis* aut *Tiberii* tempora nondum in usu positum fuerat. Verba *Aretaei*, quibus Archiatri mentionem facit, haec sunt: *ἐπεὶ καὶ τὸ θνήσκειν τοῖς μὲν ὧδε πνέουσι.* (*πονέουσι* malim) *εὐδαιμονίη, τῷ ἀρχιήτρῳ δὲ οὐ θέμις πρήσσειν.* Verum, meo quidem iudicio, nihil ea vox ad eam dignitatem sive munus Archiatrorum, de quibus, in *Variis*, *Cassiodorus* disputat. Neque aliud ibi esse *ἀρχίατρον* mihi persuadeo, quam quod *Hippocrates* dixit *ἠδελφισμένον ἰατρόν*, *probum et ingenuum Medicum*, non imperitum aut Sycophantam. Ita autem hanc vocem accipi debere eo loco, ipsemet *Aretaeus* praecedentibus verbis haud obscure indicat; ubi de Medici facultate, qui morbo tam vehementi adhiberi debeat, sollicite admonet: *χρὴ ὦν μήτε σμικρότερόν τι γίγνεσθαι τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος, μήτε βραχύτερον.* Ubi *Joh. Antonides Van der Linden*, pro, *βραχύτερον*, rescribit *βραδύτερον*, *Medic. Selectorum* 13. §. 494. cui assentior atque ita hunc locum verto: *par est igitur neque minorem esse medicum morbo*, *neque tardiorem.* Cum igitur, quem ibi strenuum Medicum, neque morbo imparem eligendum censet, paulo post *ἀρχίητρον* vocet; Quis inde non intelligat: nihil aliud, ut dixi, *ἀρχίητρον* nomine hic demonstrari, nisi Medicum non vulgarem, sed medicae artis peritia illustrem. Sed de hac voce accuratius infra, illo loco ubi de *volvuli* curatione, a nobis considerabitur.

Postquam ostendimus *Neronis* aetate inferiorem fuisse *Aretaeum*, superest quaerere quanto intervallo ab eo distet. *Goupylus*, ut vidimus, eum *Galeno* superiorem facit: qua autem coniectura non dicit: Mihi potius verisimile fit, posteriorem fuisse. Nusquam enim eius mentio apud *Galenum*: At neque *Galeni* apud *Aretaeum*. Omnino ἄπορον est hoc, neque de eo quicquam humano ingenio constitui potest. Illud modo affirmare licet, ut longe infra *Galenum* in hac aetatis *Aretaei* pervestigatione descendamus, non tamen ultra *Iuliani Caesaris* principatum progredi licere: ad hanc metam resistendum necessario. Certe *Aetius*, qui illius Principis temporibus vixit, et *Oribasio* σύγχρονος fuit; aliquoties *Aretaei* Auctoritate nititur, ut Antiquioris. Et haec de aetate sufficiant in hoc silentio Auctorum. Quando non temere quemquam Veterum reperias, *Aetio* Amideno et Paulo ex *Aegina* exceptis, qui *Aretaei* mentionem fecerit. Ac ne *Photius* quidem, in illa immensae Lectionis epitome, cum tot Veterum in omni Disciplina atque Medicorum Scripta excerperet, de *Aretaeo* nobis quicquam reliquit.

Quod ad eruditionem spectat et Sectam cui in rebus medicis studuit, nulli hunc addictum fuisse censet *Crassus* interpres; utpote qui in quibusdam ab *Hippocrate*, *Galeno*, et *Aristotele* dissentiat: ceu necesse sit, quisquis alicui Sectae se dedit, ita illius conditori esse mancipatum, ut in quibusdam ab ipso dissentire salvo proposito non possit. Mihi vero *Aretaeus* plane dogmaticus fuisse videtur: cum morborum causas priore Voluminis parte ex professo tradat: περὶ αἰτίων καὶ σημείων etc. Non enim Empiricus causas investigaret, aut redderet, cuius id proprium fuit, ex observationibus et Symptomatum Syndrome morborum curandorum inire rationem: Non e Methodicorum grege, qui praeter κοινότητας *communitates* nihil rerum aliarum, quarum in aliis Sectis fit mentio, ad rem pertinere putabant. Praeterea hunc optimarum Partium fuisse,

vestigia *Hippocratis* abunde indicant, passim in hisce libris conspicua; dictiones, Sententiae ex illo Medicinae Parente expressae. Non solum enim mente et doctrina, sed etiam ore *Hippocratem* refert, ut legitima proles parentem: ob eamque causam opinor eundem, tametsi *Cappadocem*, *Ionica* dialecto usum, ut scilicet hac quoque nota Medicinae parentem exprimeret. Neque enim existimandum est illum Orationis nitorem atque elegantiam, quam in hisce Libris non sine eximia voluptate observamus, ei nativam, et ut ita dicam, vernaculam fuisse. Immo *Cappadocum* insignis fuit inter *Graecos* barbaries, ut qui voces Graecas perperam et inepte enuntiarent. Quippe iis solemne fuit eiusdem soni Literas confundere, longas Syllabas breviare, breves autem producere, ut *Philostratus* testatur de *Pausania* Sophista, e *Caesarea Cappadociae* oriundo verba faciens in Vitis Sophistarum: verba eius adscribere placet: *ἐς πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῶν Ηρώδου πλεονεκτημάτων, τὸ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν· ἀπήγγειλε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ, ὡς Καππαδόκαις σύνηθες, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχέα.* Quare quod tam emendate et eleganter *Ionica* Lingua praesens opus conscripsit, more hominum eruditorum fecit; qui, quas natura voces negat, studio et industria adipiscuntur. Ita enim *Aelianus* Scriptum reliquit, ipsum *Hippocratem* in gratiam amici *Democriti* scripsisse *Ionice*, cum *Doricus* seu *Doriensis* esset: quod tamen ultimum mendi suspectum, natione enim *Coum* fuisse *Hippocratem* nemo nescit: quae insula nihil ad eos, qui *Dores* dicebantur. Sed et *Cephalion* Rhetor *Gergetius*, auctore *Suida*, historias *ἰάδι* dialecto composuit: vixit autem is sub *Hadriano*. Haec eo visum mihi est notare, ut nugari desinant, qui *Aretaeum* antiquissimum esse hoc quoque argumento contendunt, quod *Ionice* scripserit; ceu non possit quivis ex Veterum Lectione tantam sibi *Ionicae*, vel alius cuiusvis

dialecti facultatem comparare, ut ea perquam emendate scribat: cum *Aelianus* homo *Romanus* sic *Attice* scripserit, ac si in mediis *Athenis* natus esset: ut in eius Vita scriptum reliquit *Philostratus; ἠττίκιζε δὲ ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι·* Sed et *Phavorinus* Philosophus natione *Gallus*, oppido *Arelate* in *Gallia Narbonensi*, qua floruerit *Atticae* eloquentiae facultate vel ex *Gellio* notum est. Nota et *Synesii Platonici*, natione *Afri*, in exprimendis *Atticorum* verbis felicitas, qua *αὐτοχθόνων* nulli cedit: Quorsum igitur haec? Ut ex his intelligatur, *Aretaeum* non solum rei Medicae apprime peritum fuisse; sed etiam Literarum studiosissimum atque doctissimum. Neque enim linguae peregrinae vim et proprietatem assequi cuiusvis est hominis, sed bene nati ad Literas, et laborum patientis. Praeterea tam multa in his Libris occurrunt omnifariae eruditionis Scitamenta, praeter illa quae ad Medicinam pertinent, ex *Homero*, *Platone*, et aliorum Philosophorum fontibus deprompta; ut in hac parte velle morari perinde sit, ac si quis studeat multis verbis probare Solem lucere in meridie, vel ipsi Soli lumen foenerari. Nam hispidas aures, corneam fibram, pectus rude, et a Musis et Gratiis omnibus aversum habeat, necesse est, qui, legens *Aretaeum*, variis lepidissimis sententiis atque vocibus animum sibi deliniri non sentiat: ita de mei Auctoris Stylo et doctrina sentio, et *Amatum Lusitanum* cum sua inepta censura longe explodo et facessere iubeo, qui *centur.* 5. *curat. Med. curatione* 6. *Aretaei* siccam nec adeo succulentam doctrinam esse dicit. Quod cum ita sit, *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* a *Virtute* nomen tanto viro inditum videri possit; tametsi non est mos *Graecae* Linguae, paronymum seu adiectivum a *virtute* formari: Nam qui *ἀρετὴν* possidet, hunc non appellant *ἀρεταῖον* sed *σπουδαῖον*; sicut *Ammonius* ipse scriptum reliquit Scholiis, *εἰς τὰς δέκα κατηγορίας* ad caput de substantia: *ἡ δὲ ἀρετὴ* (inquit) *οὔτε τοῦ ὀνόματος, οὔτε τοῦ ὁρισμοῦ*

μεταδίδωσι τῷ ὑποκειμένῳ· οὐ γὰρ λέγεται ἀρεταῖος, ὁ ἀρετῆς μετέχων, ἀλλὰ σπουδαῖος. Quem locum si *Goupylus* vidisset, non ita simpliciter, hunc Auctorem nostrum *ἀρετῆς ἐπώνυμον* vocasset: sane istiusmodi Vocabulum, vel ad significandum hominem singularem, apud *Graecos* rarissimum est, vixque in Libris Veterum, aliquem, qui id nomen habuerit, reperias. Plane ut suspicer inter barbaras *Cappadocum* voces esse numerandum.

Postquam de Auctore diximus, par est ut de eius instituto in hisce libris nonuulla attingamus. De morbis acutis et diuturnis sive annosis passionibus, ut *Arnobius* loquitur in *primo contra Gentes*, institui disputationem vel ex titulo notum est: sed quid sit *acutum* in morbis, quid *diuturnum*, et quam eiusmodi valetudinum cognitio Medicis necessaria sit, paucis explanare non gravabor. Mòrborum acutorum appellatio, non eorum qualitatem vimque indicat, ut in aliis quae acuta dicuntur, puta saporibus, dolore, frigore, ingenio, et aliis id genus, sed motus qualitatem. Hoc inde statim intelligas, quod acutis morbis *χρόνιοι*, idest *diuturni* opponuntur. Quare quo sensu *καιρὸς ὀξὺς* ab *Hippocrate* dicitur in *prooemio Aphorismorum;* et quomodo *Plutarchus* in *Alexandro* de Naphthae vi loquens, qua Flammam celeriter attrahit, *ὁλκὴν ὀξεῖαν tractionem acutam*, hoc est *citam* dixit: sic Medici morbos acutos appellant, qui velut validi cursores, celeri et praerapido impetu sua spatia conficiunt. Non enim si quis simpliciter brevi terminetur, ob eam causam acutus censetur; sed si suopte ingenio magnus, et vehemens. Proprie tamen *ὀξύτης* motus conditionem indicat, nempe celeritatem; cui accidit brevi tempore ad metam pervenire: sed ei motus celeritati certa morbi natura subest, quam motus velocitas sequitur. Quo fit, ut non omnes morbi brevi desinentes, in acutorum numerum referri possint. Nemo enim febrem diariam acutam dicat, tametsi 24. horas non excedit. Ex qui-

bus intelligitur, morbo acuto, *tardum* proprie opponi, cui item propria subest natura; sed quae uti *Galenus* autumat, nondum proprium nomen invenit; brevi autem longum. Tametsi tardus cum longo est confusus. Nam omnis acutus plane brevis temporis est, et diuturnus omnis necessario est tardus. At non sequitur, si quis morbus brevi tempore finiatur, hunc continuo esse acutum; aut si quis tardus, eundem et diuturnum esse. Haec autem morbi ratio, unde acumen et celeritas provenit, vehementia est naturam impensius irritans, aut gravans, quo fit ut illa totis viribus, ac sine ulla intermissione in eum depugnet, quo celerius pestem depellat: cuius contrarium morbis diuturnis ex proportione inesse putandum est. Quae haud dubie causa est, cur febres, quae acutos morbos comitantur, omnes continuae sint, *Galeno* ita scribente ad *Aphor.* 31. *Sect.* 5. Sed quod morbi diuturni tam longum tempus durant, vel humoris crassitiem et contumaciam, vel corporis imbecillitatem in causa esse propemodum constat: utrumque curatu difficillimum est. Acuti quidem morbi, quod suo praeceleri motu citius ferme aegros e medio tollunt, quam iis remedia adhiberi potuerunt: Diuturni autem, quia humorum impactorum contumacia haud cito solvi potest; tum quod partis alicuius imbecillitas, quae ut diximus, fere iis morbis subest, nisi magno negotio atque industria Medici, restitui non potest. Quibus accedit aegrorum intemperantia, qui partim morbi longitudinem, partim remediorum molestiam pertaesi atque fatigati, minus se consiliis obsequentes praebent. Quo fit, ut in iis potissimum morbis tractandis, Medici prudentia et Virtus appareat; sicuti de Diuturnis ipse *Aretaeus* testatur: *ἔνθα δὴ ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρὸς ἰητροῦ, καὶ μακροθυμίης, καὶ ποικιλίης, καὶ χάριτος ἀβλαβοῦς τῶν ἡδέων καὶ παραιφάσιος.* Sed neque ingentibus malis et celeriter opprimentibus prompte auxilium idoneum afferre mediocris hominis est. Ibi enim remediorum omne

genus in promptu esse oportet; miraque animi Sagacitate ac Vigilantia opus est, ubi morbus praesentem mortem intentat.

His rationibus impulsum putamus *Aretaeum*, ut in eorum morborum potissimum natura, signis et remediis accuratius tradendis, ingenii sui eruditionisque atque experientiae specimen dare vellet. Cuius Instituti cum partes alias sedulo et docte exsecutus est, tum eam, quae dignoscendi rationem atque etiam praenoscendi tradit, sic tractavit, ut omnium, quotquot unquam fuerunt, Medicorum diligentiam supergressus, posteris quoque palmam praeripuisse videatur. Itaque huius elogium in *Scaligeranis*, a summo viro huiusmodi exstat: *Aretaeus* Medicus *Graecus* excellentissimus, *Ionicus* Auctor, qui exacte singulos morbos describit, ideoque ad *Hippocratem* intelligendum in primis necessarius. Caeterum (ut huius diligentiae specimen aliquod atque exemplum proponam) cum nobis morbi illius horrendi, qui *Elephantiasis* dicitur, naturam explanare, faciemque notis omnibus atque coloribus adumbrare, atque oculis propemodum subiicere vellet, cum Elephanto animali hunc comparat, nominis argumento eo ducente; quod a similitudine eius belluae, morbo inditum, in confesso est. Et quia ex *Aristotele* in *Categoriis*, eorum, quae inter se conferuntur, cognitio est coniuncta, ut si unum perspectum habeamus, alterum neutiquam nos latere possit; Elephanti animalis picturam nobis proponendam censuit: ut, ex eius conspectu, similis morbi speciem atque ideam animo quisque informare posset. In hac autem tabella plusquam *Apellem* se exhibuit. Non enim puto, ullius pictoris penicillo, Elephantum tam graphice, tamque ad vivum effingi posse, quam *Aretaei* calamo ibi elaboratus est. Ex qua etiam descriptione cerni potest, non in solius humani corporis, quod Medicinae est propositum, contemplatione haesisse hunc, sed aliorum quoque animalium naturas apprime doctum et callen-

tem fuisse. De quibus fortasse et Libros scripserat, ut propemodum colligere est ex iis, quibus descriptionem illam concludit: *ἀλλ᾽ οὔτι μοι χρέος τὰ νῦν ἀμφὶ τοῦ ζώου γράφειν. Sed neutiquam opus est, nunc quidem de eo animali praescribere* etc. Nam cum *τὰ νῦν* in praesentiarum dicit, quasi alio loco Tractatum promittit; sed haec quidem coniectura est, vel potius suspicio: illud satis constat, praeter hos libros, quos in manibus habemus, alios ab eodem fuisse conscriptos de Chirurgia, utpote quorum mentionem faciat *lib.* 1. *Therapeut. diuturnorum cap.* 1. En temporum iniuriam! quae nos tam luculenta Scriptoris eruditissimi lucubratione privavit. Sed de *Aretaeo*, et Scriptis eius hactenus.

Restat ut, quid alii, quid Ego, in hunc Auctorem praestiterimus, exponam. Quatuor *Aretaei* Editiones exstabant: prima *Goupyli*, qui, ut dixi, princeps, hunc e situ et tenebris in lucem dedit. Haec pura, puta *Graeca* est, ideo minus multis utilis; quod pauci *Graeca* sine versione assequi possunt, praesertim *Ionica*. Huic successit Editio *Iunii Pauli Crassi*, Medici et Professoris *Patavini*; hoc est, *Latina* Interpretatio seorsim edita *Venetiis:* sed ea minus accurata, ob innumerabiles, ut ipse conqueritur, mendas Codicum *Graecorum;* quam tertia dehinc secuta est *Celsi Crassi* filii. Versio item *Latina*, sed emendatior, utpote ex *Graeca Goupyli* Editione expressa, itemque *Rufi Ephesii*, atque aliquot aliorum rei Medicae Scriptorum, quae omnia eodem volumine comprehensa exstant; excusa autem *Basileae* anno 1581. Postremo *Georgius Henischius*, Medicus *Augustanus*, in eodem Auctore illustrando nomen quoque professus est suum: cui tamen nihil aliud debemus, quam quod primus *Aretaeum* utraque lingua edidit. Quam enim e regione *Graeci* contextus apposuit versionem, ipsa est *Iunii* versio: Commentarius autem, quem item adiunxit, nihil habet nisi vulgare protritum atque ex-

culcatum, nominum videlicet morborum futiles ex *Hebraeis* originationes, divisiones, definitiones multo pulvere aspersas. Caeterum de Auctoris verbis et locis difficilibus altum silentium: cumque tot occurrant in *Graeco* contextu depravata et corrupta, ad omnia connivet, omnia sicco pede transigit; neque, quod hominis eruditi officium erat, quicquam expendit, aut emendare conatur.

Quid autem ipse praestiterim, melius mea haecce Commentaria docebunt, quam ego ullis verbis explanare possim. Dicam tamen paucis, eorum gratia, qui solas librorum Praefationes legunt. Primum corrupta in hoc Scriptore loca, quorum magnus numerus, emendare sum conatus, ope trium Codicum MSS. quorum unum e Bibliotheca instructissima Collegii *Claromontani Patrum Societatis Iesu. Cossardus* eiusdem *Societatis* vir eruditissimus, eique Bibliothecae praefectus olim mihi commodavit: alii Duo ex Bibliotheca *Menteliana*. Sed ut verum fatear, plures errores ex coniectura sustuli, quam ex Libris, qui omnes ab uno propagati videntur: tamen uno e *Mentelianis* me alicubi insigniter adiutum testor. Visum est praeterea obscuris dare lucem, dubiis auctoritatem, tum egregie dicta, neque promiscuae eruditionis, diligentius notare, atque ita utilibus dulcia miscere: ut Lectores optimis rebus satiando, eorum etiam fastidio, istiusmodi Literarum amoenitatibus, subvenirem. Consilium erat, et novam dare versionem: sed cum *Iuniana* interpretatio magnam partem satisfaciat; satisque habeat elegantiae et nitoris: veritus sum ne praeposterae Ambitionis videretur, propter paucos lapsus, totam illam Versionem velle mutare. *ὅμοιον τῷ τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένῳ μετακινεῖν τὴν Φειδίου, ὅτι τὰ δεσμὰ τῆς κρηπῖδος ᾤετο ἀμείνω ποιεῖν.* ut eleganter in re haud absimili praefatur *Themistius*. Hoc est, (ut liberius *Hermolaus* vertit) *perinde ac si Phidiae Minervam reformare de integro universam instituas, ut aut amentum soleis,*

aut ansulam crepidis, aut ligulam baseis, aut quid aliud Pauxillum, quod subsultet, reponas. Quae futilis ambitio etiam viros alioqui cordatos et doctos transversos egit, ut paucissimorum naevorum occasione novas versiones susciperent; novas equidem, si filum orationis, et dictionem spectes, non autem si sensum. Ut scilicet novos se interpretes nuncuparent. Qua ambitione nihil ineptius, et homine liberali indignius iudico. In eam reprehensionem ne incideremus, versionem illam *Iunii* emendatam reposuimus.

PETRI PETITI

COMMENTARII.

Primum huncce Librum, quatuor prioribus Capitibus, et sequentis initio mutilatum esse iniuria temporum, patet ex *Indice Libri primi Therapeutici*, quo Capitum tituli produntur. Neque enim dubium, quin eorumdem affectuum signa et causae iisdem titulis atque ordine in prima hacce totius operis parte traderentur. Ex quo etiam cognoscimus praesentis Capitis, quod ordine est quintum, inscriptionem fuisse, *Περὶ παροξυσμοῦ ἐπιληπτικῶν, De accessione Comitialium.* Quod idem et ex iis, quae hic tractantur, coniectari potest. Proinde *Iunius Paulus Crassus* horum Librorum Interpres, hoc ipso argumento inductus, sic inscriptionem restituit: *De Comitialis morbi accessione.* Nobis placet: *De accessione comitialium:* quod idem est. Verum una voce, *Comitialium,* qua Plinius *lib.* 20. *cap.* 5. *pag.* 506. *l.* 49. *ed. Lugd.* 1587. ad significandos eo genere morbi laborantes utitur, aptius atque concinnius Graeca vox *ἐπιληπτικῶν,* transferri videtur. Alioqui comitiales homines qui *Plauto* dicantur, *in Poenul. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 7. haud clam me est. Sed ad verborum *Aretaei* expositionem iam accedamus.

Ad Cap. V. Libri Primi.

P. 1, 2. (ed. Lips.) *φλεβῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσιες*] M. S. *φλεβῶν τῶν ἐν τῷ* etc. aptius meo quidem iudicio, et magis ex proprietate Graeci sermonis.

P. 2, 1. *ἢν δὲ πλησίον εἴδεος ᾖ τοῦ παροξυσμοῦ*] In M. S. codice *πλησίον δέος ᾖ*, *Si prope sit metus accessionis*, hoc est, *si accessio instat, imminet.*

Ibid. *κύκλῳ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῆς ὄψιος*] Gemina plane habet Aurelianus *lib.* 1. *tard. pass. cap.* 4. de hoc ipso

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Lugd. B.

affectu agens: *Vel quaedam* (inquit) *prae oculis quasi prosplendentia macularum marmoris similia, quae Graeci marmarygmata, sive marmarygas vocant.* Et paulo post: *item velut scintillarum micas, aut circulos igneos, circumferri prae oculis sentiunt aegrotantes.* Ubi circulos igneos videtur dixisse, quas Aretaeus *κύκλῳ μαρμαρυγάς.* Ita enim Medici quosdam fulgores oculis obversantes appellant, eorum praesertim quibus instat crisis per sanguinis e naribus profluvium. Quanquam et sanis iidem interdum apparent, quibus cerebrum aut cura intensiore, aut mero, aut quacumque alia causa incaluit. Ictu etiam capitis vehementi velut Scintillae repente excuti videntur: tum autem et alia occultiore causa iis, qui visum amittunt, de quibus Marcellus Donatus *lib.* 2. *hist. Med. cap.* 9. Metrodorus apud Plutarchum *lib.* 2. *de placit. philos.* eos fulgores qui Navigantibus per tempestatem apparent, quos vulgus Castores vocabat, oculorum ipsorum coruscationes esse opinabatur cum metu et consternatione intuentium; *τῶν ὁρώντων ὀφθαλμῶν μετὰ δέους καὶ καταπλήξεως εἶναι στιλβηδόνας.* Hinc *μαρμαρυγώδεα ὄμματα* apud Hippocratem *in* 4. *de victu in acutis, p.* 390. *l.* 54. Auctor Quaestionum naturalium, quae *Alexandri Aphrodisaei* nomine exstant, hos oculorum splendores *ἀστέρας* a similitudine appellat *lib.* 2. tussisque vehementis, aut vomitus conatu excitari docet. At Philoponus *in* 3. *de Anima,* lucis externae speciem in oculis clausis aliquandiu haerentem *μαρμαρυγὰς* et *λαμπάδας* vocat. Sed et vibrantem extrinsecus fulgorem, ut stellarum et aliorum splendidorum nonnunquam ea voce designatum reperio. *Theon* Arati
138 interpres, *p.* 39. *l.* 18. *edit. Guil. Morel.* de Stella quae in summa canis coelestis maxilla Sirii nomine observatur, *κατὰ τοῦτο* (inquit) *ποικίλος κατὰ τὰς ἀστερομαρμαρυγὰς ὥσπερ πορφυρίζούσας.* Quia porro mira est scintillantis illius fulgoris celeritas, Homerus ad *motum* corporis transtulit, de Saltatoribus verba faciens, et *μαρμαρυγὰς ποδῶν* dixit, ut eorum agilitatem ostenderet, *Odyss. θ. v.* 265.

— — *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς*
μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν.

P. 2, 2. *πορφυρέων ἢ μελάνων*] Non simplices fulgores oculis Comitialium apparent, sed et varii colores. Modo enim purpurea quaedam cernere videntur, modo nigra, interdum ex omnibus mixta coloribus; *πάντων ὁμοῦ συμμεμιγμένων.* Cuius varietatis difficilis explicatio est; tamen qua ratione id fieri putem, paucis expediam. Appetente Paroxysmi tempore, ac teterrimi vaporis labe iam

cerebrum afflante, Natura, ut mos eius est, multos eo spiritus suppetiatum affluenter submittit. Sunt autem spiritus animalium lucidi. Tunc igitur in eorum cerebro quidam ceu fulgor accenditur. Verum is non diu pestis motu invalescente potest persistere, utpote cuius caligine, quidquid in capite exsistit lucis atque cognitionis, exstingui necesse est. His namque animum caligare dixit Plinius *in undecimo*. Ac mihi videtur, si ita loqui fas est, nihil esse aliud hunc morbum, quam lucis animae defectum, vaporis tetri interpositione inter animam et corpus. Cum igitur animi splendor exstingui incipit, eaedem, quae in luce externa dum deficit, aut turbidis miscetur, colorum successiones fiunt, primumque clariores, et magis lumini affines cernuntur, deinde obscuriores, demum nigri, cum lux prope est, ut penitus deficiat. Potest etiam diversa turbidorum vaporum conditio, spirituum animalium candorem variis inficere coloribus. Quod autem non omnino inanis sit haec nostra causae coniectatio, constat ex iis quae Baccon Verulamius *in Historia vitae et mortis* narrat de quodam curioso, qui scire voluit, quid paterentur ii qui suspendio necantur, antequam exanimentur. Is namque cum sibi ipse laqueum induisset praesente filio, qui in tempore opem ferret, (neque enim mori volebat) in illo aestu ac conflictatione aliquandiu positus, et subiecto mox fulcro recreatus, et quasi ab inferis postliminio reversus, narrare solebat, sibi eandem colorum varietatem atque successionem obiectam, quam hic notat *Aretaeus*. Quis igitur non eandem esse morbi Comitialis rationem videt? qui et correpto cerebro non mediocrem ipse suffocationem inducat.

P. 2, 3. ὡς δοκέειν τὴν ἐν οὐρανῷ τετανύσθαι ἶριν] Homeri est haec similitudo, qui *Iliad.* λ. *v.* 26. Palladis arma describens, Draconum in eius Aegide varios colores Iridi comparat:

> κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο ποτὶ δειρὴν
> τρεῖς, ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες.

Tum illud τετανύσθαι ἶριν, expressum ex *libro Iliad.* ρ. *v.* 547. ubi hi versus leguntur:

> ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ
> Ζεὺς ἐξ οὐρανόθεν.

Quod non hic solum facit noster *Cappadox*, ut tessellas ex *Homeri* pavimentis suo operi intexat, sed et alibi passim, ut suis locis monstrabimus.

P. 2, 5. μετεξέτεροι δὲ ῥεύματι ποταμοῦ] Comitiales fluminis praeterlabentis, aut rotae, aut turbinis, dum cir-

cumagitur, conspectu prosterni, haud mirum est, quando his rebus si diutius conspiciantur, vertiginem cieri manifestum est experentia. Vertigo autem proximus Epilepsiae affectus, et eius praeludium. Ita igitur de ea Theophrastus *libello* ei dicato, *ex Aristot. edit. Sylburg. Problem. p.* 361. *l.* 27. ὅτι δὲ διὰ τὴν τῆς ὄψεως κίνησιν ἰλιγγιᾷν συμβαίνει, φανερὸν ἐκ πολλῶν· οἵτε γὰρ πλέοντες θᾶττον, μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν, ὅταν ἐμβλέπωσιν τοῖς κύμασι, καὶ τῇ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει διὸ καὶ ἐγκαλύπτονται τοῦτ' εὐλαβούμενοι. *Quod autem ab aspectus motu Vertigo contingat, perspicuum ex multis est. Nam et qui navigant, et magis, et citius vertiginem incurrunt, si aut fluctus, aut motus siderum intueantur; quod ut evitent, faciem velant nonnulli.*

P. 2, 6. ἢ τροχῷ δινευμένῳ] Idem Theophrastus *citato loco*: καὶ οἱ τὰς αἰώρας, καὶ τοὺς τροχοὺς θεωροῦντες, ἢ καὶ συμπεριφέροντες τὴν ὄψιν, ταχὺ σκοτοῦνται. *Turbantur et ii, qui pensilia et rotas aspiciunt, et qui oculos circumvertunt.* Quae licet de Vertigine memorat *Theophrastus*, tamen ad nostrum etiam institutum pertinent, quia ut dixi, affinis Comitiali morbo Vertigo; immo non differre ii affectus nisi secundum *magis* et *minus* videntur. Ex quo efficitur, ut quibus rebus unus excitetur, iisdem et alterius provocetur accessio. Sed elegans in primis Apulei locus exstat *in* 1. *Apologia p.* 25. *l.* 13. *edit. Pricaei* de iis, quibus Comitiales deprehenduntur. *Etiam* (inquit) *orbis a figulo circumactus, non difficile eiusdem valetudinis hominem vertigine sui corripit. Ita spectaculum rotationis, eius animum saucium debilitat, ac multo plus ad caducos consternendos Figulus valet quam Magus.* Hunc enim Magiae inimici insimulabant, ac puerum quemdam eius incantamentis tentatum, quod saepius caderet: eum vero Epilepticum esse, ibi docet *Apuleius.*

P. 2, 8. ὥςπερ γαγάτου λίθου] In iis quae ad caducos deiiciendos faciunt, est lapis Gagates, ut idem *dicto loco* testatur Apuleius: *quod si* (inquit) *magnum putarem caducum deiicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis, ut apud Physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret: cuius odore etiam in venalitiis*
139 *vulgo, sanitatem aut morbum venalium experiantur.* Dioscorides de hoc ipso lapide, *lib.* 5. *cap.* 146. *edit. Saracen.* 1598. ἐστὶ δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυμιασθείς. Item alii rerum medicarum Scriptores, quibus transcribendis (quod plerique faciunt) sarcire hic centones consilium non est. Neque eorum nos dicta, nisi ubi dignus vindice

nodus inciderit, prolaturos testamur et denuntiamus. Casti integrique interpretis officio fungi volumus, non Sophistae et ostentatoris. Est autem *Gagates* lapis bituminosus, seu, ut alii volunt, bituminis genus; (*Plin. Hist. lib.* 36. *cap.* 19.) *niger, planus, pumicosus, non multum a ligno differens; levis, fragilis, odore, si teratur, gravis.* Nomen ei a flumine *Lyciae*, propter quem nascitur, inditum tradit *Dioscorides. Gagas* huic fluvio nomen. Quem tamen nunquam se reperire potuisse, cum totius *Lyciae* oras ad eius res explorandas legeret, affirmat Galenus *lib.* 9. *simpl. medic. tom. p.* 69. At *Dioscoridem* tuetur *Hermolaus* in corollario, Grammaticorum auctoritatibus, quam valide ipse viderit. Hunc lapidem a *Nicandro* in *Theriacis* ἐγγαγγίδα πέτρην dici putat *Gorreus* vir eruditissimus, veterem Scholiasten secutus. Sed, qui γαγγίτην lapidem, quem ἐγγαγγίδα vocat *Nicander*, cum Gagate confundunt, falli, multis docet Salmasius *in Exercit. Plin.* in Solinum. Versus *Nicandri*, si quis requirit, hi sunt:

ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην,
ἣν οὐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περικαίνυται ὁρμή.

Habemus et γαγγίτιν λίθον apud Strabonem *lib.* 16. Verum, ut probat *Salmasius*, diversum a Gagate.

P. 2, 10. μετεξετέροισι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ποῤῥοτέρω τῆς κεφαλῆς νεύρων] Haec *Galeni* placitis consentanea, qui *lib.* 3. *de loc. aff. cap.* 7. triplicem morbi comitialis modum tradit: primus est, cum morbus proprium cerebri affectum sequitur; alter cum oris ventriculi noxam; tertius, qui infrequentior, cum ab aliqua parte longinqua, nempe digito, aut crure incipit, vapore tetro ad caput subeunte.

P. 2, 13. ἢν ἕρπον τὸ κακὸν εἰς τὴν κεφαλὴν ἴληται] Id malum quale sit, docet Galenus *citato loco*, ex sententia *Pelopis* Praeceptoris, nempe esse qualitatem, aut auram tenuissimam veneni aemulam: ἐδόκει δὲ τῷ διδασκάλῳ Πέλοπι δυοῖν θάτερον, ἤτοι ποιότης ἀναδίδοσθαι, ἀλλοιουμένων τῶν μορίων κατὰ τὸ συνεχὲς, ἢ πνευματική τις οὐσία. Vide quae deinceps disputat elegantissime, de stupenda quorumdam venenorum subtilitate atque ἐνεργείᾳ.

P. 3, 1. οἷς δὲ ξύνηθες] Qui valetudinis huius sunt rudes, quod saepius eam experti non sint, fere improvisa mali ceu tempestate corripiuntur: Contra quibus familiare id malum, facile eius motum atque accessionem praesentiunt. Tum id necessariis denuntiant, ut sibi adstent, opitulenturque, ut mox videbimus. Sic quoque Hippocrates de *morbo sacro, pag.* 307. *l.* 46. *ed. Gen.* ὁκόσοι δὲ ἤδη

ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, προγινώσκουσι ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι.

P. 3, 2. ξυνηθέας ἀρωγοὺς] Recte ξυνηθέας *familiares:* alioqui enim miseros, ubi mali adventum sentiunt, fugere e conspectu hominum prae verecundia, auctor est Hippocrates *citato loco:* καὶ φεύγουσι (inquit) ἐκ τῶν ἀνθρώπων: pueros vero quod eorum simplex ingenium, nec dum verecundiae capax, ad matres aut quemvis alium maxime notum confugere ibidem testatur. Iccirco *Aretaeus* non simpliciter vocare auxiliatores dicit, sed ξυνηθέας familiares et necessarios. Minus enim eorum, cum quibus assidue versamur, nos pudet.

P. 3, 4. διασφίγγειν καὶ ἀνακλάειν] *Galenus* quoque, quibus malum a pede, aut manus digito incipit, prodesse vincula partium interiacentium testatur *lib.* 3. *de loc. aff. cap.* 7. quem locum exscribere non pigebit, utpote qui hunc *Aretaei* non parum illustrat: ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς κνήμης ἐπίληπτον παῖδα θεραπεύειν ἐπιχειρήσαντες, οἱ τότε συναθροισθέντες εἰς τὴν σκέψιν ἰατροὶ, δόξαν αὐτοῖς, προκαθήραντας ὅλον τὸ σῶμα προσενεγκεῖν τῷ μέρει τὸ διὰ θαψίας ἢ νάπυος φάρμακον, ἐν τῷ μεταξὺ (post μεταξὺ, lege ἐπιθέντες καὶ) δήσαντες τὸ κῶλον ἀνωτέρω τοῦ πρωτοπαθοῦντος μορίου διεκώλυσαν γενέσθαι τὸν παροξυσμὸν, καί τοι καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν γιγνόμενον. *Sed puerum quoque cuius morbus comitialis a tibia oriri consueverat, Medici qui tunc ad eius curationem convenerant, sanare aggressi; quod ipsis utile visum, in primis, post universi corporis purgationem; medicamine ex Thapsia, aut Sinapi parti adhibito: ligatoque, in medio, membro, supra eam videlicet partem, quae primaria dispositione erat affecta, hoc pacto accessionem reverti prohibuerunt, quamvis antea quotidie puerum infestare consuevisset.*

P. 3, 5. τὰ κατάρχοντα μέρεα] Partes a quibus motus accessionis incipit, sive quae malo initium praebent. *Galenus* loco proxime citato τὸ πρωτοπαθοῦν μόριον vocat, partem videlicet, quae primario est affecta. Dicuntur autem eo modo κατάρχοντα μόρια, quemadmodum προκαταρκτικὰ αἴτια: et καταρκτικὴ αἰτία, pro causa evidente apud Alexandrum Trallianum *lib.* 12. *cap.* 2. Quam tamen vocem mutilam putat *Goupylus*, et eo loco προκαταρκτικῆς αἰτίας legendum, non καταρκτικῆς. Sed nihil esse mutandum praesens *Aretaei* locus confirmat: tum illa eiusdem verba in sequenti Capite, εἰ μὴ κατάρξῃ τρῶμα. Sed et exempla huius verbi eo sensu usurpati congerit

Budaeus in Graecae linguae commentariis. Quid ni autem a verbo *κατάρχω, καταρκτικὸς* dicatur?

P. 3, 7. *ἐς τὴν ἡμετέρην σημασίην*] Sunt qui ita interpretantur: *impulit nos ut cognosceremus, unde malum proficiscitur.* Atque ita notatum ad oram cuiusdam codicis optimae notae animadverti. Tum ipse *Crassus* eodem 140
sensu: *nos ad aegritudinis notitiam impulerunt.* Verum iis assentior qui hunc locum corruptum putant; atque ita emendant *καὶ ἐς τὴν ἡμέρην ἐπισημασίην διώσατο accessionem eo die depulit.* Est enim *ἐπισημασία* prima morbi invasio, quam *Galenus εἰσβολὴν* appellat, ut notum est. Huiusmodi emendationis auctor, qui *Crassi* versionem recensuit.

P. 3, 8. *πολλοῖσι δὲ φόβος ἐστὶ ὡς ἐπιόντος θηρίου*] Complures ait initio accessionis terreri ferarum irruentium imaginibus. Quod iis potissimum accidere arbitror, quibus causa morbi est humor melancholicus. Est enim ingenium eiusce humoris atri et frigidi terribiles imaginationi formas obiicere. Refert Cardanus *lib.* 18. *de subtilitate,* Andreae Osiandro Theologo Nurembergensi, cum adolescens quartana febre laboraret, accidisse, ut sub accessionis tempus, sibi videretur in nemore esse, seque ibi a diversis feris, et serpentibus invadi. Reliqua vide apud ipsum *eo loco.*

Ibid. *ἢ σκιῆς φαντασίη*] Crassus: *aut adumbrationis opinio:* Nam *σκιὰ* Graecis umbram sonat. Avisenna *lib.* 3. *fen.* 1. *tract.* 5. *cap.* 9. de signis morbi comitialis: *et ex illa est cuius vapor est melancholicus, et perveniunt cum eo rami melancholiae et timor, et ut solus secum loquatur, et ut pavor tenebrosus, propter tenebrositatem materiei.* Ubi pavorem tenebrosum dixit, quod *σκιῆς φαντασίην Aretaeus.* Sed satius videtur *σκιὰν* hic interpretari umbram ea notione, qua interdum usurpant Latini Scriptores, Poetae praesertim; nempe pro larva sive simulacro defuncti, aut *Daemonis* spectro. Virgil. 2. *Aeneid. v.* 772.

Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsae.

Nam et *σκιὰν* Graecis nonnunquam ita accipi ex *Homero* et aliis Poetis liquet. Sed et corporum imagines in speculis, et aliis nitidis relucentes, eadem voce aliquando exprimi certum est. Pausanias *de Narcisso in Boeoticis p.* 589. *l.* 22. *ed. Hanov. ἐνταῦθα* (inquit) *ἐστὶ Ναρκίσσου πηγὴ, καὶ τὸν Νάρκισσον ἰδεῖν ἐς τοῦτο τὸ ὕδωρ φασίν· οὐ συνέντα δὲ ὅτι ἑώρα σκιὰν τὴν ἑαυτοῦ* etc. *Ibi est Narcissi fons, in eamque aquam spectasse Narcissum aiunt. Hunc vero cum non intelligeret sese suam ipsius intueri umbram* etc. Plinius *lib.* 33. *cap.* 9. *neque est aliud illa*

imago (speculi) *quam digesta claritas materiae excipientis umbram.* Nunc cur vocabulum σκιὰ ita, ut dixi, accipiendum putem, eloquar. Opinio vulgi fuit illis temporibus immiti hunc morbum a Diis, atque ipsos Paroxysmi initio apparere aegris, qui inde caderent prae pavore. Auctor Hippocrates *libro de morbo sacro.* 307. *l.* 46. *ed. Genev.* 1657. Postquam enim docuit, aegrum, ubi mali adventum praesentiat, subducere se e conspectu hominum, seseque abscondere, subdit; τοῦτο δὲ ποιέει ὑπ᾽ αἰσχύνης τοῦ πάθεος, καὶ οὐχ ὑπὸ φόβου, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, τοῦ δαιμονίου, id est: *Id vero facit pudore morbi, non autem (quemadmodum vulgus putat) Daemonis metu.* Item testatur *Aretaeus* ipse infra *lib.* 1. χρονικῶν παθῶν, ubi de eodem morbo agit; ad quem locum plura super hacce vulgi persuasione dicenda erunt. Caeterum ei opinioni occasionem atque ansam ipsos aegros praebuisse haud dubium est. Quod ii aut ineunte paroxysmo infestos sibi *Daemones* ingruere conquererentur, aut eo finito demum ad se reversi, ea quae vidissent, referrent: quod miror tam praecise *Hippocratem* loco allato negare ceu affectus verecundia tantum, nunquam metu formae alicuius animo obiectae. Hinc fortasse Mahometes, ille omnium Impostorum nequissimus, cum morbo comitiali esset obnoxius, eoque saepius caderet, *Angelum Gabrielem* sibi tunc apparere dicebat: vel quia revera spectrum aliquod videbat; vel ut ex vulgi persuasione fucum suis faceret.

P. 3, 10. χεῖρες δὲ σπασμῷ συνέρχονται] In quibusdam MSS. συνέχονται. Utraque lectio defendi potest.

P. 4, 2. ξυνερείσουσιν οἱ ὀδόντες] Malim ξυνερείδουσιν in praesenti.

P. 4, 5. τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος] ὑποφασίας vocat *Hippocrates, p.* 1258. *l.* 20. cum dormientibus palpebrae non committuntur, sed inter eas de albo oculorum aliquid apparet, ut Celsus declarat *lib.* 2. *cap.* 4. Sed et Aristoteles *lib.* 4. *hist. anim. cap.* 10. Thunnos dormientes τὰ λευκὰ ὑποφαίνειν *alba oculorum aliqua ex parte ostendere* testatur. Galenus *in comm. ad eum aphorismum, tom.* 4. *p.* 17. *B. l.* 22. *ed. Ald.* afflictarum virium in aegris id esse signum docet.

P. 4, 15. νυγμὸς δὲ καὶ στεναγμὸς ἡ φωνὴ] Primam dictionem unius elementi mutatione corruptam esse patet: μυγμὸς enim legendum est; *gemitus his, stridor, et suspirium pro voce.* Sic et apud Galenum in libro qui inscriptus est, ὅτι ποιότητες ἀσώματοι *quod qualitates sive formae non sint corpora,* simile irrepsit mendum his ver-

bis: *καὶ τῶν πρὸς ἀκοὴν φωνῶν, λόγων, συριγμῶν, νυγμῶν* etc. *μυγμῶν* enim scribi debere palam est. Ad eum modum in capite sequenti, de Emprosthotonis loquens: *στενάζουσι δὲ μύζοντες βυθίον*. Notanda locutio *μυγμὸς ἡ φωνὴ*, hoc est, *ἀντὶ φωνῆς*, *gemitus vocis loco*. Nam gemitum voci amissae aut impeditae succedaneum facit. Sic gemitum a voce palam distinguit Suetonius *in Iulio: uno modo ad ictum gemitu sine voce edito*. Plinius quoque *lib.* 9. *cap.* 8. *de Delphinis: pro voce gemitus humano similis*. Nam *μύζειν* Delphinorum est. Aristoteles *lib.* 8. *hist. anim. cap.* 2. *de iis disputans: καὶ ἔξω δὲ ζῇ πολὺν χρόνον μύζων καὶ στένων, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναπνεόντων ζώων*. Ubi Scaliger eum exponens: *Idem* (inquit) *sonus est μύζοντος in ore, στένοντος in pectore*.

P. 4, 16. *σφυγμοὶ σφοδροὶ*] Non sunt proprie vehe- 141
mentes Comitialium pulsus, sed tales videntur propter tensionem arteriae, ut notat Galenus *in Isagoge pulsuum, tom.* 3. *p.* 3. *B. l.* 45. ubi de motu arteriarum in convulsis disputat: *δοκεῖ δὲ σφοδρὸς εἶναι καὶ μέγας ὁ τῶν σπωμένων σφυγμός· ὁ δέ ἐστι μὲν οὔτε ἀμυδρὸς οὔτε σμικρὸς οὐ μὴν ἐφ' ὅσον φαντάζεται, σφοδρὸς ἢ μέγας. ἐξαπατᾷ γὰρ ἡ πληγὴ, διὰ μὲν τὴν τάσιν εὔρωστος φαινομένη, διὰ δὲ τὸν κλόνον ἐκπηδητική*. id est: *vehemens autem et magnus videtur esse eorum, qui convelluntur, pulsus. Verum is non quidem est obscurus aut parvus: non tamen quantum apparet vehemens est aut magnus. Fallit enim ictus, qui propter tensionem validus videtur, tum propter concussionem exsiliens*. Addit *Galenus* ibidem non admodum diversos esse pulsus initio, ab iis qui secundum naturam sunt, aperte ab *Aretaeo* dissentiens.

P. 5, 1. *μεγάλοι δὲ καὶ βραδέες ἐπὶ τῷ τέλει*] Nempe eorum comparatione, qui fiunt initio accessionis.

P. 5, 2. *ἄτακτοι δὲ ἐς τὸ σύνολον*] Ob facultatem gravatam.

Ibid. *αἰδοίων ξύντασις*] Coelius Aurelianus *lib.* 3. *acut. morb. cap.* 6. *et sine manifesta causa veretri tentigo*. Manifestam causam intelligit venereorum imaginationem, mulierum conspectum, et alia quibus libido provocatur. Quae tunc ab illis miseris procul abesse palam est. At vero causa non manifesta sunt flatus quibus abundant, quos accessionis motus ad partes genitales convertit. Quin absque flatuum copia suffocationis labor et convulsio id facere potest: qua ratione nonnullos, dum strangularentur, genitale arrectum habuisse testatur Cardanus *in Libris de subtilitate*.

P. 5, 5. *μετεξετέροισι καὶ γονῆς ἀπόκρισις*] Quibusdam semen erumpit ob compressionem vasorum spermaticorum, ut mox subdit: trahuntur enim haec una cum aliis nervis in consensum; quia nervosa. Qua fortasse consideratione adductus *Democritus* coitum *μικρὰν ἐπιληψίαν* appellavit. Huius enim est haec sententia, non *Hippocratis*, ut credidit *Gellius*, et scriptum reliquit *lib.* 19. *cap.* 2. *Hippocrates* (inquit) *divina vir scientia, de coitu Venereo* ita existimabat: *partem esse quamdam morbi teterrimi, quem nostri Comitialem dixere. Namque ipsius verba haec traduntur: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.* atqui nusquam in toto *Hippocrate* haec verba reperiuntur. Et praeterea Galenus *Com.* 1. *in* 3. *Epidem. tom.* 5. *p.* 189. *A. l.* 51. Democritum huius dicti auctorem scribi solitum testatur: *τίς γὰρ ἦν* (inquit) *ἀνάγκη γράφειν Δημόκριτον μὲν εἰρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν.* Eos autem ibi increpat qui *Hippocratem* enarrantes, multa nihil ad rem pertinentia ostentandae eruditionis causa inculcant. Causam, cur semen Comitialibus erumpat, idem Galenus declarat *lib.* 14. *de usu part. tom.* 1. *p.* 86. *B. l.* 19. his verbis: *κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἰσχυρὰς ἐπιληψίας, ὅτι τὸ πᾶν σῶμα σπᾶται σφοδρῶς, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ γεννητικὰ μόρια, διὰ τοῦτ᾽ ἐκκρίνεται τὸ σπέρμα*, id est, *per fortes enim epilepsias, quia universum corpus vehementer convellitur et cum ipso partes genitales, idcirco et semen excernitur.* Ex quo patet, non in omni morbo comitiali id accidere, sed in eo tantum qui fortis et vehemens.

P. 5, 6. *Ἢ γαργαλισμῷ τοῦ πόνου*] Altera causa, cur polluantur Comitiales in accessionis remissione, titillatio est a dolore nervos vellicante; quoniam sic affectis nervorum dolores incidant. Dolor enim spiritus excitat, et ad locum patientem compellit, unde caloris intentio et pruritus, maxime si non sit atrox cruciatus. Porro iis sub finem accessionis non verisimile est ingentem esse illum nervorum dolorem, sed mediocrem, et qui non multum a pruritu differat. Nam et pruritus doloris est species. Hic locus *Aretaei* mihi in memoriam reducit proditam a Coelio Rhodigino *lib.* 6. *Antiq. lect. cap.* 38. historiam insignem cuiusdam nequissimi nebulonis, qui ut melius explicaret Venerem, sese flagris acerrime caedendum praebebat. Ita impuro illi dolor occasio erat voluptatis atque incitamentum: et, quod hic dicitur, *γαργαλισμῷ τοῦ πόνου* doloris titillatione cupiditas optatum exitum consequebatur.

P. 5, 9. *καὶ εἰ ἕλκοις αὐτὸ*] Lenti et viscosi humoris naturam graphice exprimit: dum eius, si trahatur, in maius

filatim multitudinem deduci asserit. Philosophus autem *in 4. de mistorum affectionibus, cap.* 9. id quod viscosum est, catenae complicatae imagine declarat: cuius si unum annulum accipias, reliqui omnes ob mutuum nexum (id enim ἐπάλλαξις sonat) sequuntur: *τοιοῦτον δὲ γίνεται τῇ ἐπαλλάξει, ὅσα ὥςπερ αἱ ἁλύσεις σύγκεινται τῶν σωμάτων.*

P. 5, 12. *σπασμὸς καὶ τάραχος τῶν αἰτίων ἐῇ*] *Τῶν αὐτέων* legito. Cui coniecturae meae et *Crassi* versio adstipulatur.

P. 5, 15. *ἀφρὸν δὲ ἀποπτύουσι*] Duplicem spumae causam efficientem tradit Galenus ad *Aphorism.* 43. *sect.* 2. motum vehementem, et calorem: materialem item duplicem, humorem, et spiritum. Calorem quidem in apris excandescentibus spumam gignere; motum in comitialibus: verba ita habent: *ἐν μὲν τοῖς ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς ἡ συντονία τῶν κινήσεων τὸν ἀφρὸν εἴωθε γεννᾷν, ἐπὶ δὲ τῶν κάπρων ἡ θερμασία.* Qua autem ratione, praedicta spumam generent, vide eo loco apud *Galenum* de caducorum spuma. Vide et Hippocratem *lib. de Flatibus sub finem libri.*

Ibid. *ὥςπερ ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι πνεύμασι*] Comitialium accessionem comparat cum tempestate: ut enim in hac mare ventis iactatum spumescit, sic in illis corpus morbi vehementia concussum spumas ore eiectat. Eodem 142
spumae marinae exemplo utitur *Galenus* citato loco.

P. 5, 16. *ἡ θάλασσα τὴν ἄχνην*] Ut mare per tempestatem eiectat id quo *ἁλὸς ἄχνην* vocant, maris florem et lanuginem, sic spumam Comitialis. Huius marini retrimenti meminit in tempestatis descriptione Homerus *Iliad. δ. ν.* 422. At quibus versibus? non tempero mihi quin eos adscribam, adeo sunt elegantes, immo divini.

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης
Ὄρνυτ᾽ ἐπασσύτερον ζεφύρου ὑποκινήσαντος,
Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ᾽ ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ᾽ ἁλὸς ἄχνην.

Atque hic quoque *Aretaeus* ex *Homeri* picturis colores erasisse, quibus suum opus illustraret, deprehenditur. Meminit *ἁλὸς ἄχνης* Dioscorides *lib.* 5. et spumosi maris lanuginem seu ramentum esse dicit, in exilibus petris inventum. Aristoteles *lib.* 9. *hist. anim. p.* 275. *l.* 7. *ed. Sylb.* *ἁλοσάχνας* una voce appellat.

Ad Caput VI. quod *περὶ τετάνου.*

P. 6, 3. *Σπασμοὶ οἱ τέτανοι*] Minus expresse haec vertit Crassus: *tetani distensiones sunt* etc. Quod ita red-

dendum fuit: *Convulsiones distentae, vel distensoriae* etc. Est enim *τέτανος* epithetum: sicut apud Nicandrum in *Alexipharmacis* hoc versu:

Αἷμ' ἀναλυόμενος, τέτανόν τ' ἐσκληκότα ῥινόν.

Ubi *ῥινὸν τέτανον* dicit quod nos pellem intentam. Ex quo etiam apparet Hippocratem *in Aphoris. 57. sect. 4.* minus apte disiunctione usum, *ὑπὸ σπασμοῦ* (inquit) *ἢ τετάνου*: ceu *τέτανος* non esset *σπασμός*. Quod et Galenus *in commentario advertit.* Proinde mihi olim venerat in mentem, scripsisse fortasse *Hippocratem, ὑπὸ σπασμοῦ τοῦ τετάνου,* aut simpliciter *σπασμοῦ τετάνου.* Verum cum *Galenus* vulgatam lectionem agnoscat, et tueatur, ea quidem ratione, quod *τέτανος ἐξαίρετον* peculiare est nomen; quoniam videlicet in eo partes non videntur convulsae, ut in aliis speciebus; propterea quod ante et retro aequaliter tenduntur; non est, quod quicquam in illo *Aphorismo* mutemus. Potius in *Aretaeo* mutandus videatur articulus in disiunctivam sic; *σπασμοὶ ἢ τέτανοι.* Quod constat *Aretaeum* multa in hisce libris ab *Hippocrate* mutuatum, ac verbis etiam ipsius elocutum. Caeterum et *Cornelius Celsus* Scriptor elegantissimus et *Hippocratis* imitator *τέτανον* ab Spasmo distinguit; illum rigorem nervorum vertens, hunc distentionem: Tum et *Coelius Aurelianus* separat, tametsi aliter voces Latinas Graecis accommodat. Nam *σπασμὸν conductionem* sive *contractionem* vertit, *τέτανον distentionem*, *et extensionem.*

P. 6, 4. *ὀξύτατοι δὲ κτεῖναι*] Nempe intra diem quartum ex *Aphoris. 6. sect. 5.* Tamen Hippocratis sententia *in 3. de morbis* prorogatur is terminus a tertio die ad quintum, aut septimum, aut decimum quartum, quem si excesserit aeger, spes est eum posse convalescere. Celsus *lib. 4. cap. 3. neque tamen alius importunior acutiorve morbus est, quam qui quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit.* Et paulo post de tribus convulsionis generibus: *ea* (inquit) *saepe intra quartum diem tollunt: si hunc evaserunt sine periculo sunt.*

P. 6, 5. *μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι*] Coelius: *alii aiunt distentionem*, (ita *τέτανον* vocat) *esse tensionem musculorum secundum colla, atque buccas, quos Siagonitas vocant.* Ipse sic definit: *distentio* sive *extensio*, *quam, ut supra diximus, tetanum Graeci vocaverunt, est involuntaria tensio, recto atque inflexibili porrecta cremento* (alii *libramento legunt;* ego *tormento*) *collorum* (scribe *colli musculorum*) *ob vehementem stricturam sive tumorem.*

P. 6, 6. *ἅπαντα γὰρ ξυμπαθέα τῇσι ἀρχῇσι*] Non solum partes principiis, unde originem habent, sed et principia partibus consentiunt, ut nervi puncturae cerebrum, sicut mox ipse *Aretaeus* declarat. Idque *συμπαθείας* hoc est consensus ratio indicat, quae Naturae quadam, ut ita dicam, continuatione inter res diversas exsistit. Verumtamen in iis quae ita coniuncta sunt, ut unum sit principium, alia ab illo principio descendant; multo facilius haec quae descendunt, principii rationibus consentiunt, quam e contra. Non enim eo quod a principio exoritur, quocunque modo affecto, statim ipsum principium eam affectionem sentire necesse est: At saepe vel minima principii mutatione omnia quaecumque ab eo dependent variari, et in alium statum transferri contingit: *οἷον τοῦ οἴακος ἀκαριαῖόν τι μεθισταμένου πολλὴ ἡ τῆς πρώρας γίνεται μεταβολὴ, (μετάστασις) sicut clavo vel minimum quid detorto, magna prorae sequitur conversio,* inquit Aristoteles *in lib. de animalium motione. cap.* 7. *p.* 156. *l.* 8. *ed. Sylb.* Qui et hoc ipsum quod dicimus, alia sententia confirmat *in lib. de somno et vigilia cap.* 2. *τοῦ γὰρ κυρίου τῶν ἄλλων πάντων αἰσθητηρίου, καὶ πρὸς ὃ συντείνει τὰ ἄλλα, πεπονθότος τι, συμπάσχειν ἀναγκαῖον καὶ τὰ λοιπὰ πάντα.* Eodem pertinet quod ab eodem scriptum est *lib.* 5. *de generat. anim. cap.* 7. *αἱ γὰρ ἀρχαὶ μεγέθει οὖσαι μικραὶ, τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσί,* id est, *principia cum sint* 143
mole exigua, potestate tamen et viribus sunt magna.

P. 6, 7. *ἐς εὐθὺ μὲν ὁ τέτανος*] Tetani ab aliis convulsionis speciebus discrimen notat: cum enim in illis corpus aut antrorsum aut retrorsum, unde nomina *ἐμπροσθοτόνου*, et *ὀπισθοτόνου* Graeci indiderunt, flectatur; In Tetano recta et rigida est cervix, et, ut mox ait, *ἀστραβὴς ἄνθρωπος καὶ ἀκαμπὴς inflexibilis.* Celsus *lib.* 4. *cap.* 3. de eodem: *rectam et immobilem cervicem intendit.*

P. 6, 10. *ξὺν τῇ τάσει καὶ τῷ χωρίῳ*] A modo tensionis et parte corporis convulsiones nomen sortiuntur; a tensionis quidem modo *ἐμπροσθότονος καὶ ὀπισθότονος;* a parte affecta *στραβισμὸς, καὶ κυνικὸς σπασμός.*

P. 6, 12. *ὀπισθότονον καλέομεν*] *Raptum posterganeum* vocat Coelius; *pronum* vero *raptum* quem Graeci *ἐμπροσθότονον.*

P. 6, 14. *τόνος γὰρ νεύρων καὶ ἐντάσιος ὄνομα*] Eadem vox *τόνος* tensionem, et nervum significat: quoniam nervus omnis intendi habilis. Proinde *νεῦρον* et *τόνος* Synonyma sunt apud Galenum *lib. de Motu Muscul. tom.* 1. *p.* 101. *A. l.* 12. *νεῦρον δὲ καὶ τόνος,* (inquit) *ἐξ ἐγκε-*

φάλου καὶ νωτιαίου φύεται. Etymon παρὰ τὸ νεύειν καὶ τείνειν; propterea quod nervus flecti et intendi aptus natura est. Idem eo loco: κέκληται δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐνεργειῶν δυοῖν ὀνόμασιν ἓν ὄργανον (νεῦρον) ὅτι νεύειν καὶ τείνειν πέφυκεν.

P. 7, 2. καὶ ἐπὶ ἀμβλώματι] Attici ἀμβλώσκειν dicunt ἀντὶ τοῦ ἀτελὲς γεννῆσαι, seu ἀποβάλλειν τὰ κυήματα, ut videre est apud Platonem *in Theaeteto tom.* 1. *p.* 149. *l.* 30. *ed. H. Steph.* hoc est imperfectum parere et conceptus perdere τά τε λοιπὰ ἐξήμβλωσαν διὰ πονηρὰν συνουσίαν etc. Supra etiam ἀμβλίσκειν eodem sensu usurpat, in quo *Mars. Ficinus* strenue hallucinatus est. De Obstetricum facultate et officio ibi loquens *Plato* his verbis utitur: καὶ μὴν καὶ διδοῦσαί γε αἱ μαῖαι φαρμάκια, καὶ ἐπᾴδουσαι, δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖνας, καὶ μαλθακωτέρας ὧν ἂν βούλωνται ποιεῖν· καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, αμβλίσκουσι. Quem locum ita vertit *Marsilius*: *quin etiam medelis et incantationibus obstetrices excitare, mollireve partus vexationes valent, et aegre parturientibus opitulari, foetusque educere, et si intempestivum fore videatur, obtundere atque retrudere.* Igitur ἀμβλίσκειν eo loco idem esse putat quod reprimere atque, ut ipse loquitur, retrudere immaturum foetum, ne ante tempus edatur. Qua interpretatione nihil absurdius, aut a mente *Platonis* alienius dici potest. Neque enim auctor quisquam exstat, qui sic ea voce usus sit: Et liquet *Platonem* nihil aliud velle, quam obstetricum eam esse industriam, ut et aegre parientes parere faciant: Et, si visum sit immaturam prolem abortu perdere, id quoque moliantur. Neque enim Ethnicis abortus procurare nefarium habebatur: quando et iis iam in lucem editos exponere aut etiam interficere nefas non fuit.

P. 7, 11. ξύνηθες καὶ οἰκεῖον πάθος] Familiares pueris convulsiones praesertim τοῖς πρὸς τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσι, inquit Hippocrates *Aphoris.* 25. *sect.* 3. cui subscribit Galen. *com.* 2. *in* 1. *Epid. tom.* 5. *p.* 172. *A. l.* 17. *ed. Ald.* ἐπιτηδειότατα δὲ τὰ παιδία σπασμοῖς ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ νευρώδους γένους. Causae autem duae ab eodem traduntur *com. ad* 3. *prognost. text.* 36. *cap.* 8. usus lactis praesertim crassioris in lactentibus: In aliis immoderata, et temere ingesta alimentorum copia.

P. 7, 14. καὶ θανάτου ἡ φύσις] Et haec natura est mortis, puta frigiditas et siccitas. Intelligendum id *αἰτιατικῶς*, non ὑπαρκτικῶς: harum enim qualitatum excessus,

causa fit mortis viventibus. Caeterum mors ipsa mera vitalium actionum privatio est, non qualitas ulla.

P. 8, 2. *ἐρείδουσι γὰρ τὴν κάτω γένυν*] Hippocrates de eodem, *libro* 3. *de morbis p.* 491. *l.* 4. *οἱ γένυες πεπήγασιν ὡς ξύλα, καὶ στόμα διοίγειν οὐ δύνανται.*

P. 8, 3. *ὡς μηδὲ μοχλοῖσι ἢ σφηνὶ διὰ ῥηϊδίως στῆσαι δύνασθαι*] Hyperbaton est *διὰ ῥηϊδίως στῆσαι* pro *διαστῆσαι ῥηϊδίως*. In M. S. *Mentel.* *ἢ σφιν νὴ δία ῥηϊδίως στῆσαι.* Ceu esset legendum *ἢ σφηνὶ νὴ Δία ῥηϊδίως στῆσαι.* *Ita ut neque vectibus, neque cuneis insertis, per Iovem maxillae facile diduci possint.* Quam lectionem ineptam iudico.

P. 8, 6. *ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνακόπτεται*] Hippocrates *citato loco: καὶ ὁκόταν ἀποθνήσκειν μέλλῃ ἀνεμέει διὰ τῶν ῥινῶν καὶ τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα, καὶ τὸ φλέγμα.*

P. 8, 8. *οὐ ξυμπίπτει*] Ideo deglutire non possunt, quia tonsillae et fauces durae et distentae, non cedunt iis quae devorantur. Haud absimili sensu Philosophus *libro* 5. *de generat. anim.* de duritie arteriae vocalis verba faciens *ἡ σκληρότης ἀταμίευτον.*

P. 8, 9. *πρόσωπα ἐρυθρὰ*] M. S. *Mentel.* *ἐρευθῆ al. ἐρευθέα*, fortasse *leg.* *πρόσωπα ἐρεύθει* facies rubescit: nam et Hippocrates *citat. loc. καὶ τὸ πρόσωπον ἐρεύθει.*

Ibid. *ὀφθαλμοὶ μικροῦ δεῖν ἀτενέες*] De oculis haec Hippocrates, *καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται,* id est, Foesio Interprete; *oculi illacrymantur et pervertuntur. Aretaeus μόλις περιδινούμενοι.*

P. 8, 13. *ἐπ᾽ ἄλλῳ δ᾽ ἄν τινι, καὶ τὰ ὦτα*] Cuidam ex Tetano aures motas ait se observasse, et obstupuisse: mox enim addit, *ἐγὼ δὲ ἐθηεύμην καὶ ἐθωύμαζον.* Ego vero non video quod tantum miraculum sit, tota facie convulsa, ac varie distortis et concussis in ea musculis, aures una partium continuitate praeter naturam concuti. Iustior fuisset causa admirationis, si sponte moveri aures vidisset, quod nonnullis accidisse proditum est. *Epicharmus* apud 144
Athenaeum, *Herculeum* tuburcinantem describens movere aures dicit:

σίζει δὲ ῥίνεσσι, κινεῖ δ᾽ οὔατα.

Ad quem locum *Casaubonus* notat a viris fide dignis se accepisse, visas manifesto aures moveri, viro cuidam eruditissimo, cum per *Allobrogum* fines transiens, vivicomburii periculum sibi a Magistratu imminere intellexisset: quod diceretur nefandi criminis reus *Tolosa* in *Italiam* fugere. Ex quibus circumstantiis coniectare licet hunc virum eruditissimum, *Muretum* fuisse, quem constat *Sodo-*

miae accusatum flammas fuga evasisse, ut ei *Scaliger* exprobravit hoc disticho:

Qui rigidae flammas evaserat ante Tolosae
Rumetus fumos vendidit ille mihi.

Miserat ei *Muretus*, quem transpositis literis *Rumetum* appellat, versus quosdam a se conscriptos pro antiquis; quod cum *Scaliger* credidisset, postea re cognita, dolensque fucum sibi factum, hoc disticho se vindicavit. Sed et *Eustathius* ait, Sacerdotem fuisse quemdam aures moventem. Et Caspar Hofmannus *com. in Galen. lib.* 16. *de usu part.* unum et alterum qui sponte aures moverent, se vidisse testatur. Quae exempla faciunt ut credam, haud poetica licentia (ut censet *Casaubonus*) sed ex rei veritate scripsisse Martialem *Epig.* 39. *lib.* 6.

Hunc vero acuto capite et auribus longis,
Quae sic moventur ut solent Asellorum,
Quis morionis filium neget Cyrthae.

Id ipsum et *Flacci* cognomen indicat, quod ab auribus flaccidis et mobilibus deductum fuisse existimat Cruquius *ad Oden.* 15. *Epod.* Atque hanc aurium in nonnullis hominibus mobilitatem licet veram fuisse, virorum doctissimorum testimonio persuadeor, tamen esse rarissimam, et praeter naturae Institutum credi par est; nihil enim haec sapiens Architecta temere agit: At frustra is motus aurium esset in hominibus, qui ob staturam erectam sonos ex omni parte facile, licet aures non moveant, excipiunt. In brutis secus res se habet, quae, quia prono capite terram spectant, suspensiores et crebro mobiles aures habere decuit, ut melius undique strepitus circumactae excipiant. Sed praestat ipsum audire Naturae Genium, id pronuntiantem, *lib.* 2. *de part. cap.* 11. *τὰ μὲν γὰρ τετράποδα ἀπηρτημένα ἔχει τὰ ὦτα, καὶ ἄνωθεν τῶν ὀμμάτων ὡς δόξειεν ἄν· οὐκ ἔχει δὲ, ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ ὀρθὰ εἶναι τὰ ζῶα, ἀλλὰ κύπτειν· οὕτω δὲ τὸ πλεῖστον κινουμένων, χρήσιμα, μετεωρότερά τε ὄντα καὶ κινούμενα. δέχεται γὰρ στρεφόμενα πάντοθεν τοὺς ψόφους μᾶλλον.*

Ibid. *ἐγὼ δὲ ἐθηεύμην καὶ ἐθωύμαζον*] Vidi, inquit, et admiratus sum. *Hippocrates* iisdem verbis utitur in historia *γυναικὸς μουσοεργοῦ. p.*236. *l.* 36. *ed. Gen.* 1657. cum illa semen utero suo, saltu excussum videret: *κἀκείνη δὲ ἰδοῦσα ἐθεῆτο καὶ ἐθαύμασεν.*

P. 9, 3. *βρόχος ἐξέχει*] Scribe *βρόγχος guttur.* apud eundem *in Therap.* una voce *ἐξεχέβρογχοι.*

P. 9, 5. *ῥωχμὸς ἡ ἀναπνοὴ*] Respirando stertunt. *ῥωχμὸς* enim stertor qui et ronchus appellatur.

P. 9, 8. ἐναντίως γὰρ ἰγνύϊ] Haec ex iis quae praecedunt *p.* 30. exponenda sunt; χεῖρες ἐν ἐντάσι κάτοπιν κεκλασμέναι, *manus in Opisthotono retrorsum flectuntur.* Subdit ἐναντίως γὰρ ἰγνύϊ κακόν τι κάμπτεται. *contrario enim modo popliti cubitus flectitur.* Emenda igitur ἐναντίως γὰρ ἰγνύϊ ἀγκών τι κάμπτεται. Ita ἀγκὼν lego non κακόν. idque sententia postulat. Nam ὀπισθοτόνου formam describens ait manus (totas scilicet, prout brachium, cubitum, et extremam manum comprehendunt, quomodo vocem χεῖρες *Hippocrates* et *Galenus* usurpant) manus (inquam) ait retrorsum sic convulsis inflexas infractasque esse: nempe contra quam natura statuit: quoniam ἀγκὼν cubitus contrariam in partem popliti flectitur. Poples enim retro hominibus; brachia antrorsum flectuntur. *Aristoteles* brachia ad cavum; crura ad ambitum flecti ait, quod idem est. Verba eius sunt *lib. de incessu anim. p.* 127. *l.* 19. καὶ ὁ ἄνθρωπος δ' αὐτὸς ἐναντίως αὑτῷ τὰ σκέλη, καὶ τοὺς βραχίονας (supple κάμπτει) τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ κοῖλον· τὰ δὲ γόνατα ἐπὶ τὴν περιφέρειαν κάμπτει. Item *lib.* 2. *hist. anim. cap.* 1. *p.* 27. *l.* 9. ὁ δ' ἄνθρωπος ἀμφῶ τὰς καμπὰς τῶν κώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει ἐξ ἐναντίας· τοὺς μὲν βραχίονας εἰς τοὔπισθεν κάμπτει, πλὴν μικρὸν ἐβλαίσωται ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ἐκτὸς, τὰ δὲ σκέλη εἰς τοὔμπροσθεν. Id autem subdit *Aretaeus*, ut affectus vim et Symptoma ostendat, cuius tormento brachia retrorsum adducantur, cum haec antrorsum flexuram poplitibusque contrariam habeant. Quaedam hic desiderari certo certius indicat coniunctio causalis γὰρ, ante quam de cruribus aliquid prolatum oportuit, cuius causam deinceps poneret. In margine codicis scriptum σκέλεα ξυγκεκαμμένα, quod non displicet.

P. 9. 10. ῥάχις ἕλκει ἐς εὐθύ. Κορυφή] M. S. *Mentel.* ῥάχις ὅλη ἐς εὐθὺ κορυφή. Deesse aliquid suspicor, et posse ita legi: ῥάχις πρὶν ἐς εὐθὺ, ὅλη κορυφή. *Spina quae prius recta erat, tota verticis instar prominet*, hoc est, in rotundum curvatur. Quippe ut paulo infra dicit, contractione ad extremum perducta, οὐ τοξοῦνται μόνον, ἀλλὰ καὶ σφαιροῦνται. *in arcus et sphaerae modum curvantur.*

P. 9, 16. ἀγαθὸν μὲν τῷ νοσέοντι ἐς πόνων ἀπαλλα- 145
γὴν] Plinius *Histor. nat. lib.* 28. *cap.* 1. *p.* 676. *l.* 50. *edit. Lugd.* 1587. *Nisi carenti doloribus vita ipsa poena fit.*

P. 10. 5. ἐξάνθρωπος ἡ ξυμφορή] Inhumanam vocat, quae figuram humanam corrumpit, ut homo non amplius videatur homo.

P. 10, 14. *τοῖσι οὖν κεκρατημένοισι οὐκέτι ἐγχειρέων*] Iuxta illud Cornelii Celsi, *lib.* 5. *cap.* 26. *initio*: *Est prudentis hominis, primum eum, qui servari non potest, non attingere, ne videatur occidisse, quem sors ipsius peremit.* Est sane ea Tetani species insanabilis, quemadmodum dicitur etiam *cap.* 32. *Deuteron.* *v.* 24. apud Clementem Alexand. *lib.* 1. *Paedag.* *cap.* 8. *τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρώσει ὀρνέων, καὶ ὀπισθότονος ἀνίατος*, quae ultima verba desunt in vulgata Bibliorum versione.

Ad Caput VII. *περὶ συνάγχης.* *sive* de Angina.

P. 11, 2. *ἢ μοῦνον τοῦ πνεύματος πάθος*] Anginae divisio a partibus affectis: alia est inflammatio instrumentorum respirationis (Aretaeus *ὀργάνων*, rectius dixisset, *πόρων* meatuum) nempe tonsillarum, epiglottidis, faucium, columellae, laryngis: alia ipsius *πνεύματος* *spiritus* affectio. In quo non mediocris est difficultas, quomodo spiritus, quem respirando trahimus et emittimus, morbi locus dicatur, aut omnino solus causa morbi statui possit. Quod enim sedes morbi dici nequeat, ex morbi ipsius natura intelligitur, quae cum sit prava *διάθεσις* actiones primo et per se laedens, non potest alibi constitui, quam in eo quod actiones perficit. At solae verae partes corporis actiones perficiunt. Iam aërem illum, quo inspirato vivimus, nullam nostri esse partem satis constat. Sed neque idem aër solus causa recte statuatur, quandoquidem is quantumvis prave afficiatur, si tamen praedictae partes incolumes manent, nunquam profecto angina excitabitur. Satis enim perspicuum est, causas istas externas, quas Graeci *προκαταρκτικὰς*, Celsus *evidentes* appellat, non posse morbos parere, nisi quatenus causas internas morborum in corporibus nostris procreant, vel ipsos statim morbos partibus inferunt. Quare absurdum videtur solius aëris anginam affectum ponere. Verum enim vero non ea est mens *Aretaei*, ut solius aëris vitium, nulla immutatione in organis facta, anginam pariat. Id solum vult, non semper anginam sequi inflammationes partium, quae in faucibus continentur, aut ipsarum faucium, sed interdum aërem teterrimis exhalationibus corruptum, cum intra fauces trahitur, anginam consciscere citra ullam corporis inflammationem, licet aliam pravam diathesim inflammationi analogam induci necesse sit: alioqui *Angina* non fieret, neque respirationi incommodaretur.

P. 11, 7. *πίμπλησι γὰρ τὴν χώρην τοῦ στόματος*] In quibusdam *angina* affectis linguam adeo intumescere notat, ut ore contineri non possit; quod sane iis interdum accidere haud negandum est: tamen *anginae* signum dici non potest, quando citra hunc morbum lingua per se in magnam excrescere molem visa est, ut de quodam Sexagenario testatur Galenus *lib.* 1. *Methodi. med. tom.* 4. *p.* 97. *A. l.* 46. *ed. Ald. γλῶτταν γε μὴν οὕτως ἐξαρθεῖσαν εἴδομεν, ὡς μὴ χωρεῖσθαι πρὸς τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου* etc.

P. 11, 9. *συνάγχη καὶ κυνάγχη τόδε καλέεται*] Vox *συνάγχη*, ut et sequens coniunctio, videretur expungenda, ut quae temere in hunc locum scioli alicuius manu irrepserit. Nam cum *Aretaeus κυνάγχην* ab ea, quae *συνάγχη* simpliciter dicitur, palam distinguat, ut infra apparebit, ubi quid sit *συνάγχη* explicat: hic autem de *κυνάγχη* proprie dicta agat, in qua *lingua extra os prominet*, non verisimile est eum nomina utriusque speciei sub una parte divisionis posuisse. Sed fortasse scripserat *Aretaeus ὑάγχη καὶ κυνάγχη*: nam et sues perinde ut canes *Anginae* obnoxii, ut Plinius testatur *lib.* 8. *cap.* 51. Vox *κυνάγχη*, exstat apud Hippocratem *lib.* 2. *de morbis. p.* 464. *l.* 12. *ed. Gen.*

P. 11, 10. *ἢ τῷ ξυνήθεϊ τῆς προβολῆς*] Consuetum canibus, cum aestuant ac sitiunt, linguam exserere. Itaque *Galenus* irridentes exserta lingua, canum similitudine, explodit, *lib.* 5. *cap.* 7. *de loc. affect. p.* 57. *A. l.* 6. *Οἱ πλεῖστοι δὲ τούτων, ἐμπειρικοί τε καὶ μεθοδικοὶ γεγόνασιν· οἷς ἂν τις λέγοι δυνατὸν εἶναι, διὰ μόνης τῆς χρόας ἐνίοτε διαγνῶναι τὸν πεπονθότα τόπον, ἀνοίξαντες τὸ στόμα, τὴν ἀναίσχυντον αὐτῶν γλῶτταν, ὥσπερ τινὰ κύνα λυττῶντα, τοῖς διαλεγομένοις ἀφιᾶσιν.*

P. 12, 2. *καὶ γὰρ ἐν χαρωνίοισι αἱ πνίξιες*] *τὰ χαρώνεια* Graeci appellant specus omnes, e quibus mortiferi halitus erumpunt. Galenus *τοὺς ἐν χάρωνι βαράθρους* vocat *lib.* 7. *de usu part. tom.* 1. *p.* 44. *A. l.* 46. *ed. Ald.* Plinius *lib.* 2. *cap.* 93. *Spiritus lethales alibi, aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucribus tantum, ut Soracte vicino urbi tractu; alibi praeter hominem caeteris animantibus; nonnunquam et homini, ut in Sinuessano agro et Puteolano; spiracula vocant, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes.* Strabo *p.* 579. *l.* 2. *ed. Paris.* 1620. locum eius nominis designat in 13. regionem, scilicet in *Phrygia* circa *Hierapolim.* Difficultas autem est, qua vi halitus illi subterranei Anginam et suffocationem afferant. *Erasistratus* quidem existi=

mabat iis halitibus Spiritus nostros ita attenuari, ut in cor-
146 pore contineri nequeant, sed statim prae nimia subtilitate evanescant. Verum eam opinionem convellit Galenus *citato loco*, et potius eiuscemodi halituum qualitati alienae ac venenosae eam suffocandi vim adscribit; sed verba ipsa *Galeni* proponenda sunt: *Ἐρασίστρατος δὲ κἀνταῦθα δέον αἰτιάσασθαι ποιότητος οἰκειότητά τε καὶ ἀλλοτριότητα, λεπτότητα καὶ παχύτητα, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, αἰτιᾶται τοῦ πνεύματος, οἰόμενος ἀπόλλυσθαι διὰ τοῦτο, τούς τ᾽ ἐν τοῖς χάρωνος βαράθροις καὶ τοὺς ἐν τῇ νεωστὶ κεχρισμένῃ οἰκίᾳ τιτάνῳ καὶ ἔκ τινος ἐξ ἀνθράκων ὀσμῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἀδυνατοῦντος ἐν τῷ σώματι στέγεσθαι τοῦ πνεύματος ὑπὸ λεπτότητος. ἄμεινον δ᾽ ἦν ὥσπερ τῶν βρωμάτων οἰκεία μὲν ἡ τῶν ὀσπρίων τε καὶ λαχάνων, καὶ ἄρτου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἐστὶ ποιότης, ἀλλοτρία δ᾽ ἥτε τῆς κανθαρίδος, καὶ ἡ τοῦ λαγωοῦ τοῦ θαλαττίου, καὶ ἡ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, οὕτω νομίζειν ἀέρος εἶναί τινα ποιότητα τὴν μὲν οἰκείαν τε καὶ φίλην τῷ τοῦ ζώου πνεύματι, τὴν δ᾽ ἀλλοτρίαν τε καὶ φθαρτικήν.* Sententia igitur *Galeni* est, harum tetrarum exhalationum qualitate aliena corrumpi spiritus nativos, et ita animal statim exanimari. Quod autem addit de odore *Carbonum accensorum*, exemplis variis confirmari potest: imprimis *Luctatii Catuli* viri Illustris, quem testatur Plutarchus, *Vit. p.* 431. *F. ed. Paris.* 1624. civili bello, quod inter *Syllam* et *Marium* exarsit, spe salutis sublata, in angusto conclavi vapore carbonum incluso sese exanimasse: item duorum hominum, qui, ut refert Amatus Lusitanus *Cent.* 7. *Curat.* 33. in testudinea Camera noctu dormientes ob semiaccensos in foco relictos Carbones suffocati perierunt. Simili modo et *Plinium* naturalis historiae conditorem periisse tradit ipsius nepos *Caecilius*, cum ad observandum *Vesuvii* Incendium propius accessisset, vapore sulphuris accensi faucibus ipsius inclusis.

P. 12, 5. *ἀπὸ γλώσσης κυνὸς εἰσπνεύσαντος μοῦνον*] *Γλώσσην* ponit *ἀντὶ στόματος*, quia de cane rabida loquitur, quae linguam ore exsertam habere solet. Caeterum ex his verbis colligitur, existimasse *Aretaeum*, solo afflatu rabientis canis, rabiem contrahi posse; quod et scriptis prodidit Aurelianus 3. *Acut. cap.* 9. quod tamen alii negant fieri posse, auctoritate Galeni, qui *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* 5. solam rabidi canis salivam, si in corpus humanum inciderit, rabiem excitare censet: *καὶ τοσαύτη γε κατὰ αὐτὸ γίγνεται διαφθορὰ τῶν χυμῶν· ὥστε τὸ σίαλον αὐτοῦ μόνον, ἀνθρωπίνῳ σώματι προσπεσὸν, ἐργάζεται λύτταν.*

Maxime vero *Fracastorius* huic opinioni adversus deprehenditur, cum *lib*. 2. *de morbis contagiosis cap*. 10. scribit, eam pestem non concipi contactu omni, non fomite, non ad distans; sed tum solum, quum morsu canis ita dilaceratur cutis, ut sanguis eliciatur, quod eius seminaria crassa exsistant. Quare multo minus per afflatum rabies ex eius sententia communicabitur. Quidam igitur omnino inficiantur halitum solum sufficere, et Auctores id dicentes, Aretaeum, et Aurelianum, dicunt *non simplicem halitum* intellexisse, sed *salivae mistum*. Ita Iacobus Caranta *decad. Medicophys. lib*. 2. *cap*. 4. Verum ista distinctio nimis morosa mihi videtur, cum nominibus potius quam ipsis rebus inhaereat, quid enim interest, *Salivam* dicas, an *halitum* e corpore Animalis? Atqui halitum ex ore animalis prodeuntem ab ipsius humore haud differre sciunt, qui, vapor quo pacto generetur, non ignorant. Est enim vapor nihil aliud quam humor aqueus a calore in minimas particulas solutus atque rarefactus. Si ergo Saliva canis inficere potest, poterit et halitus emissus. *Fracastorii* opinio, quae negat nisi per apertam cutem Venenum canis rabidi posse introduci, omnino reiicienda est, cum et *Galeni* auctoritati, et quod maius est, *experientiae* adversetur.

P. 12, 10. *νοῦσοι φαρμάκοισι δηλητηρίοισι ἴκελαι*] Non solum morbos venenis deleteriis similes quosdam exsistere, sed et venena in nostris corporibus, occultis ex causis creari compluribus locis testatur *Galenus*, quae singula exscribere nimis prolixae operae esset. Indicabo tantum, et digitum, quod aiunt, ad fontes intendam. Praecipua igitur petet studiosus Lector ex *Lib*. 6. *de loc. affect. cap*. 5. *lib. de constitutione art. cap*. 19. *lib*. 3. *Epid. com*. 3. *aegrot*. 4. *lib*. 6. *Epid. com*. 2. *text*. 38. et eiusdem *com*. 6. *text*. 5. *lib*. 1. *Prorrhet. com*. 2. *text*. 17. *lib*. de *Cibis boni et mali succi cap*. 1. Sed et *Averrois* idem insinuare mihi videtur, cum *lib*. 6. *Colligeti*, *cap*. 1. scribit, fieri posse, ut ex duobus hominibus eodem temperamento aequali praeditis, eademque victus ratione utentibus, unus incolumis ad ultimam senectutem perveniat, et morte naturali solvatur: alter eos humores procreet, quorum pernicie praematura morte exstinguatur. Quod accidere censet maleficio *Fixae praeparationis*, quae humores ad eam malignitatem occulte perducit. Fixam autem praeparationem appellat, accidentia materiae propria, ipsiusque concretionem sequentia. Reliqua eiusdem super hac re altissimae contemplationis dicta legantur *eo loco*. Caeterum morbos illos venenis similes *Fernelius* in hunc modum recenset

lib. 2. *de abditis cap.* 11. *Venenati morbi ex intus genito veneno hi fiunt; strangulatus uteri a putri semine ortus, morbus comitialis cuiuscumque sit ordinis, Syncope ex putrescente grumo sanguinis subeunte veneni naturam, cordis quaedam palpitatio, Sphacelus ex Septico humore, et alia coeca Symptomata, quae venenatus humor inferre consuevit.* Haec ille vir incomparabilis.

P. 12, 12. *ὅθεν οὐδ' ἀπεοικὸς*] Quod morbi nonnulli venenorum lethalium perniciem aemulentur, ob id ait non absurde quosdam existimasse in illa peste, quae belli Peloponnesiaci tempore *Atticam* vastavit, venena clam a *Pe-*
147 *loponnesiis* in puteos coniecta fuisse, cum pestilentiae et venenorum communis ratio nondum iis comperta esset.

P. 12, 13. *μετεξετέρους δοκέειν ἐς τὰ φρέατα ἐν τῷ Πειραιεῖ*] Ita Thucydides tradit *lib.* 2. *p.* 111. *l.* 5. *edit. Oxon. καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο* (supple *λοιμὸς*) *τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα.*

P. 13, 3. *ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς πνιγὸς συνδιωκόμενοι ἀμαυροῦνται*] Acerbi quidem dolores, sed qui suffocationis molestia et periculo obscurentur.

P. 13, 8. *οὐδὲν ὠφελέοντες*] Nonnullis morbis febrem pro remedio esse, et si non sponte accedat, arte excitandam docet Hippocrates *Aphoris.* 57. *sect.* 4. *ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.* Item 2. *Epid. sect.* 4. *ἢν λεχοῖς σπασμὸς ἐπιγένηται, πῦρ ποιεῖ.* Et *lib.* 1. *de morbis p.* 449. *l.* 17. *ed. Gen. γυναικὶ ὑπὸ σπασμοῦ πιεζομένῃ ἐκ τόκου πυρετὸν ἐπιγενέσθαι ἀγαθόν.* Quin et rationem ipsius accendendae tradit *lib. de locis in homine.* Similiter Celsus febres interdum debere accendi testatur *lib.* 3. *cap.* 9. *Sed est* (inquit) *circumspecti quoque hominis, et novare interdum, et augere morbum, et febres accendere, quia curationem, ubi id quod est non recipit, potest recipere id, quod futurum est.* Eadem igitur mente dictum ab *Aretaeo,* febres lentas eum morbum nihil iuvare, quasi acutiores aliquid auxilii afferre possent, incidendo humores illos crassos, qui fauces obsident, et morbi materiam absumendo. Verum illud animadvertendum est, non in quibuslibet morbis veteres febrem excitandam putasse, sed in convulsionibus et aliis eiusmodi a crassis et frigidis humoribus ortum habentibus: ex quo tamen non sequitur, et in angina tuto accendi, licet ea a crassis quoque humoribus pendeat. In hac enim urget maxime periculum suffocationis; quod procul dubio febris paulo intentior augeret; quippe quae et aucto ca-

lore, necessitatem augeret respirationis. Cum autem angina non admittat satis aëris ad solitum usum respirationis, quid fiet, si febrilis ardor fecerit, ut aeger maiore copia aëris indigeat?

P. 13, 9. *ἀποστάσιες γίγνονται ἔνθα καὶ ἔνθα παρ' οὖς.*] Hippocrates, saepius *τὰ παρ' οὖς* appellat, quas una voce alii *παρωτίδας* nuncupant: de quarum opportunitate ad anginas solvendas haec quoque *Galeni* verba accipi possunt *lib.* 3. *de Crisibus, cap.* 3. *κρίνουσι δὲ παρωτίδες ληθάργους τε καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἅπαντα.* Alioqui magnis circa fauces doloribus, tumores ad aurem excitari tradit Hippocrates, *in Coac. praenot. p.* 162. E. *ed. Gen. τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα τὸ παρ' οὖς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται.*

P. 14, 2. *ἐν θώρηκι ἐόντος τοῦ κακοῦ*] Malum intro vergere, cum in aliis inflammationibus, tum praecipue in *angina* periculosum est. Id cum accidit *συνάγχην* vocari docet *Aretaeus.* In qua neque collum rubet, neque tonsillae tumidae apparent, neque Lingua inflammationis particeps est, ut pote inflammatione interius in penitissimas gutturis partes et pulmones conversa: quod quanti sit periculi nemo non intelligit.

P. 14, 3. *θνήσκουσι αὐτῆμαρ*] Ex hac interiore angina aegrum ipso die intercipi testatur etiam Hippocrates 3. *prognost. cap.* 5. Addit secundo item, ac tertio, et quarto. Verba ipsius adscribere libet: *αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μέν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιροῦσιν· ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάγυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι καὶ ὀρθόπνοιαν. αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι.*

Ibid. *ἔσθ' ὅπη καὶ πρὶν καλέσασθαι τὸν ἰητρόν*] Transcripta haec pene ad verbum ex *praefatione Prognostici p.* 36. *l.* 13. *ed. Gen.* 1657. Verba haec Hipp. *ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσι, οἱ μὲν πρὶν καλέσαι τὸν ἰητρὸν, ὑπὸ ἰσχύος τῆς νούσου· οἱ δὲ καὶ ἐσκαλεσάμενοι παραχρῆμα ἐτελεύτησαν.*

P. 14, 7. *ὡς συνάγχην ἀπὸ κυνάγχης γίγνεσθαι*] Traiectio hic verborum haud ex mente *Aretaei* est: bonus enim anginae saevissimae successus hic describitur ex producta scilicet ad exteriores partes inflammatione. At *συνάγχη Aretaeo* illa est interior omnium teterrima, in qua nihil extra conspicitur: *κυνάγχη* quae partes exteriores magis occupat, ita ut lingua, ut in canibus, extra os exserta appareat: ut initio capitis animadversum est. Quare

ex sententia *Aretaei* ita disponenda verba sunt: *ὡς κυνάγχην ἀπὸ συνάγχης γίγνεσθαι.* Interim notandum *Hippocratem*, secus quam *Aretaeus* fecit, nomen *κυνάγχης* accipere, nempe pro ea quae gravissima est; mitiorem autem *παρακυνάγχην* appellare *lib.* 3. *de morbis p.* 490. *l.* 32. *edit. Gen.* 1657. nunquam autem *συνάγχης* vocabulo uti. Celsus quoque *lib.* 4. *cap.* 4. *συνάγχην* pro ea angina accipit quae in profundo est: *Nostri*, inquit, *anginam vocant, apud Graecos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id συνάγχην vocant.* In *definitionibus Medicis συνάγχη* simpliciter dicitur *angina*, nusquam *κυνάγχη*.

P. 14, 15. *ὀστέων ἰχθύων διαπάρσιες*] *Herodico*, dum prandet, spina piscis haesit in gutture, qui nihilo secius egressus in publicum, cum in quemdam incidisset, magnaque voce cum ipso litigasset diu, inflammationem eius partis contraxit, et deinde phthisin. Auctor *Plutarchus*.

Ad Caput VIII. quod est *περὶ τῶν κατὰ τὴν κιονίδα κακῶν*.
De Affectibus Columellae.

In Titulo, pro *κακῶν* reperi *παθῶν* scriptum ad marginem mei Libri ex M. S.

148 P. 15, 2. *ἐκκρεμὲν σῶμα*] Ex notis ad oram libri *ἐκκρεμές*.

P. 15, 3. *κίων καὶ γαργαρεὼν*] Lege *κιονὶς καὶ γαργαρεὼν*, ut constet sibi *Aretaeus*. Nam ipsam partem mox *κιονίδα* appellat, *νεῦρον δέ ἐστι ἡ κιονὶς τὴν φύσιν.* sed et in titulo ita hanc vocem usurpat. *κίων* vero eidem, nomen morbi est, ut ipse indicat his verbis: *κίων δὲ τοῦδε τοῦ πάθεος ἡ ἐπίκλησις.* et infra: *ἐπὶ δὲ τῇ σταφυλῇ καὶ τῷ κίονι δύσπνοια ἐπὶ μᾶλλον.* et mox apertissime *γηραίοισι ὁ κίων συνήθης.* Sic visum ipsi vocibus abuti; nam *Galenus κίονα* appellat ipsam partem *lib.* 11. *de usu part. tom.* 1. *p.* 68. A. *l.* 6. *edit. Ald. ἐνταῦθα σχισθήσεται κατά τε τὴν ὑπερῴαν, καὶ τὸν κίονα. καλεῖται γὰρ οὖν καὶ οὕτως ὁ γαργαρεών.* Item Rufus *κίων δὲ καὶ γαργαρεὼν ἡ ἐκ τῆς ὑπερῴας πρόσφυσις.* Est autem *κίων*, seu gargareon caruncula oblonga palato extremo affixa et pendula, quam plectri vice voci efformandae conferre existimant. *Gordonius* comparat digito fistulatoris: eamdem *πρηγορεῶνα* appellari ab Aristophane *in equitibus. p.* 309. *v.* 6. *edit. Aurel. Allobrog.* 1607. putat Scholiastes, quam

tamen et *λαιμὸν* interpretatur, quasi *λαιμὸς* et *γαργαρεὼν* idem valeant. Sed multo magis ibidem hallucinatur, cum ingluviem avium *πρόλοβον* dictam *Aristoteli*, *Historia Animalium p.* 50. *l.* 16. *edit. Sylburgi*, et *φάρυγγα*, pro eodem accipit. Haec enim sunt eius verba: *κυρίως δὲ ἡ τῶν ὀρνέων φάρυγξ, ἐν ῃ̃ ἀγείρεται ἡ τροφή.* Caeterum quatuor hic uvulae affectus describuntur, quibus haec nomina a similitudine imposita sunt: *κίων, σταφυλὴ, ἱμάντιον, κράσπεδον.* addit et quintum, sed innominatum.

P. 15, 13. *οἷόν τι λέπεα πλατέα*] Notae manuscriptae rescribunt *λαίφεα* haud absurde. *Λαῖφος* enim dicitur vestis, et proprie tenuis, vel etiam attrita et lacera, quae significatio satis convenit huic loco: sed et eadem voce utitur *lib.* 4. eodemque sensu de uteri vinculis loquens: *πλατέες ὅκως νεὼς λαίφεα.* Nec tamen est cur excusam lectionem solicitemus, cum vox *λέπεα* non minus hic quadret.

Ibid. *ἢ νυκτερίδων πτέργες* l. *πτέρυγες*] Bona comparatio: nam vespertilio *δερμόπτερος* Aristoteli *lib.* 1. *hist. cap.* 5.

P. 15, 16. *ὁκοῖόν τι οὐραχὸν κατὰ πέρας ἴσχουσα*] *οὐραχὸς* unum est ex vasis foetus umbilicum constituentibus, cuius haec descriptio est apud *Rufum: ὁ καλούμενος οὐραχὸς, ἀγγεῖον βραχὺ καὶ ἀμφίστομον ἀπὸ τοῦ πυθμένος τῆς κύστεως εἰς τὸ χορίον ἐμβάλλον;* huic ergo vasi columellam in longum extenuatam comparat, si recta haec lectio. Verum enimvero cum similitudines a rebus magis cognitis peti soleant; *urachus* autem res sit occulta, nec ita vulgo cognita; fit ut suspicer, non *οὐραχὸν*, sed *οὐρίαχον* legi debere. Significat autem id nomen *ferrum acutum,* quod *imae hastilis parti impactum* est, quod cum sit tenue et oblongum, huic vitio columellae in tenuem et oblongam extremitatem desinentis aptius profecto quadrat quam istud vas nondum editorum infantium. Sed haec, ut dixi, suspicio est, et coniectura.

Ibid. *κράσπεδον τὴν ἐπωνυμίην ἴσχει*] Minus apte *Crassus* *κράσπεδον* hoc loco pedem montis interpretatus est: etsi enim ea vox pro inferiore montis parte accipi interdum solet, tamen et fimbriam saepius significare constat, nempe *filum in orâ vestimenti*, quam notionem huic loco congruere, alteram vero contra ab eodem alienam plane esse et abhorrentem, nemo non videt.

P. 16, 3. *Ἦν δὲ δικρόα* (sive *δίκροα*) In notis *δίκρεα.* Sed nihil mutandum.

P. 16, 16. *ἐπὶ δὲ τῇ σταφυλῇ ἔτι ἐρυθριῶσι*] Hippocr.

Sect. 3. *prog. c.* 6. *οἱ δὲ γαργαρεῶνες ἐπικίνδυνοι καὶ ἀποτάμνεσθαι καὶ ἀποσχάζεσθαι, ἐστ᾽ ἂν ἐρυθροί τε ὦσι καὶ μεγάλοι.* et quae sequuntur. Eo enim respexit *Aretaeus.*

Ad Caput IX. quod *Περὶ τῶν κατὰ τὰ παρίσθμια ἑλκῶν.* *De Tonsillarum Ulceribus.*

P. 17, 1. *Ἕλκεα ἐν τοῖσι παρισθμίοισι*] Ita et *Hippocrates* appellat *lib. περὶ ὀδοντοφυΐας p.* 267. *l.* 49. *edit. Genev. τὰ ἐν παρισθμίοις ἕλκεα.* In libris autem *Aphorismorum p.* 1248. D. propria voce *ἄφθας* vocat: unde verbum *ἀφθάω.* et in *lib.* 2. *de morbis p.* 478. *l.* 25. *ἢν ἀφθήσῃ ἡ σύριγξ τοῦ πνεύμονος.* Ita et *Aretaeus ἄφθαι τοὔνομα τοῖσι ελκεσι. fervidum ulcus* vertit Cornarius.

P. 17, 7. *ἢν δὲ καὶ ἐπίπαγος ἴσχῃ βάθος*] *Ἐπίπαγον* appellat humorem in summa parte ulceris concretum, quem *μύκητα fungum* vocat Hippocrates, *lib.* 2. *de morbis. p.* 478. *ed. Genev.* de his ipsis ulceribus loquens: *καὶ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐν τῷ σιάλῳ ἐμφαίνεται σκληρὰ, οἷον μύκης ἀφ᾽ ἕλκεος. Aretaeus* autem *ἐσχάρην* communi nomine appellat: crusta enim ab ulceribus, dum exsiccantur, crassior excidens ita nuncupatur.

P. 17, 14. *καὶ ἐς χαλινούς*] Supple *γλώσσης.*

P. 17, 17. *ἢν δὲ καὶ ἐς τὸν θώρηκα νέμηται διὰ τῆς ἀρτηρίης*] Talem aphthae modum vide apud Hippocratem *citato lib.* 2. *de morbis: ἢν ἀφθήσῃ ἡ σύριγξ τοῦ πνεύμονος,* etc.

P. 18, 1. *καὶ αὐτῆμαρ ἀπέπνιξε*] Moderandum ex *Hippocrate,* citato loco: *ἢν μὴ θεραπευθῇ.*

149 P. 18, 2. *οὔτε ἑλκέων οὔτε ἰχώρων ἀνέχονται*] De corde id quidem verum est; secus de pulmone, qui exulceratus non subita sed lenta morte aegrum conficit.

P. 18, 3. *αἰτίη μὲν οὖν τοῦ ἔργου τῶν παρισθμίων*] Male *ἔργου* pro *ἕλκους.* Etsi enim *ἔργου* varie interdum accipitur, ut pro pugna apud Homerum *Iliad. δ. ν.* 470.

— — *ἐπ᾽ αὐτῷ δ᾽ ἔργον ἐτύχθη*
Ἀργαλέον Τρώων — —

attamen haec acceptio ab hoc loco aliena.

P. 18, 7. *εἰ δὲ καὶ τοῖσι ἔνδον τι συμβαίη πάθος*] Tonsillarum partium oris internarum cum ventriculo, ventriculi ore, et thorace consensum, mutuus affectuum transitus indicat.

P. 18, 10. *διὰ τόδε παιδία μάλιστα πάσχει*] Pueris familiaria haec ulcera, maxime recens in lucem editis, ex

Hippocrate, *Aphoris.* 24. *sect.* 3. Plura de hoc puerili affectu vide apud eundem, *libro* περὶ ὀδοντοφυΐας.

P. 18, 11. καὶ μεγάλα καὶ ψυχρὸν ἀναπνέει] Scribe μέγα. Causas deinceps tradit multi et frigidi aëris inspirationem: plus autem aëris respirant pueri multis de causis. Primum quidem, ob caloris naturalis maiorem copiam; nam iis integer aevi sanguis: hoc est, calor nativus: quae et ratio est, cur frequentiori per somnum utimur respiratione, quia per somnum calor intus collectus est (quod fuse in sententia *Aristotel.* exponit Philoponus ad 2. *poster. analyt.* ubi quae eadem sunt problemata philosophus docet). Deinde propter ingluviem, frigidae potum, vociferationes in ira et ludo; quae omnia plana sunt. Galenus *comm.* 3. *in Aphor.* 5. *p.* 121. *B. l.* 19. in recens natis duas assignat causas, mollitiem interiorum oris partium, et lactis, quo aluntur, qualitatem: καλοῦσι δὲ οὕτως (ἄφθας) τὰς ἐπιπολῆς ἑλκώσεις, κατὰ τὸ στόμα, διὰ μαλακότητα μάλιστα τῶν ὀργάνων γιγνομένας, μὴ φερόντων μήτε τὴν ἀφὴν, μήτε τὴν ποιότητα τοῦ γάλακτος, ἔχοντος οὐκ ὀλίγον ὀῤῥῶδες ἐν αὐτῷ· ῥυπτικὸν δ᾽ ἐστὶ τοῦτο τὴν φύσιν, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν μαλακοῖς σώμασιν ἐργάζεσθαί τινας ἐπιπολῆς ἑλκώσεις.

P. 18, 14. καὶ ἐν ὀργῇ] Pueris duo imprimis adsunt, Ingluvies et Iracundia. Aristoteles *sect.* 10. *probl. p.* 83. *l.* 8. *ed. Sylburg.* διὸ πάντα τὰ ἥμερα ἄγρια γίνονται τὰ πρῶτον μᾶλλον, ἢ ἥμερα· οἷον παιδίον, ἢ ἀνὴρ παμφάγον καὶ τῷ θυμῷ ζῶν.

P. 18, 17. καὶ ἐς ἰδωδὴν ποικίλη] Aegyptiis multa gigni eiusmodi ulcera ob coeli intemperiem, et pravam victus rationem testatur, quod scilicet et nimio aestu torreantur, et variis pravi succi eduliis utantur. Nam aestus immodicus corpora adurit, unde acrimonia et malignitas humorum, et varietas ciborum concoctioni obstat; iuxta illud Aristotelis *sect.* 1. *probl. p.* 5. *l.* 11. ἡ ποικίλη τροφὴ, νοσῶδες· ταραχώδης γὰρ καὶ οὐ μία πέψις.

Ibid. ῥίζαι γὰρ καὶ βοτάναι] Variis vescuntur radicibus Aegyptii, nempe raphanorum, alliorum, caeparum, imprimisque colocasiae, quae ipsi indigena est. Unde in libro *Haseroth*, sive *Numer. cap.* 11. vox Hebraeorum: *Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: In mentem veniunt cucumeres, et pepones, porique et caepae, et allia.*

Ibid. καὶ λάχανα πολλά.] Multa in Aegypto olera ob multam soli uliginem ab inundatione Nili, et assiduis irrigationibus quibus agricolae et hortulani incumbere ne-

cesse habent ad vincendam regionis siccitatem, quae alioqui sterilis esset: quo fit ut oleribus quidem et fructibus abundent, verum non ita bonis atque in aliis Regionibus, ob copiam humoris quo luxuriant. Ita Prosper Alpinus testatur *lib.* 1. *de Medicina Aegyptiorum cap.* 10. Brassicam tamen ab ipsis non edi, auctor est Plinius, *lib.* 21. *cap.* 15. ob nimiam amaritudinem, quo contradicit *Alpino:* deberet enim illic minus amara esse, cum sit natura humiditatis, sapores diluere, atque obtundere; sicut siccitatis augere, praesertim *amarum.* Caeterum praeter olera multi alii sunt cibi non minus insalubres, quibus *Aegyptii* utuntur, lentes, salsamenta, caseus salitus, bubulae carnes, atque Asinorum, etiam Camelorum: nam his vesci eos tradit *Galenus,* ob idque Elephantiasi obnoxios effici, *lib.* 2. *de curatione morborum ad Glauconem, tom.* 4. *p.* 113. *A. l.* 41. *edit. Aldinae.* Panem quoque e papyro confecisse *Aeschylus* indicat, inducens *Danaum* Regem *Argivorum* puellas, quas *Argivis* infensi *Aegyptii* eripere parabant, ita consolantem: *βύβλον δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν.* Ad quem locum Scholiastes ait: *ἐπεὶ παπυροφάγοι οἱ Αἰγύπτιοι ἦσαν.* Quae omnia cum pravos et crassos humores generent, merito *Aphthis* et aliis morbis gravissimis obnoxiam eam gentem reddunt.

P. 19, 1. *καὶ ποτὸν παχύ· ὕδωρ μὲν ὁ Νεῖλος.*] Crassam aquam *Nili* non immerito praedicat, nam et limosa est, neque admodum celeri cursu fertur. Multum praeterea limi ex iis locis unde oritur, et per quae fertur, secum devehit; quod prope omnibus magnis fluviis accidit, et de *Euphrate* testatur Callimachus *hymno in Apollinem, v.* 108.

Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.

De *Nilo* autem maxime notum, atque in primis celebratum in sacris etiam literis Iosuae 13. *a fluvio turbido qui irrigat Aegyptum usque ad terminos Accaron.* Estque Paraphrasis *Nili* fluminis. Sed et Maro de *Nilo* in *Georgicis, lib.* 4. *v.* 291.

Et viridem Aegyptum *nigra foecundat arena.*

150 Galenus *lib.* 1. *de simpl. fac. cap.* 4. aquam *Nili* quadantenus compositam esse dicit.

Non tamen propterea necesse est omnes *Aegyptios* citra exceptionem magis *aphthis* esse obnoxios, ut videtur velle *Aretaeus;* neque enim omnes turbidam aquam bibunt: sed multi vasis fictilibus percolatam, ab omnibusque inquinamentis probe expurgatam, ut *lib.* 1. *de simpl. med.*

facultatibus, tom. 2. *p.* 1. *B. l.* 52. *edit. Ald.* Galenus testatur, ita scribens: ἔστι δὲ δήπου καὶ τὸ ἰλυῶδες ὕδωρ σύνθετον, ὡς καὶ τὸ τοῦ Νείλου, καὶ κατ' Αἴγυπτον, ἀλλὰ δὲ διὰ τῶν κεραμίων ἀγγείων διηθούμενον ἀκριβῶς γίνεται καθαρόν. Hoc est: *Sane vero et aqua limosa est composita qualis Nili, et per Aegyptum: verumtamen et ipsa per vasa fictilia transcolata., exacte pura efficitur.* Alium modum, quo nunc iidem utuntur, elutriandae aquae tradit idem Prosper *citato loco*, quem referre haud pigebit ipsius verbis: *Aquam Camelis, in utribus e flumine domum asportatam in magno fictili vase oblongo alvum latiorem ac rotundum obtinente binasque aquae amphoras continente, reponunt: eaque ibi reposita et proiecta confertim, quinque dulcibus amygdalis modiee contusis labra vasis inungunt, et subito manum cum amygdalis in pugnum obseratum conclusis, simul cum toto cubito in aquam demergunt, valideque hinc inde per aquam cubitum pugnumque impetuose movent, atque agitant, donec ipsam longe multo turbidiorem reddiderint. Indeque e vase detracto brachio amygdalis intra aquam relictis, ipsam clarefieri sinunt, quae spatio trium horarum clarescit: quam e magno illo vase in parvis fictilibus rursum reponunt, in quibus et clarescit magis, et refrigeratur.* Haec ille. Idem *Prosper Alpinus* affirmat *Nili* aquam ita expurgatam, omnium esse tenuissimam, facillimeque in omnes corporis partes distribui, quod longo illo tractu terrarum quem peragit, antequam in *Aegyptum* perveniat (quippe e locis Tropico brumali subiectis oriri dicitur) perfecte a sole excoquatur, atque ipso etiam motu attenuetur. Cui suffragatur Scaliger *exercit.* 48. scribens, *Nilum*, ob tenuitatem, auram prorsus nullam exhalare; *causa est* (inquit) *in materia. Quippe longo cursu exercitus attenuatur humor, ita ut ne sublatus quidem in aërem possit corpus capere.* Ita aër auram exceptam sibi similem diffundi in seipsum patitur; neque cogit ut consistat: ut non tam resolvat, quam nullius indigam resolutionis secum habeat. Non ergo vera est sententia illa, si simpliciter de aqua *Nili* accipiatur, quae ut dixi suapte natura tenuissima est: sed de eadem non defaecata, qualem vulgus bibit, cui nec vacat defaecare, nec ea suppetunt quibus expurgetur. His accedat *A. Hirtii* testimonium in eo, quem edidit, libro *de Bello Alexandrino*, qui *Caesaris* commentariis in eandem historiae seriem adnexi sunt; non parum etenim, quae diximus, confirmat. Verba ipsa adscribam: *Alexandria est fere tota suffossa, specusque habet ad Nilum perti-*

nentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quae paulatim spatio temporis liquescit, ac subsidit. Hac uti domini aedificiorum atque eorum familia consueverunt. Nam quae flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut multos variosque morbos efficiat. Sed ea plebes et multitudo contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est.

P. 19, 2. *Δριμὺ δὲ τὸ ἀπὸ κριθέων*] Zythum una voce appellant, Herodotus, *p.* 34. *l.* 31. *edit. Graec. H. Steph.* et Dioscorides *lib.* 2. *cap.* 109. Aeschylus *ἐκ κριθῶν μέθυ*, appellat, in Suppl. *ἀλλ' ἄρσενάς τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ.*

Vox autem *ζύθον* nota in ea significatione, quae corrupte olim legebatur apud Strabonem *lib.* 16. his verbis: *ἅπασα μὲν ἡ χώρα (Αἰγύπτου) αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλοῦσι λιβυκόν· ᾧ δὴ καὶ ἐκ τῷ ζυγῷ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων.* Hermolaus autem in Coroll. *ζύθῳ* pro *ζυγῷ* plana coniectura legendum primus animadvertit.

Ibid. *καὶ τὸ τῶν βρυτέων πόμα*] Quid sit *βρύτεον* vel *βρύτιον* vel *βρύτον* (ita enim nuncupatum legimus) *Suidas* declarat: *βρύτια τὰ τῆς σταφυλῆς πιέσματα ἅ τινες στέμφυλα λέγουσιν*, hoc est, qui ex uvis pressis supersunt vinacei, quos *flocces* priscis *Romanis* appellatos fuisse docet Gellius *in Noctibus Atticis.* Ex his genus potus confici solebat, de quo *Plinii* verba accipienda sunt *lib.* 14. *cap.* 10. *Non possunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur.* Horum genera tria *ibidem* recenset *Plinius.* Tradit tamen Athenaeus *lib.* 10. *cap.* 13. *βρύτον* appellari *vinum ex hordeo factitium: τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ· βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον ρὐδιεῖν χαμαί.*

Et paulo post ex *Hecataeo* refert, *Paeonas* bibere *βρύτον ἀπὸ τῶν κριθῶν.* quibus ex verbis liquet *βρύτον* idem esse quod *ζύθον*, seu *οἶνον κρίθινον*, vel certe parum ab eo differre. Attamen et *βρύτον* ex vinaceis paratum fuisse haud inficiandum est, quando et ex radicibus fieri tradit idem *Athenaeus* ex *Hellanico*, cuius et verba haec ponit: *πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾶκες ἐκ τῶν κριθῶν.* Ex quibus verbis colligitur non unum fuisse modum parandi Bryti.

P. 19, 4. *Αἰγύπτια καὶ Συριακὰ ἕλκεα*] *Salmasius βουβαστικὰ ἕλκη*, hoc est, *Aegyptia* (nam *Βούβαστος* urbs

Aegypti est) interpretatur, quas vulgo *Variolas* dicimus. Verum ex hisce *Aretaei* verbis patet hoc nomen fuisse pro *aphthis* significandis vulgo usurpatum. Licet haud negem variolas *βουβαστικὰ ἕλκη* recte appellari; utpote quibus quotannis *Aegyptii* pueri infestentur, teste Prospero Alpino *lib.* 1. *cap.* 14.

P. 19, 8. *ἄσειροι ὡς μηδὲ ἑωυτέων τὴν ὀδμὴν ἀνέχε-* 151
σθαι] Lege *ἀσηροὶ*, ab *ἄση*, quod est *molestia, fastidium*, quo isti miseri afficiuntur ex tetro ulcerum odore.

P. 19, 13. *ὑπὸ ἀπορίης αὖθις ἀνακλίνονται*] In *Crassi* codice ad marginem *ἀπειρίης*, sed nihil mutandum.

P. 19, 14. *ὀρθοστάδην περιΐασι*] Qui ita aegrotant, ut lecto non detineantur, *ὀρθοστάδην* aegrotare dicuntur *Hippocrati* passim in *Epid.*

P. 19, 15. *πόνῳ πόνον λῦσαι θέλοντες*] Locutio haec sapit Proverbium. Sic apud Herodotum *lib.* 3. *p.* 116. *l.* 8. *edit. Graec. H. Steph.* *φιλοτιμίη κτῆμα σκαιόν· μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ.* Caeterum hoc loco diserte exprimitur aegri anxietas, qua varie iactatur, nec in eodem statu usquam manere potest, quod *Graecis ἀλύκη, ἀλυσμὸς, ἄση, ῥιπτασμὸς, βληκτρισμὸς, ἀπορία, διαπόρημα* dicitur. Quamquam non aegrotis tantum, sed et alioqui bene valentibus haec inquietudo interdum accidit, maxime iis qui inerti otio abundantes, quid agant, incerti haerent, fluctuantque. Plutarchus *in Romulo ὁ νεωκόρος τοῦ ἡρακλέους ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ σχολῆς, προὔθετο πρὸς τὸν θεὸν διακυβεύειν.* Item *in Antonio: καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν, ὕπνους καὶ περιπάτους ἀλύοντος, καὶ κραιπαλῶντος.* Est et elegans eiusdem affectus descriptio apud Lucretium *lib.* 3.

Ad Caput X. quod *περὶ πλευρίτιδος.* id est, *de Morbo Lateris.*

P. 20, 6. *ὑμὴν λεπτὸς κραταιὸς ὑπέστρωται*] Membranam intelligit quam Medici *ὑπεζωκότα* appellant, quod omnem thoracem succingat. Hanc esse tenuem et validam ait consentienter *Erasistrato*, qui apud Galenum *lib.* 5. *de loc. aff. cap.* 2. *ὑμένα ὑπεζωκότα τὰς πλευρὰς, νευρώδη τε καὶ ἰσχυρὸν, καὶ δυσδιαίρετον εἶναι* testatur. Quo magis mirari est, quomodo sanguis ab ea inflammata transmitti in pulmonem possit, et per os exspui. Caeterum risu digni sunt Medici illi sane *οὐ χαρίεντες*, qui eam membranam nomine lateris aut Costae, *pleuram* appellant, quo in errore et *Henischius* Aretaei commentator. Licet is multo maius ludibrium debet latine scientibus, cum

πλευρῖτιν, a Latinis morbum Lateritium appellari censet, oblitus aut ignarus vocis *Augusti* Caesaris, qui gloriabatur *marmoream* urbem se relinquere, quam *Lateritiam* accepisset.

P. 20, 7. *ὑπεζωκὼς τοὔνομα*] Ita et *Galeno* absolute *ὑπεζωκὼς* dicitur haec membrana. *Erasistratus* tamen dixit *ὑπεζωκότα τὰς πλευρὰς*, *citato loco.*

P. 20, 8. *ὧδε ἐπὴν φλεγμονὴ γένηται*] *ὧδε* illic, id est, in ea membrana cum inflammatio fuerit, Pleuritis morbus dicitur. Ita et *Galenus* pleuritin proprie dictam definit *loco citato: ἀλλ' ἥ γε ἀκριβὴς πλευρῖτις ἐν τῇ πρωτοπαθείᾳ τοῦ ὑπεζωκότος γίνεται.*

Ibid. *πῦρ ξὺν βηχί.*] Febris Pleuritidem comitatur necessario, quia parum sedes affecta distat a corde, et cum panniculo ipsum involvente, ac septo transverso cognationem habet. Galenus *lib.* 5. *de loc. aff. cap.* 2. *πυρετὸς δὲ πάντως ἕπεται ταῖς τοιαύταις φλεγμοναῖς σφοδρὸς, ὡς ἂν ἐγγὺς τῇ καρδίᾳ κειμένου πάσχοντος τόπου, καὶ συμφυοῦς ὑπαρχούσης αὐτῆς τῷ χιτῶνι, καθάπερ γε καὶ ταῖς φρεσίν.*

P. 20, 10. *χρὴ δὲ ταῦτα ἀλλήλοισι ξυνῳδέα καὶ ξύμπνοια ἔμμεναι.*] In M. S. *χ. δ. ταῦτα πάντα, oportet*, inquit, *ea omnia Symptomata, puta febrem, tussim, sputa varia, in una communi origine ac causa convenire, atque conspirare:* nam si alia sit febris causa, alia tussis, alia sputorum, alia aliorum Symptomatum, nullum erit argumentum Pleuritidis; *ξυνῳδέα* dixit dialysi Ionica pro *ξυνῳδά.* Quod autem et *ξύμπνοια* legitur, mendum arbitror, pro *ξύμπνοα.* Eadem usus voce *Heraclitus*, licet alio flexu, cum ait: *ξυνάψειας οὖλα, καὶ οὐχὶ οὖλα συμφερόμενον, καὶ διαφερόμενον· συνᾷδον καὶ διᾷδον.* quam sententiam posuit Auctor *lib. de Mundo ad Alexandrum:* nam *συνᾷδον* idem quod *ξυνῳδόν.*

P. 20, 11. *ὁκόσα γὰρ τουτέων σποράδην ἄλλα ὑπ' ἄλλης αἰτίης*] Quantumvis dicta Symptomata in eodem tempore accidant, si tamen ab eadem causa non fluunt, sed alia alio ex capite ducuntur, minime erit morbus ille *πλευρῖτις.* cur? quia signa, quibus morbus aliquis deprehenditur, debent esse *ὁμογενῆ*: qualia dicuntur, quae ab unius eiusdemque morbi *ὑπάρξει* originem ducunt: exempli gratia, si dolor in latere fiat ob flatum ea parte conclusum, tussis a frigore ambientis gignatur; febris a pravis humoribus intra venas putrescentibus, difficultas respirationis a quopiam peculiari pulmonum vitio, nequaquam Pleuritidem haec Symptomata indicare poterunt, quia non

sunt *ξυνῳδὰ* aut *ξύμπνοα*, sed *σποράδην* singula a sua causa nascuntur, more eorum morborum qui *σποράδες* dicuntur, quod singuli a causis propriis proveniant: quo differunt ab epidemiis, aut endemiis, quae causas suae generationis communes obtinent.

P. 20, 13. *πόνος ὀξὺς ἄχρι κληΐδέων*] Vide Galenum *citato loco*, et Hippocratem *lib.* 4. *de victu in acutis.*

P. 20, 17. *ἀποτέταται ἡ ὀδύνη ἄχρι τῆς ἁπάσης ξυναφίης*] *ξυναφὲς* Ionibus idem quod *συνεχὲς*, continuum, quod iisdem *ὁμόχρουν* dicitur. Unde *ὁμόχροια*, compositum ex *ὁμὸς* et *χροῦς*. id est, *superficies.* Quod igitur ita alteri est unitum, ut aequabilis utriusque sit superficies, *ὁμόχρουν*, et *συναφὲς* dicitur, ut docet *Nicolaus* 152
Vincentius Chirurgus, vel potius Iosephus Scaliger *Epistola ad Naudinum Bersuriensem.*

P. 21, 1. *μετεξετέροισι δὲ καὶ ἐς νῶτα, καὶ ἐς ὠμοπλάτην τὴν νωτιαίην*] Dolorem nonnullis ad scapulas usque extendi significat ob membranae succingentis continuitatem, de qua proxime dictum est. Sententia plana est, sed verborum contextus prava interpunctione paulum vitiatus. Excusi enim codices has voces *ὠμοπλάτην νωτιαίην* virgula includunt, quasi *νωτιαίη*, epithetum sit *τῆς ὠμοπλάτης.* Quod sane *Crassus* prava scriptione deceptus credidit, qui dorsi scapulas vertit: quasi vero alibi scapulae quam in dorso dicantur. Separare itaque oportet has voces, et post *ὠμοπλάτην*, punctum aut comma pingere, tum *νωτιαίην* iungere cum sequenti dictione *πλευρῖτιν*, et posteriore extrito articulo (*τὴν*) ita legere, *τὴν νωτιαίην πλευρῖτιν ἐκάλεον οἱ πρόσθεν.* Ut fiat haec sententia: nonnullis dolor ad dorsum et scapulas extenditur, quam pleuritidem dorsalem vel dossuariam Prisci appellabant. De *νωτιαίᾳ* pleuritide verba sunt Hippocratis *lib.* 1. *de morbis, p.* 459. *ed. Genev. ὀδύνην τε παρέχει ἐς τὸν ὦμον καὶ ἐς κληΐδα καὶ ἐς τὴν μασχάλην διὰ τόδε.* et paucis interiectis; *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τὰ περὶ τὸν νῶτον χωρία διαθερμαίνεται ὑπὸ τοῦ προσπεπηγότος ὑγροῦ πρὸς τῷ πλευρῷ, φλέγματός τε καὶ χολῆς.* Et *lib.* 3. *de morbis, p.* 493. *l.* 52. *ἡ δὲ ἐς τὸν νῶτον πλευρῖτις τοσόνδε διαφέρει τῶν ἄλλων*, etc.

P. 21, 5. *φλέγμα ἢ χολῶδες, ἢ δίαιμον κατακορέως*] Sputa in pleuritide educuntur aut flava, aut sanguinea, aut spumosa et albida, aut nigra, prout bilis, aut sanguis, aut pituita, aut atra bilis dominantur, ut notat Galenus *lib.* 5. *de loc. aff. cap.* 2. *et com. ad Aphoris.* 33. *sect.* 6.

P. 21, 7. *κάκιον δὲ ἁπάντων, ἢν τὸ δίαιμον ἐκλείπῃ*] Et merito: nam sanguis, omnium humorum mitissimus, quum plurimus adest, mitiores morbos facit: ubi alii humores superant, praesertim bilis flava aut nigra; saeviores ob eorum malitiam exsistant morbi, necesse est. Optimum vero ex his sputum, quod ruboris quiddam ducit ex sanguine, non autem valde sanguinolentum est. Hoc enim, teste Hippocrate *coac. cap.* 16. *text.* 14. periculosum est; maxime si initio appareat. Idem *Hippocrates* biliosas et sanguineas pleuritides nono et undecimo die iudicari, et maxime sanari ibidem affirmat.

P. 21, 9. *καὶ ἐν τῇ καταφορῇ παράφοροι*] Delirii genus sopori admistum intelligit, qualia deliria Hippocrates *in prorrhetico p.* 70. A. *ἀσαφεῖς παρακρούσιας* appellat, et phreniticis interdum accidere testatur *lib.* 3. *Epid. sect.* 3. ita scribens: *οὐδ᾽ ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ᾽ ἄλλοισι· ἀλλ᾽ ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ, βαρέως ἀπώλλυντο.* Ad quae verba *Galenus* ita scribit, *tom.* 5. *p.* 203. *B. l.* 12. *edit. Aldin. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, ἠθροισμένων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ὠμῶν, ὡς τά γε διαχωρούμενα τὴν ἔνδειξιν ἐποιήσατο, κωματώδεις τε ἅμα καὶ παραφρονοῦντας γενέσθαι. κωματώδεις μὲν, διά τε τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν, παραφρονοῦντας δὲ, διότι σηπόμενοι, δριμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἐγέννων*; id est: *nihil itaque mirum, collectis in corpore crudis humoribus, quae deiiciuntur, indicasse comatosos simul et desipientes fuisse: comatosos quidem propter tum multitudinem, tum frigiditatem crudorum humorum: desipientes vero, quod putrescentes acrimoniam et caliditatem generarent.*

P. 22, 3. *αἱμοῤῥαγίη διὰ ῥινῶν λάβρως*] Pleuritidem, si recte habeat, sanguinis e naribus fluxu iudicari docet: quod et Galenus testatur *lib.* 3. *de Crisib. cap.* 3. addens tamen in hoc pleuritidem, velut medium obtinere locum inter eos morbos, qui proprie haemorrhagia finiuntur, qualis phrenitis est et *Causus*; item inflammationes calidae et acutae, quaecumque sub praecordiis fiunt: et alios qui aliter iudicantur, quo in numero sunt Lethargus, et Peripneumonia; quos morbos non gaudere sanguinis fluxu, Galenus *ibidem* docet: *ἀλλὰ καὶ δι᾽ αἱμοῤῥαγίας τε τὰς ἐκ ῥινῶν, ἔστιν ὅτε φρενῖτις ἐκρίθη βεβαίως, οὐ μὴν λήθαργος, ἢ περιπνευμονία χαίρουσιν αἱμοῤῥαγίας. ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστιν πλευρῖτις· ἧττον μὲν γὰρ ἡ καῦσος καὶ φρενῖτις, μᾶλλον δὲ ἡ περιπνευμονία, καὶ λήθαργος αἱμοῤῥαγίαις λυθήσεται.*

P. 22, 9. *λεῖα, ὁμαλὰ, ὑγρὰ, στρογγύλα*] Parum haec cohaerent *ὑγρὰ, στρογγύλα*; humida sputa, eademque rotunda: a vehementi enim pulmonum ardore sputa exsiccata in rotundam figuram coguntur: unde delirii praenuntia dicuntur 6. *Epid. sect.* 3. *τὰ στρογγυλόμενα πτύαλα παρακρουστικά.* quod pulmonum fervorem sequantur, a quo fumi ad caput tolluntur; sed et *prognostici sect.* 2. *cap.* 10. *text.* 46. sputum rotundum damnatur: *τὸ δὲ λευκὸν καὶ γλίσχρον, καὶ στρογγύλον, ἀλυσιτελές.* Item *in Coacis praenot. cap.* 16. *text.* 13. Fortasse in Codice *Aretaei* incuria Librarii, aut alio casu excidit negativa particula, et legendum, *οὐ στρογγύλα.*

P. 23, 2. *ἢ ἐς ἔντερον ἐκραγῇ*] Negotium habent Medici in invenienda via, per quam pus e thorace in alvum atque intestina transfluat. Galenus *lib.* 6. *de loc. affect. cap.* 4. rarum esse hoc iter, sed tamen aliquando hoc contingere in raris quibusdam corporum constitutionibus testatur; in quibus venam concavam quodam vase intermedio portae coniunctam fuisse, aliquando observatum est. Idem *com. ad Aphoris.* 30. *sect.* 7. transsumi materiam purulentam in asperas pulmonis arterias atque inde cor delatam, mox aut per concavam ad gibba hepatis, indeque ad sima; et per portas demum in intestina; aut per aortam, in eam arteriam, quae mesenterium perreptat, deferri existimat. Alii, ut Marcellus Donatus *hist. med. lib.* 4. *cap.* 9. per venas septi transversi, quibus interdum propago
venae portae uniatur. Quidquid sit, non esse hanc viam 153
commodam aut tutam, satis constat ex *Hippocrate, p.* 186. H. *ed. Genev.* qui lethale censet si pus empuicorum per alvum secedat: *τοῖσι ἐμπυοῖσι τὸν πνεύμονα, κατὰ κοιλίην πῦον ὑποχωρέειν θανάσιμον.* A quo tamen hoc loco dissentit *Aretaeus,* eosque quibus pus extrorsum inter costas vergat, aut in intestinum descendat, ut plurimum censet convalescere.

P. 23, 4. *χειμῶν μάλιστα πάντων*] Pleuritides maxime hibernis temporibus fieri dixit quoque Hippocrates *Aphoris.* 23. *sect.* 3. *τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες.* Galenus *in Commentario tom.* 5. *p.* 121. B. *l.* 8. causam, quamobrem id ita accidat, censet, quod frigore ambiente instrumenta respirationis laedantur. Ducitur enim in pectus aër frigidissimus necessario, propterea quod respirationis usu neque nobis interdicere possumus, neque aliunde datur respirandi facultas. Aristoteles *sect.* 1. *problem.* 6. morbos acutos generatim magis per hiemem urgere ait, quod eo tempore multum humoris superflui colligi soleat: hunc

vero postquam incaluerit, morbum acutum excitare, celeriterque interficientem, quod natura multum humorum non facile concoquat.

P. 23, 11. *οὐ γὰρ ἂν πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ φλεγμονῇ*] In manuscripto *οὐ γὰρ ἂν πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ αἰτίῃ οὐδὲ σμικρὴν φλεγμονήν.*

Ad Caput I. Libri Secundi. *περὶ πνευμονίης.* *de Pulmonaria.*

Πνευμονίην vocat, quam trito vocabulo *περιπνευμονίην* infra appellat; hoc est *φλεγμονὴν τοῦ πνεύμονος*, *Inflammationem pulmonis.* Henischius *latine* Pulmoniam pulmonariam dici autumat, nec tamen huius vocabuli auctorem ullum citat. Barbari fortasse ita nuncupent. Nam profecto apud idoneos scriptores eam vocem non reperio. Idem igitur *Aretaeo*, *πνευμονίη* et *περιπνευμονίη*. *Πνευμονίας* meminit Aëtius *lib.* 2. *de morbis acutis*, ex *Tetrabibl.* 2. *serm.* 4. *cap.* 66. Idem *Henischius*, quos Hippocrates 6. *Epid. sect.* 4. *πνευμένους* appellat, *περιπνευμονικοὺς* interpretatur, *Foesiumque* aliter interpretantem castigat: cui illud *Terentii* congruit; *tute lepus es*, *et pulpamentum quaeris.*

P. 24, 4. *δυοῖσι τοῖσι πρώτοισι, τροφῇ καὶ πνεύματι*] Animalium vitam duobus sustentari generatim asserit, alimento et respiratione: nam *Πνεῦμα* more *Hippocratis* pro *respiratione* ibi ururpat, *p.* 386. *l.* 1. (ubi *Galenus* exponit *ἀναπνοή*) ut mox Ipse explicat. Videtur autem respexisse ad quemdam locum *Hippocratis*, qui est *Initio Libri περὶ φυσῶν*, *p.* 296. quo dicuntur corpora animalium tribus contineri, cibo, potu, spiritu. Haec autem eius verba sunt: *τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀπὸ τρισσέων τροφῶν ῥέφονται. ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόματα, σῖτα, ποτὰ, πνεύματα.* *Aretaeus* autem duo tantum dixit prima; nempe *alimentum* et *spiritum;* quia *τροφῆς* nomine Potum comprehendit.

P. 24, 6. *ἢν γὰρ ἐπίσχῃ τις ὦυτήν*] *Hippocrates* eo loco: *ἢν δέ τις ἐπιλάβοι τὰς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἀπόλλοιτο ἄν· ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος.*

P. 24, 8. *ἀρχὴ μὲν ῥῖνες*] Hippocrates, *citato loco:* (sed leguntur haec verba in Libro *περὶ τροφῆς.*) *ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες.* etc. ubi et alias partes per quas spiritus intro fertur aut excipitur commemorat; minus tamen distincte earum usum declarat, quam *Aretaeus;* nam

omnes illas partes ἀρχὴν esse dicit: *Aretaeus*, alias ἀρχὴν, alias ὁδὸν, quasdam χώρην, ἔρυμα καὶ δοχήν.

P. 24, 10. πνεύμων δὲ καὶ τὴν αἰτίην ἴσχει τῆς ὁλκῆς] Videtur his verbis *Aretaeus* inclinare, vel potius ire in sententiam *Averrois*, qui *lib.* 2. *Colligeti cap.* 19. pulmonem vi propria moveri contendit, non ad motum thoracis, ut *Galenus* existimavit; additum autem thoracis motum voluntarium, ut cum magnae inspirationis urgeret necessitas, pulmonis operam suo subsidiario motu adiuvaret: neutrum igitur motum ab altero dependere, sed utrumque sibi mutuas ad cordis refrigerationem operas tradere. Plura vide apud *Averroim*.

P. 25, 2. ἡ καρδία, ζωῆς καὶ ἀναπνοῆς ἀρχή] Ita Aristoteles *lib.* 3. *de partibus, cap.* 3. ὁ δὲ πνεύμων κεῖται οὗ ἡ καρδία, καὶ περὶ ταύτην· ἡ δὲ ἀναπνοὴ διά τε τοῦτο (lege τοῦτον, supple πνεύμονα) καὶ διὰ τὴν ἀρχὴν, τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνυπάρχουσαν. *Lib.* περὶ ἀναπνοῆς.

P. 25, 4. ἕλκει δὲ καρδίη] Hippocrates *lib. de corde, p.* 269. *l.* 31. *ed. Genev.* ἔπειτα πᾶν ἐὸν ἑλκτικὸν, παρέθηκεν αὐτέῳ φύσας, καθάπερ τοῖσι χοάνοισιν οἱ χαλκέες.

P. 25, 5. οὐκ εἰς μακρὰν τοῦ θανάτου ἡ ἀμβολή] Dictum est Aristotelis *lib.* 3. *de part. cap.* 4. μόνον δὲ τῶν σπλάγχνων, καὶ ὅλως τῶν ἐν σώματι μορίων, ἡ καρδία χαλεπὸν πάθος οὐδὲν ὑπομένει· καὶ τοῦτ' εὐλόγως. φθειρομένης γὰρ τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἔστιν ἐξ οὗ γένοιτ' ἂν βοήθεια τοῖς ἄλλοις ἐκ ταύτης ἠρτημένοις. *Plinius* lib. 11. cap. 37. *solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitae trahit, laesumque mortem illico affert:* de gravi laesione intelligi haec debent, non de quacumque, et ita exponit Aretaeus *lib.* 1. *Therap.* ὀξέων παθῶν *cap. de curat. phrenit.* καρδίη γὰρ, ἢν πάθῃ μέζον τι δεινὸν, οὔκοτε ἀκέεται. Plura de iis quae cordi accidunt, infra ad caput περὶ συγκοπῆς.

P. 25, 12. ἄπονος γὰρ ἡ φύσις αὐτέου] Pulmonem 154
sensu carere scripsit et *Galenus:* Causam affert *Aretaeus*, quia rara eius instar lanae substantia, musculis et nervis caret, praeterquam exiguis et tenuibus, qui ipsi ad motum inserti sunt. Recte. Vis enim in rara materia languescit, ut Ignis in spiritu vini, et καλάμινον πῦρ ἀσθενέστερον διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν, inquit *Aristoteles.* Sic et cerebrum, licet promus et diribitor omnis sensifici vigoris, tamen aut nullo modo, aut obtuse ipsum sentit; quia rariore est et glandulosa consistentia: nervi acutissime, quia modum substantiae habent densiorem: e contrario vero hepar et ossa propter spissiorem substantiam obtusissime

omnium sentiunt: mediocris itaque consistentiae esse debet, id quod sentiat; nec laxum nimis, aut densum, quod illud spiritum animalem diffundat, hoc penitus excludat.

P. 26, 1. *ἀνακαθίνυσθαι ἐθέλουσιν*] Malum id esse cum in omnibus morbis acutis, tum maxime in peripneumonia testatur Hippocrates *in* 1. *prognost. cap.* 19. *ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα, τῆς νόσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι νοσήμασι, κάκιστον δὲ τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.*

Ibid. *σχῆμα ὄρθιον ἐς ἀναπνοήν*] Una voce dicitur *ὀρθόπνοια*, cum scilicet aeger spirare non potest, nisi erecto corpore.

P. 26, 2. *τόδε γὰρ ῥήϊστον τῶν σχημάτων*] Cur haec commodior sit figura, varias affert causas Galenus, *Tertio* quidem *prognost. text.* 16. quia aegris supinis iacentibus meatus gutturis extremus premitur, priore corpore in cervicis vertebras concidente; erectis autem meatus paululum laxatur. Verum hanc rationem merito explodit *Caesalpinus*, propterea quod musculi cervicis, et laryngis, motu voluntario moveri possunt in quacumque corporis positione: ex quo sequitur, non necessario eos concidere supino aegroto, qui, licet conciderent, non tamen corpus cartilaginosum ita comprimere possent, ut meatum clauderent. Praeterea *quae* (inquit) *concidentia aut pondus esse potest tenuium musculorum, qui intra laryngem exsistunt, quorum quidem inflammatio gravissimam excitat anginam, cui orthopnoea accidit: magis probabile esset, musculos externos inflammatos concidendo angustiam facere, cum sint maiores, et tumorem manifestum habeant, qua tamen in specie anginae non fit orthopnoea.* Idem Galenus *Com.* 2. *in* 1. *Prorrhet.* credit, et verisimilius quidem, in situ cervicis recto, maiorem fieri cavitatem asperae arteriae omniumque eius propaginum: quoniam tunc viscera inferiora septum transversum non comprimunt, atque ita nihil thoracis spatio detrahunt, ut fit, cum aeger supinus decumbit: et *Com.* 2. *ad* 3. *Epidem. sect.* 4. eo conferre situm erectum censet, ut omnes thoracis musculi superiores facilius moveantur: quod, cum septi transversi motus ad respirandum non sufficit, partes thoracis superiores attollere cogamur; quam sublimem respirationem vocat *Hippocrates.*

Ibid. *ἐρυθροὶ τὰ πρόσωπα*] Pulmone inflammationem patiente, acres vapores in vultum ob vicinitatem facile assurgunt; sanguinem attenuantes, cutisque meatus laxantes, rubore eundem diffundunt.

P. 26, 3. *τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν λαμυρώτατα*] Album oculorum iis nitidissimum est, quod magnitudo caloris Spiritus multos ad eam partem adducat, qui splendorem faciunt. Addit *καὶ πίονα* eodem sensu: non quod pinguior fiat ea pars, sed quia maiorem accipiat nitorem, et qualem pinguia habent.

P. 26, 5. *σφυγμοὶ τὰ πρῶτα μεγάλοι, κενοί*] Pulsus vacuos, ut quidem coniicio, appellat, qui non multum ob laxitatem arteriae tangenti resistunt: venae enim vacuae cedunt tangenti, plenae duriores fiunt et renixum habent. Pulsus in inflammationibus pulmonum esse molles, et velut fluctuantes *Galenus* asserit in *Isagoge pulsuum, tom.* 3. *p.* 3. A. *l.* 54. *ed. Ald.* *ὁ δὲ περιπνευμονικῶν (σφυγμὸς) μέγας ἐστὶ καὶ κυματῶδές τι ἔχων, καὶ ἀμυδρὸς καὶ μαλακὸς ὁμοίως τῷ τῶν ληθαργικῶν.* etc. molles autem fiunt ob humorum circa cor et pulmones copiam, quibus arteriae humectantur.

P. 26, 6. *θερμασίη ἡ μὲν ἔξω, ἀμυδρὴ, ὑγροτέρη*] Vaporum copia, qui a parte inflammata continue ad ambitum corporis feruntur.

P. 26, 8. *δίψος*] Non mirum sitire Peripneumonia laborantes, quibus ferveant supra modum pulmones: nam et qui sanguinolentum habent pulmonem, *φιλοπότας* esse notat Aristoteles, *sect.* 27. *probl.* 4. quanto igitur magis, quibus haec ipsa pars inflammationem patitur? Caeterum notandum est, quod *ibidem* Aristoteles tradit, non simpliciter potum appetere, qui eo morbo affliguntur, sed vinum insuper concupiscere: *καὶ οἱ ἐν τῇ περιπνευμονίᾳ, καὶ οἱ μαινόμενοι, ἀμφότεροι ἐπιθυμοῦσιν οἴνου· καίτοι τῶν μὲν διὰ τὴν θερμασίαν, θερμὸς ὁ πνεύμων· τὴν δὲ διὰ τὴν ταραχήν.* Mirum sane est, quibus tantum pulmo aestuet, vinum iucundum esse. Causam ibidem affert non minus admirabilem; quia vinum sitim magis exstinguit, quam aqua: quam rem a se alibi declaratam scribit. Fortasse id accidit, quia vinum magis in membra penetrat ob spirituosam substantiam et calidam: penetrans vero melius exhaustam partium humiditatem, atque ita magis sitim, ad tempus saltem, depellit; frigore etiam actuali.

P. 26, 11. *ἢ δίαιμον ἀνθηρὸν σφόδρα*] Floridus est sanguis, qui e pulmone eiicitur; idem qui *ἀφρώδης* ab *Hippocrate* appellatur *Aphorism.* 13. *sect.* 5. Galenus *in Commentario* ait, se in palaestris ab iis, qui prostrati ad- 155
versario pectori superincumbente fuissent, vidisse sanguinem tussi eiici *εὐχρούστατον coloratissimum.*

Ibid. *τόδε ἐστὶ τὸ δίαιμον τῶν ἄλλων κάκιον*] Sic et

Hippocrates *in Coac. in praenot. cap.* 16. *text.* 14. *αἱματῶδες δὲ λίην, ἢ πέλιον εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνῶδες.* Sed *τὸ δίαιμον* intelligit *ἀνθηρὸν*, de quo proxime, id est, floridum sanguinem, qui, cum e pulmone eiicitur, semper periculum minatur.

P. 26, 14. *παράληροι τὴν γνώμην, ἐκστατικοὶ οὐ μάλα*] Quicquid pristinum mutat statum, *ἐξιστάναι* dicitur *Aristoteli* et *Theophrasto.* Unde *Physic.* 4. *p.* 90. *l.* 22. *ed. Sylburg. μεταβολὴ πᾶσα φύσει ἐκστατικόν.* (quae propria et maxime communis significatio huius verbi.) Demum ad mentem translata haec vox, cum aberrat et alienatur, quod *de statu mentis deiici*, (animum certo de statu dimoveri) vocat Cicero *Orat. pro Cecin.* differre vero *ἔκστασιν* a simplici delirio, quod *παραφορὰ*, et *παράκρουσις*, vel *λῆρος*, (unde *παράληροι*,) dicitur, ex hoc *Aretaei* loco perspicuum est. Hoc autem differre videtur *ἔκστασις* a delirio, quod haec maior mentis perturbatio est, quae insania et furor dicitur, ut ex variis *Hippocratis* locis colligi potest: *In Coac. cap.* 2. *text.* 20. *οἱ ἐκστάντες, ὀξέως ἐπιπυρέξαντες φρενιτικοὶ γίνονται.* Ceu *ἔκστασις* furor sit absque febre; quae si accidat, eaque acuta et vehemens, *φρενῖτις* is furor proprie dicatur. Idem *supra, οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γινόμενοι, καὶ πτυαλίζοντες, ἦ ῥά γε φρενιτικοί.* Ergo *ἔκστασις* vehemens est dementia, et ferox: qualem atra bilis incensa, aut phrenitis excitat. Idque etiam auctoritate *Aristotelis* confirmari potest, qui 2. *de part. anim. p.* 27. *l.* 7. *ed. Sylb.* ait, animalia, quorum sanguis fibris multis et crassis plenus est, *θυμώδη* esse *τὸ ἦθος καὶ ἐκστατικὰ διὰ τὸν θυμόν.* et Demosthenis, *Oratione περὶ παραπρεσβείας de muliere Olynthia ab Aeschine pulsata, ἔξω δὲ αὐτῆς οὖσα ὑπὸ τοῦ κακοῦ καὶ πράγματος ἡ γυνή.* Idem *Aristoteles* adhuc manifestius hanc differentiam insinuat cum *sect.* 29. *probl.* 1. scribit, *ἐκστάσεις fieri cum bilis atra incenditur: ἐὰν δὲ ὑπερθερμανθῇ, τὰς μετ᾽ ᾠδῆς εὐθυμίας καὶ ἐκστάσεις.*

P. 26, 16. *ἄκρα ψυχρὰ*] M. S. *ἄκρεα*, quod magis Ionicum est.

P. 27, 4. *αἱμοῤῥαγίη λάβρως ἐκ ῥινῶν*] Superius *libro* 1. *capite* 10. *περὶ πλευρίτιδος*, iisdem prope verbis: *ἢν δὲ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τράπηται, αἱμοῤῥαγίη διὰ ῥινῶν λάβρως.* Vide quae ad eum locum notamus.

Ibid. *κοιλίη ἐκτάραξις*] *κοιλίης.*

P. 27, 5. *ἐπάφρων, οἷα δοκέειν ἀπὸ πνεύμονος*] Spumosa esse, quae a pulmone prodeunt, consentaneum est,

quia pulmonis substantia laxa, velut spuma est: debent autem, quae ab aliqua parte prodeunt, naturam eius quodammodo repraesentare: quare et spumosum sanguinem prodire a pulmone, dixit Hippocrates *Aphoris.* 13. *sect.* 5.

P. 27, 9. *ἡ μετάστασις ἀπὸ τοῦ πλευρέου*] Legerem *ἢ μεταστάσει*, hoc sensu; quibusdam multum Puris in pulmone colligitur, cum ex lateris inflammatione sequitur abscessus transitque materia in pulmonem, quamquam hoc parum ad Peripneumoniam attinet: de qua hic sermonem instituit. Nam si ex pleuritide fiat abscessus in latere, eoque rupto, materia purulenta in pulmones et bronchia perveniat, sputis vacuanda; non continuo efficietur Peripneumonia: nam aut pus excernetur; et sic in totum liberabitur homo: aut in pulmone consistet, moramque trahet ob crassitiem, et alia impedimenta: quo casu nec Inflammatio pulmonum sequetur, sed aut suffocatio si magnus fuerit abscessus, aut ulcus, et ulceris soboles, phthoë, ut deinceps tradit. Quare hic locus difficilis videtur ad explicandum, et omnino mihi negotium facessit.

P. 27, 10. *κὴν μὲν ἐς ἔντερον*] Si (inquit) pus a latere in intestinum, aut vesicam deductum fuerit, statim a pulmonis inflammatione convalescunt. Haec verba quam vim habeant non video, nisi Aretaeus *πλευρῖτιδα* et *περιπνευμονίαν* promiscue et indiscriminatim hic accipit. Plane hic locus multam *ἀπορίαν* et *ἀλογιστίαν* prae se fert: expediant, qui se omnia huius Auctoris perspectissima, atque in numerato habere iactant.

Ad Caput II. *περὶ αἵματος ἀναγωγῆς.* *de Sanguinis reiectione.*

P. 28, 3. *Αἵματος φορῆς τῆς διὰ στόματος*] Quaecumque sanguinis per os excretio, sive a capite, sive a pulmone, arteria, membrana succingente, et aliis partibus internis, simpliciter *φορὴν τὴν διὰ στόματος* appellat: mox tamen proprie usurpat pro ea sanguinis excretione, quae ab ipso ore, seu partibus ore contentis dumtaxat procedit.

P. 28, 5. *ὁδὸς δὲ ὑπερῴη*] *ὑπερῴη*, et *ὑπερῷος* *palatum* Ionice dicitur. Vocis origo *ᾦον*, id est, superior domus pars in lingua *Lacedaemoniorum*, ut notat Eustathius, *ᾦον* autem per contractionem ab *ᾤϊον*. *Ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρ' ἡμῖν καλούμενα ὑπερῷα ᾤϊα*, inquit Athenaeus ex *Clearcho:* additque ex *eodem*, Helenam, quod in *ᾠΐοις* nata atque educata fuisset, ansam praebuisse fabulatoribus fingendi, quod ipsa ex ovo genita

esset: *τὴν Ἑλένην φάσκων ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγενημένη.*

156 P. 28, 6. *ἀρχαὶ στομάχου*] Oesophagi qui veteribus *στόμαχος*.

P. 28, 8. *ὡς τῇγε ἀπὸ στόματος*] Supple *φορῇ τοῦ αἵματος*, ubi proprie et specialiter, ut monui, *sanguinis per os excretionem* usurpat; additque hanc *ἔμπτυσιν* nuncupari.

P. 28, 9. *ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἢν βραχείη τοῦ αἵματος καὶ στάγδην, καὶ ἀθρόον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἀπὸ τοῦ στόματος ἔῃ*] Pro *ἐπὶ δὲ* legendum *ἐπειδὴ* ex notis M. S. *Mentel.* pro *καὶ ἀθρόον*, emendo; *ἢ καὶ*, *vel etiam*, post *στάγδην*, virgula notetur, ut istud adverbium cum voce *βραχείη* iungatur, sic: *ἢν βραχείη τοῦ αἵματος καὶ στάγδην.* Supple *φορή.* Cui Lectioni congruit *Iunii* versio.

P. 28, 14. *τριχείης ἀρτηρίης*] Scribe *τρηχείης.*

P. 28, 15. *ἀλλ' ἀναγωγὴ καλέεται*] Distinguit *ἀναγωγὴν τοῦ αἵματος, ἀπὸ τῆς πτύσιος, ἢ αἱμοῤῥαγίης a spuitione vel sanguinis eruptione;* quod proprie *ἀναγωγὴ* dicatur, quum sanguis e thorace et partibus eo contentis, pulmone, aspera arteria, et partibus aliis internis sursum per os fertur, idque nomen ipsum indicat, compositum ex *ἄνω*, quod est sursum, et *ἀγωγή· τῆς ἄνω* (inquit) *ἴξιος τῆς ὁδοῦ τοὔνομα ἔχουσα· πτύσις* vero est, cum sanguis ab ore: *αἱμοῤῥαγίη,* cum undecumque procedit. Ex quo patet errasse *Hofmannum*, qui *lib.* 5. *var. lect. cap.* 22. Dioscoridis hunc locum de *facultate Amygdalarum* explicans, *καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν μετὰ ἀμύλου λαμβανόμενα,* contendit *αἵματος ἀναγωγὴν* ibi accipi pro sanguinis fluxu praeter naturam, quocumque et per quas partes eat. Ad quam expositionem probandam, argumento hoc grammatico utitur: Si *ἀναγωγὴ τῶν νεῶν* recte exponitur *ἔκπλους*, cur *ἀναγωγὴ τοῦ αἵματος* non recte exponatur *ἐκροὴ τοῦ αἵματος.* Quasi vero analogia semper de eiusmodi locutionibus decernat, ac non potius usus veterum scriptorum, qui nobis linguas illas constituerunt, atque reliquerunt.

P. 28, 16. *σημεῖα δ' ἀμφοῖν*] *πτύσει καὶ ἀναγωγῇ.*

P. 29, 2. *πολλὰ καὶ ἐπίκαιρα*] Iunius vertit *periculosa, vel periculum indicantia*, non satis commode, et expresse. Ego potius verterim: *praecipua et magni momenti;* nam et partes corporis quae ad vitam magis conferunt, *ἐπίκαιρα μόρια* passim apud Medicos dicuntur.

P. 29, 5. *βάρος αὐτέοισι*] Aut deest, aut subaudienda

vox *κεφαλῆς*, ut contextus indicat; nam hic signa sanguinis a capite prodeuntis tradit. Iunius, *caput grave est.* etc.

P. 29, 6. *φλεβῶν διαστάσιες*] Scribe *διατάσιες*, ut supra *lib.* 1. *cap.* 5. *φλεβῶν τῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσιες καὶ διατάσιες.*

P. 29, 7. *ἐγκαύσιες*] A sole caput feriente. Nam ex hac causa sanguis in vasis capitis tenuatur, et ad fluxum impellitur: unde ingentes saepe haemorrhagiae, quod ipse in aestiva peregrinatione expertus, testari possum.

P. 29, 9. *πτύσιες*] Supple *αἵματος.*

Ibid. *ἐξ ἀραιώσιος*] Nempe Vasorum capitis.

P. 29, 10. *ἴσχνεταί ποτε διὰ ῥινῶν*] Alii *ἰσχέεται*, lege *ἴσχεται. Sistitur consuetus narium fluxus*, et ad palatum vertitur.

P. 29, 13. *θυμὸς ἐγγίγνεται*] Iunius: *Inde irascuntur*, sed toto coelo aberrat: *θυμὸς* hic non *ira* sed *cupiditas tussiendi, ὁρμὴ, ἐρεθισμός.* Hippocrates 2. *prognost. text.* 60. *θυμὸς* Graecis vox aequivoca est, saepius ira, interdum tamen apud Medicos impetus tussiendi ita appellatur: *καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἐπιγίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι.* Galenus, *in Com. tom.* 5. *p.* 73. *A. l.* 31. *edit. Aldin. ἀλλὰ καὶ βῆξαι, φησὶ, θυμὸς αὐτοῖς γίνεται, τοῦτ᾽ ἔστι, προθυμία.*

P. 30, 10. *καὶ τόδε τὸ τέκμαρ τῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πτύσιος*] Si nimirum qui exspuitur sanguis, niger sit, laevis, aequabilis, sincerus, si screantibus confestim in linguam ducatur rotundus, facileque procedens; si palatum inspicienti, sordidum, ulcerosum, et subcruentum appareat: si frigidis et adstringentibus medicamentis simplicibus curetur, calidis et rarefacientibus magis provocetur.

P. 30, 14. *μελέτη μὲν ἐγγίνεται τῇ φορῇ*] dispositio, praeparatio, exercitatio.

P. 30, 16. *Βήσσουσι ἀντὶ τῆς χρέμψιος*] *Βὴξ* et *χρέμψις* eo differunt, quod illa est e pectore cum motu thoracis; haec vero e faucibus dumtaxat.

Ibid. *τοὐντεῦθεν δὲ φορῆς γίγνεται ἡ ἀρχὴ*] *φθορῆς* habent notae MS. rectius fortasse *φθόης*: ita enim *φθίσιν* nuncupari ex *Galeno* didicimus; et ipse *Aretaeus* hanc vocem infra *eodem capite* usurpat: *φθινοπώρῳ δὲ ὡς ἐπίπαν ῥαΐδίως φθόαι γίγνονται.* Ea voce etiam utitur Aristoteles *sect.* 1. *probl.* 10. Sed et res ipsa ita legendum suadet. Nam ex asperae arteriae exulcerationibus, *φθόην*, hoc est, tabem adduci, nisi citius curentur, certissimum est. Vox vero *φθορὰ*, generalior est, et quamcumque corruptionem significat.

P. 31, 4. *παχείης ἀρτηρίης*] Graeci una voce *ἀορτὴν* appellant.

P. 31, 11. *οὔτε ἡ ἄλθεξις μακρὴ καὶ ποικίλη*] Id est, *σύνθετος*. Ita enim *Aretaeus* solet *ποικίλην*, pro, *σύνθετον*, dicere. Haemoptysis quae a gula, aut ventriculo fertur, non eget medicamentis compositis, quia unus scopus est venam in gula apertam stringere; ad id vero solum sufficit medicamentum adstringens. Vide scopos compositionis medicamentorum apud Galenum *lib.* 1. *de medicam. comp. κατὰ γένη cap.* 1.

157 P. 31, 16. *κατ' ἴξιν τοῦ σπλάγχνου*] *ἴξις*, *Ionica* vox, quae *directionem* et *tractum* significat *παρὰ τὸ ἱκέσθαι*, unde *ἴξιν* Galenus *εὐθυωρίαν* vocat, magis trito vocabulo. Vide Scaligerum, *com. in Hippoc. de Insomniis.* Ab hepate sanguis *κατ' ἴξιν*, per narem dextram profluit, a Liene per sinistram: non propter rectitudinem villorum, quae in venis apparent, sed ratione situs, quo dextra dextris, sinistra sinistris respondent.

P. 32, 11. *τὰ ἀμπέχοντα ὑμένια*] Vasorum scilicet.

P. 32, 13. *οὔτε ἀθρόη*] Neque subita, supple, *φορὴ*, aut *ἀναγωγή*.

P. 32, 14. *ἢν δὲ πολλὸν αὐλισθὲν ἐν κοίλῃ χώρῃ αὖθις ἀνάγηται*] Etsi vox *αὐλισθὲν* non est absurda, malim tamen legere *ἁλισθὲν collectum*; non enim de mora sanguinis collecti in pulmone, sed de ipsa coacervatione agitur, ex qua fit, ut copiosior sanguis feratur; quod autem haec sit sententia huius loci, sequentia haec verba indicant: *πλεῖον δὲ τῷ πλήθεϊ, ὡς ἀπὸ ἀθροίσιος*. Quod enim maior sanguinis copia erumpat, non mora ipsius sanguinis, sed collectio, congregatioque efficit.

P. 32, 15. *ἐν κοίλῃ χώρῃ*] In aliquo spatio extra vasa.

P. 33, 7. *καὶ ἀπεῤῥάγη τὰ ἀγγεῖα*] Debent haec puncto includi.

P. 33, 13. *καὶ τὸ τρῶμα οὐ συμφέρει τῇ πολυκινησίῃ*] Notae M. S. *οὐ συμφύει* vulnus arteriae; ob multam ipsius motionem non coalescit.

P. 33, 14. *ἄλθεξις δὲ ἢν μὲν διαβρώσιος, κακόν*] Notae M. S. *μακρὴ*, ita etiam legisse *Iunium* versio indicat.

P. 34, 5. *ἀπὸ στομάχου*] A gula.

P. 34, 16. *ἄλλοτε μὲν ξὺν τῷ*] Supple *ἐμέτῳ*.

P. 35, 5. *οἱ δὲ μέσφι μεταφρένου*] Scribe: *ὁ δὲ*, refertur ad *πόνος*. Sensus est, dolorem oesophagi pertingere usque ad metaphrenum: est autem *μετάφρενον, τὸ μεταξὺ τοῦ νώτου καὶ ὀσφύος, κατὰ τὴν τῶν νεφρῶν πρόσφυσιν*, inquit *Rufus Ephesius*, *περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώ-*

που μορίων. Item spatium quod *Scapulās* interiacet; Interscapulium.

P. 36, 4. *ἀφρῶδες*] Vide *Aphor.* 13. *sect.* 5.

P. 36, 5. *στρογγύλον*] Vide Hippocratem, 6. *Epidem. com.* 3.

Ibid. *ὡς ἄλλην ἄλλης ἀναγωγὴν διακεκρίσθαι*] Iunius: *sic ut pars eiecta a parte distincta sit:* ego potius verterim: *sic, ut ea, quae reiiciuntur, facile inter se distingui possint.* Sic enim sputorum, quae a thorace procedunt, differentias tradit: nempe alia sunt admodum flava, quaedam spumosa, nonnulla et rotunda.

Ibid. *ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν ξυνῷ ἀγγείῳ φθορὴ τῶν τοῦ θώρηκος ἀναγομένων ἄλλη*] Scribe *διαφορὴ, discrimen.*

P. 36, 7. *ὡς ἐκ παραθέσιος*] Ea, quae exspuuntur, comparans cum partibus thoracis: rei enim excretae proprietas, similitudine partem indicat, unde profecta est: ut si bronchium exspuatur, pulmonem esse exulceratum cognoscitur. Bronchia enim per totum pulmonem disseminantur. Vide Galenum, *initio Lib.* 1. *de loc. aff.* Si *σαρκοειδέα* tussi reiiciuntur, pulmonis frustum intelligitur.

P. 36, 8. *ὡς ὄντα μέρεα θώρηκος*] *Prout se habent thoracis partes,* id est, naturae variae excretorum discernuntur comparatione, prout talia esse noscuntur, quales sunt partes thorace comprehensae. At *Iunius* coniunctim haec legit; *ὡς ὄντα μέρεα θώρηκος, τὴν δὲ ἰδέην, σαρκοειδέα δοκοίης ἂν πνεύμονος ἔμμεναι μέρεα.* atque ita vertit: *alioqui pectoris partes specie carnosas pulmonis esse partes censueris.* Cui non assentior.

P. 36, 10. *ἢν δὲ ἀπὸ θώρηκος καταπίνῃ*] Iunius: *si in pectore noxa sit,* et ad marginem: *si a pectore absorbeat;* ad verbum quidem, [sed quid est *absorbere a pectore?* Obscurissimus hic locus est, sed qui planus fiet, subaudiendo *πνεύμων;* si pulmo a thorace absorbeat, nempe sanguinem aut pus e Thoracis ulcere. Sanguis enim e thorace, neque sursum ferri aut exspui potest, nisi prius ipsum pulmo imbiberit, absorbueritque. Unde paulo infra Aretaeus, *pulmonem* ait *viam esse et transitum a thorace in arteriam: ὁδὸς γὰρ θώρηκος ἐς ἀρτηρίην πνεύμων.*

P. 37, 5. *ἔαρος δεύτερον, φλεγμονῇ καὶ πυρετοῖσι καυσώδεσι*] Post *δεύτερον,* scribe *χειμῶνος δὲ,* quae dictiones Librarii socordia omissae sunt. Patet ex contextu et sententiae filo: ait, *aegrotos aestate mori potius haemorrhagia quam inflammatione; quod id temporis inflammationes non gignat. Ἔαρος δεύτερον,* hoc est, verno tempore magis fiunt sanguinis profluvia, sed non ut aestivo: *χει-*

μῶνος δὲ, per hiemem vero ab inflammatione magis et febribus ardentibus periclitantur, quam ab haemorrhagia. Vide *libro superiore cap.* X. *περὶ πλευρίτιδος*, ubi verba haec leguntur, *φέρει δὲ τὴν νοῦσον* (*πλευρῖτιν*) *ὥρῃ μὲν χειμὼν μάλιστα πάντων*. Pleuritis autem Inflammatio est. Item Aristot. *sect.* 1. *probl.* 6. Praeterea cum anni tempora ordine recenseat, hiemem ab ipso praetermissam fuisse, non est verisimile.

Ad Caput III. *περὶ συγκοπῆς.* *De Syncopa.*

P. 38, 4. *Εὖγε ὅλως ὁ ἰητρὸς ἠδὲ ὁ δημότης*] Immo
158 eum laudat, qui primo hunc morbum nuncupavit eo nomine, quod mox videbimus, sive is medicus fuit, sive quis e plebe. Nam *δημότης plebs* vulgo sonat. Xenophon *lib.* 1. *ἀπομνημ. ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας.* Hippocrates eodem sensu *ἰδιώτας* saepius vocat. Particula *εὖγε bene, sane* significat. Ea etiam utuntur Graeci, cum aliquem laudando compellant, ut in Anthol. *lib.* 1.

Εὖγε λέγων τὸν καιρὸν ἔφης θεὸν, εὖγε Μένανδρε.

P. 38, 5. *ὦ κύφων οὗ κακοῦ ἐστι οὔνομα.*] Quid sit illud *ὦ κύφων* non est facile divinare. Non enim *κυφῶνες* Aristophanis *in Pluto, Act.* 2. *Scen.* 4. *Vers.* 62. quod genus tormenti. Quid enim huic cum Syncope, quae non cruciatu aut distortione, sed defectu virium enecat? Deinde illud *ὦ*, si accentum spectes, *θαυμαστικὸν*, aut *σχετλιαστικὸν* est: cum tamen sequentis dictionis casus non respondeat: regunt enim genitivum adverbia eiusmodi *ὦ τῆς θέας, ὦ τοῦ θαύματος.* Crassus, *κλητικὸν ἐπίφθεγμα* existimavit, ita enim vertit: *O Cyphon, cuius mali nomen est?* quasi Aretaeus *Cyphonem* alloqueretur. nugae. non est hoc nomen viri, sed morbi. De nomine hic agit, et deinde rationem ipsius exponit his verbis, *τί γὰρ μέζον ἢ ὠκύτερον συγκοπῆς δυνάμιος*: et paulo post, *τόσον τε τάχος τοῦ ὀλέθρου.* Quibus ex verbis veram lectionem coniecto esse *ὠκυφόνον*, id est: *celeriter interimens.* Nulla enim appellatio Syncope, praecipiti morbo, aptius convenit; ut merito eorum, qui ipsam imposuerunt, ingenium laudet *Aretaeus. Henischius* absurdissime vertit: *Di vestram fidem!* quae quidem verba magis nobis congruunt, tam absurdum commentum admirantibus, quam praesenti loco. Non solum vero corruptus hic locus est, sed etiam mutilus, nonnullis dictionibus abolitis. Sic autem mihi

(quantum coniectura assequi datur) concipiendus videtur: *Εὖγε ὅλως ὁ ἰητρὸς, ἠδὲ δημότης, εὖγε ἐπικλήσιος τοῦ δὲ τοῦ πάθεος· ἡ γὰρ συγκοπὴ, ὠκυφόνου κακοῦ ἐστι ὄνομα· τί μὲν γὰρ μέζον, ἢ ὠκύτερον* etc. id est: *Bene omnino Medicus, sive vulgus, bene, inquam, huic affectui vocabulum, quo appellaretur, invenit. Sane Syncope celeriter opprimentis mali nomen est. Quid igitur maius aut promtius Syncope ad perdendum?* Dicta est enim Syncope *παρὰ τὸ συγκόπτειν*, a *concidendo*, utpote quae nexus animae et corporis subito abscindat. Itaque Gregorius Magnus *Dialogorum lib.* 3. *cap.* 33. pereleganter et scite *συγκοπὴν* interpretatur *incisionem vitalium.*

P. 39, 1. *νεύρων δὲ τέτανος*] Hic pro omni convulsione *τέτανος* usurpatur, cum tamen vulgo species existimetur, qua recta et immobilis cervix intenditur, ut Celsus definit *l.* 4. *c.* 3. Sed eodem nomine genus et speciem significari plerisque in rebus usu venit. Idem *lib.* 1. *ὀξέων, Acutorum, cap.* 6. *περὶ τετάνου. σπασμοὶ οἱ τέτανοι.* Quod autem hic nervorum esse tetanum asserit, oblitus videtur sui ipsius; in *illo* enim *cap.* 6. *περὶ τετάνου* ita scripsit; *μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι, καὶ τενόντων τάδε πάθεα.* Verum cum musculi nervis etiam constent; facile illa discordia componitur.

P. 39, 2. *τῷ δὲ οὖν καὶ ἡ συγκοπῇ*] Scribe *ὧδε.* not. M. S.

P. 39, 3. *καὶ ζωῆς νοῦσος*] Hoc est *τοῦ ζωτικοῦ.* Vita enim vel operatio est vitalis, vel unio animae et corporis, quibus certe morbus non accidit; sed impedimentum ex morbo alicuius vitalium.

Ibid. *ὁκόσοι δὲ στομάχου ἡγέονται τὸ πάθος ἔμμεναι*] Supra *στόμαχον* pro *gula* accepit, nunc pro receptaculo ciborum, seu ventriculo, vel potius ore ventriculi: quod Nicander *δοχαίην στομάχοιο* appellat in *Alexiph. v.* 21.

P. 39, 8. *καρδίης γειτόνημα καιριόν ἐστι στόματος*] Notanda locutio, *γειτόνημα*, pro *γείτων.* Ita apud Aelianum in quadam Epistola: *ἀργαλέος εἶ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἁλμυρὸν γειτόνημα.* Plura exempla vide apud Casaubonum *ad Athen. lib.* 1. *cap.* 9.

P. 39, 12. *οὐ γὰρ ἐν ὀργάνοισι αἱ δυνάμιες*] Eget haec sententia explicatione. Facultates primario quidem non sunt in Instrumentis; secundario tamen et simpliciter iisdem inesse necesse est, alioqui nullam actionem edere possent. Eo modo intelligendum illud *Alexandri Aphrodisaei, περὶ ψυχῆς*, ubi de Organo tactus disputat: *κεῖται γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἐν τῇ σαρκὶ τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν, ἀλλ' εἶναι ταύτην ὄργανον.*

P. 40, 5. *ἐπὶ δὲ τοῖσι καρδιώσσουσι καὶ αἰσθήσει ὀξύτεροι*] Soloecophanes, nisi legas; *καὶ αἴσθησις ὀξυτέρη*, ex notis M. S. Neque obstant quae sequuntur: *καὶ γνώμῃ εὐσταθέστεροι, καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάντιες ἀτρεκέες*. Utpote seorsum legenda; in quo nihil est absurdi. Quod sententiam attinet, disputat in eos qui Syncopen Stomachi esse morbum putant, coniectura ex remediis ducta, cibis scilicet, vino, et frigida, quibus prostratae vires reficiuntur. Ipse proprium cordis esse affectum, cum ex aliis Symptomatis, probat, tum praecipue hoc argumento; quia *καρδιώσσοντες* sensu ac mente magis valent ad pervidenda non solum quae praesentia sunt, sed etiam futura, qua in re nihil vatibus legitimis praedictionum veritate prorsus concedunt. Cum igitur haec stomacho minime conveniant, cordi autem, in quo est animae principatus, et mentis sedes, merito tribuantur, concludit ex his *Aretaeus*, cordis esse affectum Syncopen: cui tamen Stomachus causam, viciniae ratione, praebeat.

P. 40, 10. *εἰς ἣν καὶ τὸ πάθος*] Supple *καρδίην*, pro *εἰς* vero scribe *ἐς*.

P. 40, 11. *ἔστι δὲ ἧς τῆς νόσου ἥδε ἡ ἔκλυσις τοῦ τόνου τῆς φύσιος*] Delenda haec verba, *ἧς τῆς νόσου*, utpote superflua, ac ut puto glossema.

159 P. 40, 16. *πᾶσι δὲ σημαίνει*] Sumptum ex Homer. *Iliad. α. ν.* 288.

πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,
πᾶσι δὲ σημαίνειν. Id est, *Imperare.*

Ad Caput IV. *περὶ καύσων.*
de Febre Ustoria.

P. 41, 5. *περὶ καύσων*] In notis M. S. *περὶ καύσωνος*.

Ibid. *πῦρ μὲν πάντῃ καὶ δριμὺ καὶ λεπτόν*] *Πῦρ* pro febre intensa passim apud *Hippocratem*. Cur autem addat *λεπτὸν*, non possum sane divinare: nisi *λεπτὸν* pro acuto accipit, ut *πόνον ἰσχνὸν* infra *cap.* 6. *περὶ εἰλεοῦ· πόνος δὲ ἰσχνὸς μὲν, ἠδὲ ὀξὺς ἐπὶ τοῖσι λεπτοῖσι ἐντέροισι.* Sic apud *Arabes*, febris Syncopalis minuta, quae a bile.

P. 41, 15. *θέναρα θερμότατα*] Quaenam pars manus, *θέναρ* proprie dicatur, non convenit inter auctores. Laurentio *θέναρα* sunt monticuli manus prominentiores: Aliis *τὸ μεταξὺ διάστημα τοῦ λιχανοῦ, καὶ τοῦ μεγάλου δακτύλου σαρκῶδες*, id est, *Spatium quod inter indicem digitum, et pollicem patet*, ut Rufus testis est. *Hippocrati* vero, *πᾶν τὸ πλατὺ τῆς χειρὸς*, hoc est, palma, eodem

Rufo teste: qua in significatione id nomen videtur *Aretaeus* hoc loco usurpasse. Sed et *Theodorus Gaza* *θέναρ* *palmam* interpretatur apud Aristotelem 1. *hist. c.* 15.

P. 41, 16. *νοτὶς περὶ μέτωπα καὶ κληῗδας*] Eiusmodi sudores, qui circa collum aut faciem tantum leviter et parce moventur, *κεγχροειδέες* dicuntur Hippocrati 1. *prognost. c.* 2. *text.* 25. *οἱ δὲ κεγχροειδέες καὶ μοῦνον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι πονηροί· κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι καὶ τὸν αὐχένα.* Idem *libro* 4. *de victu acutorum,* de hisce malis sudoribus: *καὶ περὶ ὑπορίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς.* Sunt autem hi sudores valde mali ominis, quia extremam virium exsolutionem indicant.

P. 42, 1. *ὁ δὲ αὐχμὸς ἐς ἐπομβρίην τρέπεται*] Imbrem pro hydrope usurpat *αἰνιγματωδῶς,* estque allusio ad verba *Heracliti,* quae vide apud Laërtium *in eius vita.* De aqua intercute, quae morbis acutis succedit, vide Hippocratem 2. *prognost. cap.* 1.

P. 42, 2. *αἱ γὰρ τῶν πρηγμάτων ἐπιτάσιες* etc.] Sic apud *Maronem* 1. *Georg. v.* 93. *Boreae penetrabile frigus adurat.* Servius ad illud verbum: *et ad solum* (inquit) *et ad frigus pertinet. Nam uno sermone duo diversa concludit, quae tamen unum effectum habent. Nam et frigus est caloris initium, et summus calor est frigoris principium. Unde quasi unus effectus est frigoris et caloris.* Haec ille. Apuleius, 1. Metam. *Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire,* et quae sequuntur. In Scripturis; *extrema gaudii luctus occupat.* Eadem sententia non paucis exemplis naturalibus firmari potest. Apud Hippocratem 3. *Aph. lib.* 1. *p.* 1242. *H. ed. Genev.* 1657. *αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί,* etc. Notum et ex bile flava et calidissima generari melancholiam frigidam; multaque alia ad hunc modum afferri possunt. Sed huic sententiae adversatur tritum axioma; *ab extremo in extremum non fit transitus, nisi per medium.* Respondetur, per se non dari eiusmodi transitum, quia prius calor necesse est a contrario frigore minuatur ac debilitetur, quam in frigus transeat. Alteratio enim motus est, ergo successiva: per accidens tamen ex summo calore fieri mutationem in contrarium frigus non absurdum est, absumpto nimirum pabulo, quo calor sustinebatur: ut in nostro casu, immodicus ille calor in febre ardenti, depascens naturale humidum, quo nativus calor continetur, hunc quoque

necessario dissipat, et sic per accidens vices adducit frigiditatis.

P. 42, 3. *τῆς φύσιος τὰ δεσμά*] Ingenitus calor, spiritus.

P. 42, 4. *ἱδρὼς ἄσχετος πάντῃ τοῦ σώματος*] Ob virium resolutionem, *δι' ἔκλυσιν σωμάτων,* 1. *prognost. p.* 38. *ed. Genev.*

P. 42, 5. *ἀναπνοὴ ψυχρή*] Hippocrat. 1. *prognost. p.* 38. *ψυχρὸν δὲ ἀναπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται.* Significat enim hoc extremam calidi nativi destructionem, et proximam exstinctionem. Addit Aretaeus *ἀτμὸς ἀνὰ ῥῖνας πολύς.* Quae si vera est lectio *ὁμόσε χωρεῖ* Hippocrati, qui *citato loco* dicit *ψυχρὸν ἀναπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν·* at *ἀτμὸς* vapor est, qui calidus. Ausim emendare *ἀτμὸς ἀνὰ ῥινὸν πολὺς, vapor per cutem multus. ῥινὸς,* cutis, corium; ea voce utitur 1. *χρον. cap. περὶ ἐλεφαντιάσιος.* Ea vero lectio apte quadrat contextui huic. Ut enim Syncopes, atque extremi virium defectus Symptomata sunt, sudor per totum corpus *ἄσχετος*, qui nequit compesci; frigida respiratio: sic vapor per cutem erumpens, ob exsolutionem scilicet et substantiae partium dissipationem. Expressit autem hanc sententiam Hippocratis, ex *lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *p.* 1181. A. *σημεῖα θανατώδεα, ἀνὰ δέρμα, ῥῖνα, θερμὸς ἀτμός· πρότερον δὲ ῥὶς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν.*

Ibid. *ἄδιψοι· ἐξήρανται γάρ τ' ἄλλα*] Videtur is sen-
160 sus: non sitiunt aegri; quia alia quidem membra arida; non tamen quae sitim faciunt, *διψαλέα ὄργανα*, ut mox vocat; nempe os et ventriculus. Puto, quia imbuuntur serosa quapiam humiditate a calore fusa, aut colliquatione.

P. 42, 9. *διαῤῥέει δὲ καὶ τὰ ὀστέα λυόμενα*] Adipem, carnes, partesque omnes molles colliquari facile intelligimus: ossa vero tam solida, tam dura; durum, mirum, inusitatum, inauditum.

Ibid. *καὶ ἀπὸ πάντων, ὡς ἐν ποταμῷ ἐς τὰ ἔξω ἡ φορή*] In validis corporibus et apprime robustis, motus semper a circumferentia ad centrum: in imbecillis, e contrario, fluviorum adducit exemplum, qui peregrina omnia extrorsum, hoc est, ad superficiem, et littus propellunt, ut ex sordibus et spumis riparum liquet. Quod evidentius in mari. Vide Plinium, *lib.* 2. *cap.* 98.

P. 42, 10. *ψυχῆς κατάστασις*] Mentem constare dicit Celsus *l.* 3. *c.* 19.

P. 42, 11. *αἴσθησις σύμπασα καθαρή*] Magis mirum de sensibus externis, qui prorsus materiales. Ut tamen credamus, facit *Hermolaus Barbarus*, qui de suo Patre

scripsit in quadam Epistola, eum sensus omnes mentis et corporis, quibus pauci eum mortales vincebant, non solum integros, verum etiam subtiliores, quam prius, ad extremum usque ostendisse.

P. 42, 11. γνώμη μαντική] Divinare morientes etiam *Homerus* docuit, apud quem *Patroclus* moriens caedem praedicit *Hectori;* et Hector *Achilli.* Cicero itidem testatur *l.* 1. *de Divinatione: Viget autem* (inquit) *et vivit animus, quod multo magis faciet post mortem, cum omnino e corpore excesserit: itaque, appropinquante morte, multo est divinior. Nam et id ipsum vident, qui sunt morbo gravi et mortifero affecti, instare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum: tumque vel maxime laudi student; eosque, qui, secus quam decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maxime poenitet. Divinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidonius: quo affert* Rhodium *quemdam morientem, sex aequales nominasse, et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset.* Eo adscribere totum hunc locum visum est, quia quae deinceps addit *Aretaeus*, adeo similia sunt, ut inde sumpta videri possint: Προγινώσκουσι μὲν οὖν πρώτιστα μὲν ὡντέουσι τοῦ βίου τὴν μεταλλαγήν· ἔπειτα τοῖσι παρεοῦσι προλέγουσι τὰ αὖθις ἐσόμενα. De divinatione morientium, longe gravior auctoritas Scripturae, *capite* XLIX. Geneseos: *Congregamini,* (inquit *Iacob* moribundus) *ut annuntiem, quae ventura sunt vobis, in diebus novissimis.* Similiter *Moses,* instante obitu, quae populo eventura essent, vaticinatur. Sed et *Tertullianus* libro de Anima, *capite* de excessu: *Hinc denique* (inquit) *evenit, saepe animum in ipso divortio potentius agitari, sollicitiore obtutu, extrordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu, iam in libero constituta, per superfluum, quod adhuc cunctatur in corpore, enuntiat, quae videt, quae audit, quae incipit nosse.* Unde tanta vis mentis in corpore quasso? Indidem scilicet: corpori enim attenuato et confecto minus immersa mens, ideo acrior, iuxta illud Medici: (*lib. de Insomn. initio, p.* 375. *l.* 47. *ed. Genev.*) ὁκόταν δὲ τὸ σῶμα ἡσυχάσῃ, ἡ ψυχὴ κινευμένη, καὶ ἐπεξέρπουσα τὰ μέρη τοῦ σώματος διοικεῖ τὸν ἑαυτῆς οἶκον. Adde, quod nusquam magis ab curis externis animus liber est, quam quum mors prope est: solutus autem animus magis capax divinationis. Vide Vallesium *de sacra Philos. cap.* 30. *in fine.*

P. 42, 14. οἱ δὲ αὐτέοις (αὐτέους) μὲν ἔϑ' ὅτε, καὶ ἄλλο φασὶ δοκέουσι] Scribe ἀλλοφάσσειν, id est, *delirare.*

Hippocrates, 3. *progn. de signis leth. in morbis acutis, p.* 44. *ed. G.* 1657. οἱ δὲ ἀπολλύμενοι δύσπνοοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες. Est autem haec dictio Ionica, *Xenocrito* teste apud *Erotianum.* Ratio eius est, quod desipientes absurda et aliena effutire solent. Celsus *l.* 3. *c.* 18. *Illud ante omnia scire oportet; interdum in accessione aegros desipere, et loqui aliena.*

P. 43, 1. τάχα δ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς προγινωσκούσης] Scribe αὐτῶν.

P. 43, 3. ἐν ἰλύϊ τοῖσι ὑγροῖσι ἔῃν] Fortasse ἐν ἰλυώδεσι ὑγροῖσι. Crassus vertit, in *lutulentis humoribus.*

P. 43, 4. καὶ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν ἕλε] Sumptum ex Homero, *Il. ε. v.* 127.

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Ad hoc exemplum, Virgilius exegit haec 2. *Aeneid. v.* 604.

— namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, et humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Ibid. ἐρέουσι τά τε ἐν τῷ ἠέρι] Scribe ὁρέουσι *vident;* namque ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, supra. Fuit opinio quorumdam veterum, plenum esse aërem Diis, seu animis immortalibus. Auctor *lib. de Mundo:* διὸ καὶ τῶν παλαιῶν εἰπεῖν τινες προήχθησαν, ὅτι ταῦτά ἐστι πάντα θεῶν πλέα τε καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἰνδαλλόμενα ἡμῖν, καὶ δι' ἀκοῆς, καὶ πάσης αἰσθήσεως. Laërtius in *Pythagora:* εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. Succinit pene *Posidonius* apud Ciceronem 1. *de divin.* asserens *plenum esse aërem immor-*
161 *talium animorum, in quibus tanquam insignitae notae veritatis appareant.* Possem plura proferre ex *Platonicis,* sed studeo brevitati.

P. 43, 7. ἐξηγερωμένης ἤδη τῆς ζωτικῆς δυνάμεως] Virgilius, 4. *Aeneid. v.* 704.

— omnis et una
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

Existimabant ii animam in aëre reddi oportere; utpote quae esset naturae aethereae: in aqua autem suffocatorum exstingui eam, neque reddi suae origini, astris scilicet: quod summam miseriam credebant: eamque ob causam prae cunctis mortis generibus laqueum et naufragium exsecrabantur. Ovidius:

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Homerus:

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Vide Synesium, *epistola quarta.*

Ad Caput V. *περὶ χολέρης.* *De Cholera.*

P. 43, 17. *τὰ πρῶτα μέρη ῥηϊδίως ἄπονος*] Scribe *τὰ πρῶτα μέν.*

P. 44, 9. *οὖρα, σχεθεῖσα κύστις ὑπὸ σπασμοῦ*] Notae M. S. *σχεθέντα,* Scribe igitur *οὖρα σχεθέντα κύστιος ὑπὸ σπασμοῦ,* Vel nihil mutando, sed supplendo; *οὖρα οὐκ ἀφίει σχεθεῖσα κύστις ὑπὸ σπασμοῦ, Urina suppressa ob convulsionem vesicae.*

P. 44, 10. *ὑπὸ τῆς ἐς τὸ ἔντερον*] Per copiosos alvi successus, non aeque respondet mictio, et e contra. vide *Aphoris.* 82. *sect.* 4. *p.* 1252. *G. edit. Genev.* 1657. *οὔρησις πολλή.* Causa est humorum *μετοχέτευσις.*

P. 44, 11. *ὁκόσοι ἐπὶ συγκοπῇ*] *ὁκοῖοι.* vel *ὅκως.*

Ad Caput VI. *περὶ Εἰλεοῦ.* *De Volvulo.*

P. 45, 3. *περὶ εἰλεοῦ*] Coelius, *lib.* 3. *acut. cap.* 17. *Tormentum* (inquit) *dictum est, quod existiment aegrotantes convolvi atque torqueri suorum intestinorum verticula:* vel quod *spiritus ob abstinentiam clausus sese involvens, vinctiones, obtrusiones, atque tormenta efficiat: vel quod vehementia dolorum, supra eas partes quae patiuntur, aegrotantes arcuati convolutique plicentur.* Quidam Pythagorici in *Sicilia* Medici, eodem referente, *Phragmon* appellarunt.

P. 45, 5. *πνεῦμα ψυχρὸν ἀργὸν*] Flatum in Ileo frigidum ac pigrum volvi aliquando atque aberrare per tenuia Intestina cum exitum non habeat, fortasse haud absurdum est; quamquam *Galenus* id negat fieri posse, 6. *de loc. affect. cap.* 2. Non tamen id necessarium aut perpetuum: saepiusque absque ullo eiusmodi flatu concludi tenuia intestina atque etiam crassa contingit, infarctu pituitae viscidae, aut duriorum faecum; etiam inflammatione, aut quovis alio tumore: proinde nominis ratio aliunde repetenda. Sane hoc etymon non probat Scaliger; eosque reprehendit, qui ipsum amplectuntur. *Εἰλεὸν,* pro *σκοτοδίνῳ Siculos* dixisse testatur Scholiastes *Aristophanis* in *Ἀχαρνῆς,* ab *εἰλεῖσθαι* deducentes. Eumdem morbum Latini *volvulum*

vertentes dixerunt, quo nomine et eos idem Scaliger castigat *Comment. in librum Hipp.* *περὶ ἐνυπνίων.* *Ileon* (inquit) *male* (inepte) *volvulum appellant, cuius neque natura neque effectio volvitur.* Respondet Vander Linden *Medic. select.* 4. §. 5. partem affectam volvi, nempe intestina: *Intestinorum* (inquit) *volutio nihil est aliud quam acceleratio motus peristaltici.* Sed instaret *Scaliger*, aliud esse *περιστέλλεσθαι*, aliud *εἰλεῖσθαι* (*εἰλεῖσθαι*): prius illud contractio est; posterius volutio: quae enim volvuntur totum locum mutant, ut cum globus volvitur; aut secundum partes, ita ut quae pars erat superior, fiat inferior, et contra, ut in orbium coelestium revolutionibus; quae autem contrahuntur, non item. Nihilominus tamen *Aretaeus*, ab spiritus volumine nomen hoc trahit: *μίμνει δὲ* (inquit) *ἐπιπολὺ ἑλισσόμενον ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἑλίξεσι· τοὔνεκε* (*τοὔνεκα*) *καὶ τὸ πάθος ἐπίκλησιν ἔσχεν εἰλεόν* (*εἰλεόν*). Cui Etymo favet Actuarius. Ego potius ab Ileo intestino uno ex tenuibus, cuius multi amfractus atque volumina. Est enim hoc *πάθος τῶν λεπτῶν ἐντέρων.* Galenus, 6. *de loc. affect. cap.* 2. Celsus, *lib.* 4. *cap.* 13.

P. 45, 9. *καὶ πίεσις καὶ μάλθαξις*] Scribe *ἕψησις*, ut mox declarat.

P. 45, 10. *καὶ πουλὺ τὸ ἐπιγάστριον ὑπερίσχῃ*] Galenus 6. *de loc. affect. cap.* 2. *καθάπερ ἕτεροι χορδαψὸν, ὅτ᾽ ἂν ἐξέχῃ τις ὄγκος ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεπτῶν ἐντέρων, ὡς δοκεῖν, οἷον χορδήν τινα περιεστράφθαι τὸ ἔντερον.*

P. 45, 11. *χορδαψὸς τὸ τοιοῦτόν ἐστι*] Vocem hanc *χορδαψὸς* deducit *ἀπὸ τῆς ἑψήσεως* et *χορδῆς.* Unde et *μάλθαξιν* supra dixit, quam eandem cum *ἑψήσει*, hoc est,
162 elixatione statuit: *χορδὴ* autem *intestinum* dicitur: nempe quum intestinorum substantia vehementer emollita, ac veluti elixata est, tunc dici *χορδαψόν.* Sed, pace tanti Auctoris dixerim, hallucinatur. Non ab *ἑψήσει* id nomen formatum est, sed ex *ἅπτεσθαι* et *χορδὴ*, quod tunicae intestinorum, quae aliquo interstitio interius patere debent, se contingant, atque coalescant. Hippocrates, 3. *de Morbis, p.* 491. *l.* 36. *ed. Gen.* *ξυναναίνεται γὰρ τὸ ἔντερον καὶ ξυμπιλέεται ὑπὸ τῆς φλεγμασίης.* Idque Riverii observatione, *cent.* 3. *obser.* 26. confirmari potest. Ibi enim refert *Guilelmi* Patris aperto cadavere, inventum esse intestinum Ileon tribus complicationibus convolutum, et quasi compactum in unam massam circa finem illius: tota autem illa intestini portio complicata, Gangraena affecta erat, cum portione mesenterii sibi adiuncta. Nec minus futilis illa distinctio, quum ait, *εἰλεὸν* dici, cum flatus volvuntur;

χορδαψὸν, cum tunicae supra modum molliuntur. Siquidem *Diocles Carystius*, qui appellationis huius auctor traditur, citra ullam distinctionem, *χορδαψὸν* tenuis Intestini morbum nuncupavit, ut apud Celsum videre est *lib.* 4. *cap.* 13. Tum Galenus ipse duo haec nomina, *εἰλεὸν* et *χορδαψὸν*, promiscue usurpari testatur 6. *de loc. affect. cap.* 6. *γίγνονται δὲ ποτὲ καὶ ἄλλοι πόνοι σφοδρότατοι κατὰ τὰ μετέωρα μέρη τῶν ἐντέρων, ἱκανῶς σπαράσσοντες ἐμέτοις, ὡς ἐπὶ τέλει κόπρον ἐμέσαι τινὰς, ἐξ οὗ πάθους σπανιώτατά τις ἐσώθη· καὶ καλοῦσί τινες αὐτὸ, εἰλεὸν, καθάπερ ἕτεροι χορδαψόν.*

P. 45, 12. *καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον etc.*] Ait veteres *mesenterium* vocasse *ἐπιχορδίδα*. Id vocabuli situm intestini superiorem significat: cum tamen mesenterium non sit supra, sed in medio intestinorum, ut vox *μεσεντέριον* indicat. Aristoteles tamen favet huic appellationi *lib.* 1. *de hist. an. cap.* 16. sic mesenterium describens; *ὑπὲρ δὲ τῶν ἐντέρων, τὸ μεσεντέριόν ἐστιν.* etc. aliter *μεσαραῖον* dicitur. Hippocrates, *lib. de ossibus, p.* 274. *l.* 15. *et p.* 277. *l.* 10. *ed. Genev.* 1657. mesenterium distinguit a mesocolo, quod illud ad tenuia intestina pertineat, hoc ad crassa.

P. 45, 13. *τὰ μεσσηγὺ νεῦρα καὶ τὰ ἀγγεῖα*] Descriptio est mesenterii, nisi quod omittit *glandulas*, quibus insignibus nec paucis constat, ad fulciendas venarum Mesaraicarum propagines. De quibus ita tradit Hippocrates, *libro περὶ ἀδένων, p.* 271. *l.* 28. *καὶ νέμονται αἱ ἀδένες ἐν τοῖσι ἐντέροισιν ἐκπιεζόμεναι τὸν πλάδον.*

P. 45, 17. *μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῖσι εἰλεώδεσι*] Supple *σιτίοις*.

Ibid. *ὁκοῖόν τι μέλανι σηπίης*] Scribe: *ὁκοῖόν ἐστι μέλαν σηπίης.* Choleram morbum ex sepiae esu contrahi auctor est Hippocrates 7. *Epid.* 40. *τὰ χολερικὰ ἐκ σηπίης.* Atqui iisdem *εἰλεὸς* (*εἰλεὸς*), quibus cholera excitatur.

P. 46, 17. *ἢν δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἴσχῃ ὁ εἰλεὸς*] Lege *ἐπίτασιν ἴσχῃ*, id est, *si vehementior fuerit volvulus.*

P. 47, 2. *ψυχροὶ τὸ πᾶν σκῆνος*] De his Symptomatis vide Hippocratem 3. *Epid. sect.* 2. *in histor. mulieris volvulosae.*

P. 47, 3. *διψαλέοι*] Hippocrates *citato loco, in eadem historia mulieris volvulosae: οὐ διψώδης.* Sed utrumque defendi potest. Sitis ab inflammatione ventris haud dubie affligit: eadem, exstincto tandem calore nativo, conquiescit; tunc mors proxima.

P. 47, 8. *ἀτὰρ καὶ κώλῳ*] Ileon *Galenus* et plerique alii, solis tenuibus intestinis accidere putant. *Aretaeus*

etiam in crassis, ut colo, fieri tradit, cui diligentiores suffragantur; imo maxime in colo fieri, probant, non sublestis argumentis. Primo quidem, Ileo tandem vomitum faecum supervenire constat: at faeces in crassis intestinis continentur. Secundo, dolor fere ad hypochondria sentitur, ut licet observare ex illa historia mulieris ileosae, 3. *Epid. sect.* 2. at colon tangit hypochondria. Tertio, *Fernelius,* postquam exposuit causas tardae deiectionis, addit: *hae causae cum supra modum excreverunt, excrementorum via prorsus occlusa, miserabilem Ileum reddunt.* Quarto, ex Tralliano, *Libro* 10. *titulo de doloribus colicis: Ileos nihil est aliud quam colici affectus intentio atque incrementum.* Supponit igitur eandem esse utriusque affectus sedem et causam. Praeterea *Salius Diversus* testatur se vidisse, nonnullos, cum hunc morbum ex faecum mora et pertinaci obstructione contraxissent, nonnisi post vigesimum secundum faeces evomuisse; quod fieri non potuisset, si haec affectio in tenuibus tantum intestinis fuisset; neque enim illa tantam stercoris copiam tamdiu continere possint, sed prompte ventriculum in consensum trahentia, statim quicquid intus est cibi et potus vomitu exploderent.

P. 48, 3. *ἐπὶ δὲ τοῖσι κωλικοῖσι*] Hieronymus Mercurialis *Var. lect. lib.* 5. *cap.* 11. notat colicum dolorem, nec ab *Hippocrate*, nec ab ullo ante *Cornelium Celsum* nominatum fuisse. Unde ait nonnullos mirari, quomodo Hippocratem latere potuerit morbus satis vulgatus, aut eius aetate non exsistere. Et respondet omnia intestinorum, atque ventris tormina, uno Ilei nomine indicasse. Quae responsio viri doctissimi cum auctoritate *Celsi*, quem citat, tum hoc *Aretaei* loco confirmari videtur; quo dolorem colicum et Ileum, una eademque disputatione comprehendit. Nisi quod hic quidem *τὰ κωλικὰ* nominat; et tamen Libro ultimo *Therapeut. χρον. in indice capitum*, habetur hic titulus, *θεραπεία κωλικῶν.* Sed hoc non est contra *Mer-*
163 *curialem*, qui de *Hippocrate* et antiquioribus loquitur. Nos vero *Aretaeum* multo tempore *Celso* inferiorem demonstravimus.

Ad Caput VII. *περὶ τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ὀξέων παθῶν.* *De acutis Iecoris affectibus.*

P. 48, 10. *ἔστι γὰρ αἵματος πάγος τὸ πλεῖστον ἧπαρ*] Galenus, *libro* 4. *de usu part. tom.* 1. *p.* 25. *B. l.* 10. *Editionis Aldinae,* 1525. *εἰ γὰρ ἐννοήσεις ὑπὸ θερμότητος ἐξατμιζόμενον αἷμα, καὶ παχυνόμενον, οὐδὲν ἄλλο εὑρήσεις*

γιγνόμενον, ἢ τὴν τοῦ ἥπατος σάρκα. Ad hanc mentem Fernelius: (6. *Physiol. cap.* 3.) *dum ea caro* (supple hepatis) *quae substantia concretum et coactum sanguinem exprimit.* Idem tamen, 6. *path. cap.* 4. Iecoris substantiam e semine conflatum affirmat. *Iecoris* (inquit) *solida substantia, spermatica cum sit, non magis quam pulmonis reparari potest.*

P. 48, 14. *ὡς δὲ καὶ τῶν σοφῶν ἀφηγέονταί τινες*] Platonem intelligit, qui *in Timaeo; τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς* in iecore collocat.

P. 48, 16. *ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ γίγνεται*] Vide Hippocratem, *περὶ τροφῆς·* venarum principium hepar facit: aliter *Aristoteles:* Cuius in sententiam nunc plerique omnes pedibus vadunt.

P. 49, 13. *διάφραγμα καὶ ὑπεζωκὸς ἕλκοντα*] Scribe *ἕλκονται trahuntur.* Scribe et *ὑπεζωκὼς,* supple *χιτών.*

P. 49, 15. *Βὴξ δὲ ἀτελὴς, προθυμίη δὲ μοῦνον*] Uno verbo *θυμὸς* dicitur, ut supra notavimus ex Hippocrate. De his signis inflammati iecoris, vide Galenum, 5. *de loc. affect. in historia Siculi Medici; tomo* 3. *p.* 57. *A. l.* 49. *ed. Ald.*

P. 50, 6. *ναυτίη, διάστασις κενεὴ*] Legendum, *διάτασις, contentio, conatus inanis vomendi.* Apud Aristotelem, 7. *polit. διατάσεις τῶν παίδων* dicuntur, cum plorantes spiritum continent, atque ita distenduntur, quod et in vomitu fieri palam est, *διατεινόμενα παιδία. ibid.*

P. 50, 8. *ἀεὶ δὲ ἐπαυξέα γίνεται τὰ πάθεα*] Morbi *ἐπαυξεῖς* dicuntur Hippocrati, qui tempore increscunt, et deteriores subinde efficiuntur. Galenus, *Com.* 5. *in* 6. *Epid.*

P. 50, 11. *χολόβαφοι τὸ πᾶν*] Id est, *ἰκτερικοὶ, arquati, auriginosi, morbo regio affecti.*

Ibid. *ἢν δὲ καὶ πρὸ ἑβδόμης φανῇ* (supple *ἴκτερος*) *καὶ ἄλλους ἔκτεινε συχνούς*] Ita Hippocrates, *Aphoris.* 62. *sect.* 4. Plinius, *lib.* 26. *cap.* 12. *Morbum regium in oculis praecipue mirari est, tenuitatem illam, densitatemque tunicularum felle subeunte. Hippocrates a septimo die in febre mortiferum signum esse docuit: nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione.* Ubi parum sincere *Hippocratis* sententiam expressit ille. Non enim a septimo die, sed ante septimum scripsit Hippocrates; neque aliud quam *κακὸν* denuntiatur, illo *Aphorismo*, quod non necessario est cum desperatione: pro mortifero tamen accipere hic videtur *Aretaeus*, dicens: *ἄλλους ἔκτεινε συχνούς.*

P. 50, 12. *ὁκόσοι δὲ ἢ αἱμοῤῥαγίῃ*] Icteri ante septimum diem apparentis minas averti asserit, triplici genere

evacuationis, haemorrhagia, ventris profluvio bilioso, et copiosis urinis sinceris, hoc est flavis admodum, et biliosis; quae sententia est Hippocratis, 1. *Epid. sect.* 2. *part.* 65. *ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι ἐκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισιν ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσειεν· ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγία, οἷον Ἡρακλείδης*, etc. Vide et *lib.* 4. *de victu in acutis.*

P. 50, 12. *ὁκόσοισι (ὁκόσοι) δὲ ἢ αἱμοῤῥαγίη, ἢ κοιλίης ταράχῳ*] Locus depravatissimus, sed qui minimo momento restitui potest, addita scilicet negatione *μὴ*, e qua cum litera *μ* extrita fuisset, ex negatione facta est coniunctio disiunctiva *ἢ*, quae sententiam absurdissimam efficit. Quid enim absurdius, quam post *ἀπόστασιν* per sanguinis e naribus profluvium, aut biliosorum copiosam deiectionem, aut denique urinae *ἀκρήτου*, hoc est biliosissimae vacuationem, iecur suppurari? Cum testetur *Hippocrates* eiusmodi evacuationibus Criticis materia depulsa, Icteri praecocis minas averruncari; nempe verbis modo allatis ex *lib.* 1. *Epid. sect.* 2. *part.* 65. *ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι ἐκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισιν ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσειεν, ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγία, οἷον Ἡρακλείδης.* Eandem sententiam tradit et *lib.* 4. *de victus rat. in acut.* Idem et testatur *Aretaeus*: dicit enim *τὸν ὄλεθρον διήλαντο.* Cui dicto plane est *ἀνακόλουθον*, quod sequitur; *τουτέοισι δὲ μετὰ τρεῖς ἑβδομάδας ἐς ἀπόστασιν πύον τὸ ἧπαρ τρέπεται*, nisi negatio, ut dixi, reponatur. Etsi enim non omnem suppurationem hepatis lethalem esse docet *Hippocrates*, et post eum Galenus, *Aphor.* 45. *sect.* 7. quae nimirum non est in substantia iecoris, sed in tunica: tamen cum simpliciter ad suppurationem converti iecur dicat *Aretaeus*; non est ad rem haec distinctio: deinde neque in tunica suppurationem fieri posse post illas copiosas evacuationes satis puto omnibus perspicuum.

164 Ad Caput VIII. *περὶ τῆς κατὰ κοίλην φλέβα ὀξείης νούσου.* *De Venae Concavae acuto morbo.*

P. 51, 10. *κατὰ τὸ στόμα συγκέονται*] Una voce, *ἀναστόμωσιν* Graeci vocant.

P. 51, 12. *ἐς μίαν φλέβα μεγάλην*] Ita etiam *Aristoteles* appellat *μεγάλην*, et *μεγίστην φλέβα.* 1. *hist. c.* 17.

P. 51, 14. *τὸν πρῶτον λοβὸν*] Veteres in iecore humano plures lobos seu fibras agnoverunt. Ita Galenus, *cap.* 4. *de usu part.* *διὰ τί δὲ περιβέβηκε τὴν γαστέρα τὸ*

ἧπαρ, ἢ ὅπως αὕτη μὲν ὑπ' ἐκείνου, τὰ σιτία δὲ ὑπὸ ταύτης θερμαίνοιτο; δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ ἀκριβῶς αὐτὴν περιλαμβάνει, καθάπερ δακτύλοις τισὶ, τοῖς λοβοῖς· οὐδ' ἔστιν εἷς ἀριθμὸς αὐτῶν καθ' ἕκαστον ζῶον. Sic Poëta de Tityi visceribus, 6. *Aeneid. v.* 600.

— *nec fibris requies datur ulla renatis.*

De iecore enim haec debent intelligi. Servius ad eum locum: *fibrae sunt eminentiae iecoris.* Si tamen αὐτοψίᾳ standum est, vix eiusmodi fibras in homine admittemus. Fernelius, 1. Phys. *Iecur fere fibras in 7. (Graeci λοβοὺς vocant) dissectum; quamvis conspectum a nobis est, nec raro, solidum, nullisque fibris divulsum.* Aristoteles quidem nullam huiusmodi fibrarum fecit mentionem, sed de iecore haec tantum tradit; 1. *hist.* 17. στρογγύλον δέ ἐστι τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἧπαρ, καὶ ὅμοιον τῷ βοείῳ.

P. 51, 17. τὸν κάτω λοβὸν τὸν πεμπτὸν] Galenus, *citato loco*, variare numerum fibrarum in variis animalibus notat.

P. 52, 15. κέδματα] Galenus, *in Exegesi,* exponit τὰς ἐκ ῥεύματος χρονίους διαθέσεις, id est, *veteres ex fluxu affectus.* Male tamen ibi χρονίους pro χρονίου· vel in universis articulis, vel proprie circa coxendicem.

Ibid. εὖ τε ῥηγνυμένη αἱμοῤῥαγίη ὤκιστα κτείνει] Male αἱμοῤῥαγίη, pro verbo αἱμοῤῥαγέῃ. *Si rupta vena sanguinem effuderit.*

P. 52, 16. διὰ πνεύμονος καὶ ἀρτηρίης ἐκχεομένου] Deest vox αἵματος.

P. 52, 17. ἢν δὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν, ἐς τὴν κάτω κοιλίην τοῖσι ἐντέροισι περιέχεται, ὡς ἐμπλέειν (ἐμπλείειν) τὰ ἔντερα] Corruptum hic est περιέχεται, pro quo lege περιχέηται. *Si sanguis intestinis circumfusus fuerit.*

P. 53, 2. εὖ τε πρώην καθ' ἓν ἐκφανῆναι τὸ αἷμα] Non valde perspicacem esse oportet, qui haec corrupta esse non sentiat: πρώην adverbium est, latine *nudius tertius*, καθ' ἓν *Sigillatim:* quae sane huic loco non quadrant. Scribe itaque, εὖ τε πρόσθεν ἢ ἐκφανῆναι τὸ αἷμα. Plana haec lectio, cui et *Crassi* versio congruit.

P. 53, 10. προσώπου ἐρύθημα ξὺν ἀχροίῃ] Iunius vertit, *facies decolor rubet*, quod adsurdum videtur: quae enim rubet facies, quomodo *decolor* dici possit. Eadem perplexitas in verbis *Aretaei:* nisi ἀχροίῃ quarumdam vultus partium tantum; aliarum rubor intelligatur. Sed puto rubedinem hic significari remissam et dilutam; quod sequentia verba indicant; ὑπέρυθροι δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα.

P. 54, 7. ἐπεὶ τὸ θηριῶδες] Vox haec occurrit passim

apud Hippocratem *lib.* 2. *Epid. sect.* 1. φθινοπώρου μάλιστα θηριώδεες. |Item 6. *Epid. sect.* 1. *part.* 13. et *sect.* 2. *part.* 8. De cuius expositione inter Doctos non convenit, ut nec ipsum nomen eiusdem ubique significationis. Duae autem sunt acceptiones magis vulgatae: vel pro malignitate vique morbi aut humoris indomita et effera, qualis atrae bilis; vel pro Lumbricis. Loca id confirmantia obvia apud Hippocratem. Foesius secundam acceptionem magis amplectitur, et *citato loco ex* 2. *Epid.* θηριώδεες exponit, *quibus interaneorum animalia autumni malignitas ingenerat.* Verum aliam acceptionem huius dictionis minus tritam nobis hic insinuare videtur *Aretaeus*, nimirum pro macie extrema, qua vultus efferatur. Pravis enim alimentis homines non solum contabescere, sed etiam efferari certum est: ἐπεὶ, inquit, τὸ θηριῶδες καὶ ἀκμάζουσι, καὶ νέοισι, οἷσι ἰσχνὴ ὑπὸ διαίτης πονηρῆς καὶ ταλαιπωρίης ἡ ἕξις. Aristoteles *in probl. p.* 112. *l.* 18. *edit. Sylburg.* διὰ τί θηριώδεις τὰς ὄψεις καὶ τὰ ἤθη οἱ ἐν τῇ ὑπερβολῇ ὄντες ἢ ψύχους ἢ καύματος. Ibi θηριώδεις τὰς ὄψεις intelligo *squallore ac macie corporis deformes et ferini.* Atque hoc sensu τὸ θηριῶδες hic accipiendum esse patet iis Symptomatis, quae in hocce affectu proponit, nempe cutis siccitate, rugis, atque asperitate; tum eos aegros ait esse μαρασμώδεας.

P. 55, 5. καὶ ἥδε ἡ διαδοχὴ τοῦ κακοῦ] Olim divinavi, διακωχὴ, *Intermissio, pausa, induciae:* sed nihil mutandum. Διαδοχὴ proprie *successio*; cui autem aliud succedit id non est perpetuum. Ita haec vox pro intervallo recte accipitur.

Ad Caput IX. περὶ τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξέων παθῶν. *De Renum acutis affectibus.*

P. 55, 18. ἐπέχει δὲ τήνδε ἢ λίθος, ἢ ἐγγιγνομένη φλεγμονὴ ἢ αἱμάλωψ] Quibus urinae fluxus intercipitur, memorata. Est autem αἱμάλωψ Archigeni *sugillatio in oculis, sanguine ex plaga in partem contusam effuso;* quasi αἷμα ἐν ὠπί. Hic vero pro *grumo sanguinis* accipitur; idemque est quod θρόμβος, ut Galenus exponit *in libello adversus Lycum* (*Tomo* V. *p.* 158. *B. l.* 15. *Ed. Aldin.*) in descriptione κυήματος, hoc est, conceptus sex dierum, tradita ab Hippocrate, *libro de natura pueri*, *p.* 236. *l.* 43. *Ed. Genev.* Haec sunt verba Hippocratis: ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ, καὶ παχεῖαι εἰλημμέναι ξὺν ἰχῶρι παχεῖ, καὶ ἐρυθρῷ, καὶ ἀμφὶ τὸν ὑμένα ἔξωθεν

αἱμάλωπες. Galenus hunc locum explicans, *ἀδιάπλαστος γάρ,* inquit, *τὶς σὰρξ μαλακὴ παραπλήσιος αἵματος θρόμβῳ, διαδέχεται τὴν πρώτην τοῦ κυήματος ἰδέαν ἐν αὐτῇ τινα ἔχουσαν, καθάπερ Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, οἷον αἱμάλωπα, ἐκ τῆς σπέρματος οὐσίας, τῆς ἐν αὐτῇ λευκότητος ὑπαρχούσης.* Ubi obiter pro *τῆς,* legendum censuerim *τινὸς,* id est, *quodam exsistente in ipsa αἱμάλωπι, mole scilicet sanguinea, albore ex seminis substantia;* quae rudimentum est partium spermaticarum, ut deinceps scribit. Ex quibus *Galeni* verbis patet, *αἱμάλωπα* ibi pro *θρόμβῳ,* hoc est, *grumo sanguinis* usurpari ab Hippocrate; quemadmodum hic ab *Aretaeo.*

P. 56, 9. *ἰκέλη ἡ ξυμφορὴ ἥδε καὶ ξυναίσθησις*] In M. S. *Mentel. ξυμμορφή.*

P. 56, 13. *ὕπνοι λεπτοὶ, ὀδυνώδεες, οὐ διηνεκέες ἐξαπίνης ἐκθορνύμενοι, ὡς ὑπὸ νύξιος*] *Θορῶ, Salio, ἐκθόρνυμι,* et *ἐκθόρνυμαι exsilio.* Sic apud Lucianum *ἀποθορεῖν ἀπὸ τοῦ ὕπνου.* Talem somni modum notat in *Caio* Suetonius: *incitabatur insomnia maxime: neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat; ac ne his quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus.*

P. 57, 4. *οἱ πλεῦνες γὰρ περιγίγνονται*] M. S. *οἱ πλεῦνες δέ.*

P. 57, 6. *ἢν δὲ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ἐνδεῶς διεξιέναι ῥηϊδίως τὸ οὖρον*] Legendum *διεξίῃ καί.*

P. 57, 8. *ὀρθῶς τάδε οἱ νοσέοντες πάσχουσι*] Iunius: *atque Iure ista aegrotantes patiuntur.* Inconsulte; *ὀρθῶς* hic idem quod *ὀρθοστάδην* apud *Hippocratem,* loca obvia.

P. 57, 11. *καὶ τὰ κατὰ τὰς κοίλας φλέβας*] Supra, *cap. 7. τὴν κοίλην φλέβα* in singulari dixit: hic in plurali, quia vena cava dividitur in adscendentem et descendentem. Aretaeus, *cap. 7. ἐντεῦθεν δὲ δοιαὶ ἐξ ἀποσχίσιος γιγνόμεναι, πέρην τοῦ ἥπατος ἀφικνέονται·* et paucis interiectis, postquam cavam descendentem descripsit, subdit: *ἀτὰρ καὶ ἥδε κοίλη.* Ob hanc causam hic in plurali *κοίλας φλέβας* dixit.

P. 57, 13. *ἀλλ' ἢ φλεγμονῇ τῇ ξὺν αἱμοῤῥαγίῃ γιγνομένῃ*] M. S. *τῇ ξὺν τῇ αἱμοῤῥαγίῃ.*

Ad Caput X. *περὶ τῶν κατὰ τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.* *De Acutis in Vesica aegritudinibus.*

P. 58, 1. *Κύστις χαλεπὴ μὲν, ἐν νούσοισι*] Hippocrates, *sect. 2. prognost. cap. 13. part. 71. κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, δειναὶ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθριαι.*

P. 58, 4. *νεῦρον γὰρ ἡ κύστις*] Nervum late accipit pro nervoso corpore: non enim proprie *νεῦρον Vesica*, sed *νευρώδης*. Galenus certe distinguit, *lib.* 3. *de alim. cap.* 5. *εὔδηλον δ' ὅτι νευρώδη μόρια τὰ κατὰ τοὺς πόδας ὀνομάζω, καθ' ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸ κυρίως καλούμενον νεῦρον, ὃ τὴν γένεσιν ἐξ ἐγκεφάλου, καὶ νωτιαίου μυελοῦ λαμβάνει.* In quo autem consistat ea similitudo, propter quam uterus et vesica partes nervosae dicuntur, aperit idem Galenus, *Com.* 1. *in* 1. *Epid. part.* 2. et nos quoque declaramus in nostris problematis Medicis.

P. 58, 10. *ἐπὶ γυναικῶν μὲν γὰρ αὐτέων καὶ ὑστέρων* (*ὑστερῶν*) *φλεγμονὰς ἀναπιέζει*] Locus mihi mendi suspectus: sed abstineo.

P. 58, 14. *ἀδρανίῃ τε περιστολῆς*] Ita Galenus, *lib.* 6. *de Symptomatum causis*; (*Tomo* 3. *p.* 24. *B. l.* 46. *Editionis Aldinae* 1525.) *περιττότερον δέ τι κατὰ τὴν κύστιν ἔοικε συμπίπτειν ὑπερπληρωθεῖσαν, ὅπερ οὐχ ἡμεῖς μόνοι τεθεάμεθα γινόμενον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλων ἐπυθόμεθα. πληρωθείσης γὰρ αὐτῆς, αἰδεσθέντων τινῶν ἐξαναστῆναι τοῦ δείπνου, καὶ οὐρῆσαι, τὴν ἐνέργειαν ἀπολέσθαι συνέβη, καὶ οὐκ ἔτι ἠδυνήθησαν ἐκκρῖναι τὸ οὖρον, κἂν ἱκανῶς βιαζόμενοι τύχοιεν.*

P. 59, 15. *ἡ βουπρήστεϊ*] Plinius, lib. 30. cap. 3. *Buprestis animal rarum in Italia, simillimum Scarabaeo longi-pedi: fallit inter herbas bovem maxime unde et nomen invenit; devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat.* Herba etiam est eius nominis, de qua Theophrastus, *lib.* 7. *histor. plant. cap.* 8. Idem Plinius, lib. 22. cap. 22. *Buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus Ciborum etiam habuere, iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est, boum certe venenum esse, quos dissilire gustata fatentur.*

P. 59, 16. *καὶ πνεύμασι ἐμπιπρᾶται ἡ κύστις*] Mira scripturae depravatio. In dictione *πνεύμασι*, lege meo periculo, *πιτυοκάμπῃσι*. Genus est erucae in piceis nascens, de quo vide Dioscoridem, *lib.* 6. *cap.* 2. Indicio est verbum sequens *ἐμπιπρᾶται* (*ἐμπίπραται*), *accenditur*. Non enim flatu vesica inflammari potest.

Ad Caput XI. *περὶ ὑστερικῆς πνιγός.* *De Vulvae Strangulatu.*

P. 60, 13. *τὸν χόνδρον τοῦ θώρηκος*] Cartilaginem in-
166 telligit, quam *ξιφοειδῆ ensiformem* Anatomici appellant: de qua Galenus, *libro* 6. *de usu partium*, *Tomo* I. *p.* 45. *B.*

l. 33. *Editionis Aldinae*, ita scribit: *διὰ τοῦτο καὶ τῷ στέρνῳ κατὰ τὸ πέρας, ὁ καλούμενος ξιφοειδὴς ἐπιπέφυκε χόνδρος, οὗτος μέν γε σαφές ἐστι πρόβλημα, τοῦ τε τῆς γαστρὸς στόματος, καὶ τοῦ ταύτῃ μέρους τῶν φρενῶν· ἤδη δὲ καὶ τῆς καρδίας.* Notat igitur *Aretaeus*, uterum hystericis ad Cartilaginem usque ensiformem interdum adscendere; et in omnem partem vagari, ceu animal quoddam sit in animali, quemadmodum de Pudendo ait Aristoteles, *libro de motu Animalium:* (*p.* 160. *l.* 16. *Edit. Sylburg.*) eam scilicet partem esse, *ὥσπερ ζῶον κεχωρισμένον.* Quae opinio etsi fuse a Galeno refellitur, *in libro* 6. *de loc. aff. cap.* 5. tamen et *Hippocratis* et *Platonis* auctoritate, *Aretaei* quoque hoc loco, atque Experientia standum potius est, quam *Galeni* rationibus, quas et ipse *Fernelius*, ut experientiae contrarias explodit, *libro* 6. *de Sympt. cap.* 16. Hippocratis verba sunt, *libro de loc. in homine*, (*p.* 423. *l.* 40. *Edit. Genev.*) *καὶ οἷον σφαῖραι* (*μῆτραι*) *ἐν τῇ γαστρὶ ὑποτρέχουσιν.*

P. 61, 16. *ἐξ ὑποθέσιος ἀμβλωθριαίου*] Crassus vertit *ex abortivi foetus causa*; oscitanter; *ὑπόθεσις* hic medicamentum significat, quod locis mulieris inditur: *ἀμβλωθριαῖος* vero dicitur, quod abortum faciat. Hippocrates *ἐν ὅρκῳ, πεσσὸν φθόριον* vocat. Iuvenalis (*Satyr.* VI. *v.* 366.) simpliciter *abortivum:*

Et quod abortivo non est opus.

P. 63, 3. *οἱ ὑμένες οἱ ὀχῆες*] M. S. *ἀνοχῆες*, *retinacula*, seu *sustentacula.* Galenus *ἀρτήματα* appellat, *libro* 6. *de loc. aff. cap.* 5.

P. 63, 5. *νεύει ὅκως πρέμνος ἔνθα καὶ ἔνθα*] Scribe, *ὅκως πρέμνον* in neutro. Comparat motum uteri cum motu arboris, quam ventus impellit in diversas partes, ob quam causam nutare videtur. Quia tamen saepius *πρέμνου* similitudo usurpatur, ad exprimendam rerum stabilitatem, quae nullam in partem inclinent; quomodo usum *Phavorinum*, cum de Socratis constantia verba faceret, testatur Gellius *Atticarum Libro* 2. *c.* 1. *πολλάκις ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον εἱστήκει, ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων·* venit mihi in mentem, fortasse Aretaeum, *ὅκως πρύμνῃ*, sicut *puppis* scripsisse, maxime cum eo spectare videantur sequentia verba, *ἄνω τε καὶ κάτω πλώει*, *sursum et deorsum natat.* Sed tamen receptam lectionem non sollicito.

Ad Caput XII. περὶ Σατυριάσεως. *De Satyriasi.*

P. 64, 1. *ξύμβολον τοῦ θείου πρήγματος*] Generationis scilicet, quae opus divinum est, nempe participatio aeternitatis in rebus interitui obnoxiis. Generant enim animalia et plantae, *ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν, ᾗ δύνανται,* inquit Aristoteles, *libro* 2. *de Anima:* (*pag.* 28. *l.* 26. *Edit. Sylburg.*) quare generationem eleganter *θεῖον πρῆγμα* vocat Aretaeus. Porro verba haec citat ex Plutarcho, *in Pericle*, Claudius Minos, *Commentariis in Alciati emblemata*, *embl.* 72. manifesto lapsu memoriae; sed et iudicii, qui non adverterit Ionicae dialecti verba, quae nusquam apud *Plutarchum.*

P. 64, 3. *ἐπίκλησις σατυρίησις*] Galenus alio flexu *σατυριασμὸν* appellat, *libro* 2. *Methodi*, *Tomo* 4. *p.* 25. *B. l.* 29. *Editionis Aldinae.* Item in libro *de tumoribus praeter naturam, tomo* 3. *p.* 84. *B. l.* 53. ubi et varios affectus ea voce significari docet: Nam et incipientem *Elephantiasim* ita appellari notat, et tubercula iuxta aures: *τοῦτο τὸ πάθος ἀρχόμενον ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, ἐπειδὴ τοῖς σατύροις ὅμοιοι γίγνονται τὸ πρόσωπον· ἔνιοι δὲ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξοχὰς ὀστώδεις οὕτω καλοῦσιν. γίγνονται δὲ καὶ κατ᾽ ἄλλα μόρια τοιαῦται τῶν ὀστῶν ἐξοχαί· καὶ καλοῦσιν αὐτὰς ἐξοστώσεις ἔνιοι, καθάπερ καὶ τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας, τινὲς ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, τινὲς δὲ πριαπισμόν.* Tolle obiter mendum, *κατὰ φύσιν*, pro quo scribe, *παρὰ φύσιν.* Est et morbus *σατυρίας* dictus Aristoteli, *libro* 4. *de gen. an. c.* 3. cum humore nimio facies tumet, ut Satyris. De *Satyriasi* iterum noster, *capite περὶ ἐλέφαντος.*

Ibid. *ἐς ὁμοιότητα τοῦ θεοῦ σχήματος*] Galenus, *citato libro Methodi*, ubi de morborum nomenclaturis, *σατυριασμὸν* et *πριαπισμὸν* iis morbis annumerat, qui nomen *ἀπὸ τῆς πρός τι τῶν ἐκτὸς ὁμοιότητος* acceperunt.

P. 64, 15. *ὅκωσπερ τοῖσι ὀργῶσι τῶν τράγων*] *ὀργᾷν* proprie dicuntur animalia, cum ad aliquem affectum irae, vel timoris, vel audaciae, certa corporis mutatione incitantur: non enim ad rem veneream tantum pertinet id verbum, ut plerique existimant. Aristoteles, *libro* 1. *de anima:* (*pag.* 3. *l.* 25. *Ed. Sylb.*) *μηνύει δὲ τὸ ποτὲ μὲν ὑπὸ ἰσχυρῶν καὶ ἐναργῶν παθημάτων συμβαινόντων μηδὲν παροξύνεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι· ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ μικρῶν καὶ ἀμαυρῶν κινεῖσθαι, ὅταν ὀργᾷ τὸ σῶμα, καὶ οὕτως ἔχῃ, ὥσπερ ὅταν ὀργίζηται.* Ex quibus verbis liquet hoc

verbum *κατασκευὴν* indicare corporis ad aliquem animi motum, ceu inchoatum affectum. Sic apud *Suidam,* Herodotus ad *Olorum* patrem Thucydidis; *μακαρίζω σε Ὄλορε τῆς εὐτεκνίας· ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα.* Quapropter non plane assentior *Galeno,* cum explicans *Aphoris.* 22. *sect.* 1. ait hoc verbum translatum esse ab animalibus ad Venerem concitatis. Latius enim patere hoc verbum, origo ipsa indicat: ab *ὀρέγω* enim appeto, per Syncopen factum est, *ὀργῶ,* inde et *ὀργή.* Hippocrates *ὀργίσασθαι τὸ ὅμοιον* dixit, 6. *Epid. com.* 2. 167
pro *humores πρὸς ἔκκρισιν ἑτοίμους παρασκευάσαι, promptos paratosque ad excretionem facere.*

P. 65, 13. *λόγος δὲ ὅτι καὶ γυναῖκες*] Disputatio hic de nomine, ut vulgo loquuntur. Negat *Aretaeus* foeminas Satyriasi laborare, quod non habeant *μόρια ἐς ὀρθίησιν,* caudam videlicet salacem, quae praeter naturam recta maneat, qualem Satyri habent. Verum, ut largiamur ea causa in foeminis *σατυρίασιν* dici non posse; attamen hoc non obstat, quominus affectus idem, qui viris *ὀρθίασιν* facit, iis vere accidat: nam et mulieres tentiginem pati suo modo testatur Galenus *libro* 14. *de usu part. tom.* 1. *p.* 83. *B. l.* 21. *Edit. Aldin. αὐτὸν* (supple *αὐχένα τῆς ὑστέρας*) *ἐκεράσατο δικαίῳ μέτρῳ, σκληρότητος μὲν νείμασα τοσοῦτον, ὅσον εὐρύτητά τε ἅμα καὶ εὐθύτητα παρέξειν αὐτῷ σύμμετρον ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐν ταῖς τοῦ σπέρματος ὑποδοχαῖς,* etc. Paulus Aegineta, *lib.* 3. *cap.* 56. diserte de Satyriasi agens, *ἔστι δὲ τὸ νόσημα σπάνιον μὲν καὶ γυναιξὶν συμβαῖνον.* Quod autem foeminae affectum ipsum, qui subest ei nomini, patiantur, confirmari potest verbis Iuvenalis de *Messalina, Satyr.* 6. *v.* 128.

— tamen ultima cellam
Clausit adhuc ardens rigidae tentigine vulvae.

Cum enim impudicissima illa mulier, nulla veneris abundantia satiari posset, ut ipsemet ait *Iuvenalis,* plane affirmare licet, hanc laborasse eo affectu, qui in viris Satyriasis dicitur; utpote quae, ut initio Aretaeus definit, nihil aliud sit quam *ὁρμὴ ἄσχετος ἐς ὁμιλίην, libido effraenis;* quae nullo concubitu sedari potest; *οὐδὲ ἐπὶ πολλοῖσι καὶ συνεχέσι ὁμιλίῃσι πρηΰνονται τὸ ὄρθιον.* Eiusmodi esse et furorem uterinum arbitror Satyriasi virorum analogum; quem, ad clariorem doctrinam, *μαχλοσύνην* appellat *Aretaeus,* quasi propria sit foeminarum *μαχλοσύνη,* verbis, ut verisimile est, *Hesiodi* inductus his: *μαχλόταται δὲ γυναῖκες.* (*Ἐργ. v.* 584.)

AD

ARETAEI CAPPADOCIS
CAPUT I. LIBRI PRIMI.
QUI DE
CAUSIS ET SIGNIS DIUTURNORUM MORBORUM.

P. 67, 8. *Ἁμαρτάνουσι ἐν τῇσι μαρκῇσι διαίτῃσι*] Hippocratis, *de aegrorum intemperantia*, elegans sententia est, *libro περὶ τέχνης· καὶ πλήρεις μὲν τῆς νόσου, κενοὶ δὲ σιτίων, ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἡδέα μᾶλλον, ἢ τὰ πρὸς ὑγιείην προσδέχεσθαι.*

P. 68, 3. *θανάτου δῆθεν αὐτέου ὀρεγόμενοι*] Aliter Hippocrates, citato loco; *aegros nolle quidem mori, sed tamen morbi molestiam constanter ferre non posse, οὐκ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδυνατέοντες.* Sed non diversa *Hippocrati* sentit Aretaeus verum transpositio particulae, *ὡς*, sententiam corrumpit. Ita enim legendum: *ὑποδιδρήσκουσι οἱ κάμνοντες, ὡς θανάτου δῆθεν ὀρεγόμενοι,* id est, *sic curationum molestias subterfugiunt, ac si mortem plane expeterent.*

P. 68, 5. *καὶ χάριτος ἀβλαβοῦς τῶν ἡδέων*] De hac re Hippocrates hoc modo, *in sexto Epid. sect.* 4. *part.* 7. *αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρίως δρᾷν ἢ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύῃ, ἀλλὰ μὴ μεγάλα βλάπτῃ.* Eodem spectat illud *in Aphor. τὸ σμικρῷ χεῖρον*, etc.

Ibid. *Καὶ παραιφάσιος*] Ionice pro *παραφάσιος* a verbo *παράφημι*, significatque *admonitionem, consilium, consolationem, deceptionem.* Homerus, *Iliade λ. ν.* 792. *ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου, bona est amici admonitio.* Idem Homerus, *Iliade ξ. ν.* 217. ubi ceston *Veneris* describit:

Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
Πάρφασις, ἥπερ κλέψε (ἥ τ' ἔκλεψε) νόον πύκα περ φρονεόντων.

Ubi *πάρφασις* videtur accipi pro blanda persuasione, qua quis decipitur: et hae acceptiones huius nominis probe quadrant huic loco. Nam et Medicorum est admonere aegrotos, et blanda oratione permulcere ac consolari, non acerbe increpare atque corrigere; ut quidam *Callianax*, qui

aegro interroganti, num ex eo morbo moreretur, respondit *Homerico versu* 107. *Iliadis* φ.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Refert Galenus, *Com.* 4. *ad* 6. *Epid. part.* 7.

Sed etsi *deceptionem* hac voce intelligamus, quemadmodum *Iunius*, nihilo secius commoda erit interpretatio: siquidem et aegri interdum decipiendi sunt, cum aliter curari non possunt. Sic Galenus, *libro* 14. *Meth.* Illustrem 168
foeminam *Romae* herpete laborantem, et medicamentum ad ad bilem purgandam sumere pertinaciter recusantem, fefellit utiliter, immisso clanculum in serum lactis Scammoniae pauxillo. Lucretius, *libro* 1. *v.* 935.

Nam veluti pueris absinthia etc.

Notissimi sunt versus et obvii. Ob hanc causam Plato *libro* 3. *de Republ.* Medicis, sicut et Magistratibus, mendacium concedit: *εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι, καὶ τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον· ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει δηλονότι τό γε τοιοῦτο ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον.*

P. 68, 6. *καὶ τὸν νοσέοντα χρὴ ἄλκιμον ἔμμεναι*] Hippocrates, *Aphoris.* 1. *sect.* 1. *δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα* (*ποιεῦντα*), *ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα.*

Ad Caput II. *περὶ κεφαλαίης.*
De Cephalaea.

P. 68, 14. *Κὴν ἐπὶ πλεῦνας*] Aut reponendum, aut subaudiendum, *ἡμέρας* ad plures dies.

P. 68, 16. *καὶ προσεπιγίγνηται μέζω τε καὶ πλεῦνον δυσαλθῆ*] Locus videtur corruptus: duo haec nomina *μέζω, δυσαλθῆ*, ad vocem *ἄλγημα* referri debent; at quomodo in hoc flexu, scribendum enim esset *μέζον, δυσαλθές*. Sed video: sunt haec neutra pluralis numeri post substantivum singulare, *κατ' ἐναλλαγὴν Ionibus* atque etiam *Atticis* familiarem: *πλεῦνον* quoque male pro *πλεῦν*. Ita enim Iones pro *πλέον;* ut passim apud *Herodotum.*

P. 69, 2. *Ἀΐδιος ὁ πόνος*] Ita Graeci *ἀεὶ*, et *ἀΐδιον* dicunt, quod longo tempore perseveret. Ab his Plinius, *libro* 17. *cap.* 43. ubi de visco agit: *adiiciunt discrimen visco, in his quae folia amittant, et ipsi decidere: contra inhaerere nato in aeterna fronde.* Exempla obvia apud bonos auctores.

P. 69, 3. *ἀμφιμερινὸν, παρ' ἡμέρην*] Scribe *ἀμφημερινὸν, ἢ παρ' ἡμέρην, ut iis qui quotidiana febre, aut*

tertianâ laborant. Ita Graeci *ἀμφημερινὸν* vocant, cuius accessiones quotidiè prehendunt: *παρ᾽ ἡμέρην*, quae alternis diebus redit. Hanc et *διὰ τρίτης* iidem Graeci vocant; unde *τριταῖος πυρετός*. Hippocrates, *Aphor.* 12. *sect.* 1. *καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀντεπιδόσιες, ἤντε καθ᾽ ἡμέρην, ἤντε παρ᾽ ἡμέρην, ἤντε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται.* Galenus *in Commentario* haec explicans, *quotidianam, tertianam,* et *quartanam* febrem subiicit.

P. 69, 11. *ὦς*] Auris, pro *οὖς*.

P. 70, 1. *κέρασι ἴκελοι*] Alias *κεράεσι*.

P. 70, 2. *ὀφθαλμῶν ὑποβρύχιος πόνος ἄχρι μηνίγγων*] Galenus, *libro* 3. *de loc. aff. cap.* 9. Interni doloris signum hoc facit, si oculorum radices doleant: *οὐκ ἀπεικὸς δὲ τοῖς μέν τισιν αὐτῶν τὰς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὀδυνᾶσθαι μήνιγγας, ἐνίοις δὲ τὸ περικράνιον· ἡ διάκρισις δὲ αὐτῶν ἐν τῷ διήκειν, ἢ μὴ διήκειν τὰς ὀδύνας εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν. Εὔλογον γὰρ οἷς ἡ διάθεσις ἔνδον τοῦ κρανίου, τούτοις εἰς τὰς τῶν ὀφθαλμῶν βάσεις ἀφικνεῖσθαι τὸν πόνον· ἐπειδὴ καθήκουσιν εἰς αὐτὰς ἀποφύσεις ἐξ ἐγκεφάλου τε καὶ ἀμφοτέρων μηνίγγων, ἔτι τε καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἀγγείων.* Sed hac distinctione quidem frustra est *Galenus*; quando et externum dolorem ad radices oculorum pertingere consentaneum est, ob eam causam; quod pericranium, cui inhaeret, oculorum orbitam praetexit.

P. 70, 3. *ἱδρὼς ἄσχετος τενόντων ἐξαπίνης ἄλογος, ὥσπερ εἴ τινος πατάξαντος ξύλῳ*] Iunius: *sudor ex tendonibus immodicus effluit repente, neque cohiberi potest, neque ulla causa processit, perinde ac si quis ligno plagam inflixerit.* Absurdam esse hanc sententiam, nemo non videt: incusso enim fuste tendonibus quidem citra vulnus, vibex ex contusione sequitur; cum vulnere sanguis profluit, non sudor. Deinde ut sudor profluat, quomodo is *ἄλογος absque causa,* cum dolorem capitis sequatur? Quare ita haec distinguenda sunt: post *ἱδρὼς ἄσχετος*, ponatur virgula: tum in his; *τενόντων ἐξαπίνης ἄλογος*, reposita, quae excidit, voce *πόνος*, lego *τενόντων πόνος ἐξαπίνης ἄλογος*· hoc est, *tendinum dolor subitus sine causa, quae quidem appareat.* Ita Galenus, 5. *de sanitate tuenda* (*tom.* 4. *p.* 26. *B. l.* 13. *Edit. Aldin.* *ἡμικρανίᾳ γοῦν ἐνοχλοῦνται πολλοί, καὶ τένοντας ἄλλοι συνεχῶς ἀλγοῦσιν ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν*· quem locum respexisse videtur *Aretaeus.*

Ad Caput IV. *περὶ Ἐπιληψίας.*
De Morbo Comitiali.

P. 72, 5. *ἡλικίῃσί τέ τισι κρείττοσι*] Meliorem aetatem appellat adolescentiam; quomodo *Afranius* malam aetatem pro senectute usurpavit hoc versu:

Mala aetas nulla delinimenta invenit.

Et Plautus, *Mostell.* (at legitur in *Menaechm. Act.* 5. *Scen.* 2. *v.* 6.)

Ut aetas mala, mala merx est ergo. 169

Virgilius:

Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit.

P. 72, 6. *ὥρῃ τῇ ὡραίῃ*] Eadem forma dictum, qua *οἶνος οἰνώδης.*

P. 72, 7. *ὑπ' εὐτυχίης*] Secundae fortunae adscribit, quod morbus Comitialis commutatione aetatis tollatur: quia videlicet non omnes ita liberantur: immo pauci quos aequus amavit Iupiter, eo beneficio fruuntur. De prospera in morbis fortuna infra fusius dicemus.

P. 72, 8. *δι' ἄλλης ἡλικίης μέζονος*] De hac re est *Aphoris.* 45. *sect.* 2. *τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν*, etc. *ἡλικίην μέζονα* intelligit *Iuventutem*, quae cum sit calida et sicca, pituitas illas, morbi Comitialis auctores, absumit aut discutit.

P. 72, 10. *φθόνῳ τοῦ κάλλεος*] Olim *φθόρῳ*, suspicabar legendum: sed nihil muto. Alludit ad vulgi opinionem, qua credebantur formosi pueri laedi invidia contuentium, atque fascinari: qua de re fuse Plutarchus *in Sympos. libro* 5. *cap.* 7. Heliodorus *libro* 3. *Aethiop. cap.* 8.

P. 72, 12. *Οὔτε ἡλικίης μεταβολαῖς ἔξοδον πείθεται*] Lege *ἐς ἔξοδον.*

P. 73, 1. *ἐπὶ ἀφόδῳ*] Comitialibus sub finem accessionis alvi retrimenta prodire, patet, *ex Libello de morbo sacro: ἣν δὲ καὶ τῆς κόπρου τι παρίῃ, ὃ πολλάκις τισὶ γίνεται ὑπὸ τῆς νόσου* (*νούσου*) *βιαζομένοισι, Ἐνοδίου πρόσκειται ἡ προσωνυμίη.* Quibus verbis insuper exagitatur impostura sacrificulorum, qui symptomata teterrima ei morbo accidentia, certis Diis assignabant, ut stercoris secessum *τῇ Ἐνοδίῳ.* Coniectura, ut apparet, sumpta ab affinitate nominum, *ἄφοδος*, quod *alvi retrimentum* significat, et *ἐνόδιος.* Haec enim nomina ab eodem, nempe *ὁδὸς* quod est *via*, additis initio praepositionibus derivata et conflata. Qua coniectura quid futilius dici potest? Erat autem *Ἐνόδιος*, cognomentum *Dianae*, cui *Colophonios* catulum ni-

grum immolasse Auctor est Pausanias, *in Laconicis; θύουσι γὰρ Κολοφώνιοι μέλαιναν τῇ Ἐνοδίῳ σκύλακα.* Foesius ad hunc locum *Dianam* compitalem fuisse autumat.

P. 73, 3. *ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι*] A Luna immitti hunc morbum iis, qui ipsius numen violassent, priscis illis persuasum fuit: unde verbum *σεληνιάζεσθαι*, et *σεληνιαζόμενοι* apud Matthaeum, *Capite* 4. *ποικίλαις νόσοις, καὶ βασάνοις συνεχομένους καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους.* et, *cap.* 17. *Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει, πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.* Ex quibus verbis liquet, *Epilepticos* dici *Lunaticos.* Galenus, *libro* 3. *de diebus Criticis, capite* 2. a Luna comitialium circuitus custodiri asserit? *ἱερὰ νόσος αὕτη τῇ σελήνῃ ἀνάκειται· ὑπὸ ταύτης (ταύτην) γίνεσθαί φασι.* Suidas in *ἱερὰ νόσος.* Idem *ἱερὴν* interpretatur *θαυμαστήν.* Invaluit autem ea opinio, quod viderent morbum augeri statis Lunae temporibus, nempe plenilunio, aut interlunio. Cuius discriminis causam acute explicat Vallesius, *libro de sacra philosophia cap.* 71.

Ibid. *ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην*] Hanc quoque causam ait esse, cur is morbus sacer dicatur, quod nimirum a *Luna*, quae Dearum una, immitti credatur: quam stultam persuasionem pluribus argumentis convellit Hippocrates, *lib. de morbo sacro.* (*p.* 301. *l.* 15. *ed. Gen.* 1657.) Alias vero ipse affert, nempe morbi magnitudinem; *ἱερὸν γὰρ* (inquit) *τὸ μέγα*: quo sensu *ἱερὸν ὀστοῦν* a magnitudine dictum Anatomicis; et *ἱεραὶ νόσοι* omnes magni et periculosi morbi, apud Athenaeum, *lib.* 7. *cap.* 10. ubi de *Menecrate* Medico: *τοὺς οὖν θεραπευομένους ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἱερὰς καλουμένας νόσους συγγράφεσθαι ἠνάγκαζεν, ὅτι ὑπακούσονται αὐτῷ δοῦλοι περισωθέντες.* Ad quem locum *Casaubonus* notat *ἱερὰς νόσους* ibi esse, *ἀπεγνωσμένας,* desperatos morbos. Atque hoc sensu *ἱερὸν λόχον sacrum agmen* Thebanis dictum interpretari licet, quod eius praecipua esset vis, eoque maxime confiderent, utpote quod ex selectis viris et bellica virtute spectatissimis conflatum esset; ut innuit Plutarchus, *in Pelopida: τὸν δ' ἱερὸν λόχον (ὥς φασιν) συνετάξατο Γοργίδας ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων, οἷς ἡ πόλις ἄσκησιν, καὶ δίαιταν ἐν τῇ καδμείᾳ στρατοπεδευομένοις παρεῖχεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ πόλεως λόχος ἐκαλοῦντο.* Verum haec ratio stare non potest, quia tunc plures essent *ἱεραὶ νόσοι;* At unum esse hunc, de quo agimus, nempe comitialem eo nomine cognitum, liquet ex libro de morbo sacro, et aliorum Medicorum li-

bris: εἰ δὲ διὰ τὸ θαυμάσιον, θεῖον νομιεῖται, πολλὰ τὰ ἱερὰ νοσήματα ἔσται, καὶ οὐχὶ ἕν.

P. 73, 5. ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπείης, (ἀνθρωπίης alias ἀνθρωπίνης)] Superstitiosas Magorum curationes intelligit, de quibus diligenter Hippocrates, *citato Libro.*

P. 73, 6. ἢ Δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἴσοδον] Daemonis in homines ingressu morbum Comitialem conflari existimabant, qua opinione *Mahumetum*, Turcarum Legislatorem, usum ferunt, ad persuadendum illis Barbaris, quod statis temporibus ad se Angelus *Gabriel* accederet, cuius adspectu exanimaretur: at nebulo iste, ab ineunte aetate, morbo comitiali corripiebatur. Quod autem ea opinio de Daemonis insultu pervulgata esset, ex citato saepius *Hippocratis* Libro perspici potest; ἡρώων ἐφόδους nominat: et causam declarans, cur miseri illi accessum morbi praesentientes in loca secreta se includant: τοῦτο δὲ (inquit) 170 ποιέει ὑπ' αἰσχύνης τοῦ πάθεος, καὶ οὐχ ὑπὸ φόβου, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, τοῦ δαιμονίου.

P. 73, 10. ἐξάνθρωποι] Qui semoti ab hominum societate vivunt.

Ad Caput V. περὶ μελαγχολίης. *De Atra Bile.*

P. 74, 5. κάτω δὲ ἐξιοῦσα, οὐ κάρτα ἀνώλεθρον] Non temere bilem exacte atram, excerni absque pernicie docet Galenus, *libro de atra bile*, (*tom.* 3. *p.* 86. *A. l.* 18. *Edit. Ald.*) his verbis: ἐγὼ δ' ἐκ μειρακίου παρὰ Πέλοπι τῷ διδασκάλῳ μαθὼν ἑκατέρου τῶν χυμῶν τὰ γνωρίσματα, κἄπειτα παραφυλάττων αὐτὰ δι' ὅλου τοῦ ἐμοῦ βίου μέχρι δεῦρο, τὸν μὲν τῆς ἀκριβοῦς μελαίνης χολῆς χυμὸν ὀλεθρίως ἐκκρινόμενον ἐθεασάμην ἀεί.

P. 74, 13. φυσώδεας τούσδε ἐκίκλησκον οἱ πρόσθεν] Genus melancholiae, quod a ventriculi cruditatibus nascitur, intelligendum est, quo qui laborabant φυσώδεες dicti; sicut et ipse morbus, flatuosus a quibusdam cognominatus est; ut quidem *Diocles* testatur apud Galenum, *lib.* 3. *de loc. aff. tom.* 3. *p.* 42. *B. l.* 21. *Ed. Ald.* Verba *Dioclis* sunt eiusmodi: ἄλλο δὲ γίνεται μὲν περὶ τὴν κοιλίαν· ἀνόμοιον δ' ἐστι τοῖς προειρημένοις. καλοῦσι δ' αὐτὸ, οἱ μὲν μελαγχολικὸν, οἱ δὲ φυσῶδες. etc. Huc spectant verba Philosophi, *sect.* 30. *probl.* 1. ὅτε χυμὸς, καὶ ἡ κρᾶσις ἡ τῆς μελαίνης χολῆς πνευματικά ἐστι; δι' ὃ καὶ τὰ πνευματώδη πάθη, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μελαγχολικὰ οἱ ἰατροὶ φασιν εἶναι. Ibid. οἱ μελαγχολικοὶ πνευματώδεις. Causa au-

tem, cur melancholici flatulenti sint, abundantia est cruditatum, quae in iis gignuntur vitio, cum temperamenti frigidi et sicci, tum humoris nigri, qui calori adversatur.

P. 74, 13. *μετεξετέροισι δὲ οὔτε φῦσα, οὔτε μέλαινα χολὴ ἐγγίγνεται*] Genus quoddam melancholicorum proponit, qui neque flatibus, neque bile atra abundant, sed ira immoderata, moerore, atque ingenti animi consternatione produntur: eos nihilominus melancholicos appellari tradit, quod irae argumento bilis denominationem sortiantur; sicut immanitas irae nigredinis appellatione intelligitur: nigredo enim inauspicati, ac perniciosi symbolum censetur. Declarat id versibus Homeri, *ex Iliade* A, *v.* 101.

— — — τοῖσι δ' ἀνέστη
Ἥρως Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

Ubi *μέλαινας φρένας* exponit furenter iracundas, nigroris appellatione, ut dixi, ad immanitatem affectus translata. Cui congruit Scholiastes, qui *μέλαινας τεταραγμένας διὰ τὴν ὀργὴν* exponit. Eodem igitur et sensu *Virgilius* dixerit: (*Aeneid.* VIII, *v.* 19.)

Hic vero Alcidae furiis exarserat atro
Felle dolor.

Id est, immani et perniciosa ira.

P. 75, 5. *Ευτε ἂν ὑπὸ τοῦ κακοῦ κτεινέωνται*] Ait hosce iracundos, fieri melancholicos, cum eo malo moriuntur; hoc est, cum affectus ad extremum pervenit. Verbum *κτείνω* non semper significat separationem animae a corpore, sed excessum rei cuiuspiam, qui non longe absit a morte, ut in hoc verbo *λιμοκτονεῖν*. Sic in *Ciri* Virgiliana: (*v.* 235.)

— — cum moesta parentis
Formosos circum virgo morerere capillos.

Lucretius 4. *v.* 1116.

— ῥαδινὴ vero est iam mortua tussi.

P. 75, 6. *ἐπὶ μιῇ φαντασίῃ*] Proprium id melancholicorum, ut uni cuidam imagini mentem addictam habeant. Themistius *ad Librum de divinatione: οὕτω καὶ οἱ ἐμμανεῖς ἐχόμενα τοῦ ὁμοίου διανοοῦνται καὶ βλέπουσι, καὶ πρὸς τούτοις διὰ τὴν σφοδρότητα οὐκ ἐκκρούεται αὐτῶν ἡ κίνησις ὑφ' ἑτέρας κινήσεως.* Ob eam causam hosce imagini uni addictos, comparat Aristoteles *Philaegidae* poëmatis, quod ea, *μεταβολὰς προσώπων καὶ διηγημάτων μεταπτώσεις*, id est, *vices personarum et narrationum varietates nusquam haberent*, inquit Themistius, *eodem loco.*

P. 75, 10. *ἐς λύπην καὶ θυμηδίην μοῦνον*] Mendi mihi suspectus locus. Haec enim sententia est; melancholiam videri initium esse ac rudimentum *μανίας*, id est, *furoris, insaniae*, quod furentibus animus modo ad iram, modo ad hilaritatem declinet: Melancholici ad tristitiam et iram tantum. Quocirca pro *θυμηδίην* legendum censeo *ὀξυθυμίην*, vel, ut legit *Iunius, ἀθυμίην*. Ratio constat huius emendationis. Dicit Aretaeus *melancholiam esse initium furoris:* ergo oportet aliquid esse in furore, quod non sit in melancholia. Furori insunt *ira* et *θυμηδίη*, id est, *voluptas:* non igitur melancholiae cum tristitia haec inesse potest; alioqui non differrent hi affectus. Nam et melancholiae coniunctam esse iram, *Aretaeus* ipse fatetur, in signis melancholiae recensendis: *ὀργὴ δ' ἄκρητος, καὶ λύ-* 171
πη, καὶ κατηφείη δεινή. Et in calce huius capitis de Iuvene, quem amor liberavit a melancholia: *ἐπεὶ δὲ τὸν ἔρωτα ξυνῆψε τῇ κούρῃ, παύεται τῆς κατηφείης καὶ διασκίδνησι ὀργήν τε καὶ λύπην*. Et Plutarchus *de Lysandro in parallelis, ἤδη δὲ παντάπασιν χαλεπὸς ὢν ὀργὴν, διὰ τὴν μελαγχολίαν ἐπιτείνουσαν εἰς γῆρας, παρώξυνε τοὺς ἐφόρους*. Quod autem differant melancholici ab insanis hoc discrimine *θυμηδίης*, quod ea scilicet careant, quamdiu melancholici permanent; luce clarius declarat *Aretaeus*, cum ait: *ἢν δὲ ἐξ ἀθυμίης ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε διάχυσις γένηται, ἡδονὴ προσγίγνεται ἐπὶ τοῖσι πλείστοισι· οἱ δὲ μαίνονται*. Quibus ex verbis liquet, melancholicos, cum e tristitia in hilaritatem transeunt, non amplius dici melancholicos, sed furentes. Sed hoc ad iudicandum aliis malim credi a me propositum, quam quod lectionem vulgatam sollicitandam putem: cum apud *Paulum Aeginetam* inter signa melancholicorum, risum quoque positum videam: *καὶ τοὺς μὲν ἀεὶ γελᾶν, τοὺς δὲ κλαίειν. lib. 3. cap. 14.*

P. 75, 12. *οὐκ ἐπὶ ἑνὶ εἴδεϊ*] De variis melancholicorum imaginibus, vide Galenum, *lib. 3. de loc. aff. cap. 6.*

P. 75, 17. *ἀπὸ κοίων*] Scribe *ἀπ' ὁκοίων*, non aspirato *π. ἰωνικῶς.*

P. 76, 3. *τὸ παράλογον τῆς ὀξυθυμίης ἐς γέλωτα*] Lege *ἀθυμίης*, ad marginem versionis Latinae recte notatum, *tristitiae.*

P. 76, 7. *κάκιον δὲ ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες ἐκμαίνονται*] Eadem ratione, qua *ὀξυθυμώτεραι, proniores ad excandescentiam,* nimirum ob iudicii infirmitatem. Argumento esse potest quod de Bacchantibus legimus, quae a furore *μαινάδες* dicebantur. In iis enim Orgiis foeminae primas partes tenebant furoris quadam praerogativa, praesertim in

Thracia, de quibus Plutarchus ita scribit *in Alexandro:* ἕτερος δὲ περὶ τούτων ἐστὶ λόγος, ὡς πᾶσαι μὲν αἱ τῇδε γυναῖκες, ἔνοχοι τοῖς ὀρφικοῖς οὖσαι, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς ἐκ τοῦ πάνυ παλαιοῦ, κλώδωνές τε καὶ μιμαλλόνες ἐπωνυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς ἠδωνίσιν, καὶ ταῖς περὶ τὸν αἷμον (αἷμον) θρῄσσαις ὅμοια δρῶσιν, et quae sequuntur. Ad alia etiam, in quibus furore opus, foeminae semper quaesitae, ut *Sibyllae* ad vaticinandum; quod furoris opus existimatur. Quantus autem fuerit *Sibyllarum* furor, liquet ex iis quae de *Cumaea* vate cecinit Maro, 6. *Aeneidos*, *v.* 46. Tanta enim vis furoris illius fuit, ut quaedam in accessione exanimarentur, ut de quadam refert Plutarchus, *libro de defectu oraculorum.*

P. 76, 9. ἔαρ δὲ κρίνει] Recte et congruenter Galenus, qui exponens *Aphoris.* 20. (*sect.* 3.) quo morbi Veris enumerantur, in quibus τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, etc. eam causam affert, quod eo tempore morborum seminaria ad extremas partes et cutem quodam criseos impetu pellantur: quo fit, ut pericula, quae a pravis humoribus impendebant, plane avertantur, sitque Ver ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες. Ver igitur aucto naturae vigore, multos, quos autumnus gignit, morbos iudicat.

P. 76, 13. καὶ τάρβος ἔκτοπον] Aristoteles, *sect.* 30. *probl. p.* 2616. *l.* 11. *ed. Sylb.* ubi de moribus melancholicorum agit; ἄλλοις δὲ (inquit) ἀθυμίαι ἰσχυραὶ, ἢ φόβοι· τοῖς δὲ θάῤῥη λίαν, οἷον καὶ Ἀρχελάῳ συνέβαινε τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ. Suetonius, *cap.* 51. *de Caligula;* quem fuisse melancholicum ex ipsius vita colligi potest; *non immerito* (inquit) *mentis valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam* (hoc τάρβος ἔκτοπον) *et contra nimium metum.*

P. 76, 14. εὖτε καὶ ὄνειροι ἀληθέες] Aristoteles, *libro de divinatione per insomnia:* μελαγχολικοὶ, διὰ τὸ σφόδρα ὥσπερ βάλλοντες πόῤῥωθεν, εὔστοχοί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μεταβλητικὸν ταχὺ τὸ ἐχόμενον φαντάζονται αὐτοί. Themistius *ad eum locum:* καὶ αὐτοὶ τὸ μέλλον ὥσπερ προαρπάζουσι τῷ τάχει τῆς κινήσεως· εὐμετάβολον γὰρ ὂν τὸ φανταστικὸν αὐτοῖς ταχὺ τὸ ἐχόμενον τῆς ἀρχῆς τῶν ἐσομένων φαντάζεται.

P. 76, 15. ὁκόσα γὰρ ὑπερεκτρέπονται οὔπω οἱ κακοῦ] Corrupta ni fallor lectio. Crassus: *quotquot enim valde adversantur, ea non protinus huic malo insunt, sed per quietem videntibus sese offerunt:* quae versio nec Graeco contextui quadrat, nec probum sensum prae se fert. Sic igitur emendo: οὔπω ὄντος κακοῦ· *quae longius a statu*

naturali discedunt, haec, nondum praesente malo, imaginatione in somnis praecipiunt atque occupant. Cum dictionis, *ὄντος,* posteriores literae evanuissent, atque etiam litera *ν,* ex parte adesa, superesset, *ὄν,* indocti quidam, ex iis reliquiis fecerunt *οἷ,* hoc est, pronomen tertiae personae in dandi casu, quod hic locum habere non potest.

P. 77, 1. *ἀλλὰ ποικιλίη νοσήματος*] Morum inaequalitatem in melancholicis animadvertit quoque Aristoteles. *sect.* 3. *probl.* 1. *ὅσοις δὲ ἐν τῇ φύσει συνέστη κρᾶσις τοιαύτη, εὐθὺς οὗτοι τὰ ἤθη γίνονται παντοδαποί.* Ibidem: *διὰ μὲν τὸ ἀνώμαλον εἶναι τὴν δύναμιν τῆς μελαίνης χολῆς, ἀνώμαλοί εἰσιν οἱ μελαγχολικοί.*

P. 77, 5. *βίον ζώωσι ζωώδεα*] Causam reddit Philosophus, *libro de somno et vigilia, cap.* 3. *οἱ δὲ φλεβώδεις οὐχ᾽ ὑπνωτικοὶ δι᾽ εὐρύτητα* (*εὔροιαν*) *τῶν φλεβῶν, ἂν μή τι ἄλλο πάθος ἔχωσιν ὑπεναντίον, οὐδ᾽ οἱ μελαγχολικοί· κατέψυκται γὰρ ὁ εἴσω τόπος, ὥστ᾽ οὐ γίνεται αὐτοῖς πλῆθος ἀναθυμιάσεως. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ βρωτικοὶ, σκληροὶ ὄντες· ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ἀπολελαυκότα διάκειται τὰ σώματα αὐτοῖς.* Quia male nutriuntur melancholici ob duritiem corporis, et sanguinis nigri acerbitatem: idcirco perpetuo esuriunt, ut inter cibos *Tantalus:* hinc voracitas. Galenus, *libro de plenitudine, Tom.* 3. *p.* 82. *A. l.* 36. *Ed. Ald.* Sapori acido succi melancholici ventriculum imbuen- 172
tis id adscribit: *ἱκανῶς δὲ πινώδεις* (lege *πεινώδεις*) *εἰσὶν, οἷς ἂν ἡ μέλαινα χολὴ τὴν ὀξεῖαν ποιότητα κρατοῦσαν ἔχει.*

P. 77, 10. *ἀγρυπνίη δὲ σκίδνησι ἐς τὴν ἔξω φορήν*] Ob hanc causam Hippocrates vigiliam *voracem* dixit. 6. *Epid. p.* 1180. *F. ed. Genev.* 1657.

P. 77, 13. *φυσώδεες καθ᾽ ὑποχόνδριον*] Eiusmodi melancholia *hypochondriaca* appellatur, Arabibus *Mirachialis* a voce *Mirach,* quae eorum lingua significat *hypochondrium.* Huius meminit Aristoteles *sect.* 30. *probl. δι᾽ ὃ, καὶ τὰ πνευματώδη πάθη καὶ τὰ ὑποχόνδρια μελαγχολικά οἱ ἰατροί φασιν εἶναι·* lege, *καὶ τὰ ὑποχονδριακά.*

Ad Caput VI. *περὶ μανίης.*
De Furore.

P. 78, 17. *οὐδέν τι ἴκελον ἡ λήρησις*] Distinguit amentiam senilem a mania: quod illa defectu caloris accidat; haec excessu caloris et siccitatis, ob idque actuosa sit et turbulenta: Item quod senilis amentia non habeat intervalla, solaque morte finiatur; mania, et intermittat, et curetur. Sed et genere ipso, seu essentia ipsa differunt, quod

mania species sit *τῆς παραφροσύνης*, nempe, depravata mentis actio, cum quis ratiocinando aberrat: *παραλλάξιας φρενῶν, παρακοπὴν, παράκρουσιν* vocat Hippocrates: *μώρωσις* vero, hoc est, senilis amentia, non est *ἀποτυχία,* seu aberratio rationis, sed privatio. Galeni verba, in hanc sententiam, adscribere libet, *ex Com. 2. in 2. prorrhet.* *μώρωσίς ἐστι χωρὶς τῆς παραφροσύνης σύμπτωμα τοῖς φύσει μωροῖς, ὁμοίως ἀποφαῖνον τοὺς νοσοῦντας, ὁποίους καὶ τῶν λεγομένων ἀπογκρᾷν ἐνίοις ἴσμεν γιγνομένους.* Item plane sentit *Aretaeus*, cum eandem definit, *νάρκην αἰσθήσιος, καὶ γνώμης νάρκωσιν, ἠδὲ τοῦ νοῦ ἀπὸ (ὑπὸ) ψύξιος.* Cicero, *libro de senectute,* una voce *delirationem* appellat.

P. 78, 17. *γήραος ἡ ξυμφορή*] Id non ita accipiendum est, quasi omnibus decrepita aetas eam calamitatem importet. Nam, ut recte ait *Cicero,* libro de senectute; *Ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium.* Sane ipse non paucos vidi moribundos senes, qui non delirarent. Patri meo, qui octogesimum et quintum aetatis annum attigit, mens adeo semper constitit, adeo acre ingenium, usque ad mortem: ut ego, qui ei semper intimus omnia eius dicta excipiebam, interdum mirarer. Quamquam id non magis in eo mirabile fuit, quam quod homo literis, illis scilicet humanioribus non expolitus; (ab ineunte enim aetate rei familiaris procurationi, et illi actuosae vitae addictus fuerat) attamen quam alii multo studiorum labore prudentiam atque in rebus perspiciendis acumen vix assequuntur, sola ingenii bonitate praestaret. Sed et singularis in eo fuit morum probitas, sincerus in Deum affectus: in congressionibus vero et conversatione suavitas tanta, ut nemini non valde eius et vultus, et verba probarentur: homo alioqui natura argumentosus, qui si qua incidisset de humanis rebus quaestio, tot rationes, tot argumenta excogitaret, ut non solum doctus, sed etiam Philosophus videretur. Hanc digressiunculam, quaeso, Lectores affectui meo condonent, qui optimo parente orbatus, adhuc flagrantissimo luctu vel quovis momento ad imagines doloris mei invitus rapior.

P. 79, 9. *ἡ ὀργὴ ἐκ συντυχίης*] Non mirum, si ira *μανίαν*, hoc est, furorem non bene exstinctum revocat, cum ab ea, si sit vehementior, creari hunc morbum testetur Seneca *lib. 2. de ira cap. 36. nulla celerior* (inquit) *ad insaniam via est.* Quin iram tempore tantum a furore differre, quod nimirum brevior sit, censet *Themistius,* qui

hanc definit *μανίαν ὀλιγοχρόνιον*: quod et *Horatius* confirmat sententia vulgata:

Ira furor brevis est.

Arnobius: *Quid est enim aliud irasci, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri, et in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari.* Virgilius *in Epigr.* de Ludo:

Principio furiis Ira est, tribus addita quarta.

Sed et ibidem *Seneca* inter Irae effectus ponit, quod multi eius inflammatione in morbos reciderint.

P. 80, 2. *λαχνείη*] Scribe *λαγνείη*.

P. 80, 4. *ἀπηνδρώθησαν αἱ μῆτραι*] Verbum hoc varie accipitur apud *Hippocratem:* Nam et de ea dicitur, quae viro copulatur, *ut libro περὶ παρθενίων: (p.* 563. *l.* 16. *ed. Gen.* 1657.) Ubi de virginum insania: *Εἰ δὲ μὴ ἔῃ αὐτέων, ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ ὀλίγον ὕστερον ἁλώσεται, εἴπερ μὴ ἠνδρωθῶσι.* Foesius vertit, *nisi viro iungatur.* Cornarius eodem sensu, *si non viro nupserint.* Galenus *in Exegesi*, *ἱμερωθεῖσαι, ἀνδρὶ μιγεῖσαι,* sine dubitatione lego *ἠνδρωθεῖσαι.* Etsi series Literarum fere tollit mendi suspicionem, non tamen semper. Exemplum apud *Suidam* in voce *Ῥουβαΐουβος*, in litera *ρ.* quae lectio mendosa, pro *σουβαδίουβος* quod nomen est detortum a Latino, *subadiutor.* Aliter idem vocabulum accipitur, *in fine* 6. *Epid.* ubi de *Phaëthusa* Pythei uxore, ex mensium suppressione laborante: *τότε σῶμα ἠνδρώθη, καὶ ἐδασύνθη πάντα, καὶ πώγωνα ἔφυσε. Corpus virile factum est.* Aretaeus, *lib.* 8. 173
de gonorrhoea exhaustis, et vires recuperantibus id verbum usurpat *εἰ δὲ καὶ σώφρων ἔοι ἐπὶ τοῖσι ἀφροδισίοισι, καὶ λούοιτο ψυχρῷ, ἐλπὶς ὡς ὤκιστα ἀνδρωθῆναι τὸν ἄνθρωπον.*

Ibid. *ἀπηνδρώθησαν αἱ μῆτραι*] Vertit Crassus, *cum ipsarum uteri ad virilem congressum apti evaserunt:* quasi hoc verbum *ἀπανδρόω* de matura viro puella usurpari possit: decepit eum locus Hippocratis, *ex lib. περὶ παρθενίων,* perperam intellectus: *αἱ δὲ Παρθένοι, ὁκόσῃσιν ὥρῃ γάμου, παρανδρούμεναι·* ac si hoc sit participium cum voce *παρθένοι* iungendum. Sed non ita est. Infinitivus est Aeolicus, neque *παρανδρούμεναι,* sed *παρανδρόμεναι* legendum: ut et Foesius annotavit; quamquam is *ὧραι* in plurali legit, refertque ad *παρανδρούμεναι,* inconsulte mea quidem sententia. Sed malim eo sensu accipere quo usurpavit Hippocrates *citato lib. Epid.* ut nimirum intelligamus mulieres ex mensium suppressione in furorem agi, atque interdum etiam uteri ipsarum temperie ad virilem

conversa, ob retentionem sanguinis, iisdem ea accidere, quae de *Phaëthusa* tradit Hippocrates.

P. 80, 9. *καὶ ἐς ἀγορὴν* (*ὀργὴν*) *ἀμφαδὸν*] Et huic loco mendum obrepsit in voce *ὀργήν*· sed alibi nos emendavimus.

P. 80, 12. *καὶ θεράποντας ἀπέκτειναν*] Ut Hercules, de quo Seneca *in Tragoediae ἐπωνύμῳ.*

P. 80, 13. *καὶ ἑωυτέοισι χεῖρας ἐπήνεγκαν*] Ut Aiax Telamonius.

P. 80, 15. *ἀστρονομίη ἀδίδακτος*] Id est, nullo doctore praeeunte: ob Ingenii enim solertiam, et magnam animi intentionem, quam melancholica intemperies affert, (sunt enim melancholici attenti, et cogitabundi) vel subtilissimas artes discere ex se ipsis possunt: quas alii sub praeceptoribus magno labore vix comparant. Haec nigri illius humoris praerogativa est, de qua fuse Aristoteles, *sect.* 30. *probl.* 1. Homines sola ecstasi ab humoribus accensis, poëtas repente exsistere, atque etiam philosophos, non est plane incredibile: eosdem vero fieri Astronomos (quae peritia multis eget observationibus, multarumque disciplinarum abstrusarum antegressione, ut Arithmeticae, Geometriae, Perspectivae) haud facile persuadeor. Si Marcus Tullius, 2. *de Divinatione*, negat furentis esse *ἀκροστιχίδας* condere, (poëmatis genus est, cum deinceps ex primis versus Literis aliquid connectitur) *quoniam*, inquit, *id magis attenti est animi quam furentis; adhibentis diligentiam, non insani:* quanto minus siderum magnitudines, intervalla, ac motus mensura comprehendere? Quocirca absurdam hanc sententiam iudico, nisi rudimentum quoddam Astronomiae intelligatur in eo, qui ad eam cognitionem nunquam animum adverterit. Nec vero magis placet quod *Huartes* in examine Ingeniorum pertendit, eos qui Insania laborent ipsius vi morbi linguarum sibi prius ignotarum notitiam capere: nam et ea cognitio studii multi ac diligentiae est. Sane Aristoteles *citato saepius problemate sect.* 30. non plus furori attribuit, quam impetum ad vaticinia, et versus fundendos.

P. 80, 16. *ποίησις δῆθεν ἀπὸ μουσέων*] Aristoteles, *citato problem. Μαρακὸς δὲ ὁ Συρακούσιος, καὶ ἀμείνων ἦν ποιητὴς, ὅτ' ἐκσταίη.* Recte: nam ad res poëticas fingendas, et versus modulandos, calore non modico opus est; qui species Imaginatione consignatas excitet, illustretque: quae praeparatio, si non est furor, furori est proxima. Unde illud Platonis *in Phaedro: ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς,*

ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ἠφανίσθη. Seneca, *libro de Tranquillitate animi capite ultimo: frustra poëticas fores compos sui pepulit.* Et apud Horatium *in arte, v.* 296.

— *excludit sanos Helicone Poëtas*
Democritus.

Sed de his plura in nostra dissertatione de furore poëtico.

P. 81, 3. ἀλλόκοτοι φαντασίαι] De mirandis insanientium imaginibus, vide Galenum, *lib.* 3. *de loc. affect. cap.* 6. Andream Laurentium, *lib. de curatione melancholicorum*, et Practicorum medicinae librorum conditores.

P. 81, 15. τοῦ χωρίου καὶ τῆς γνώμης ἡ ἀμβολή] Scribe ξυμβολή, coniunctio. Iunius; *et haec erat inter locum illum, et viri mentem cognatio.* Rectissime. Henischius; *et tantum mentis habebat, quantum locus protendebatur;* ineptissime.

P. 82, 5. καὶ τὰ μὴ παρεόντα ὁρέουσι δῆθεν, ὡς παρεόντα] Has παραισθήσεις, ut vocat *Aretaeus*, vel potius φάσματα insanorum annotavit et Hippocrates, *libro* περὶ παρθενίων. (*p.* 562. *ed. Genev.* 1657.) ὥστε παραφρονέειν καὶ ὁρῆν δοκέειν δαίμονας τινὰς ἐφ' ἑωυτῶν δυσμενέας. Causam harum illusionum acute exponit Averroes, *libro* 3. *Collig. cap.* 38. cuius verba referre libet: *Item accidit habenti cogitationes corruptas, propter aliquam causam intrinsecam, vel extrinsecam, ut sentiat malo sensu: quod est, quia quamvis sensatorum motus ad sensum veniat ab extra, non est impossibile ut fiat simile etiam per contrarium. Quia propter hanc corruptionem cogitabit unum, et confirmabitur, ita quod forma illius movebit a latere interiori spiritum istius sensus, et tunc videbitur oculo, ut istud sit deforis.* Et paucis interiectis: *solvitur quidam vapor et adscendit cerebrum, et imprimitur in ipsum for-* 174
ma rei excogitatae: et adscendendo superius movet spiritum animalem, et reducitur iste motus usque ad virtutem imaginativam; et ipsa, spiritu mediante, movet sensum communem, et ille movet particulares; et sentitur res sicuti si esset extra. Et populi credunt, quod hoc fiat ab Angelis, aut a Daemonibus. Haec Averroes.

P. 82, 9. εὐκρίνητοι, ὀξέες τὴν αἴσθησιν] Lege εὐκίνητοι, *facile mobiles, proni ad motum.*

P. 82, 13. ἀλλοιώδεες τὰς ὄψιας] Fortasse scripserat Aretaeus, ἰλλώδεες τὰς ὄψιας, quae vox frequens occurrit apud *Hippocratem.*

P. 82, 15. ἦχοι ὤτων καὶ βόμβοι, μέχρι δή γε σαλπίγγων τε καὶ αὐλῶν] Ex his qui sibi sonum quasi tibiarum

audire viderentur, *κορυβαντιῶντας* vocatos Platonis verbis probat apud Catullum *Iosephus Scaliger*, criticorum Aquila. Verba divini philosophi ex Dialogo qui *Crito* inscriptus est, hic adscribere haud abs re erit, quia ad nostri Auctoris enucleationem faciunt: *ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν.* Item *ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων, εὖ ἴσθι, ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν, καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν.* Hunc morbum imaginosum dici a *Catullo* his versibus, non temere censet Scaliger:

Non est sana puella, nec rogate
Qualis sit. Solet haec imaginosum.

Supple, *affectum* sive *morbum pati.*

Atque hunc ipsum esse affectum, quem hic describit *Aretaeus*, palam est. Quocirca non recte citato loco dixit vir ille magnus, morbi imaginosi seu *κορυβαντιασμοῦ*, nullam in Medicorum libris fieri mentionem: cum hic *Aretaei* locus contrarium testetur. Caeterum, quia iis imaginibus vexati dormire non possunt, sed attenti iis oculos apertos habeant: idcirco qui patentibus oculis dormirent, *κορυβαντιᾶν* Graece dictos auctor est Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. quam vocem dum Critici emendare conantur, nihil aliud quam operam ludunt. *Κορυβαντιῶντας* insomnia vexari solitos testatur Plato *septimo libro de Legibus:* ibidem docet eam insomniam tibiarum incentione curari solitam fuisse: *τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ ἀπὸ τῶνδε, ὡς ἐξ ἐμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασι, καὶ ἐγνώκασι ὂν χρήσιμον,* (de motu et agitatione infantium loquitur) *αἵ τε τροφοὶ τῶν σμικρῶν, καὶ αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι. ἡνίκα γὰρ ἄν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσι, ἀλλὰ τοὐναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσαι· καὶ οὐ σιγὴν, ἀλλά τινα μελῳδίαν, καὶ ἀτεχνῶς οἷον καταυλοῦσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ ἐκφρόνων βακχειῶν ἰάσεις, ταύτῃ τῇ τῆς κινήσεως ἅμα χορείᾳ καὶ μούσῃ χρώμεναι.* Huius moris rationem deinde affert, quod nimirum motio a sonitu tibiarum inducta, interiorem utpote debiliorem sedaret: *ὅταν οὖν ἔξωθέν τις προσφέρῃ τοῖς τοιούτοις πάθεσι σεισμὸν, ἡ τῶν ἔξωθεν κρατεῖ κίνησις προσφερομένη τὴν ἐντὸς φοβερὰν οὖσαν καὶ μανικὴν κίνησιν.* Rursus *τοὺς δ' ἐγρηγορότας ὀρχουμένους τε, καὶ αὐλουμένους, μετὰ θεῶν, οἷς ἂν καλλιεροῦντες ἕκαστοι θύωσι, κατειργάσατο ἀντὶ μανικῶν ἡμῖν διαθέσεων ἕξεις ἔμφρονας ἔχειν.*

P. 82, 17. *βοϱοὶ καὶ λάβϱοι*] De fame melancholicorum, supra abunde.

P. 83, 1. *ἀγϱυπνίη βοϱόν*] Verba sunt ipsa Hippocratis, 6. *Epid. sect.* 4. *sent.* 18. *ὕδωϱ βοϱὸν, καὶ ἀγϱυπνίη βοϱόν*. Supersedeo monere vigiliam dici voracem, non quod ipsa sit vorax, sed quod homines voraces faciat. Id autem praestat *τῷ διαφοϱεῖν*, ut inquit Galenus, *in comm. tom.* 5. *p.* 241. *B. l.* 7. *Ed. Ald.* quia calore ad partes extimas diffuso, habitum corporis resolvit.

P. 83, 2. *μελαγχολώντων μᾶλλον εὐσαϱκίη*] Non absque causa aliquis admirabitur melancholicos esse *εὐσάϱκους*, qui sanguinem nigrum et faeculentum habeant, multis cruditatibus abundent, eoque multis obstructionibus laborent: postremo, ut uno verbo dicam, qui pessime concoquunt, ut Aristoteles, *libro de Sensu et Vigilia* (*p.* 44. *l.* 8. *ed. Sylb.*) tradit, *ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, ψυχϱὰ οὖσα, καὶ τὸν ϑϱεπτικὸν τόπον ψυχϱὸν ποιεῖ.* Tum ex Hippocrate 6. *Epid. ἀπεψίη πάντων σύγχυσις*, *cruditas omnia confundit.* Verisimile est, quantum quidem coniectura assequi possum, in causa esse duritiem atque densitatem melancholici corporis, quod non ita diffluit: quo enim densius corpus, eo minus perspirabile est: eo etiam conferre flatus arbitror, quorum diffusione per corpus membra distenduntur; quo pacto carnes bubulae in macello a laniis sufflatae.

P. 83, 4. *οὐ σκαϱδαμύττοντες*] Melancholicorum spiritus, ob crassitiem et frigiditatem, minus mobiles: quare et membra, quae ab iis moventur, praesertimque oculi et palpebrae, qui spirituum animalium motum magis sequuntur. Sed et vehemens, et profunda cogitatio, oculos defigit, atque ut ita dicam, rapit. Philostratus, *in vita Marci: καὶ τοῦτο ἐδηλοῦτο μὲν τῇ τῶν ὀφϑαλμῶν στάσει, πεπηγότων τὰ πολλὰ ἐς ἀποϱϱήτους ἐννοίας.* Plinius, *lib.* 11. *cap.* 37. fortitudinis argumentum censet non connivere; *Viginti* (inquit) *paria Gladiatorum in Caii Principis ludo fuere; In iis duo omnino, qui contra comminationem aliquam non conniverent, et ob id invicti.*

P. 83, 5. *ἰνδάλματα κυάνεα*] De his diximus initio Libri primi.

P. 83, 11. *οὐδὲ ἐς τὸ ἀμφαδὸν αἰδὼς, ἢ ὄκνος ὁμιλίης*] M. S. *ἐς τὸ ἀμφαδὸν αἰδῶσιν*, sequente particula *ἢ* parenthesi inclusa; sed recta est lectio quam habemus. Crassus: *ad mutua et familiaria colloquia pigri sunt*, ceu *ὁμιλίη* hic colloquium, et non potius congressum, et coi- 175
tum Venereum significet; aut *ὄκνος ὁμιλίης*, initium sit alterius periodi. Addit: *neque eos in publico ventrem ex-*

onerare pudet. Quae in Graeco non habentur. Ex prava scriptione profecta coniicio; quod pro adverbio *ἀμφαδὸν, palam, aperte,* ἄφοδον legisset, *οὐδὲ ἐς ἄφοδον αἰδὼς,* quod non probo. Iungenda enim haec sunt, ut recte in excusis codicibus, *αἰδὼς ἢ ὄκνος ὁμιλίης;* quae verba sic convertimus: *nec eos pudor, aut metus retinet, quo minus propalam coëant.* Nam *ὄκνον* pro metu etiam accipi, vel ex Lexicographis manifestum est: tum ex Laertio *in Zenone,* ubi de Dogmatis Stoic. *ὄκνος* enim ibi species metus ponitur, itaque definitur: *ὄκνος δὲ φόβος μελλούσης ἐνεργείας.*

P. 84, 4. *τέμνονταί τινες τὰ μέλεα, θεοῖς ἰδίοις*] Corybantes innuit, Gallosque matris Deum atque etiam Deae *Syriae,* quae forte eadem ac *Cybele* est, sacerdotes: qui omnes furorem mentientes, quo vulgum vaticinationis specie luderent, sibi brachia gladiis laniabant, flagellis etiam semet converberabant. De his Apuleius ita scribit, 8. *Milesianarum: Nec paucis percursatis Casulis, ad quamdam villam possessoris Britini perveniunt, et ab ingressu primo, statim absonis ululatibus constrepentes fanatice pervolant; diuque capite demisso, cervices lubricis torquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, et nonnunquam morsibus suos incursantes musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant.* Et paulo infra: *cerneres prosectu gladiorum, ictuque flagrorum, solum spurcitie sanguinis effoeminati madescere.* Eodem spectat Plauti istud *in Truculent. Act. 2. scen. 7. v.* 41. *Hoc vide; dentibus frendit, icit femur. Num nam, obsecro, ariolus est, qui ipsum se verberat?* Et *Mostel. Act. 2. scen.* 1. *v.* 11. *Ubi isti, qui Dindymeneis* (ita enim legendum, non *quindenis*) *hastis corpus transfigi solent.* Vide et in sacris literis, *Regum libro* III. (*alias* I.) *cap.* 18. Ubi de sacerdotibus Baal: *Clamabant ergo voce magna, et incidebant se cultris et lanceolis donec perfunderentur sanguine.* Septuaginta: *ἀλλά γε καὶ κατετέμνοντο τὸ ἔθος αὐτῶν Μαχαίραις, καὶ σειρομάσταις ἕως ἐκχύσεως αἵματος.*

Ad Caput VII. *περὶ παραλύσεως.* *De Nervorum resolutione.*

P. 84, 16. *ἀποπληξίην λῦσαι*] Verba ipsamet Hippocratis, *Aphoris.* 42. *sect.* 2.

P. 85, 1. *παραπληγίη δὲ*] *παραπληγίης* a paralysi discrimen tradit, quod haec sit privatio solius motus: illa

vero motus et tactus simul, idque in parte aliqua privatim *Galenus* non ita plane; sed in eo tamen cum *Aretaeo* convenit, quod *παραπληγία* sit partis cuiuspiam privae resolutio: ita enim quid sit *paraplegia*, declarat, *Comm.* 2. *in* 1. *Epid.* *παραπληγίας μὲν καλεῖ, τὰς ἐξ ἀποπληξίας εἴς τι μόριον κατασκηπτούσας παραλύσεις.* Hanc qui resolutionem patiuntur *παραπλῆγες* dicuntur Hippocrati, *libro de vict. acut. p.* 397. et *παραπληγικοὶ* 6. *Epid. sect.* 7. *sent.* 1. *οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοί.* Idem Galenus, *lib.* 3. *de loc. aff. cap.* 10. privarum partium resolutionem simpliciter *παράλυσιν* illius partis appellat *καθάπερ εἰ καὶ κατά τι τῶν κώλων γένοιτο, τοῦ μέρους ἐκείνου παράλυσίς ἐστι.*

P. 85, 3. *παράλυσις δὲ ὡς ἐπίπαν κινήσιος μοῦνον*] Ita et Galenus, *loco citato: μάλιστα μὲν οὖν ἡ παράλυσις ἐπὶ τῷ τῆς κινήσεως ἀπωλείᾳ λέγεται τῶν τὴν αἴσθησιν ἀπολελωκότων μορίων, ἀναισθήτων μὲν εἶναι, παραλελύσθαι δ᾽ οὐ πάνυ τι συνηθέως (συνήθως) λεγομένων.*

Ibid. *ἐνεργείης τε πάρεσις*] Postquam dixit paralysim esse motus tantum privationem, addit *ἐνεργείης*, uberioris explicationis gratia, ut ab *ἀναισθησίᾳ* seu stupore distinguat, quae sensum dumtaxat adimit. Sensus enim passio est, motus vero actio.

P. 85, 5. *ἀπόπληκτον σκέλος τὸ κατ᾽ ἴξιν*] Locus is quem laudat, exstat in 3. *Epid.* in constitutione pestifera: sed et in 2. *prorrhet.* *ἀπόπληξιν τῶν μελέων,* pridem annotavimus.

Lege Not. in Var. Lectiones *Aretaei* ex edit. Oxoniensi.

P. 85, 9. *κύστιος δὲ οὔρων σχέσιος*] Hanc vocem *πάρεσις,* communem esse omni impotentiae nervorum, ex superioribus patet: nunc propriam acceptionem tradit; nimirum pro vesicae resolutione, qua urina excerni, aut retineri non potest.

P. 85, 12. *κυνικὸς σπασμὸς ἡ κλῆσις*] Ita appellatur genus convulsionis, quo genae ita in alteram partem trahuntur, ut rictus quasi canum efficiatur; unde nomen affectui inditum. Simplicius, *ad text.* 1. *lib.* 2. *de Anima,* videtur *κύνα* appellare; id enim verba eius sonant: *ἐπειδὴ καὶ μία πως ἡ τῆς ψυχικῆς ζωῆς ἔννοια, ἡ ἔνδοθεν κινητικὴ, καὶ οὐχ᾽ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὁμωνύμων πλείους, καθ᾽ ἕκαστον ἰδίως, ἄλλη γὰρ ἡ τοῦ χερσαίου κυνὸς παρὰ τὴν τοῦ θαλασσίόν, καὶ παρὰ τὴν τοῦ ἀστρῴου, καὶ ἔτι παρὰ τὴν τοῦ ὡς σπασμοῦ, ἔννοιαν.*

Ibid. *ἔκλυσιν δὲ γουνάτων*] In descriptione *λειποθυμίης* recte genuum facit mentionem. Ita enim et apud Ho-

merum, (*Iliade* ε. ν. 176.) λύειν γούνατα, pro *vires*, aut *animam adimere*. Et apud Maronem; (*Aeneid.* 12. ν. 905.) *genua labant*, de Turno fatiscente. De genuum principatu, vide Plinium, *libro* 11. *cap.* 37.

P. 85, 13. ἀψυξίην] Scribe: ἀψυχίην, *exanimationem*, ut recte vertit *Iunius*.

P. 86, 8. τὰ ἐντὸς ἑλκέων, νεύει κρυπτὰ καὶ ἀφανέα] Emendo alibi hunc locum.

P. 86, 11. δίδαγμα διαφορῆς δυνάμιός τε καὶ κρίσιος
176 πρὸς ἀριστερὰ δεξιοῖς] Vide Aristotelem, *in* 3. *de partibus Animalium*, *cap.* 7. ubi ostendit omnia esse in corpore διφυᾶ· quod autem ait differre facultate, dextra a sinistris, altioris profecto est contemplationis, quam praesentis instituti ratio ferat. Nonnulla tamen pro praesentis loci explicatione annotare libet. Praeter argumentum igitur quod hic propositum est, sumptum ab inclinatione huius morbi, qui uni potius lateri corporis, quam alteri incumbit, alia multa proferri possunt. Apuleius, *Apol.* 1. de muliere comitiali: *Caeterum, quod dextrae auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora sunt: eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum et ipsa aegritudini succumbunt.* Mox subdit: *Aristoteles adeo in problematis scriptum reliquit, quibus aeque caducis a dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam.* Si verum dicit *Apuleius*, eum locum, in quo id docet *Aristoteles*, excidisse oportet: nusquam enim in Libris iis, quos habemus, *problematum* exstat. Aliud argumentum ex iisdem libris problematum proferam, quod exstat in *sect.* 32. *problemate.* 7. Quaerit *Aristoteles*, cur sinistra auris ocyus, magna ex parte perforata, consolidari, quam dextra, potest: *quia*, inquit, *sinistrae partes humidiores et calidiores.* Addit, ob eam causam, mulieres aurium alteram, marem vocare; alteram, foeminam. Aponensis *in Commentario*, differentiam hanc dextrae auris et sinistrae, alio modo explicat: *Et ideo* (inquit) *quis forte probabiliter causam huius assignabit oppositam, dicens; partem dextram sensibiliorem fore sinistra; quae autem talis condolet in amplius: similiter dextra plus viget sanguine: et decursus naturae ad locum fit dolentem: quare in humectatione partis incisae consequente, tardius consolidatio accidit: cum vulnera non consolidentur, nisi prius fuerint exsiccata.* Fortasse ob eam causam in *Lucae* (*c.* XXIII. *ν.* 50.) et *Ioannis* (*c.* XVIII. *ν.* 10.) *Evangelio*, ubi de illo facinore *Petri*, contra Pontificis servum, auricula potius dextra eius abscissa notatur,

quo maius miraculum cognosceretur, statim ea restituta, quae difficilius posset coalescere. Possim hic referre, *Hippocrati* testem sinistrum censeri *θηλύγονον*: quod et confirmat Aristoteles *in historiis et libris de generat. animal.* Galenus autem accurate explicat, *lib.* 14. *de usu partium, tom.* 1. *p.* 85. *A. l.* 43. *et B. l.* 1. *ed. Ald.* 1525. causam adscribens frigidiori temperamento sinistri testis; utpote qui sanguine seroso alatur per venam et arteriam spermaticam in sinistro latere, non a magnis vasis sed ramis ab emulgente vena et arteria deductis prodeunte. Ibidemque pronuntiat dextra omnia fortiora esse in omni animalium genere: *ἅπαντα τὰ δεξιὰ τῶν ἀριστερῶν ἰσχυρότερα κατὰ πάντων τῶν ζώων ἐστὶ τὰ γένη.* Amatus Lusitanus causam, cur dextra manu promptiore utamur, se invenisse gloriatur, *Centuria* 4. *Curatione* 100. nempe, *quod ossa brachii dextri ponderosiora sint: Cum* (inquit) *os brachii dextri et sinistri a cubito ad humerum incedens aequa bilance librarem, dextrum in uno latere, sinistrum in altero ponens, dextrum sive brachii dextri longe plus gravitare os sinistri osse inveni.* Haec ille. Et quod ea disparitas maiori dextrae partis exercitationi tribuenda non sit; ait idem *Amatus*, se et in puero recens nato periculum fecisse, in eoque itidem os dextri brachii ponderosius fuisse. Nec mihi adeo displicet coniectura. Nam si graviora sunt ossa in dextro latere, sequitur et musculos, qui eis movendis inserviunt, firmiores atque robustiores esse oportere. Ex quo intelligitur non esse plane verum quod ait Aristoteles, *sect.* 31. *probl.* 12. partem dextram sola exercitationis consuetudine meliorem atque firmiorem evadere. Et sane hac sententia secum ipse pugnat Philosophus. Nam qui et in divinis corporibus eandem dextri et sinistri differentiam agnoscat, in quibus nullus exercitationi aut profectui locus esse potest: quomodo hanc in corporibus animalium non vidit? Praeterea in eiusdem schola, naturale id censetur, quod vel semper, vel *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ*, ut plurimum fit. At omnes homines, paucis admodum exceptis, dextra utuntur expeditiore: naturale igitur id putandum. Postremo, naturale esse id discrimen, plane veterum sapientum firmat auctoritas; qui inter summa rerum principia *δεξιὸν*, et *ἀριστερὸν* numerant, *lib.* 1. *Metaphys. cap.* 5. sed de his hactenus. Sed neque *Amatus Lusitanus* veram quaesiti causam est assecutus. Ut enim illi largiamur, os dextrae partis esse ponderosius, (qua de re ipse viderit) non tamen haec prima causa esse potest expeditioris motus dextrae manus; sed alia occultior, magisque

universalis; qua factum putandum est, ut in omnibus dextra sinistris sint potiora.

P. 87, 4. *ἐπὶ μὲν τοῖσι δεξιοῖσι τὰ λαιὰ παραλύεται*] Observatio haec pulcherrima est, qua compertum esse dicit, si infra caput, principium aliquod nervorum laesum sit, puta pars quaepiam spinalis medullae; ex eodem latere nervos inde exortos resolvi: contra, laesa parte capitis dextra, sinistros nervos iniuriam sentire, dextrosque sinistra. Verba *Hippocratis* (nam ab *Hippocrate* ut pleraque alia id quoque sumpsit *Aretaeus*,) exstant *in libro* 7. *Epidem.* (*p.* 1218. *l.* 16. *edit. Genev.* 1657.) ubi de vulneratis in capite haec habet: *ξυμβαίνει δὲ τοῖσι τοιούτοισι, καὶ ἐμέτους ἐπιγίνεσθαι, καὶ τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τελευτῇ, καὶ ἐνίους κλαγγώδεας εἶναι, καὶ ἐνίους ἀκρατέας· καὶ ἢν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι τὸ τρῶμα ᾖ, τὰ ἀριστερά· ἢν δ' ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι, τὰ δεξιά.* Ut autem praeclara est haec (ut dixi) observatio, ita explicatu difficillima; qua cum se ultro abstineat Foesius, *Com. ad illa verba Hippocratis*; et mihi quaestionem tam abstrusam praetermittere nunc
177 quidem liceat, et Lectores studiosos remittere ad *Laurentii libros Anatomicos*, in quibus de hac re fuse disputatur, *lib. scilicet* 10. *quaest.* 6.

P. 87, 6. *οὐ γὰρ κατ' ἴξιν τὰ δεξιὰ ἐπὶ δεξιὰ ὁδοιπορέει*] Rationem propositae observationis reddit, sed falsam, ut evincit Andreas Laurentius, *loco citato.*

P. 87, 16. *καὶ τοῖσι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς προδιδοῖ*] Nervos moventes a sentientibus distinguit, quod et *Galenus* interdum facit; et illos a spinali medulla vult ortum ducere; hos a cerebro. Quod cum iam a multis confutatum sit, non est quod in quaestione iam profligata tempus teramus. Addit, motores nervos motum impertire sentientibus; qui eum non habeant, nisi valde imbecillum: quae omnia fictitia esse, patet ex nostro libello *de motu animalium spontaneo;* in quo vim movendi et sentiendi unam naturam eandemque esse demonstravimus, nedum ut locis distingui possint.

P. 88, 6. *ἢ ῥαγέντος*] Deest quid ante disiunctivam particulam *ἤ*. Scribe *τραυθέντος* (*τρωθέντος* vel *θραυσθέντος*) *ἢ ῥαγέντος.*

P. 88, 8. *ἄλλοτε μὲν ἐς ἔκτασιν λέλυται τὰ μέλεα*] Duplex genus paralyseos tradit; unum per extensionem partis, alterum per contractionem, quod perspicue infra in vesica declarat.

P. 88, 11. *ὅκως ξύλα ἱκανὰ καταξέων τὰ μέλεα*] Iunius vertit: *ceu ligna adaptans et poliens.* Inconsulte:

putavit *καταξέων* compositum ex praepositione, et *ξέω*, quod *radere* et *polire* significat: cum sit compositum ex *ἄγω*, nam pro *ἄγω* dicunt *Aeoles* *ἄξω*, et *κατάξω* pro *κατάγω* formantes a Futuro: *Iones* vero pro dialysim, *καταξέω*. Igitur *καταξέων*, hoc loco, idem valet quod *deducens membra in longitudinem;* et de lana proprie dicitur: unde *κατάγματα ἐρίου*, Hesychius, *κατάγματα, μηρύματα ἐρίου*. Latini *tracta*, in neutro genere et numero plurali, vel *tractas* in foeminino usurpant, ut multis docet Josephus Scaliger *ὁ πάνυ*, *ad Librum* 1. *Tibulli*, *Eleg.* 6. *v.* 80. Quo fit, ut suspicer corruptum esse hunc locum; et pro *ξύλα ἱκανὰ*, legi debere *ἐρία ἱκανὰ*: vel quod minus remotum est, *ἑλκύσματα*, id est, *tracta*. Ita enim aptior fiet similitudo, quae a lignis idoneis, ut vulgata lectio habet, ineptissima est.

P. 88, 12. *καὶ ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖσι παρθένος*] Quia Graeci *pupillam* *κόρην* appellant, eademque voce *puellam;* idcirco *Aretaeus* Synonymo usus est, *παρθένος*, quod *virginem* significat. Ratio eiusmodi denominationis est, quod in ea parte oculi contra intuentium imago apparet, ceu pupae, hoc est, parvulae Virginis. Plinius, *lib.* 11. *cap.* 37. ubi de oculis: *adeoque iis absoluta vis speculi, ut tam parva illa pupilla, totam imaginem reddat hominis.* Rufus Ephesius, *de partium humani corporis nomenclaturis: οἱ δὲ ὄψιν μὲν, ᾧ βλέπομεν, κόρην δὲ καὶ γλήνην, τὸ εἴδωλον, τὸ ἐν τῇ ὄψει· ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον, οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας.* Dicitur *κόρη* *puella* effigies, quae pupilla apparet; unde orator de quodam impudente dixit, hunc non habere *κόρας*, hoc est, *puellas* in oculis, sed scorta. Sunt tamen, qui *παρθένον* sive *κόρην* pupillam dici putant ab immaculata eius partis oculi puritate.

P. 89, 5. *καὶ γέλως ἄσβεστος μέχρι θανάτου*] Risus inexstinguibilis. Epithetum est Homeri, *α. Iliad. v.* 599. *ἄσβεστος δ᾽ ἄρ ἔνωρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι.* Addit *usque ad mortem:* quod nonnullis accidisse legimus, ut nimio et repentino gaudio morerentur: exempla apud Valerium Maximum, *lib.* 9. *cap.* 12. Plinium, *lib.* 7. *cap.* 53. et alios. *Philemonem* risu exanimatum tradit idem *Valerius*, cum appositas ficus asinum consumentem vidisset.

P. 89, 6. *ἀρχὴ πρώτη*] *Causa evidens* Celso nuncupatur. Item Plinio, *lib.* 7. *cap.* 53. Graeci aliter *προκαταρκτικὴν* appellant. Coelius Aurelius, *libro* 1. *Antecedentem* vocat.

P. 89, 7. *ὑστάτη δὲ, καὶ καιρίη*] *Postremam* et *potis-*

simam causam appellat, quam Galenus *τὸ συνεκτικὸν αἴτιον, coniunctam, continentem,* libro 1. de causis pulsuum cap. 1. *ἓν μὲν τὸ πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον, ὃ δὴ καὶ συνεκτικὸν καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ συνέχειν αὐτῶν τὴν οὐσίαν ὠνομασμένον, ὅπερ ὡς ἔμπροσθεν ἐῤῥέθη γενέσεως αἴτιον.*

P. 89, 12. *ἕξεις οἱ παχέες κατὰ φύσιν*] Non mirum si isti citius resolvantur, quando arvinam hanc viaticum esse ad mortem tradit Hippocrates, *Aphoris.* (*p.* 1246. *C. edit. Genev.* 1657.) *οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.* Et Philosophus, *lib.* 2. *part. cap.* 5. *διὸ καὶ γηράσκει ταχέως τὰ λίαν πίονα· ὀλίγαιμα γὰρ, ἅτε εἰς τὴν πιότητα ἀναλισκομένου τοῦ αἵματος· τὰ δ' ὀλίγαιμα ἤδη προδοποιεῖται πρὸς τὴν φθοράν.*

P. 90, 9. *ἴλωσις τοῦ ὀφθαλμοῦ*] *ἴλλωσις.*

P. 90, 10. *ξὺν τῇ ὑποκοίλιδι*] Scribe, *ὑποκοιλίδι*, accentu mutato, *palpebra inferiore.*

P. 90, 13. *ἄλλοτε δὲ ἄμφω ξυμπεσόντα παφλάζει*] *παφλάζω*, verbum est factum per onomatopoeiam, certarum rerum strepitum significans, ut fluctuum apud Homerum (*Iliad. ν. v.* 798.) *κύματα παφλάζοντα*: et pultis, seu fresi leguminis; quod Graeci *ἔτνος* vocant. Aristoteles, *sect.* 24. *probl.* 9. *διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ ζέον οὐκ ἐκπαφλάζει;* Theodorus vertit *expaflat:* hic vero pro titubantia oris. Galenus in *γλωσσῶν ἐξηγήσει· παφλάζουσιν· ὠνοματοπεποίηκε τοὺς πταίοντας, καὶ ἐπαναλαμβάνοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι δηλῶσαι βουλόμενος.* Nostri dicunt *bredouiller.*

178 P. 90, 14. *ἀθρόον δ' ἵσταται*] Videtur ita legendum: *ἀθρόον δὲ διΐσταται subito aperiuntur*, supple *labia.*

P. 90, 15. *καὶ γὰρ ἥδε μῦς ἐστι καὶ νεῦρα*] Inepte additum a quodam sciolo *καὶ νεῦρα.* Nam cum lingua musculus dicitur, hanc nervis constare nemo non intelligit.

P. 90, 17. *σπᾶται δὲ καὶ κίων*] Scribe *κιονίς·* de parte enim agit: at *κίων* nomen est affectus praeter naturam. Vide supra *in acutis cap. η.* et hic ex iis, quae mox sequuntur, patet; *ὄψεαι τὴν κιονίδα.*

Ad Caput VIII. *περὶ φθίσιος.* *De Phthisi.*

P. 91, 13. *ἢν ἐντὸς ἐξ ἀποστάσιος ἐν τῷ πνεύμονι γένηται*] Mendum cubare in voce *ἐντὸς*, arbitror: pro qua *ἕλκος* citra dubitationem legendum, suadet contextus, ordo, ac Syntaxis; quae profecto nomen desiderat ante verbum *γένηται.* Sententia quoque id postulat, quia *φθίσιος* primum causas tradit; nempe abscessum in pulmone, tussem

diuturnam, et sanguinis e pectore expulsionem: a quibus exulcerari pulmones manifestum est: et Phthisim pulmonum ulcera sequi, nemo est, qui ignoret.

P. 92, 5. *τοὔνομα φθόην μεταλαμβάνει*] *φθόη*, et *φθίσις* differunt, quod haec fiat, cum pulmones ex abscessu in ipsis facto exulcerantur: Illa vero thoracis et lateris abscessus sequatur, cum ab iis pus prodiens pulmones transitu exulcerat. Testantur id verba *Platonis Comici* citata a Galeno, *com.* 7. *Aphoris.* 44. *μετὰ ταῦτα δὲ Εὐαγόρου ὁ παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας, σκελετὸς, ἄπυος καλάμινα σκέλη φορῶν, φθόης προφήτης, ἐσχάρας κεκαυμένος πλείστας ὑπ᾽ εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.* Ubi patet ex pleuritide *φθόην* exsistere. Galenus tamen saepe confundit, ut et plerique omnes, *in Com. ad* 1. *Epid. sect.* 1. *φθινώδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινώδη νόσον, ἣν καὶ φθόην τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐπιτήδειοι παθεῖν.* Ulcera pulmonum non posse sanari *Galenus* pluribus in locis docet. Tamen *Theopompum Atheniensem* ex Phthoë contabescentem curatum fuisse ab *Aesculapio*, refert Suidas: *φθόῃ γοῦν Θεόπομπον τὸν Ἀθηναῖον ῥινόμενον, καὶ λειβόμενον ἰάσατο ὁ Ἀσκλήπιος.*

Ibid. *καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπῃ*] Signum *φθόης* proprium notat, si interdiu mitior sit febris, et delitescat, noctu invalescat: quod et Hippocrates confirmat in *prognostico sect.* 2. *text.* 60. *de signis ἐμπύων*, id est, *suppuratorum:* (est autem Empyema species phthiseos) *τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γινώσκειν χρὴ τοῖσι δὴ τοῖσι σημείοισι· πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέρην λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα πλείων.* Galenus, *in Commentario* (*tom.* 5. *p.* 73. *A. l.* 22, 27. *ed. Ald.* 1525.) hanc febris *ἔκλαμψιν* contingere ait, non ipsius morbi ratione, ceu hanc nox per se intendat: sed quod tunc cibus acceptus incipiat distribui per universum corpus, partesve solidas irrigans, ipsarum calorem perinde intendat ac calcis calorem infusa aqua per antiperistasin: *ὅταν* (inquit) *φάγωσί τε καὶ πίωσιν, ὅμοιόν τι συμβαίνει τοῖς γινομένοις κατὰ τὴν τίτανον ὕδατι βραχεῖσαν, ὥστε τοὺς ἁπτομένους ἔξωθεν αἰσθάνεσθαι πολὺ θερμοτέρου τοῦ κάμνοντος.* Idem repetit, *libro* 1. *de differ. febr. cap.* 12. At filius Rois, *lib.* 4. *Collig. cap.* 29. hanc rationem floccum (flocci) facit, fabulisque cantorum similem esse dicit: *Impossibile est* (inquit) *ut virtus nutribilis a nutriente tantum sit elongata; ut ipsum eidem sit contrarium, sicut aqua calci.* Aliam igitur proponit ipse; quod scilicet *alimentum partibus solidis per nutritionem appositum, assimilatumque, eum calorem pe-*

regrinum, qui membris impressus est, suscipiat atque ita augeat. Verum hoc modo febrilis calor materialiter, (dentur hae voces philosophanti) sive substantia tantum, non formaliter seu secundum qualitatem augeretur: sicut, cum sani alimentum nobis adiungimus, non evadimus formaliter calidiores; quia natura alimenti est servare calorem, non augere.

P. 92, 9. *πῶς οὐκ ἂν ἐσαρκοῦντο*] Probat eos interdiu etiam febrire, licet obscure; *quoniam*, inquit, *si febris intermitteret, nihil obstaret, quominus aeger carnosior fieret, robustiorque, et morbi tolerantior: at et aegre fert morbum, et debilitatur, atque extenuatur, grassante semper ex occulto febre.*

P. 92, 16. *ὁκόσοι γὰρ ἢ πυρὶ, ἢ ὕδατι τὰ ὑγρὰ τεκμαίρονται*] Hippocrates, *Aphoris.* XI. *sect.* 5. Phthisim lethalem cognosci his signis asserit; si sputum carbonibus iniectum graviter oleat, capilli defluant. In *Coacis autem praenotionibus cap.* 17. *sent.* 2. *τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θάλασσαν πτύουσιν ἐς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πύον, ὀλέθριον συντόμως·* addit, *ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἡ θάλασσα·* quod cur requirat ad eiusmodi experimentum, non video. At hanc rationem non probat *Aretaeus*, ut superfluam, quoniam ex ipso adspectu morbi natura certius intelligatur.

P. 93, 1. *πιστοτέρη γὰρ ἡ ὄψις ἁπάσης ἄλλης αἰσθήσιος*] Philosophus etiam, *Initio lib.* 1. *Metaph. de visu: μάλιστα ποιεῖ γνωρίζειν τι ἡμᾶς αὕτη τῶν αἰσθήσεων.* Unde proverbium de oculato teste. Non tamen id in universum asserit *Aretaeus*, sed de cognitione Phthisicorum.

179 P. 93, 5. *ξυντετήκασι δὲ πυρετοῖσι χρονίοισι*] Praesertim *καυσώδεσιν*. Galenus, *lib.* 1. *de differ. feb. cap.* 10. sed et aliis, ut quartana. Iuvenalis: (*Satyr.* 9. *v.* 16.)

Quid macies aegri veteris, quam tempore longo
Torret quarta dies, olimque domestica febris?

Quos autem potissimum affectus Phthisis sequatur, docet Galenus fuse, *eiusdem libri cap.* 12. *in fine.*

P. 93, 10. *ἱδρὼς ἄχρι θώρηκος*] Eiusmodi sudores, qui quasdam tantum partes occupant, maxime superiores, ut collum, frontem, humeros, aut thoracem, naturae oppressae signa sunt. Cum enim haec viget, aqueum illud excrementum aequaliter per omnem corporis habitum propellit. At vero cum ita fracta est, ut humores amplius regere non valeat: tunc vapores, ex quibus sudor gignitur, a natura, ut ita dicam, abdicati, proprium impetum sequuntur, qui sursum ducit, atque ita superiores partes petunt. Unde

Axioma est: *omnes sudores a medio sursum esse inutiles, immo perniciosos.*

P. 93, 12. *αὐχὴν ὑποσκόλιος, ῥαδινὸς*] Cervix tenuis et e longa Phthisi laborantibus propter carnium consumptionem. Avicenna, *lib.* 3. *fen.* 10. *tract.* 5. in Phthisica descriptione: *et extendunt collum,* nempe propter siccitatem, ut exponit *Gentilis.*

P. 93, 13. *τὰ δὲ ἄρθρα παχέα*] In M. S. *Mentel. τὰ δὲ ἄρθρα παχέες.* Ita videmus in valde emaciatis. Ovidius *in descriptione famis:* (*Metamorph.* 8. *v.* 807.)

Auxerat articulos macies.

P. 94, 1. *ἥδε γὰρ ἡ ἀνακωχὴ*] Supple *σὰρξ,* id est, *caro,* quae ungues fulcit, sustentatque: ea igitur consumpta incurvantur, ut supra dixit, et Hippocrates, 2. *prog. de Empyis:* (*p.* 42. *l.* 32. *ed. G.* 1657.) *καὶ οἱ μὲν ὄνυχες χειρῶν γρυποῦνται.* Est igitur *ἀνακωχὴ sustentaculum:* unde verbum *ἀνακωχεύειν·* quo utitur Herodotus *lib.* 7. *p.* 252. *l.* 3. *edit. Graec. H. Steph.* ubi de machinamento *Xerxis* in iungendo navibus *Hellesponto: ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων.* Item Aristoteles, *lib.* 4. *de Coelo text.* 42. ubi super illo problemate; *cur scilicet aes et plumbum dilatata fluitant, in massa mergantur;* sententiam *Democriti* refert: *ἐκεῖνος γάρ φησι τὰ ἄνω φερόμενα θερμὰ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνακωχεύειν τὰ πλατέα τῶν ἐχόντων βάρος* etc. Idem sonat *ἀνακωχίζειν* apud Hippocratem, *in Mochlico.* Ubi *pagina* 45. *F.* editio *Genevensis* habet *ἀνακογχίζειν·* uti et editio *Basiliensis* Anni 1538. Cuius exemplar penes me habet in margine manu adscriptum *ἀνακωχέειν,* quod et probat *Foesius.* Editio huius libri a *Fed. Morello,* 1579. vulgata, habet *ἀνακοχήσας,* iuxta exemplaria manuscripta, pro *ἀνακωχήσας,* sicut observat *Foesius.*

P. 94, 2. *ἐν τῇσι κορυφῇσι πεπλησμένη*] Fortasse scripserat *Aretaeus πεπιλημένη coacta in modum lanae coactilis* (de carne enim loquitur). Nam et *Plato* de eadem loquens, hac ipsa voce utitur in *Timaeo: τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα,* etc.

P. 94, 4. *μῆλα ὑπερίσχοντα καὶ ἐρυθρὰ*] Malae rubrae eadem de causa, qua et *Empyi,* nempe ob vapores putridos et acres eo subeuntes; quod et *Avicenna* testatur citato loco de Empyis. Ita et Hippocrates, 2. *prognost.* (*p.* 42. *l.* 31. *edit. Genev.* 1657.) *αἱ δὲ γνάθοι ἐρυθήματα ἴσχουσι.*

P. 94, 11. *αἱ πρὸς τοὺς σπονδύλους συναθρώσιες*] Scribe *συναρθρώσιες.*

P. 94, 14. *ἐπιγάστριον τῇ ῥάχει προσφυές*] Ovidius, loco citato (*Metamorph.* 8. *v.* 805.)

Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, et a spinae tantummodo crate teneri.

P. 94, 15. *ἄρθρα ἐναργῆ, ἔξαρθρα*] Bifariam intelligere possumus: vel enim exstare articulos; quo sensu *ἄρθρα παχέα* dixit supra: vel suis sedibus emotos et luxatos. Nam id admodum macilentis corporibus contingere auctor est Hippocrates, *libro περὶ ἄρθρων.* (*p.* 784. *G. edit. Genev.* 1657.) verba haec sunt: *διαφέρει μέντοι καὶ σχέσις τις σώματος· τοῖσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γυῖον, καὶ σεσαρκωμένοισι ἐκπίπτει τε ἧσσον, ἐμπίπτει τε χαλεπώτερον· ὅταν δὲ αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν λεπτότεροι, καὶ ἀσαρκότεροι ἔωσι, τότε ἐκπίπτει τε μᾶλλον, ἐμπίπτει τε ῥᾷον.* Id autem declarat, boum exemplo, quibus, sub finem hyemis, femur luxari solet, cum macilentissimi evaserunt.

P. 94, 16. *ὑπερίσχει γὰρ ἡ ἄκανθα τῶν σπονδύλων, ἡ πρόσθεν κοίλη*] Bene habitis spinae locus cavus est: consumptis, spina eminet, atque etiam coccyx: unde illud *Martialis* obscoenum quidem, sed tamen eo spectans: (*libro tertio, epigramm.* 98. *v.* 2.)

Paedicare potes, Sabelle, culo.

Ovidio, citato loco: (*Metamorph.* 8. *v.* 804.)

Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis.

P. 95, 1. *ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων*] Galenus, *com.* 1. *ad* 1. *Epid. tom.* 5. *p.* 167. *B. l.* 49. *edit. Aldin.* 1525. *φθινώδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινώδη νόσον, ἣν καὶ φθόην τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐπιτήδειοι παθεῖν· τοιοῦτοι δ᾽ ὑπάρχουσι φανερώτατον, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς καὶ ἀβαθὴς εἰς τοσοῦτον, ὡς τοὺς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ὀπίσω, δίκην πτερύγων· ἐντεῦθεν δὲ καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους.* Vide eundem *lib.* 2. *de temper.* et *lib. de causis morborum.* (*Tom.* 1. *p.* 18. *B. l.* 53. *et tom.* 3. *p.* 6. *B. l.* 39. *edit. Ald.* 1525.) Videndus et Hippocrates *lib.* 6. *Epidem. sect.* 3. *sent.* 10.

180 P. 95, 2. *ἢν κοιλίη ἐκταραχθῇ ἀνέλπιστος*] Hippocrates *sect.* 5. *Aphor.* 12. de iisdem: *οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσιν.*

P. 95, 4. *νέοι δὲ μέχρι ἀκμῆς*] Hippocrates, *Aphor.* 29. *sect.* 3. *τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν, αἵματος πτύσιες, φθίσιες.*

P. 95, 7. *ἕξιες δὲ, ῥαδινοὶ*] Id est, *tenues, graciles.* Eadem voce utitur *Lucretius,* et de Phthisicis usurpari solitam innuit, *lib.* 4. *v.* 1159. his versibus:

Ἰσχνὸς (ἰσχνὸν) ἰρωμάνιον tum fit, cum vivere non quit
Prae macie; ῥαδινὴ vero est iam mortua tussi.
Nam mortuam tussi intelligit Phthisicam.

P. 95, 8. *λευκοὶ*] Corpora alba ad Phthisim opportuna esse docet ob frigidum temperamentum, a quo flatus multi gignuntur. Ab iis vero pulmonum vasa disrumpi testatur Galenus, *lib.* 5. *Method. Med. tom.* 4. *p.* 44. *A. l.* 51. *ὅτι δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ στέγειν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς αἷμα, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ πνευματικὸν, οὐκ ὀλίγα ῥήγνυται* etc. Vide et *lib.* 4. *de loc. affect.* et *lib. περὶ πλήθους. tom.* 3. *p.* 51. *A. l.* 8. *et p.* 77. *B. l.* 11. *ed. Ald.* 1525. De habitudine corporis ad Phthisim opportuna elegans est locus *Ciceronis in Bruto*, seu de Claris Orat. *Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus, et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo, si accedit labor, et laterum magna contentio.* Ubi periculum vitae illud, quod a Phthisi imminet, ab eo intelligi dubium non est.

Ad Caput IX. *περὶ Ἐμπυϊκῶν.* *De Purulentis.*

P. 96, 5. *ἔταμον δὲ καὶ ἐγὼ*] *Aretaeum* professione atque *ἔργῳ*, hoc est, operibus ipsis Medicum fuisse, non ex eorum numero, quos Galenus *λογικοὺς ἰατροὺς* appellat; ex hoc loco patet. Quod ob eam causam notare visum est, quia quosdam vidi ambigere, fecissetne medicinam *Aretaeus;* an homo eruditus, haec exercitandi ingenii gratia elucubrasset, ut de *Cornelio Celso* proditum est: propterea quod in his Libris elegantior est, quam reliqui harum rerum scriptores esse solent.

P. 96, 13. *δριμὺ δαπτῶς*] *Mordicus acre.* Ita Galenus, *Com.* 3. *ad lib. κατ᾽ ἰητρεῖον, ἀπαρεγκλίτως (ἀπαρέγκλιτον) ὀρθὴν γωνίαν* appellat.

P. 96, 15. *θῶυμα δὲ ὅκως ἐξ ὑμένος λεπτοῦ*] Miratur, quomodo in pleuritide tanta puris copia ex membrana succingente, (quae vulgo, sed barbare pleura appellatur) prodire possit: cum haec sit tenuis admodum, nullam pene crassitudinem habeat. Qui locus fortasse impulit *Renatum Moraeum*, Medicum Parisiensem valde doctum, ut novam opinionem de Sede pleuritidis vulgaret libello edito; quo probare nititur, eum morbum non esse membranae ipsius proprium, sed pulmonis; propter viciniam autem, et consequenter membranae. Respondet autem *Aretaeus*, sanguinis copia influentis eam membranam crassiorem evadere,

quae ratio valde probabilis est. Quando et uteri membranas, gestationis tempore, in magnam crassitudinem, ob sanguinis affluxum augeri compertum est.

P. 97, 4. *αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα κατὰ χώραν τὴν σφῶν αὐτέων*] Mutilus locus. Verbum desideratur, *ἔχουσι, ἴσχουσι*, aut quid simile.

P. 97, 10. *βάρος ἢ πόνος γε ξυνόν*] Crassus vertit, *gravitas potius quam dolor*. Sed non potest. Scripsisset Aretaeus *μᾶλλον*. Mea sententia est, particulam *ἢ* non esse ibi disiunctivam, sed negationem; quomodo ab *Hippocrate* usurpatam notat Galenus, *com. ad lib. κατ' ἰητρεῖον* ad haec verba *σωλῆνα παντὶ τῷ σκέλει ἢ ἡμίσει·* ubi particula *ἢ*, negatio est: praecepit enim Hippocrates, canalem (instrumentum est Chirurgicum) *toti cruri, non dimidio tantum* aptari. Haec sunt Galeni verba: (*tomo 5. p.* 351. *B. l.* 9, 19. *ed. Ald.*) *ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ λέξει δυνατὸν, καὶ ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν ὡς διαζευκτικὴν εἰρῆσθαι σύνδεσμόν· ἀλλ' ἐκεῖνον ἐνοήσαμεν, ἀντ' ἀποφάσεως αὐτὴν τετάχθαι. Βούλεται γὰρ ἅπαντι τῷ σκέλει οὕτως ἡμᾶς τὸν σωλῆνα χωρὶς βλάβης ὑποβάλλεσθαι, καθάπερ Ὅμηρος ἔφη*, (*Iliad. α. v.* 117.) *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπολέσθαι*. Quod ita *Aretaeus*, hoc loco, particulam *ἢ* usurpet, sequentia eius arguunt: *πνεύμων γὰρ ἄπονος*.

P. 97, 11. *ῥίγεα πρὸς ἑσπέρην*] Quia pus conclusum eo tempore movetur, unde vapores maligni in habitum corporis, et febris augetur, ut notat Hippocrates 2. *prognost. p.* 42. *l.* 7. *ed. G.* ubi de signis suppuratorum tradit.

P. 97, 16. *χροιὴ ζωώδης*] *χροιὴ οὐ ζωώδης·* debet repeti negatio.

P. 98, 2. *μέσφι ἂν ᾖ φλεγμασίη, ἢ πιέζει*] Crassus: *donec inflammatio, quae urget, perseverat*, sed ad marginem positus est asteriscus cum his verbis; *adest, aut urget*, quod fortasse rectius: tunc vero Graeca ita leges: *μέσφι ἂν ᾖ φλεγμασίη, ἢ πιέζῃ*, mutato accentu particulae *ἢ* ut fiat disiunctiva, et verbi modo.

P. 98, 5. *ἢν δὲ ἤδε εἰς γένεσιν ἥκῃ πύου, πάντα μέγιστα*] Vide *Aphor.* 47. *sect.* 2.

P. 98, 7. *ἐξ ἀποστάσιος βιαίης*] Recte notatum ad marginem Codicis Crassi, *violenta extensione*. Scribe igitur *ἐξ ἀποτάσιος*.

181 P. 98, 10. *σαρκοειδέων βαθέων*] Rectius, *παχέων*, et ita legit *Crassus*.

P. 98, 12. *ἀτρεκέει*] Deest aliquid, hic et in proximo contextu, quod supplendum ex M. S.

P. 99, 12. *ἄπυρος γίγνεται*] Scribe *γίγνηται, εὖτε πέσσῃ, εὔχρους, εὔσιτος.* Haec enim coniunctim legenda sunt: itemque in sequenti periodi membro, *εὔτονος γίγνηται*, etc. Nisi sit enallage.

P. 100, 4. *μικρὸν γὰρ διαπνΐσκει χρόνον*] Haec verba sapiunt glossema, neque hic locum habent. Tollenda igitur, et statim post *συντήξιες*, lege quae sequuntur; *σπλὴν, καὶ ἧπαρ, καὶ πνεύμων, καὶ διάφραγμα, ὀξύτερα μὲν ἐς ἐμπύην.* Ad quae verba notaverat studiosus ad marginem *μικρὸν γὰρ διαπνΐσκει χρόνον.* Nisi quis malit transposita esse haec, statimque legenda post ista; *ὀξύτερα μὲν ἐς ἐμπύην·* quod nec mihi displicet.

Ad Caput X. *περὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα ἀποστάσεων.* *De Pulmonis Abscessibus.*

P. 100, 13. *ὅπωσπερ*] Scribe *ὅκωσπερ.*

Ibid. *ἐν τοῖσι σώμασι*] Quasi vero pulmo non sit corpus; sed nimirum corpora privatim appellat eas partes quae solidae, succi plenae, et compactae: pulmones quia laxi multis foraminibus pervii, pro meatu tantum et itinere habet.

P. 100, 14. *διατάσιος μᾶλλον τῶν ἀραιώσιων* (*ἀραιωσίων*) *γενομένης*] Scribe *διαστάσιος*, intervalla intelligit, quae in raris et spongiosis corporibus. Ita Avicenna, *lib.* 3. *fen.* 9. *tract.* 1. *in raritate pulmonis et in locis vacuis.*

P. 100, 16. *ἄλλην ἀπ' ἄλλης εὐρυχωρίην ἀμείβων τῇ*] Scribe *ἀμείβοντι*, nempe *ὑγρῷ*, eo enim refertur.

P. 101, 9. *καὶ βρογχίζον κοτὲ ἀνεπτύσθη*] Scribe *βρογχίον·* ita vocantur, quae in arteria aspera cartilagines. Galenus, *lib.* 4. *de loc. affect. cap.* 9. *βρογχία δὲ καλοῦσιν οἱ ἀνατομικοὶ τοὺς χόνδρους τῆς τραχείας ἀρτηρίας, σιγμοειδεῖς ὑπάρχοντας τῷ σχήματι.* Hippocrates *κρότωνας ἕλκεος* appellat, 2. *de morbis, Galen. interp.* Hae cum in pulmone sint admodum exiguae, ubi ipsas ab ulcere putredo invasit, integrae per sputum eiici possunt. Galenus, *lib.* 1. *de loc. aff. cap.* 1. *σῶμα γοῦν τι χονδρῶδές ἐστι, κατὰ τὰς τοῦ πνεύμονος τραχείας ἀρτηρίας, ὃ καλοῦσι βρογχίον· οὗ τὴν ἰδιότητα μόνοις τοῖς τεθεαμένοις ὑπάρχει γινώσκειν. ὅταν μὲν οὖν ποτε τοῦτο μετὰ βηχὸς ἀναπτυσθῇ, μέγιστον ἕλκος ἐξ ἀναβρώσεως ἢ σηπεδόνος ἐν πνεύμονι λογιζόμεθ' ὑπάρχειν.* et quae sequuntur.

P. 101, 10. *εὖτε καὶ ἀποῤῥῶγες*] Galenus id confirmat, *lib.* 4. *de loc. affect. cap.* 9. *ἀνέπτυσαν δὲ πάντες οὗτοι τελευτῶντες αὐτοῦ τοῦ πνεύμονος μέρη σεσηπότα.*

P. 101, 15. *τόνος μὲν γὰρ*] *Τόνος tenor, tensio.* Saepe apud Medicos pro vigore et quodam renixu partium a spiritu vitali; unde *ἄτονα* languida et effoeta.

Ad Caput XI. *περὶ ἄσθματος.* *De Anhelitu.*

P. 102, 10. *οὔκοτε ἐς πολλὸν διαρκέσειε*] Plinius, *lib.* 11. *cap.* 37. *Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitae trahit, laesumque mortem illico affert:* quae verba de gravi laesione intelligenda sunt. Nam quosdam corde non alte vulnerato vitam in multos dies traxisse historiae testantur.

P. 102, 11. *τῇδε γὰρ ἡ τῆς ἀναπνοῆς καὶ ζωῆς ἀρχή*] Cum *Aristotele* sentit *Aretaeus*, qui libro *περὶ ἀναπνοῆς*, *p.* 86. *l.* 1. *ed. Sylb.* cor principium seu causam efficientem respirationis docet: aucto scilicet calore ipsum extendi atque itidem pulmones, et qui haec continet, thoracem: *δεῖ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τὸ θρεπτικὸν εἶναι τῆς φυσικῆς δυνάμεως. Αἴρεται μὲν οὖν πλεῖον γενόμενον, αἰρουμένον* (*αἰρομένου*) *δ' ἀναγκαῖον αἴρεσθαι καὶ τὸ περιέχον αὐτὸ μόριον· ὅπερ φαίνονται ποιεῖν οἱ ἀναπνέοντες· αἴρουσι γὰρ τὸν θώρακα διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ τοῦ τοιούτου μορίου ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν.* Averrois, *lib.* 2. *collig. cap.* 19. motum respirationis partim voluntarium, partim naturalem statuit: qua voluntarius est, pendere a musculis thoracis et diaphragmatis: qua naturalis, a corde et pulmone. Ita *Galenum* Aristoteli conciliat.

Ibid. *αἰτίη δὲ ψύξις καὶ ὑγρότης τοῦ πνεύματος*] Immo *τοῦ πνεύμονος,* et ita emenda. Caeterum Avicenna, *lib.* 3. *fen.* 9. *tract.* 1. *c.* 38. iis causis adiungit siccitatem. *Et quandoque fit, sed raro, et ex exsiccatione pulmonis, et siccitate eius*; quod et *Rasis* tradit 4. *contin.*

P. 103, 7. *ῥὶς ὀξείη, ἐς ἀναπνοὴν ἑτοίμη*] Fortasse nasum acutum dicit, quibus scilicet nasi *πτερύγια* subinde comprimuntur, ut in difficili respiratione accidere docet Galenus, *lib.* 4. *de loc. aff. tom.* 3. *p.* 27. *A. l.* 15. *edit. Ald.* 1525. praesertim cum facultas imbecilla est.

182 P. 103, 8. *ὀφθαλμοὶ προπετέες, ὡς ἐπ' ἀγχόνῃ*] Hippocrates, *lib.* 3. *de morbis in descriptione anginae:* (*p.* 490. *l.* 24. *edit. G.* 1657.) *καὶ τὼ ὀφθαλμὼ πονέετόν τε καὶ ἐξέχετον, ὡς ἀπαγχομένοισι.*

P. 103, 9. *ῥωγμὸς ἐν ἐγρηγόρσι*] Recte notat stertorem, etiam dum vigilant: quia hoc signum obstructi pul-

monis, non si idem in somno contingat: nam plerisque stertere dormientibus familiare est.

P. 103, 10. *ὑγρὴ καὶ ἄηχος*] Vocem omnem humidam esse, quippe vaporem e pulmonibus, testatur Aristoteles, *probl.* 45. *sect.* 11. *ἡ φωνὴ ἀήρ τίς ἐστι μεθ᾽ ὑγροῦ*: ideoque hanc deorsum etiam deferri autumat: qua etiam mente dixit Poëta, (*Aeneid.* 7. *v.* 533.) *udae vocis iter.* Sed hic excessum humiditatis notat; ob quem fiunt voces obscurae, *ἀσαφεῖς*, ut dicitur in *lib. περὶ ἀκουστῶν*, ubi verba haec leguntur: *ὅταν μὲν γὰρ ὦσιν ὑγρασίας πλήρη πολλῆς ὅ, τε πνεύμων καὶ ἡ ἀρτηρία, διασπᾶται τὸ πνεῦμα, καὶ οὐ δύναται περαιοῦσθαι εἰς τὸν ἔξω τόπον συνεχῶς· διὰ τὸ προσκόπτειν, καὶ γίνεσθαι παχὺν, καὶ ὑγρὸν, καὶ δυσκίνητον· καθάπερ καὶ περὶ τοὺς καθάῤῥους (καταῤῥους) καὶ τὰς μέθας.*

P. 103, 13. *ὅκως ἅπαντα σπῆσαι*] Scribendum *σπᾶσαι.* (nisi forsan *σπῆσαι* sit more Ionico.)

P. 103, 14. *ὑπὸ βαρίης δὲ τοῦ ἠέρος*] *βαρίη*, pro *βαρύτης* dici Graece non arbitror, licet in compositis dicatur, ut *καρηβαρίη*· fortasse scripserat *ὑπ᾽ ἀπορίης* propter indigentiam aëris: quia per pulmones obstructos, nunquam satis aëris attrahunt. Mendum ex transpositione literarum.

Ibid. *καὶ διοίγουσι τὸ στόμα*] Galenus, *lib.* 11. *de usu part. tom.* 1. *p.* 68. *A. l.* 15. *ed. Ald.* 1525. respirationis instrumentum proprium esse dicit nares; cum nullum in iis, aut in pulmonibus impedimentum est: iisdem vero impeditis atque obstructis, quod non satis, per nares, aëris trahatur, os necessario diduci; atque ita per accidens effici instrumentum respirationis. Verba adscribere libet, quia hunc locum non mediocriter illustrant: *φλεγμονῆς γὰρ ἢ σκίῤῥου γενηθέντος, ἢ τινος ἄλλης διαθέσεως ἀποφραττούσης τοὺς πόρους τῆς ῥινὸς, ἀναγκάζονται μὲν καὶ τότε διὰ τοῦ στόματος εἰσπνεῖν· ἀλλ᾽ ὅτι μὴ κατὰ φύσιν ἔχουσι οἱ πόροι τῆς ῥινὸς, ὑγιαινόντων δὲ αὐτῶν ἀκριβῶς, οὐδὲν δεῖ τοῦ στόματος, εἰ μὴ κατεπείγοιτό τις ἄσθματι πολλῷ καὶ σφοδρῷ· κἂν τῷδε δῆλον, ὅπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὸ τὴν μὲν ῥῖνα τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων εἶναι τὸ πρῶτον τῇ τάξει, τὸ στόμα δὲ μηδενὸς μὲν παθήματος τὸ ζῶον βιαζομένου, μήδ᾽ ὅλως ἀναπνευστικὸν ὑπάρχειν.*

Ad Caput XII. *περὶ πνευμώδων.*
De Pulmonariis.

P. 104, 12. *ἄσθματος ἰδέη τὸ πνευμῶδες*] Galenus *πλεῦμος* appellat in Lexico, et *φθόην* seu *τὸ πλευμῶδες*

πάθος exponit: unde verbum *πλευμοῦν*. idid. *πλευμοῖ, πλευμώδη γίνεται, ἢ φθίνει*. Speciem Asthmatis sive suspirii facit *Aretaeus*.

P. 105, 4. *ἐς εὐνὴν θανάτου*] *εὐνὴν*, pro sepulchro interdum accipi auctor est *Eusthathius*. Hic *εὐνὴν θανάτου* pro inferis, ubi mortui somnum ferreum dormire crediti, sumpsit *Aretaeus*.

P. 105, 8. *στρογγύλον χαλαζῶδες*] Pituita viscida in pulmonibus interdum ita exsiccatur, ut in modum grandinis dura sit, qualem se vidisse *Galenus* testatur, non quidem grandinis, sed lupini effigie, non sine pernicie eius, qui exspueret. Locus est in *lib.* 4. *de loc. aff. cap. ult.* *ἕτερον δὲ πάθος εἶδον ἐν πνεύμονι τοιόνδε· βήττων τις ἐκ χρόνου πολλοῦ, καὶ πτύων ὀλίγα καὶ γλίσχρα, χαλαζίων μικρῶν παραπλήσιον ἀνέβηξέ τι, καί μοι κομίσας ἔδειξεν αὐτό*. Et paucis interiectis addit, *μεγέθει δ᾽ ἦν τὰ χαλάζια τοῖς καλουμένοις ὀρόβοις ἴσα κατὰ τὸ πλεῖστον· ἔστι δ᾽ ὅτε, καὶ μείζω τούτων, ὥσπερ γε καὶ μικρότερα*. Fernelius, *lib.* 5. *Patholog. cap.* 10. ubi de Asthmate agit: *Malo* (inquit) *ingravescente, lentus humor in grandinem concrescit, atque haec tandem in veros calculos, quibus interdum dissectos pulmones confertos deprehendimus.* Deinde historia id confirmat eiusmodi: *Sed etiam non ita pridem vir occurrit; qui, quoties exercitatione incalescit, concitata tussi calculos e pulmonibus edit praeduros,* eos*que exscreat, modo hordei, modo pisi magnitudine. Bona tamen is valetudine fruitur, praeterquam quod paulo difficilius respirat, et in medio thorace gravitatis cuiusdam pondus percipit.*

Ad Caput XIII. *περὶ ἥπατος.*
De Iecore.

P. 105, 15. *ἧπαρ σπληνὶ ἐς γένεσιν μὲν ἰσόῤῥοπον*] Quia animalium corpus bifariam divisum est in dextram et sinistram partem; ideo natura, viscerum alia gemina effecit; alia quae solitaria esse oportebat, ita confirmavit, ut in iis discrimen dextri et sinistri servaretur: quo scilicet corpus *ἰσόῤῥοπον*, et in quodam aequilibrio esset. Proinde quia iecori sedes in dextro erat; hinc lienem in sinistro
183 adversum constituit, eaque figura donavit, quae iecoris quoddam ceu rudimentum intelligeretur. Unde eum Philosophus *νόθον ἧπαρ* eleganter appellat, et ita gemina haec viscera fecit, ut similitudine naturae, et officii conspiratione, pro simplici haberi possent: *καὶ γὰρ ὡς μονοφυὲς ἑκάτερον,*

καὶ ὡς ἀνθ' ἑνὸς δύο παραπλησίαν ἔχοντα τὴν φύσιν. Videatur Aristoteles, *libro* 3. *de partibus cap.* 7. Nihil ea disputatione elegantius esse potest.

P. 106, 3. *ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ*] Ita Hippocrates, *libro περὶ τροφῆς. p.* 382. *l.* 12. *Ed. Genev.* 1657.

P. 106, 4. *ἰσχυροτέρην ἔχει τοῦ θανάτου τὴν αἰτίην*] Sane; iecur enim princeps est pars, et vitae necessaria, non lien: maxime si verum est, quod *Plinius* tradit, *lib.* 11. *cap.* 37. *inuri impune cursorum laborantibus, et eo per vulnus exempto vivere animalia:* quod *Caspar Hofmannus* fabulosum censet, et veterem fabulam appellat, *cap.* 2. *de usu lienis.* Vide et *Fallop. lib. de vulner. cap.* 12. Attamen, cum asplenii pastu consumi lienem pecudibus *Dioscorides* et alii complures peritissimi auctores testentur, citra eorum animalium perniciem: cur non et hominibus aut ferro, aut igne, aut qua alia ratione sine vitae periculo eximi posse credamus?

P. 106, 7. *καὶ ἀφίσταται ξυνεχέστερόν τε καὶ ὀλεθριώτερον*] Quia princeps pars, si nimirum abscessus fiat, in ipso parenchymate: nam si intra tunicas pus contineatur non est lethalis. Vide Hippocratem *sect.* 7. *Aphor.* 45.

P. 106, 8. *καὶ ἐπὶ σκίῤῥῳ δὲ ὠκύτερον σπληνὸς καὶ περιαλγέστερον κτείνει*] Iecur et lienem ad scirrhum opportunissima esse testatur Galenus, *libro* 13. *Methodi:* (*tom.* 4. *pag.* 92. *B. l.* 34. *ed. Aldin.*) *ἐπιτηδειότατα γάρ ἐστι σκιῤῥωθῆναι τὰ δύο σπλάγχνα, τὸ θ' ἧπαρ, καὶ ὁ σπλήν.* Et paulo infra de iecore: *ἡ γάρ τοι τοῦ ἥπατος οὐσία ῥᾷστα σκίῤῥοις ἁλίσκεσθαι πέφυκεν, ἔχουσά τι καὶ φύσει πηλῶδες, ὡς παίζων τις ἔλεγεν ἰατρὸς τῶν καθ' ἡμᾶς.* Non immerito autem iecoris scirrhus dicitur celerius mortem afferre, utpote qui iecoris facultatem destruat, qua corpus carere non potest. Ita enim abolita sanguinis generatione hydrops immedicabilis brevi consequitur.

P. 106, 10. *μέσφι κλειδὸς ἢ ἄκρου ὤμου*] Galenus, *libro* 5. *de loc. aff. tom.* 3. *pag.* 56. *A. l.* 32. *edit. Aldin.* signa inflammationis hepatis ponit *τὸ εἰς τὴν κλεῖν ἄλγημα διατεῖνον.* Quo sensu et *Asclepiades* dolorem iecoris *ὁλκιμον* appellabat, cuius verba haec exstant apud Galenum *lib.* 2. *de loc. aff. p.* 36. *A. l.* 17. *ὁ δὲ τοῦ ἥπατος ὁλκιμος ἐμπεφυκώς, καὶ ναρκώδης ἐστὶ, καὶ ἀντειρότερον* (male pro *ἀσηρότερον*) *ἐγκείμενος·* quam tamen huius vocis acceptionem in eum sensum non probat *Galenus.* Cur autem dolor ad claviculam usque pertingat, nemo disertius declarare potest, quam hic *Aretaeus.*

P. 106, 14. *ἠδὲ ἄκρω τῶν ὤμων ἀποτέταται*] Dividit more Ionum: alii una voce *ἀκρώμιον*.

P. 106, 16. *ἢν δὲ κατακορέως ἔωσιν*] Malim legere *κατακορέες ἔωσιν*, cum virgula, et mox *ἰκτερώδεες τοῦ λευκοχρόου εἴδεος*. Ut intelligamus eos fieri quidem ictericos, sed eo genere icteri, qui ad album magis colorem declinet.

P. 107, 1. *νηφαλέοι μὲν ἐς πάντα*] Eximia est haec observatio, et paucorum hominum; iecoris inflammatione laborantes a vino abhorrere. Contra omnino accidit, si iecoris substantia penitus corrumpatur; *οὐσίας διαφθορὰν* Graeci vocant: quippe tunc patientes incredibili vini optimi ac meracioris desiderio flagrare, sicut et in corruptela pulmonum, testis est Fernelius, *lib.* 6. *pathol. cap.* 4.

P. 107, 3. *ὄγκος ὑπὸ τιτθῇσι ἢ πλευρῇσι*] An corrupta haec, pro *ὑπὸ νόθῃσι πλευρῇσι*? nam sub nothis costis, non sub mamma tumor est in iecoris inflammatione: etsi tumor sub nothis costis sub mamma quoque est. Verum obscura haec loquendi ratio, quam sufficiat notasse.

P. 107, 6. *ἢν δὲ μὴ ὑπὸ τὸ ὀστέον μίμνωσι οἰδέει*] Mutilus hic locus est, et asterisco notatus: neque in manuscriptis libris, quos videre licuit, quicquam reperi, quod iuvet.

Ibid. *καὶ τοῦ μὲν περιγραφῇ, καὶ τὰ ὅρια δῆλα*] Scribe *περιγραφὴ* in recto casu. Discrimen notat inter inflammationem iecoris, et musculorum abdominis, quod in illa circumscriptio sit tumoris iuxta figuram visceris, in hac non item, sed *ἀόριστος*, ut mox ait. Galenus itidem tumorem circumscriptum iecoris inflammati proprium asserit, *libro* 5. *de loc. aff. cap.* 6. *τῷ δ' ἥπατι μόνῳ συμβέβηκεν ἀθρόως περιγραφόμενον ἴσχειν αὐτόν*.

P. 107, 9. *περιτοναίου δὲ ἀόριστος ἡ σκληρίη*] Nomine *περιτοναίου* non tantum membrana intelligenda est tenuissima, quae omnes abdominis partes investit et continet; sed et musculi eiusdem abdominis, quae illas quoque partes extrinsecus tegunt: quod diligenter hoc loco eruditioribus notandum propono.

P. 108, 3. *πῦον ἐκρεύσει λευκὸν, πέπον, λεῖον, κακῶδες, ὅτι παχύ*] Cum hic puris laudabilis conditiones tradat, quae si appareant convaliturum aegrotum significant; cur hoc ipsum pus *κακῶδες*, *graveolens* dicat, non video: si quidem e contrario minime graveolens esse debet, ut patet ex 1. *prognost. cap.* 11. *τὸ δὲ πῦον ἄριστον λευκόν τε εἶναι, καὶ ὁμαλὸν, καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντίον τουτέου, κάκιστον*. Ratio etiam, quam mox affert, non quadrat: *ὅτι παχύ*. Contra enim, pus quod crassum

est, minus foetet, sive crassities a coctione, sive ab alia causa humorem absumente inducatur: qui, ut putredinis, ita et foetoris parens: quare negationem desiderari, et reponi 184 debere arbitror, ut sic legatur, *μὴ κακῶδες ὅτι παχύ.*

P. 108, 12. *οὐ πέπτει γὰρ αὖθις*] In M. S. *Claromont.* abest vox, *αὖθις*· in *Menteliano* legitur *αὖ*, pro *αὖθις*, quod idem est. Sic censeo legendum: *οὐ πέπτει γὰρ αὖθις, οὔτ' εὖ ἔχον τὸ ἧπαρ*, hoc sensu: Si cruda iocinoris (iecoris) inflammatione laborantibus, vitiosa per alvum prodeant; alimentum prae ventriculi et intestinorum intemperie imperfectum per inferiora descendit. Neque enim iecur, vel si bene habeat, quae cruda e ventriculo exeunt, rursus concoquit.

P. 109, 5. *ἄπορον μὲν οὐ γίγνεται τὸν ὄγκον τε τὸν σκληρὸν ἴζον εἰς σκίῤῥον ἱδρύεται*] Lege, *τὸν ὄγκον τε τὸν σκληρὸν χρονίζοντα εἰς σκίῤῥον ἱδρύεσθαι*, id est, *Non est absurdum, tumorem durum, temporis progressu, in scirrhum firmari.*

P. 109, 6. *νωθὴς δὲ κἢν παρῇ*] Cum abscessus iecoris non maturatur, in scirrhum compingi ait; et tunc neque dolorem continuum esse, neque magnum esse, quo etiam tempore exercet, sed obtusum seu segnem: id enim significat vox *νωθής*. Cui voci respondet ea, qua usus est *Archigenes*, ad designandum hepatis dolorem: nam hunc *ναρκώδη* appellabat, Galeno teste, *lib.* 2. *de loc. aff. tom.* 3. *p.* 85. *A. l.* 53.

P. 109, 7. *ἀραιὴ δὲ, καὶ θερμή*] Mendum hic in accentu. Scribe *θέρμη*, *caliditas;* ut recte vertit *Crassus.*

P. 109, 10. *κορυφὴ γὰρ τῶν κακῶν ὕδρωψ*] Apicem malorum hepatis omnium hydropem eleganter vocat, sive ad magnitudinem morbi respexit, sive ad tumorem abdominis, quod in fastigium elevatur *κορυφοῦται.*

P. 109, 16. *σφαλερὴ δὲ ἡ τοιαύτη ἐπικουρίη*] Periculosam hydropis curationem censet, qua serosi humores affatim vacuantur: quod vires subita eiusmodi evacuatione prorsus affligantur; haud secus ac immodico sanguinis profluvio. Aliam rationem proponit Galenus, *com.* 6. *ad Aphor.* 27. quia scilicet scirrhus visceris non amplius ab aquosa redundantia sustentatus, suo pondere diaphragma, tum viscera etiam thorace contenta deorsum detrahat: *ἀλλὰ καὶ ὁ τοῖς σπλάγχνοις σκίῤῥος, ὡς ἂν μηκέτ' ὀχλούμενος,* (lege *ὀχούμενος*) *ὑπὸ τοῦ* (*τῆς*) *ὑδατώδους οὐσίας, κατασπᾷ τό, τε διάφραγμα, καὶ τὰ κατὰ τὴν θώρακα σπλάγχνα.* Eidem causae adscribendum est, quod olim grassatores Aegyptii, corio exuti, diuque in illo cruciatu viventes, simul

ac umbilicus ferro tactus praecisusve esset, exspirarent, referente Scaligero, *exercit.* 246. *sect.* 2.

P. 110, 1. ἐσχάτῃσι ξυμπτώσεσι] Crassus interpres obscure, *extremos casus* vertit. Nec tamen, fateor, Latinam vocem habemus, quae σύμπτωσιν seu, quod idem est, ξύμπτωσιν hic positam exprimat; quae eo sensu accipienda est, quo apud *Hippocratem in* 3. *Aphor. sect.* 1. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας τὸ ἔσχατον ἄγειν. Significat autem haec vox vasorum in corpore mutuam in se ex nimia humoris contenti vacuatione collapsionem, atque ut ita dicam, coincidentiam.

P. 110, 8. τούσδε ἐκίκλησκον ξυντηκτικούς] Qui ex iecinoris ulceribus, tabidi effecti moriuntur, συντηκτικοὺς proprie appellari docet. *Syntecticos* etiam Plinius vocat passim in historia.

Ad Caput XIV. περὶ σπληνός. *De Liene.*

P. 110, 12. τῆς ἐπιπνοίης μέζων] Scribe, ἐπιπονίης, *dolore maior.*

P. 110, 13. μέσφι τοῦ ἥπατος] Tumorem lienis usque ad iecur, et per totam abdominis latitudinem extendi aliquando, non solum ex his *Aretaei* verbis, sed et ex *Plauto* discere licet; apud quem quidam se liene ut Zona cinctum conqueritur: quo etiam spectant verba illa e *Casina, Act.* 1. *scen.* ex summis opibus:

Perii! seditionem facit lien, occupat praecordia.

Athenaeus, *lib.* 8. *cap.* 9.

καταμαθὼν δ' ἡνίκ' ἐξῄει πάλιν·
τῆς κοιλίας τὸν σπλῆνα ἔχοντα διπλασίονα.

P. 111, 1. εὖ τε καὶ ἀπορίῃ ξύνεστι παντελής] Malim ἀπονίῃ, de Scirrho enim loquitur, qui indolens.

P. 111, 11. μελάγχλωροι] Ex nigro virescentes. Notus est *Stratonici* Citharoedi iocus in *Caunios*, quos omnes lieonosos fuisse proditum est, ex *Homeri* versu, (*Iliad.* ζ. *v.* 146.)

οἵηπερ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Nempe hos comparabat foliis, quod colore viridi essent. Cum vero quidam aegre ferrent urbem notari, ut insalubrem: *Ego* (inquit) *insalubrem dicere verear, in qua mortui ambulant?*

P. 111, 12. ἡ δύσπνοια ὡς ἀπὸ βαρέος (βάρεος) τοῦ θώρηκος] Desideratur aliquid, puta, πιεζομένου, aut quid simile.

P. 112, 6. *καὶ ὅλα μέλεα τοῦ σπληνὸς ἠνέχθη*] Non- 185
nullis lienis frusta integra ex abscessu per alvum deiici observat: an salvo Animali, non dicit. De hac re vide, quae supra annotavimus.

Ibid. *εὔλυτος γὰρ καὶ φύσι σπλήν*] Quia corpus eius friabile; unde facile in humore diluitur.

P. 112, 8. *πολυελκέες πάντη*] Non alienum ab hoc loco, quod *Aristoteles* prodidit, *sect.* 29. *probl.* 1. eos scilicet, qui praeter modum melancholici sint, scatere ulceribus, quod *Herculis* et *Lysandri* exemplis confirmat: de priore scribens: *καὶ ἡ πρὸ τῆς ἀφανίσεως ἐν Οἴτῃ τῶν ἑλκῶν ἔκφυσις γενομένη τοῦτο δηλοῖ· καὶ γὰρ τοῦτο γίνεται πολλοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς.* mox de *Lysandro* sic: *συνέβη δὲ καὶ Λυσάνδρῳ τῷ Λάκωνι πρὸ τῆς τελευτῆς γενέσθαι τὰ ἕλκη ταῦτα.*

P. 112, 12. *εἰ δὲ τοῦ πάθεος ἥττοιτο, χρεὼν ὕδρωψ*] Refrigerato per sympathiam iecore: Sympathia autem propter propinquitatem. Vide Galenum, *lib.* 6. *de loc. affect. cap.* 1.

P. 112, 13. *ἡ φθίσις καὶ τοῦ σκήνεος τηκεδών*] Ob eam causam *Traianus* Imperator fiscum lieni similem dicebat, quod eo increscente reliquae partes contabescerent.

P. 113, 3. *καὶ νέοισι ἀργίῃ μάλιστα*] Quia sedentariam vitam agentibus multitudo crudorum humorum coacervatur, qui ad lienem delati, ipsum tumefaciunt.

P. 113, 4. *χωρία ἑλκώδεα*] Scribe *ἑλώδεα.* Hippocrates, *lib. de aëre, loc. et aquis*, (*p.* 283. *l.* 48. *Ed. Gen.* 1657.) tradit, iis, qui aquas paludosas et stagnantes bibant, *σπλῆνας ἀεὶ μεγάλους εἶναι·* rationem addit *εἰς γὰρ τὸν σπλῆνα αἱ σάρκες ξυντήκονται.*

Ad Caput XV. *περὶ ἰκτέρου.*
De Morbo Regio.

P. 113, 10. *ἀλλὰ καὶ μετὰ ἑβδόμην ἔκτεινε μυρίους*] Non solum ante septimum diem, quemadmodum scripsit *Hippocrates*, sed et post id tempus arquatum morbum innumeros iugulasse testatur: cui contrariam videre est sententiam apud Hippocratem, *lib. περὶ κρισίων:* (*p.* 552. *l.* 17.) ubi scriptum est, morbum regium, si post septimum diem accedat, sudorem criticum portendere, atque aegrum convaliturum: *ἐν τοῖσι καύσοισιν ἢν ἑβδομαίῳ ὕστερον ἐπιγένηται ἴκτερος δῆλον ἱδρῶτος· τὸ γὰρ νόσημα οὐ φιλέει ἐξιδροῦν, οὐδὲ ἄλλῃ ἀφίστασθαι οὐδαμῇ, ἀλλὰ ὑγιὴς γίνεται.* Ibid. paulo infra: *ἴκτερος δὲ ἢν ἑβδομαίῳ ἐπιγένηται*

ἢ ὕστερον ἐν καύσῳ, καὶ δυσχερείᾳ, σιάλου πολλοῦ ἀποχώρησις, ἔντε τοῖσι καυσώδεσι πυρετοῖσι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, ἢν μηδενὸς τουτέων τῶν σημείων γενομένων ἀφίῃ ὁ πυρετὸς, ἀνάγκη τοιάςδε κρίσιας ἀντὶ τουτέων γενέσθαι, ἢ φυμάτων μεγάλων ἀπόστασιν, ἢ ὀδύνας ἰσχυρὰς ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος. etc. quibus ex locis patet non esse perniciosum Icterum post septimum diem.

P. 113, 11. *σπανίως δὲ εὖ τε ἔκρινε πυρετόν*] Quia eo modo bilis, neque multum, neque affatim vacuatur; quare abscessus ille est *ἡμίῤῥοπος*, non autem *ἀντίῤῥοπος:* recte autem dicit *σπανίως*, quia febrem acutam biliosamque Ictero iudicari interdum accidit; ut Galenus, *lib.* 5. *de loc. aff.* (*tom.* 3. *p.* 58. *B. etc.*) testatur his verbis: *πυρέξας γοῦν τις ὀξὺν, καὶ χολώδη πυρετὸν, ἑβδομαῖος ἀπηλλάγη τοῦ νοσήματος, χολῆς ξανθῆς παμπόλλης εἰς τὸ δέρμα κατασκηψάσης.*

P. 113, 12. *ξυνίσταται δὲ οὐκ ἐπ' αἰτίῃ μοῦνον ἥπατος*] Galenus, *citati libri cap.* 7. hanc quaestionem proponit, utrum semper in Ictero pars affecta sit hepar, et multis de causis negat; *quoniam,* inquit, *et per crises morborum iecore nihil affecto ad cutem effunditur bilis pallida: et a causis externis sanguinem* (sanguis) *nullo viscerum laeso in bilem totus convertitur, ut iis quos vipera momordit?* quod exemplo confirmat cuiusdam *τῶν αὐτοκρατορικῶν οἰκετῶν,* cuiusdam ex imperatoris Officialibus, cui viperarum capiendarum provincia demandata erat. Addit folliculi biliaris propria imbecillitate nonnunquam icterum accidere, cum bilem secernere non potest; aut humore ita distenditur, ut ipsum deinceps expellere nequeat; aut etiam quia meatus eius obstructi sunt: quae omnia, illaeso hepate, contingere posse manifestum est.

P. 113, 13. *ἀλλὰ κοιλίῃ καὶ σπληνὶ, καὶ νεφροῖσι, καὶ κώλῳ*] A splene quidem fiunt nigri icteri, diffuso in habitum corporis humore nigro: ventriculi vero et coli vitio bilem in membra effundi, nullus quod sciam praeter *Aretaeum* dixit.

P. 114, 8. *οὔτε δάκνεται χολῇ*] Una ex causis, propter quas alvus non respondet, est impeditae bilis in intestina profusio; qua vim eorum expultricem exstimulari oportet: quam idcirco *μαστίζουσαν, καὶ κατελαύνουσαν χολὴν* appellat Alexander Aphrodisaeus *in problematis*, Vide *Aristotel. problem. p.* 303. *l.* 25.

P. 114. 17. *ἤνπερ εἰς πέψιν ἡ γαστὴρ καὶ τῷ κώλῳ κακωθῇ*] Rectius legatur, *ἡ γαστὴρ καὶ τὸ κῶλον.*

P. 115, 1. *καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ κώλῳ πέψις*] Ita et Ga-

lenus, *lib.* 4. *de usu partium,* (*tom.* 1. *p.* 27. *B. l.* 13. *ed. Ald.*) intestinis vim quamdam coquendi alimenti tribuit, licet non ex naturae instituto: sed quia iis ad meliorem functionem abutitur: πέπτεται μὲν οὖν ἔτι καὶ κατὰ τὴν τούτων δίοδον ἡ τροφὴ, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς φλεψὶν ἁπάσαις τὸ αἷμα· γέγονε δ᾽ οὔτε τῶν ἐντέρων οὐδὲν ἕνεκα πέψεως, οὔτε φλέβες αἱματώσεως, ἀλλ᾽ ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὸ μέν που τὶ (τι) συγχρῆται πρὸς τὸ βέλτιον ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων ἡ φύσις. etc. Idem innuit Philosophus 186
cum 4. *de part.* 3. quod terra est stirpibus, id animalibus ventrem atque intestina esse scribit: τοῖς δὲ ζώοις ἡ κοιλία καὶ ἡ τῶν ἐντέρων δύναμις, ἀντὶ γῆς ἐστιν, ἐξ ἧς δεῖ λαμβάνειν τὴν τροφήν. Ubi terrae stirpium continenti alimentum comparat ventrem atque intestina, utpote natura atque officio coniuncta; nempe concoquendi Chyli: qua et mente *Iuvenalis*, intestina pro receptaculo ciborum, puta ventre posuit: (*Satyr.* 7. *v.* 78.)

— *et capiunt plus intestina poëtae.*

Cicero satis aperte *lib.* 1. *de Natura Deorum,* ciborum in intestinis, quae alvi nomine designat, concoctionem fieri docet: *In alvo,* inquit, *multa sunt mirabiliter effecta, quae constant fere e nervis. Est autem multiplex et tortuosa, arcetque et continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit; ut id mutari, et concoqui facile possit: eaque tum adstringitur, tum relaxatur, atque omne quod accepit, cogit et confundit; ut facile et calore, quem multum habet, et* (ex) *terendo cibo, et praeterea spiritu omnia cocta, atque confecta, in reliquum corpus dividantur.* Ex quibus verbis apparet hunc existimare coqui cibos in intestinis; quae, ut dixi, alvi multiplicis et tortuosae nomine intelligenda sunt. Cur autem colum prae aliis intestinis nominet, non plane perspicio, nec accuratius investigare operae pretium puto.

P. 115, 1. καὶ ἀπὸ τοῦδε ἡ ἐς τὸ ἧπαρ ἀναγωγὴ τροφῆς] Non plane negandum est, quin aliquid Chyli, dum alimenti distributio fit in colo, reperiatur, quod ad hepar feratur. At id esse paucum contendo, prae eo quod in tenuibus intestinis continetur, quae Chylum omnem statim a ventriculo excipiunt: cum ad colon pene nil aliud quam scybala perveniant, exsucta iam per venas mesaraicas meliori parte. At *Aretaeus* a colo perferri alimentum ad iecur ita absolute praedicat, ac si Chyli insigne quoddam promptuarium esset, atque effatu dignum.

P. 115, 2. ἣν οὖν ὠμότερον τὸ ἧπαρ τὴν ἄλλην τροφὴν λάβῃ] Lege ὠμοτέραν, refertur ad τροφήν.

P. 115, 5. *ἀπεψίη δὲ, ἡ ἐν κώλῳ χολῆς ἐστι ἐργασίη*] Vox *ἀπεψία* apud plerosque aequivoca est: vel enim *στέρησιν ἐνεργείας* significat; quae acceptio communior est, et Galeno iudice rectior: vel *ἀλλοίωσιν εἰς ἑτέραν ποιότητα, μὴ μέντοι κατὰ φύσιν, mutationem scilicet alimenti in aliam qualitatem, et a naturâ alienam:* quo posteriore modo videtur accepisse *Aretaeus*, cum dicat ex *ἀπεψίᾳ* in colo bilem gigni: quod de privatione coctionis, ne animo quidem fingi potest. Quis enim dicat bilem calidissimum humorem et igneum, caloris coquentis defectu, ac privatione effici? Sed rursum difficultas nascitur; quoniam biliosum excrementum, ut et faecem sanguinis, et pituitam una cum sanguine in hepate gigni, *Galeni* compluribus locis, et reliquorum Medicorum constans sententia est; quomodo igitur in Colo eadem gigni potest? Quod autem ibi generari non possit, hinc etiam perspicere licet: in eo loco, qui pituitae frigidissimae, qualem *Praxagoras* vitream appellabat, gignendae aptus est, non potest gigni humor calidissimus: natura enim loca rebus creandis accommodat, ut plurimum. Et locum locati velut formam statuit Philosophus, 4. *physicor.* ut summa necessitudo intelligatur. At pituitam illam vitream in Coli cellulis gigni Galenus, 2. *de loc. aff. cap.* 1. ubi de dolore colico agit, perspicue declarat. Igitur non illic bilis flava ortum accipere potest. De ea, quae *πρασοειδὴς* dicta a porri colore, dubitari potest. Verum neque hanc in colo gigni putat *Galenus*, sed in ventriculo, vitio alimentorum illic putrescentium. An vox *χολὴ*, usurpata hic pro quocumque humore? ut Graecis in more esse notat Galeottus Martius *de Doctrina promiscua cap.* 13. Cuius rei testem citat *Persium*, qui *Satyra* 3. *v.* 8. scripserat:

— turgescit vitrea bilis.

Verum neque *Galeotto* fidem ullam habendam censeo de Literis Graecis, quarum ille penitus expers fuit: cum alioqui non meminerim me quicquam simile observasse apud ullum Graecum Scriptorem. Neque, si illa observatio vera sit, tamen hic locum habeat, ubi de ictero agitur, quem sola a bile vel flava vel atra effici certum est.

P. 115, 6. *καὶ ἐπὶ παντὶ γίγνεσθαι σπλάγχνῳ δυνατὸν ἴκτερον*] Quia in omni viscere bilis gigni potest a calida intemperie, sicut de habitu corporis mox dicet.

P. 115, 8. *οὐ γὰρ ὀχετοῖσι αἰσθητοῖσι*] Pulcherrima, verissimaque sententia: non per manifestos meatus, sed et per insensiles, vaporis in modum subire alimentum in corpus universum. Auctor libri *de plantis*, qui adscriptus

vulgo *Aristoteli*, *lib.* 2. cum vaporibus subire pituitam et sanguinem ad caput scribit; sed et ipsos vapores suaves alimentorum nutrire haud dubium est, quando ex iis si effluere prohibeantur cute a frigore aut aliter densata, sanguinem augeri, et *πληθώραν* effici docet Galenus *lib. περὶ πλήθους* (*tom.* 3. *p.* 79. *A. l.* 16. *ed. Ald.*) Sed et *Aristoteles* ali vaporibus corpus non obscure innuit, *lib. de somno et vigilia cap.* 3. cum ait, melancholicos esse edaces, quia non multum in iis vaporis tollitur, quo corpus alatur: *οὐδὲ οἱ μελαγχολικοί· κατέψυκται γὰρ ὁ εἴσω τόπος, ὥστε οὐ γίνεται αὐτοῖς πλῆθος ἀναθυμιάσεως· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ βρωτικοὶ σκληροὶ ὄντες· ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ἀπολελαυκότα διάκειται τὰ σώματα αὐτοῖς.*

P. 115, 13. *οὐ μὴν ἐπὶ κῶλον ἡ τῆς κοιλίης ἔκκρισις λευκή*] Legi *ἐπὶ κώλου* in colo, vel in dativo *ἐπὶ κώλῳ.*

P. 115, 15. *δυνατωτάτη δὲ ἡ καὶ ἐπὶ τῷ παντὶ ἕξις* 187
ἴκτερον τεκεῖν] Morbum regium non solum a visceribus, sed et ab habitu corporis proficisci, his verbis docet: *quoniam omni parti calor inest naturalis, quo humorem prolicit, concoquit, generat, secernit; unaquaeque secundum propriam conditionem.* At ubi ea reperiuntur, bilis quoque generari potest. Ex quo efficitur, hunc morbum ab ipso etiam habitu deduci posse. Huic quoque sententiae subscribit Avicenna, *lib.* 3. *fen.* 15. *tract.* 1. *cap.* 3. verba eius placet adscribere: *Et calefit complexio hepatis valde, et facit choleram secundum quod scivisti in loco suo; generans vero ipsam non in natura est totum corpus. Nam cum ipsum superflue calefit, convertitur, quod in ipso est, ex sanguine ad choleram.* Et paucis interiectis eandem sententiam repetit: *et multitudo generationis cholerae quandoque est in hepate, et quandoque est in corpore toto, secundum quod scivisti.* Eiusdem meminit et Ioannes Fernelius, *lib.* 6. *Pathol. cap.* 8. *Comminiscuntur* (inquit) *plerique alias icteri causas, ut folliculi fellis imbecillitatem, et partium, quae in habitu sunt corporis, calidiorem intemperiem: quae tamen omnes rarissimae cum sint, in earum numero haberi debent, quae cogitatione potius quam usu et eventis deprehensa sunt.*

P. 116, 1. *ἐν σαρκὶ μὲν ἱδρώς*] Locus hic sumptus ab Aristotele, qui *sect.* 4. *probl.* 27. similem sententiam posuit: *ἢ ὅτι ἐστὶν ἑκάστῃ περιττώσει τόπος, εἰς ὃν πέφυκεν ἀποκρίνεσθαι κατὰ φύσιν· καὶ πόνου γινομένου τὸ πνεῦμα ἐξιὸν ἀνοιδεῖν ποιεῖ, καὶ συνεκκρίνει αὐτήν· οἷον τὸ μὲν οὖρον εἰς κύστιν, ἡ δ' ἐξικμασμένη τροφὴ εἰς κοιλίαν· τὸ δὲ δάκρυον εἰς ὄμματα· μύξαι δ' εἰς μυκτῆρας. αἷμα δ'*

εἰς φλέβας· ὁμοίως δὴ τούτοις καὶ ἡ γονὴ εἰς ὄρχεις καὶ αἰδοῖα.

P. 116, 4. *τὰ δὲ ὑγρὰ πάντα γίγνεται χολή*] Omnes humores in bilem posse converti censet, ubi dominatur calor: quia bilis extremus est terminus, ad quem calor humores citra exsiccationem perducere potest.

P. 116, 5. *ἦν δὲ καὶ ἐν αἵματι ἀπεψίη ξυμβῇ*] Vide supra quae annotavimus de huius vocis ambiguo usu. Hic autem *ἀπεψίαν* usurpat pro mutatione sanguinis in qualitatem a natura alienam; non autem pro ipsa privatione coctionis a frigore: haec enim non biliosum facit sanguinem, sed *ἰχωροειδῆ*, (*ἰχωροειδὲς* sc. *αἷμα*) serosum, aquosumve.

P. 116, 9. *ὅγε ἐν λίθῳ καλὸν ἔῃ*] Lapidis nomine aurum etiam designavit, quia ex terra conflatum sicut lapis. Suidas *in voce ἴκτερος, τοὺς ἰκτέρῳ χρωσθέντας ὥσπερ χρυσίῳ. λίθος* igitur hic pro metallo: si tamen nullum huic vocabulo irrepsit vitium; cum vera lectio esset; *ὅγε ἐν μετάλλῳ καλὸν ἔῃ.*

P. 116, 10. *πλὴν ὁκόσον τῶν χερσαίων ἰκτίδων τῶν τετραπόδων*] *ἰκτέρου* etymon deducit ab *ἴκτις*, quo nomine Graeci mustelam silvestrem vocant. Plinius, *lib.* 29. *cap.* 4. *Mustelarum duo genera, alterum silvestre; distant magnitudine: Graeci vocant ictidas.* Mutilus locus; interim restituo: *Mustelarum duo genera; unum domesticum, alterum silvestre. Distant magnitudine. Silvestre* (vel Silvestres) *Graeci vocant ictidas.* De ictide quam Theodorus *Viverram* interpretatur falso, ut arguit *Scaliger*, scribit in hunc modum Aristoteles, *lib.* 9. *de hist. an. cap.* 6. *ἡ δ' ἴκτις* (*ἰκτὶς*) *ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος, ἡλίκον μελιταῖον κυνίδιον τῶν μικρῶν· τὴν δὲ δασύτητα, καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω, καὶ τοῦ ἤθους τὴν κακουργίαν, ὅμοιον γαλῇ.* Suidas, *ἀπὸ τῶν ἰκτίνων*, hoc est, a Milvis nomen hoc trahit: *ἴκτερος*, inquit, *νόσος ἐκ χολῆς συνισταμένη· τοὺς ἰκτέρῳ χρωσθέντας ὥσπερ χρυσίῳ· λέγουσι δὲ εἶναι πόνον ὠχροειδῆ ἀπὸ θυμοῦ ἐγειρόμενον, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν κεκρατημένων ὠχρούς, καὶ μέλανας ποιεῖν, ὡς καὶ τῶν ἰκτίνων· ἀφ' ὧν καὶ καλοῦνται οἱ ἰκτεριῶντες.* At Plinius, *lib.* 30. *cap.* 11. hunc morbum dictum putat ab ave eiusdem nominis, coloris argumento. Id enim verba eius sonant: *Avis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori. Hanc puto latine vocari Galgulum.* Quamquam nonnulla hic in verbis est perplexitas, sicque concipienda haec sententia videtur: *Icterus vocatur a colore avis; quae si spectetur, sanari* etc.

P. 116, 12. *εἴδεα τοῦ πάθεος δοιά*] Duas morbi regii species tradit: una scilicet, in qua corpus flavo et croceo colore infectum apparet, quam *λευκοχλώρου εἴδεος*, *speciei ex albo virentis* esse statuit: altera in qua corpus lividum, aut nigrum; has autem species a duplici genere bilis: unum quidem, quod sub se comprehendit bilem flavam, tenuem, perspicuam; atque una bilem rubram instar croci, aut ovorum vitelli, cuius color plenior saturatiorque est. Id enim significat vox *κατακορὴς*, quo sensu et Poëta; *vellera — hyali saturo fucata colore* dixit 4. *Georg. v.* 335. Alterum genus bilis ad nigrum magis declinans, sub quo bilis, quae a porri colore *πρασοειδὴς* dicitur, et quae *ἰσατώδης* a colore glasti, quod graece *ἰσάτις* appellatur. Haec est sententia huius loci, qui nunc integer exscribendus est, ut vitium appareat vulgatae lectionis, et ratio constet nostrae emendationis: *εἴδεα τοῦ πάθεος δοιά. ἢ γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν, καὶ τὸ κροκῶδες ἐτράπη τοῦ λευκοχλώρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. τῶνδε μέντοι ἡ αἰτίη.* Post haec verba videntur quaedam deesse, sed nihil iuvant MSS. Fortasse *ἧπαρ ἢ σπλήν. εἴδη δὲ καὶ χολῶν ἐστι αἰτίη. καὶ γὰρ τῆσδε ἡ μὲν ξανθὴ, λεπτὴ, διειδὴς, λεπτοτέρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. ἡδὲ (ἡ δὲ) κατακορὴς, ὡς κρόκον, ἢ λέκιθον φάναι τοῦ αὐτοῦ εἴδεος· δευτέρη δὲ μελαντέρης χροίης πρασίζουσα, ἰσσατώδης, (ἰσατώδης) μέλαινα· μυρίαι δὲ ἐν μέσῳ τῶν χροιῶν παραραλλαγαί.* Sic ergo hunc ipsum locum lego: *εἴδεα τοῦ πάθεος δοιά. ἢ μὲν γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν καὶ τὸ κροκῶδες ἐτράπη τοῦ λευκοχλώρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν.* Sequentia vero ita lego: *τῶνδε μέντοι δισσὴ ἡ αἰτίη· εἴδη δὲ καὶ χολῶν ἐστι* 188
αἰτίη. καὶ γὰρ τῶνδε, (supple *χολῶν*) *ἡ μὲν ξανθὴ, λεπτὴ, διειδὴς, λεπτοτέρου εἴδεος.* Deinde; *ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν·* quae verba ut spuria et aliena resecanda censeo. Cum enim duplex bilis genus distinguat; unum *λεπτοτέρου*, aut *λευκοχλώρου*, sive ut dixit *superiori capite περὶ ἥπατος*, *λευκοχρόου εἴδεος*, nempe album aut ad albedinem vergens; cuius species facit duas, bilem flavam et vitellinam: alterum ad nigrum declinans, cuius species porracea bilis, et glastea: frustra hic addit bilem flavam tenuiorem esse, quam ut ad fuscum aut nigrum declinet. Ita enim rectius haec verba vertamus, quam quomodo Crassus vertit *aut in lividum nigrumque declinat:* quod est contra mentem *Aretaei*, et a sententia plane alienum.

P. 118, 8. *οὐ μὴν γλυκέων*] *Γλυκεῖα*, ut referatur ad *γεῦσις*. *Gustus* (inquit) *amarorum non amarus, nec tamen dulcis:* id est, amara, cum gustantur, non videntur amara,

etsi non dulcia sed insipida: dulcia vero amara sentiuntur. Cuius rei, ut *παραδόξου*, causam perscrutatur; idque accidere censet propterea, quod lingua bile infecta, amarum incidens non percipit ob familiaritatem, quia similia non movent: contra dulcibus oblatis bilis, qua delibuta est lingua, fervet atque diffunditur; atque ita sensum movere occupans, saporem dulcem obscurat: cum tamen ipsa, antequam cibus sumatur, minime sentiatur; quia organo consueta, et familiaris.

P. 118, 8. *ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίζουσα τῇ γλώσσῃ, ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεστῶν ἐντυγχάνουσα*] Crassus: *namque bilis in lingua residens, et prius cibis occurrens, sensum ludificatur.* Quis haec intelligat? *bilis prius cibis occurrens sensum ludificatur.* Aliter igitur distinguenda haec sunt, et virgula, quae voci *γλώσσῃ* affixa, in suum locum reiicienda post sequentem hanc, *ἐπίπροσθεν* (quae propria huic sedes) collocanda est; ut haec coniunctim legantur: *ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίζουσα τῇ γλώσσῃ ἐπίπροσθεν,* deinde, *τῶν ἐδεστῶν ἐντυγχάνουσα.*

P. 118, 14. *τὴν γλῶσσαν εἶδε κενεὴν*] Corruptissimus locus. Lege *τὴν γλῶσσαν ἤδε κινέει*, supple *χολὴ bilis;* postquam cibis oblatis efferbuerit, linguam movet. Vidit *Crassus* meliore usus codice.

P. 119, 4. *ἀπατηλῶν ἄρα γευμάτων προκάλυμμα ἡ χολή*] Elegans haec sententia, cuius hic sensus est: quoniam bile suffusis cibi dulces perinde et amari, eiusdem saporis apparent, atque eam ob causam fallunt: idcirco, ait, bilem eorum ciborum velamentum esse, ad fucum scilicet faciendum.

P. 119, 8. *δίχα ὕδρωπος ἐκτακέντες ὤλοντο*] Quia bilis in iecoris substantiam diffusa, ibique ex mora putrescens, visceris *διαφθορὰν*, id est, *corruptelam* invehit. Fernelius, *lib.* 6. *Path. cap.* 4. *Substantiae corruptela non minus iecur, quam pulmo contaminari solet, qua laborans sensim languore contabescit: ea fit ex omni humore, frequentius autem ex biliosa sanie per iecoris substantiam effusa; quae sensim lenteque putrescens, ipsam pariter iecoris substantiam labefactat, atque corrumpit.*

Ad Caput XVI. *περὶ καχεξίης.* *De malo Corporis Habitu.*

P. 119, 11. *ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων καχεξίη τροπή*] Omnes morbi in malum habitum desinunt, cum videlicet perennant: tractu enim vires naturalium viscerum debili-

tantur; unde humorum vitium, et vasorum impuritas, quam malus habitus sequitur.

P. 119, 12. *ἅπασαι γὰρ αἱ νοῦσοι τῆσδε ἀπότοκοι*] Vox *ἀπότοκος*, ut hic scripta est, cum accentu in antepenultima, significat *partum* sive *sobolem;* quae significatio non est ad propositum: at si scribatur *ἀποτόκοι*, cum accentu in penultima, significabit *parentes, progenitores:* quem sensum huic loco congruere patet: quare ita emendandum censeo.

P. 119, 13. *αὐτὰρ* (*ἀτὰρ*) *καὶ ἥδε μούνη ἄνευθεν τῶν ἄλλων φαρμάκων*] Corruptum esse hunc locum in voce *φαρμάκων* nullus dubito; et fatebitur quicumque animum advertet. *Iunius* legisse videtur *παθημάτων*, sive alicubi hanc Lectionem reperit, sive ipse aut quis alius ita emendavit: ita enim vertit; *verum et ipse solus citra alios morbos*, etc. Ego legendum censeo, *ἀφορμῶν:* quae vox Medicis nota. Ita enim vocant principium, unde morbus coepit grassari; ut in 6. *Epid. τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξαντο κάμνειν*, quae initia si exigua sunt, *προφάσεις* ab *Hippocrate* appellari solent, *Galeno* teste, *Com.* 3. *in* 3. *Epid.* Quod autem germana haec sit lectio, indicant sequentia haec verba: *κατὰ πρώτιστα γίγνεται πάθος*, quae respondent his; *ἄνευθεν τῶν ἄλλων ἀφορμῶν.*

P. 120, 13. *ἡ δὲ νοῦσος μικρὴ δυσεντερίη ξυνεχής*] *Crassus* videtur legisse: *ἡ δὲ νοῦσος μακρή*, cum virgula, deinde *δυσεντερίη ξυνεχής·* quam lectionem non improbo.

P. 121, 1. *αἱμοῤῥοΐδων ῥόον*] Simili figura apud *Aristotelem*, *ὄμματα μελανόμματα.*

P. 121, 2. *ἢ ἐμέτων ἀπαλλαγή*] Erat vomitus antiquis illis familiaris, ut ex pluribus locis Auctorum veterum colligere licet. Cicero *in oratione pro Deiotaro ad Caesarem: Cum* (inquit) *vomere post coenam velle te dixisses.* etc. Item *in epistola ad Attic. lib.* 13. de Caesare: *unctus est, accubuit, ἐμετικὴν agebat.* Idem testantur verba haec Cornelii Celsi, *lib.* 1. *cap.* 3. *Reiectum esse ab Asclepiade vo-* 189
mitum, in eo volumine, quod de tuenda sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui, quotidie eiiciendo, vorandi facultatem moliuntur. Plinius de eodem Asclepiade, *lib.* 26. *p.* 643. *l.* 13. *Ed. Lugd.* 1587. *damnavit merito et vomitiones tunc supra modum frequentes.* Item *Suetonius* de Vitellio; *sed vel praecipue luxuriae saevitiaeque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: In ientacula, et prandia, et coenas, commessationesque; facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.* Quamquam hanc

rationem vomendi ab iis potius intemperantiae quam valetudinis causa initam fuisse palam est: tamen et huius causa istud olim fieri solitum liquet ex *Hippocrate*, qui, *libro de salubri diaeta*, ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἐμέειν, ad evacuandam pituitam praecipit: tum ex *Aristotele*, *sect.* 1. *probl.* 4. ubi cur temporum anni mutationibus vomendum sit quaerit. *Aegyptios* quoque triduo singulis mensibus vomitu purgari solitos, tradit Herodotus, *lib.* 2. *cap.* 77. Hoc συρμαΐζειν vocabant a voce συρμαία, quod est raphanus; quo ad provocandum vomitum utebantur. Quosdam τὴν συρμαίαν, aliter accipere scio; sed de his alias.

P. 121, 7. ἣν δὲ ῥιζώσαντα μίμνῃ] Melius ῥιζωθέντα in passivo: *iactis radicibus*.

P. 121, 9. οἰδαλέοι πόδας τε καὶ κνήμας] Propter σύντηξιν, ut ait Aristoteles, *sect.* 1. *probl.* 5. οἱ κιβδηλιῶντες, καὶ οἱ ὑπὸ λιμοῦ τοὺς πόδας οἰδοῦσιν· ἢ διὰ τὴν σύντηξιν ἀμφότεροι. Hinc autem iis σύντηξις, *colliquatio*, fit, quod vitiosa alimenta membris non affigantur, neque in eorum nutritionem cedant, quae proinde in venis relicta, atque ab omnibus partibus abdicata, tandem in declives partes suopte pondere decidere est necesse. Hieronymus Mercurialis, *lib.* 6. *var. cap.* 3. per κιβδηλιῶντας, ictericos debere intelligi eo loco contendit, adversus *Theodorum*, qui cibo vitioso utentes interpretatur. Sed ipse κιβδηλιᾷ, et nodum in scirpo quaerit.

P. 121, 10. τὰ κεκλιμένα μηρία] *Crassus* legit μόρια, et melius.

Ibid. τὸ εἶδος ἐπ' ἐκεῖνα φοιτῇ] Scribe τὸ οἶδος, *tumor*.

P. 121, 11. ὑγροῦ ἢ ψυχροῦ ἐς τὸ βάρος περίοδος] Circuitum humidi intelligo, cum humor in vaporem solvitur a calore, deinde vapor coërcitus denuo in humorem redit, et in partes inferiores decidit. De hoc circuitu videndus Aristoteles, *lib.* 2. *de ortu et interitu cap.* 10. ubi ita scribit: οἷον τὰ ἁπλᾶ σώματα μιμεῖται τὴν κύκλῳ φοράν. Ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γένηται, καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμὲν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν· ὥστε καὶ ἡ εὐθεῖα τούτων φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλῳ, συνεχής ἐστιν.

P. 121, 12. τοῦδε οὐκ ἀναχεομένου, εἶτα καταῤῥέει] Mutilus locus; quae autem desunt, supplere vix quisquam possit, absque ope manuscripti alicuius melioris iis, quae vidi, si qua eiusmodi exstent.

P. 121, 13. ἀδδηφάγοι κάρτα] Quia alimentum in habitu corporis corrumpitur, priusquam assimiletur; nec partes eo refici possunt: penuria igitur laborantes perpetuo cibi

desiderio tenentur, ut de Melancholicis, quos *βόρους* appellat (*Aretaeus* 36. 17.) tradit Aristoteles, *libro de somno et vigilia. p.* 44. *l.* 7. *edit. Sylb.*

P. 122, 2. *ἐπὴν ὠμὸν ὅλον τὸ σῶμα πλησθῇ*] Lege *ὠμῶν*, ut *Crassus.*

P. 122, 8. *ὕπνος ἑδραῖος μὲν οὐδαμῇ*] Somnum *ἑδραῖον* appellat *Hippocrates*, *βαθὺν*, ut *Galenus* interpretatur *ad sect.* 4. *sent.* 15. *Epid.* Verba *Hippocratis* haec: *ὕπνος ἑδραῖος ὀρθῷ νυσταγμός.*

P. 122, 10. *ἆσθμα δὲ ἐπὶ τοῖσδε ἡ ἀναπνοή*] Id est, *respirant difficulter, et modo suspiriosorum.* Nam *ἆσθμα* Medicis morbus est; aliis scriptoribus saepe pro respiratione.

P. 122, 13. *ἡ σύντηξις ἀναπνοὴ ἀνὰ σάκρα ὕδρωπα ἤ τιν' ἀσκίτην ἤγαγε*] *Crassus* non legit, *ἀναπνοὴ*, neque sane hic locum habet, quare expunge.

AD LIBRUM II.
ΧΡΟΝΙΩΝ ΠΑΘΩΝ
OBSERVATIONES.

Ad Caput I. *περὶ ὕδρωπος.*
De Aqua inter cutem.

P. 124, 3. *ὑπ' εὐτυχίης*] Fortunam solam hydrope correptis subvenire posse autumat, eamque a Diis oblatam: qua sententia imitatus est plane *Hippocratem*, qui, *libro de victu in acutis*, (*p.* 405. *l.* 15. *ed. Gen.* 1657.) de eodem morbo verba faciens, ei qui evasurus sit, *εὐτυχίῃ* esse opus testatur his verbis: *Ὑδρώπων δύο φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἐγχειρέων γίνεσθαι, ἄφυκτος· ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος.* Idem, *lib.* 1. *p.* 446. *l.* 10. *Ed. Gen. περὶ νούσων, ἐπιτυχίην* in morbis curandis celebrat: *ἐπιτυχίῃ δὲ* (inquit) *τὰ τοιάδε οἱ ἰητροὶ ἐν τῇ θεραπείῃ ἀγαθά·* quod dictum pluribus exemplis declarat, quae exscribere non necesse est. Sed et Galenus *lib.* 11. *Methodi* (*tom.* 4. *p.* 82. *B. l.* 33. *edit. Aldin.* 1525.) quibusdam inscitiam in morbis curandis in bonum vertere declarat, eorum exemplo, qui musculi cuiuspiam abdominis tumorem circumscriptum pro iecinoris inflammatione curantes relaxantibus cataplasmatis utuntur, quae iecori inflam-

mato perniciosa sunt, musculi abscessui non inutilia. Verba
190 *Galeni* libet adscribere: *ἔνιοι δ' ὥς φησιν Ἱπποκράτης, οὐ σμικρὰ κερδαίνουσιν, ὅτι ἀγνοοῦσιν. Οἴονται γοῦν ἥπατος φλεγμονὴν ἰᾶσθαι χαλαστικοῖς βοηθήμασιν, ἐξ ὧν ἐν τῇ διαγνώσει σφάλλονται, δόξαν ἑαυτοῖς πορίζόμενοι· φαίνεται γὰρ ἐνίοτε τοῦ καθήκοντος εἰς ὑποχόνδρια μυὸς ἐκ τῶν πλευρῶν τοῦ θώρακος ἡ περιγραφὴ, παραπλησία τῷ ἥπατι· θαυμαστὸν δ' οὐδὲν οἶμαι τοὺς μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐν τῇ τέχνῃ καλῶς ἐκμαθόντας, μήτ' ἀσκηθέντας ἐν διαγνώσεσι πεπονθότων μορίων, τὰ τοιαῦτα κερδαίνειν.* Aliter etiam fortunatus esse potest Medicus, nempe eo modo quem explicat Cardanus, *de vita propria cap.* 40. *Si quis* (inquit) *incidat in morbum, in quo diu et feliciter versatus fuerit, fortunatus dici potest; secus contra.* Patet igitur ex his, casu morbos interdum sanari. Unde Montanus, *consultatione* 51. *ad curationem* (inquit) *tria requiruntur, natura, ars, et fortuna;* ut dicunt *Hippocrates* et *Galenus.* Sic et Iosephus, *libro* 15. *cap.* 11. *Antiquit.* de morbo *Herodis* Regis verba faciens: Medicos postquam morbus remediis non cedebat, hunc postremo et suae cupiditati, ut quidquid expeteret ederet, et fortunae commendasse testatur: *πάντα οἷς ἐκεῖνος ἐπενεχθείη, παρέχειν ἠξίουν, τὸ δύσελπι τῆς σωτηρίας ἐν ἐξουσίᾳ τῆς διαίτης ἀνατιθέντες τῇ τύχῃ.* Nec vero obstat quod Hippocrates *lib. περὶ τέχνης* (*pag.* 4. *l.* 39. *Ed. G.* 1657.) fortunam a Medicinae Sacrario, imo a rerum natura excludere videtur: *τὸ δὲ αὐτόματον οὐ φαίνεται οὐσίην ἔχον οὐδεμίην, ἀλλ' ἢ ὄνομα μοῦνον.* Non enim his verbis fortunam excludit, sed potius confirmat: cum ipsam prudentiae atque arti ancillari asserit: quod nimirum ea, quae recte aguntur, *εὐτυχίῃ, bona fortuna* consequi soleat: iis vero quae temere et inconsulte *ἀτυχίῃ infelicitas.* Ita igitur eodem loco scribit: *ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην, ἔργου οὐδενός. ἡγοῦμαι* (*ἡγεῦμαι*) *δὲ τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νουσήμασι τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίην ἕπεσθαι· τοῖσι δὲ εὖ, τὴν εὐτυχίην.* Latius igitur patet fortuna quam existimavit *Aristoteles*, qui hanc in iis tantum esse voluit, quae praeter finem ac destinationem agentium rationalium contingunt, ut cum rusticus agrum pangendae arboris causa fodiens thesaurum invenit. Atqui et iis, quae consilio agimus molimurque, si optatus eventus respondeat, fortunae id quoque esse putandum est. Atque ita *Simplicius* fortunam accepit *com.* 60. *ad lib. Physic.* cum ait, fortunam per se in omni bonorum adeptione, et participatione agnosci: *καὶ τῆς μὲν κατ' ἀξίαν διανομῆς τὴν δίκην λέγομεν αἰτίαν·*

τοῦ δὲ τυχεῖν τοῦ κατ' ἀξίαν, τὴν τύχην. etc. Locum huno Latine exprimam: *Duae sunt potestates in mundo; una quidem quae congruentiā cuique distribuit, haecque Iustitia dicitur, seu Themis Dea Iudiciorum: Altera, quae dat unicuique bonum debitum assequi: haec fortuna dicitur; et tunc maxime apparet, ubi nulla alia causa particularis cognita est. Unde fortuna non est tantum in iis, quae raro eveniunt, nisi quoad nos: quia tunc solum fortunam agnoscimus, cum causae propriae alicuius effectus nos latent.* Haec ille. Recte meo quidem iudicio; nisi enim Deus adspiret, prudentia frustra est, et omnis humanus labor, sicut multis exemplis demonstrari potest quorundam illustrium virorum, quos summa prudentia praeditos omnia fefellerunt consilia, Deo successum negante. Quare Pausanias de *Aristodemo* Messeniorum Rege ita scribit: τὰ μὲν εἰς ἀνθρώπου λογισμὸν ἥκοντα, Μεσσηνίους σώσας· τῆς τύχης δὲ ἐς τὸ μηδὲν ἀγαγούσης τά τε ἔργα αὐτοῦ, καὶ τὰ βουλεύματα. Quae omnia alta mente perspiciens Scaliger in *tertio Poëtices;* inter ea quae Medicum perficiunt, fortunam adscribit: *Medicum* (inquit) *effinges doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum.* etc.

P. 124, 3. καὶ θεῶν μᾶλλον ἢ τέχνης] Fortunam Deorum, a fortuna artis distinguit, cuius sententiae hanc puto esse vim; ut Deorum successum intelligamus, cum praeter consilium res prospere succedunt: cuius meminit Aristoteles, *lib.* 7. *Eudem. cap.* 14. ubi fortunatos eleganter comparat πλοίῳ κακῶς νεναυπηγημένῳ, navi male compactae, quae rectius saepe agitur non per se, sed quia peritum gubernatorem nacta: hos scilicet optimum habere Gubernatorem Deum: non quia is tantum successus a Deo, sed quia talis nobis manifestior est. Artis vero successum; cum omnia ex arte, et κατὰ λόγον ποιοῦντι, ut loquitur *Hippocrates,* prospera succedunt. Aristoteles *eodem loco* θείαν εὐτυχίαν appellat, cum quis κατὰ τὴν ὁρμὴν διορθωτικὸς, hoc est, *impulsu animi citra rationem prospere agit:* alium εὐτυχίας modum, cum et παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὸν λόγον.

P. 124, 4. τὰ γὰρ μέζονα πάντα ἰῶνται μοῦνοι θεοί] Eadem mens Hippocratis, cum *libro* περὶ εὐγνωμοσύνης, ait Medicos Diis plurimum concedere: οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασι.

P. 125, 2. ἔστι δὲ ἐς ἐπομβρίην ῥεῦμα ψυχρόν] Eadem locutione usus *Heraclitus,* cum de hoc morbo Medicos αἰνιγματώδως suo more consuleret. Laërtius *in eius vita:* καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματώδως ἐπυνθάνετο, εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. Caeterum non ῥεῦμα, sed

πνεῦμα legendum coniicio ex iis, quae sequuntur; *ὁκοῖον ἡ ὁμίχλη (ὀμίχλη) τῷ παντὶ, sicut nebula per universum corpus:* Sed et infra; *ἢν δὲ ἐς ὁμίχλην (ὀμίχλην) καὶ ὕδωρ τρέπηται τὸ πνεῦμα.* Nam ipsa *ὁμίχλη, (ὀμίχλη) πνεῦμα ψυχρὸν, παχὺ*, recte dicitur, neutiquam *ῥεῦμα.* Galenus *lib. de tremore, et palpitatione, tom.* 3. *p.* 90. *A. l.* 37. *Ed. Aldin.* 1525. etc. *πνεῦμα, παχὺ καὶ ὁμιχλῶδες (ὀμιχλῶδες)* appellat.

P. 125, 7. *ἡ χροιῇ*] Lege *ἀχροίη, facies decolor.*

P. 125, 10. *ἐφ᾽ ἕδρης ἔασι οἱ ὑδρωπιώδεες*] *Manet, constat morbus.*

P. 126, 1. *ἢν μὲν ἐπὶ λευκῷ φλέγματι*] Quatuor distinguit; species aquae intercutis *τυμπανίαν,* qua abdomen flatibus distentum, tympani in modum, pulsu resonat; *ἀσκί-*
191 *την*, qua idem humore, ceu uter impletur; *λευκοφλεγματίαν,* qua habitus corporis pituita albescit et tumet; *ἀνὰ σάρκα,* seu *ὑποσαρκίδιον,* (quae vox *in* 4. *de victu in acutis*) cum carnes universae in tenuem et aquosum sanguinem liquantur. Eodem modo distinguit et Theodorus Priscianus, *lib.* 5. *de hydropisi: malignior* (inquit) *hydrops est tympanias.* 2. *hyposarca.* 3. *ascites.* 4. *leucophlegmatia*: quam distinctionem, etsi ex ipso contextu satis perspicua est, tamen hic proponere visum est, ut minus vulgatam, et fortasse falsam. Certe *Galenus* hanc palam improbat, *Com. ad citatum lib.* 4. *de victu in acutis:* cuius verba haec; *ἔνιοι μὲν οὖν τῶν ἰατρῶν τέτταρας λέγουσιν εἶναι διαφορὰς τῶν ὑδέρων, ὑπερβαίνοντες τὸ προσῆκον, ἀλλ᾽ οὐ νῦν καιρὸς ἐλέγχειν αὐτούς.* Et fortasse *Galenus,* cum ait *ἔνιοι ἰατρῶν*, *Aretaeum* intellexit, qui aut ipsi aequalis, aut paulo superior fuit, ut ostendi in Praefatione.

P. 126, 4. *οὐ κακίων δὲ πολλόν τι ἡ τῶνδε ἐπιμιξίη*] Delenda est negatio *οὐ,* quae hic *παρέλκει.*

P. 126, 8. *ἀσκίτου τυμπανίας χερείων*] Et hoc contra aliorum opinionem, qui ascitem omnium gravissimum iudicant; deinde tympaniam, postremo *ἀνάσαρκα (ἀνὰ σάρκα)* seu *λευκοφλεγματίαν.* Namque in Ascite et causa, et symptomata deteriora sunt. Causa quidem, nempe imbecillitas iecoris, quam in ascite esse maiorem, quam in tympania, ex eo perspici potest: quod in illo generatio sanguinis penitus abolita sit, solumque serum pro sanguine gignatur: in hoc humores in flatum solvantur a calore quidem naturalem modum egresso, a calore tamen. Calor etenim naturalis cum calore igneo consistere potest; cum frigiditate valde intensa, nullo modo. Quod autem et symptomata sint graviora, vel unius serosi illius humoris, qui ascitis pro-

prius est, argumento constat: adeo enim acris eius et maligna est natura, ut corpus ulceret, cutisque interdum in cruribus tumefactis sponte rumpatur; ut cuidam ascite laboranti accidisse testatur Matthaeus Gradus 2. *part. pract. cap.* 9. Averroes tamen *lib.* 3. *Colligeti cap.* 21. hoc graviorem tympaniam censet, quod Medicis maius negotium facessat, incertis, calorisne excessu, an frigoris obrepserit: utriusque enim sobolem esse constat. Verum etiamsi tam a frigore quam a calore is morbus dependet, tamen saepius ab illo effici certum est: neque tam abstrusae causae hae sunt, ut nequeant a sagaci Medico deprehendi.

P. 127, 5. *ὁ χῶρος γίγνεται κοῖλος*] In ascite, tumenti parti si quis digitum imprimat, vestigium manet ad aliquod tempus, ceu fossa: *βοθροῦσθαι* ait *Galenus*, et hoc signum certum censetur aquae intercutis.

P. 127, 6. *ἐς χῶρόν τε πολὺν (πουλὺν)*] Lege, *ἐς χρόνον τε πολὺν (πουλὺν)*. Pars cava multo tempore manet.

P. 127, 13. *ὁδὲ ἀνάσαρκα (ἀνασάρκα) ἠδὲ (τοῦ) λευκοῦ φλέγματος*] *Λευκὸν φλέγμα* appellat Hippocrates, *lib. de aëre, loc. aquis*, (*p.* 284. *l.* 4. *Ed. G.* 1657.) quod alii una voce *λευκοφλεγματίαν*. Sic autem scribe: *τοῦδε ἀνάσαρκα (ἀνασάρκα) ἠδὲ λευκοῦ φλέγματος*. Supple, *τάδε*: ita enim supra; *τάδε μὲν τὰ ἀσκίτου*.

P. 127, 14. *τὰς μὲν λαγόνας ἴσχουσι κενεάς*] Alludit ad etymon vocis *κενεών*. Ita enim dicta haec pars, quia *κενεὴ*, qua voce dextras et sinistras partes hypogastricae regionis significari tradit Laurentius, *hist. anat. lib.* 6. *cap.* 2. a laxitate videlicet, quia flaccidae sunt: quod et *Rufus* testatur *lib. περὶ ἀνθρώπ. μορ. τὰ δὲ* (inquit) *ὑπὸ ταῖς πλευραῖς μαλακά, λαπάραι καὶ κενεῶνες*. Eadem et *ilia* dici idem *Laurentius* affirmat, cui potius assentior quam *Celso*, qui *lib.* 4. *cap.* 1. Ilia accipit pro eo intervallo, quod est inter coxas et pubem, imo ventre: vulgo inguina dicimus. *Ipsa* (inquit) *Ilia inter coxas et pubem, imo ventre, posita sunt, a quibus ac pube abdomen sursum versus ad praecordia pervenit:* nisi mendosum Codicem dicamus, et pro *coxas*, legamus *costas*, quam coniecturam confirmant sane verba *Rufi* supra allata. Item *Galenus*; cum *in com. ad* 2. *Progn. cap.* 1. *text.* 1. *κενεῶνας* appellat partem, in qua ieiunum, mesenterium, et tenuia intestina continentur, quas partes *λαπάρας* ab *Homero* nuncupari tradit. Caeterum ut *κενεῶνες* dicti, quasi *κενεοὶ*, ita et *λαγόνες* quasi *λαγαροί*. Est enim *λαγαρὸς*, laxus, vacuus: qua dictione in eumdem sensum utitur Plutarchus *in*

Poplicola de columnis loquens, praeter modum limatis atque accisis; τοῦ καλοῦ διάκενοι, καὶ λαγαροὶ φανέντες.

P. 127, 17. ἐπὶ τῷ λευκῷ φλεγματίᾳ] *Λευκὸν φλεγματίαν*, qui λευκῷ φλέγματι laborat.

P. 128, 2. ἀκμὴν ὄντες ἐν εὐτυχίῃ] Crassus vertit: *qui iuvenes robusti in aetatis prospera fortuna consistunt.* Quid vox ἀκμὴν, hoc loco significaret, non intellexit: sumitur autem adverbialiter, pro ἔτι, *adhuc*, ut apud Isocratem *oratione ad Demonicum:* καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, *tu adhuc sapientiae studes.*

P. 128, 4. ἰχὼρ τε αἱμάλωπος] Scribe αἱματωπὸς, sanguineus, colore sanguineo: αἱμάλωψ et αἱμαλωπὶς apud *Dioscoridem* reperitur, et substantivum est: αἱμάλωπος nusquam.

P. 128, 5. ἀπὸ ἐντέρων ἕλκεσι] Ionicum est, nominum loco, παραφράσεις ponere, ut hic ἐντέρων ἕλκεα *ulcera intestinorum*, pro *dysenteria.*

P. 128, 6. ἢν τάμῃς τι ἐπιπολὺ] *Crassus* videtur legisse ἐπιπολῆς, ita enim vertit: *si paulum superficiem secueris.* Nam ἐπιπολὴ Graece est superficies, ut omnes sciunt;
192 et meliorem puto hanc lectionem: nam si multum et alte pars quaepiam secetur, non ἰχὼρ sanguineus, sed sanguis ipse sincerus effluit; quare pro ἐπιπολὺ, ἐπιπολῆς legendum.

P. 128, 8. ὠχρὸς] ὦχρος cum accentu in prima, substantivum est, et *pallorem* significat, ὠχρὸς *pallidum.*

P. 128, 11. ἄνικμοι] Et apud Aëtium *lib.* 10. *cap.* 20. ἀνίδρωσις inter signa aquae intercutis; quod sane mirum est, in tanta humoris eluvie. Causa est, aut expultricis imbecillitas, aut cutis meatuum obstructiones, vel utrumque.

Ibid. γυναικώδεες] Ita appellat *Hippocrates*, molles et candidos instar mulierum.

P. 128, 13. ἐπιφανέες καὶ εὐπρόσωποι καὶ καρποῖσι καὶ ἐπιγαστρίῳ] Supple φλέβες, de venis enim loquitur, quas ascite et tympania laborantibus conspicuas esse in carpo brachii, et abdomine observat. Unde mendi suspecta mihi vox, εὐπρόσωποι, quae, cum ex particula εὖ et πρόσωπον composita sit, pulcrum adspectu aut speciosum significat: nam πρόσωπον facies dicitur. Quare mallem, εὐπρόσοπτοι: imo citra dubitationem rescribo.

P. 129, 3. οὔτι (οὔτε) φατὸν τὴν αἰτίην θωυμάσαι] Videntur nonnulla deesse, quae sic ex coniectura suppleri possint: οὔτι φατὸν διά τιν' αἰτίην, θωυμάσαι δέ ἐστι μέγα.

P. 129, 7. γίγνεται ὕδρωψ καὶ ἐξαπίνης κοτὲ ἐπ' ἀθρόῃ ψυχροποσίῃ] Similia his Galenus, *lib.* 5. *de loc. aff. c.* 6. Postquam enim citra ullum iecoris tumorem interdum aquam

intercutem, ob ingentes aliarum partium affectus, fieri docuit; insuper id confirmat hisce verbis: *μάλιστα δ' ἐναργῶς ἐστιν εἰδεῖν (ἰδεῖν) τοῦτο τοῖς ἱστορήκασιν (ἱστορήσασι) ἐπ' ἀκαίρῳ πόσει ψυχροῦ, καταψυχθὲν ἀθρόως τὸ ἧπαρ, ὡς εὐθέως ἐργάσασθαι παρέγχυσιν ὑδερικὴν πρὶν εἰς ὄγκον ἀρθῆναι σκιῤῥώδη.* Hippocrates, *lib. de Inter. Affect. cap.* 6. *ὁ δὲ ὕδερος ἀπὸ τῶνδε γίνεται, ὁκόταν θέρεος ὥρῃ διψήσας, ὕδωρ πουλὺ πίῃς. ἐπείπερ ἐκ τοῦδε γίνεσθαι φιλέει μάλιστα.*

P. 129, 14. *καὶ βούπρηστις ἔτεκον ὕδρωπας*] *Βούπρηστις* genus est Cantharidis, ut tradunt Dioscorides, *lib.* 2. *cap.* 66. et Galenus *lib.* 11. *simpl. med. tom.* 2. *p.* 85. *A. l.* 31. Plinius, *lib.* 30. *cap.* 4. Scarabaeo longipedi Buprestim comparat: nomen *ἀπὸ τοῦ βοῦς* et *πρήθειν,* quod *inflare* et *inflammare* significat. Plinius pro *inflammare* accipit citato loco: *Buprestis* (inquit) *animal est rarum in Italia, simillimum Scarabaeo longipedi: fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit: devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat.* Nisi Plinius *inflat,* scripserat. Cuius mendi suspicio animum percussit meum, cum haec legerem. Id et *Gorraeus* viderat, ut postea comperi ex eius scholiis ad *Nicandri Alexipharmaca:* sed et prior syllaba aliter quam apud *Nicandrum,* et *Plinium* accipi potest, ut non bovem, sed magnitudinem intelligamus, velut in his vocibus; *βουλάπαθον, βούπαις* et aliis eiusmodi; de quibus vide in Etymologico magno. Quod autem *Aretaeus* inter causas aquae intercutis *Buprestim* ponit, confirmatur *Nicandri* et *Dioscoridis* testimonio. Nicandri verba sunt in *Alexipharmacis,* ubi Buprestis devorati symptomata recenset:

Πᾶσα δὲ οἱ νηδὺς διαπίμπραται, ὡς δ' ὁπόθ' ὕδρωψ
Τυμπανόεις ἀνὰ μέσσον ἀφυσγετὸν ὀμφαλὸν ἵζει.

Dioscorides autem de eadem re ita scribit *lib.* 6. *τοῖσδε βούπρηστιν πεπωκόσι δοκεῖ κατὰ τὴν γεῦσιν ὅμοιόν τι βρωμώδει νίτρῳ, παρακολουθεῖ δὲ ἄλγημα στομάχου καὶ κοιλίας σφοδρὸν, ὄγκος τε στομάχου καὶ κοιλίας σφοδρὸς ὁμοίως ὑδρωπικοῖς· καὶ περιτείνεται αὐτοῖς ἐπιφάνεια ὅλου τοῦ σώματος.*

P. 129, 17. *ἀνάσαρκα παῖδες*] Deest praepositio *ἐς,* quam series orationis postulat: *ὁκόσον ἄλλοι ἐς ἄλλο εἶδος ἔασι ὥριοι, ἐς ἀνάσαρκα παῖδες* etc.

Ibid. *ἠδὲ τοῦ λευκοῦ φλέγματος*] Phrasis elliptica, subauditur *ὕδρωψ. ἢ δὲ ὕδρωπα τοῦ λευκοῦ.* etc.

Ibid. *νέοι δὲ μέχρι ἀκμῆς, οἱ κατὰ λαγόνας πλήσμιοι*] Difficilis locus: fortasse legendum: *νέοι δὲ μέχρι ἀκμῆς*

εἰσι κατὰ λαγόνας πλήσμιοι, id est, *Iuvenes usque ad aetatis vigorem replentur circa ilia.* Ascitem intelligit.

P. 130, 4. *πονηρὰ τὰ εἴδεα· τουτέστι ὕδρωψ γὰρ* etc.] Ita emenda, et distingue: *πονηρὰ τὰ εἴδεα ταῦτ' ἔστι· ὕδρωψ γὰρ* etc.

P. 130, 7. *ἴδρωτος, (ἱδρῶτος) ἢ οὔρων, ἢ κοιλίης κοτὲ ἐπ' αὐτέοις κατεῤῥάγη*] Et hic aliquod verbum deesse syntaxis indicat: debet enim aliquid esse a quo hae voces in gignendi casu nempe *ἴδρωτος, οὔρων* etc. regantur: at nihil est. Nisi quis dicat referri ad nominativum *εὐτυχίη*, et posse dici *εὐτυχίη ἱδρῶτος κατεῤῥάγη*, quae locutio nimis esset insolens. Ex coniectura hic etiam, ut fere semper, res gerenda est: fortasse scripserat Aretaeus *ἴδρωτος (ἱδρῶτος) ἢ οὔρων πλῆθος, ἢ κοιλίη* (in recto casu) *κοτὲ ἐπ' αὐτέοις κατεῤῥάγη*. Vel *ἴδρωτος (ἱδρῶτος) ἢ οὔρων ἢ κοιλίης κοτὲ αὐτέοις καταῤῥαγείσης. sentent. ex Coac. praenot. τοῖσι ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος λύσις.* Expressit autem hanc sententiam e *lib. Hippocr. περὶ κρίσιων· ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένων κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν ἢ κοιλίην ὑδατώδους ῥυέντος, λύσις.*

P. 130, 8. *χαλεπὴ δὲ τυμπανίης καὶ τοῦδε ὁ ἀνάσαρκα μᾶλλον*] Anasarca omnium pessimum censet, fortasse auctorem secutus *libri* 4. *de victu in acutis*, (nec enim is liber *Hippocratis* est) qui *ὑποσαρκίδιον*, si hominem prehende-
193 rit, *ἄφυκτον* esse testatur. Cui Avicenna *can.* 3. *fen.* 14. *tract.* 4. et communis Medicorum sententia adversatur, argumentis sane efficacissimis: quam disputationem apud *Gentilem* videre licet: nec enim eas controversias tractare nunc operae, aut lubentiae est.

P. 130, 9. *τὸν δὲ ἰητρὸν ἐν τῷδε πάθει ὅλον χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἀλλάξαι*] Haec est ratio, qua tuetur se *Aretaeus*, quod nimirum gravius sit malum, quod totum hominem occupat: *Anasarca* vero est totius corporis. Distinguo, si caetera sint paria, verum est; secus falsum. Nam et febris ephemera per universum diffunditur corpus: An igitur haec ascite, qui solius abdominis, deterior, periculosior: non esse paria caetera, patet. In ascite, ut supra annotavi, tanto maior est hepatis imbecillitas, quam in *Anasarca*; quanto longius a sanguinis natura abest aqua, quam crudus et pituitosus sanguis: quare et in isto sanguinem mittere licet; in Ascite mittere nemo audeat, inquit Galenus, *com. ad* 4. *de victu in acutis.* Sunt et Symptomata graviora in *Ascite*, sitis inexstinguibilis, et periculum suffocationis atque Syncopes. Quod autem morbi extensio in *Anasarca* cum *Ascite*, circumscriptione, ne comparari quidem possit; hinc arguit

Constantinus, *in Viatico lib.* 5. quod melius est materiam vitiosam per membra dispergi ac dividi, quam una in regione cumulari: coacervata enim fortiora sunt, et difficilius vincuntur. Si tamen poneretur, venas omnes, atque habitum corporis, una cum hepate in *Anasarca* ita esse alienatum, quemadmodum in *Ascite* hepar, minime dubitari posset, quin gravior multo *Anasarca* esset, quam *Ascites*; omniumque hydropis specierum teterrimus esset.

P. 130, 10. *τόδε μέντοι, οὐδὲ θεοῖσι ῥηΐτερον*] Minus magnifice, quam par est, de Divinitate sentit *Aretaeus*; cum ei in rebus humanis quicquam difficile factu putat. Multo sapientius Naso *lib.* 8. *Metam.*

— *Immensa est finemque potentia coeli*
Non habet, et quicquid superi voluere, peractum est.

In eodem fuit errore *Galenus*, ut videre est in *lib.* 11. *de usu part.* In ea disputatione adversus *Mosem*, qua Deum Naturae legibus subdit, neque quicquam adversus eas moliti posse existimat: *εἶναι γάρ τινα* (inquit) *λέγομεν ἀδύνατα φύσει, καὶ τούτοις μηδ' ἐπιχειρεῖν ὅλως τὸν θεὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν δυνατῶν γενέσθαι, τὸ βέλτιον αἱρεῖσθαι.* Plinius eadem mente, *lib.* 2. *cap.* 7. *Per quae declaratur haud dubie naturae potentia, idque esse quod Deum vocamus.* Huius insanientis sapientiae vanitas, manifestior est, quam ut egeat argumentis, quibus confutetur: nisi eorum nomine, quae naturae impossibilia dicuntur, ea intelligamus, quae contradictionem implicant.

P. 130, 12. *ἢ πνεύμονα μόνον*] De pulmonum Hydrope agit Hippocrates, *lib. de internis affect.* eiusque causam ita explicat: primum quidem nasci in pulmone *φύματα* aquosa: deinde his ruptis aquosum humorem in pectus erumpere: quod demonstrat exemplo boum, canum, et suum; in quorum pulmone eiusmodi interdum pustulae aqua plenae conspiciantur. Nec dubium esse ait, quin tales et in hominum, qui victu insalubriore utuntur, pulmone excitentur; verba haec sunt: *γίνεται δὲ* (*ὕδερος*) *καὶ ἢν φύματα ἐν τῷ πνεύμονι ἐμφυῇ, καὶ πλησθῇ ὕδατος, ῥαγῇ ἐς τὰ στήθεα· ὡς δὲ γίνεται καὶ ἀπὸ φυμάτων ὕδερος, τόδε μοι μαρτύριον, καὶ ἐν βοΐ, καὶ ἐν κυνὶ, καὶ ἐν ὑΐ· μάλιστα γὰρ τῶν τετραπόδων ἐν τούτοισι γίνεται φύματα ἐν τῷ πνεύμονι, ἅπερ ἔχουσιν ὕδωρ· διαταμὼν γὰρ γνοίης τάχιστα. ῥεύσεται γὰρ ὕδωρ· δοκέει δὲ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γίνεσθαι τοιαῦτα πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐν προβάτοισι, ὁκόσῳ καὶ τῇ διαίτῃ ἐπινοσώ χρεόμεθα μᾶλλον· ἐγένοντο δὲ πολλοὶ καὶ ἔμπυοι φυμάτων ἐγγενομένων.* Haec ille.

Ibid. *ἢ ἧπαρ*] Hydropem iecinoris nunc intellige; non

cuius iecur causa est tantum, sed cuius et sedes: quod accidere existimo, cum in eo nascuntur vesiculae aqua plenae, quas Graeci ὑδατίδας vocant: de quibus *Galenus* verba facit *com. ad Aphoris.* 55. *sect.* 7. ἐπιτηδειότατόν ἐστι τὸ ἧπαρ ὑδατίδας γεννῆσαι κατὰ τὸν ἔξωθεν αὐτῷ περικείμενον ὑμένα. φαίνεται γοῦν ἐπὶ τῶν σφαττομένων ζώων ἐνίοτε μεστόν. ἐὰν οὖν ποτε συμβῇ ῥαγῆναι τὰς ὑδατίδας, ἐκχεῖται δηλονότι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν κατ᾽ ἐπιγάστριον περιτοναίου χώραν, ἐν ᾗ καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὑδέρους ἀθροίζεται. Respexit autem *Aretaeus* ad verba *Hippocratis* in eo Aphorismo, ὁκόσοισι τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθέν. etc. plenum enim aqua iecur intelligit, quod refertum est istiusmodi vesiculis aquosis. Harum et *Rasis* meminit, easdemque circa iecur animalium mactatorum sese conspexisse testatur 7. *Contin.* quomodo autem nascantur *Fernelius* declarat *lib.* 6. *Pathol. cap.* 8. his verbis: *quod si sola visceris substantia diffinditur, ambiens autem ac cingens membrana integra manet, aqua non excidit: sed vesiculae aqua plenae* ὑδατίδες *Graecis dictae, emergunt, quibus saepe pecudum boumque iugulatorum iecur scatere deprehensum est.*

P. 130, 13. ἢ σπλῆνα] De Hydrope Lienis agit Hippocrates, *lib. de loc. in homine;* multo vero accuratius, *lib.* 1. *de morbis mulierum:* ἐπὴν πῦρ ἔχῃ, καὶ μὴ ἀφίῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ δίψα μιν λαμβάνῃ καρτερὴ, καὶ πίνῃ, καὶ μὴ ἀπεμέσῃ, τὸ μὲν γὰρ ἐς τὴν κύστιν διελθὸν διουρέεται· τὸ λοιπὸν δὲ ὁ σπλὴν λαμβάνει διασπῶν, ἀπὸ τῆς κοιλίης πρὸς ἑωυτόν. ἅτε ἀραιὸς ὢν καὶ σπογγοειδὴς, κείμενός τε κατὰ τὴν κοιλίην. Qui locus eo magis observatione dignus est, quod eum paucis mutatis expressit Philosophus, *lib.* 3. *de part. anim. cap.* 7. ita enim scribit: ὁ γὰρ σπλὴν ἀντισπᾷ ἐκ τῆς κοιλίας τὰς ἰκμάδας τὰς περιττάς· καὶ δύναται συμπέπτειν αἱματώδης ὤν. Addit
194 *Hippocrates*, his ita se habentibus, si neque exsudarit, neque venter solvatur, exinde splen attollitur, idque magis si aqua epota fuerit: tum si quis ipsum attractet, mollis est velut lanae tomentum, ὡς χνοῦς, interdumque etiam durus ac renitens: in tumorem autem sublatus, et oppletus, per venas in corpus transmittit, maxime in omentum, et partes ventrem ambientes, et crura. In corpore enim, ubi in unaquaque parte plus quam par sit, aut quam continere possit, humoris affuerit, altera ad alteram transmittit. Ex eo vero semper Hydrops subsequitur: ubi Lien natura rarus et laxus ad sese trahere consueverit.

P. 131, 2. κύστιες σμικραὶ, συχναὶ] Aliam speciem aquae intercutis proponit valde singularem, in qua ὑδατίδες ve-

sicae aquae plenae, non in ipso hepate, sed eo loco abdominis in quo serosus humor colligitur, nascuntur: interdum etiam per ipsas intestinorum tunicas propagantur. An vero detur re vera talis species aquae intercutis, haud dixerim ego: quando nec *Aretaeus* affirmare audet, ut qui inusitatum hoc neque a se unquam conspectum fateatur.

Ad Caput II. *περὶ διαβητέω.* *De Urinae Profluvio.*

P. 131, 16. *οὐ κάρτα ξύνηθες ἀνθρώποισι*] Rarum esse morbum *διαβήτην* testatur et Galenus, *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* ubi scribit se illum bis tantum videre potuisse. Testatur idem Rabbi Moises, *part.* 8. *Aphor.* 69. cuius et Aphoris. sequenti verba haec sunt: *Similiter ego non vidi eam contingere in Occidente: neque audivi ab aliquo meorum Doctorum antiquorum, quod viderit eam.* Subdit mox: *sed tamen hoc in Aegypto vidi aliquos patientes, et hoc significat, quod multoties generatur in regionibus calidis, et forte accidit, ut dixi, in regione Aegypti, saporositate aquae Nili, quam omnes bibunt.* Haec ille. An tamen verum sit hunc morbum *Aegyptiis* familiarem esse dubito, propterea quod *Prosper Alpinus*, qui de harum gentium morbis satis accurate scripsit, nusquam huius mentionem facit.

Ibid. *σαρκῶν καὶ μελέων ἐς οὖρον ἡ ξύντηξις ὑγρὴ καὶ ψυχρή*] Causam *Diabetae* statuit pravam habitus corporis *διάθεσιν*, qua carnes et membra in urinam tabescunt in serumque abeunt; quod deinde per renes colatur. Verum si nihil aliud subest causae occultioris, cur potius per renes, quam per alvum atque intestina eiusmodi serum vacuatur? Quare *Galeni* opinio probabilior est, renum esse proprium hunc morbum: quo fit, ut serosum humorem strenue quidem a vena cava separent ad seque attrahant, non tamen ullo tempore retinere possint, propter imbecillitatem: trahere autem licet imbecilles, ob eam causam, statuit, quod vehementi serosi liquoris cupiditate irritentur: sicut nonnullis lientericis accidit, ut cibos impensius appetant, neque tamen eos ferre possint: quam rem declarat exemplo Seleucidarum avium, quae locustas avide haustas statim evomunt: item eorum, qui fame, *canina* dicta, laborant. Unde autem tam vehemens renum cupiditas attractioque seri, *Galeni* erat explicare; a calore immoderato, an a siccitate: utrumque in causa esse verisimile. Sed de hoc alibi fusius.

P. 132, 3. *ἀλλὰ ὅκωσπερ ἐξ ἀφέξιος ὀχετῶν*] Perinde ac si meatus laxati sint; perennis fit lotii effluxus. Quod, exempli gratia, affert *Aretaeus;* interdum causis accedere testatur. Avicenna, 3. *fen.* 19. *tract.* 1. *c.* 17. *Et causa quidem diabetis est dispositio renum aut propter debilitatem accidentem, et dilatationem, et apertionem orificiorum meatus.* Valescus etiam *lib.* 5. *cap.* 21. ubi refert nonnullos existimare, nimiam quoque latitudinem vasorum, quae e gibba iecoris parte ad renes pertingunt, per quas attractio fit, causam huic morbo interdum praebere.

P. 132, 6. *ὀξείη γὰρ ἡ τηκεδών*] Ex diabete mors prompta, ob consumptionem corporis: simul enim cum urina boni humores vacuantur. *Cardanus* tamen se quadraginta annos profluvio urinae laborasse testatur in libro quem scripsit *de vita propria:* verba adscribere libet: *Inde anno MDXXXVI.* (*quis credidisset*) *correptus fluxu urinae, et magno etiam, cum annis pene* 40. *laborem eodem, a* 60. *unciis ad centum in singulos dies, vivo, nec contabesco* (*indicio annuli iidem*) *nec sitio:* quamquam non videtur verus *diabetes* fuisse ea dispositio, quando nec sitiebat, nec per tot annos consumebatur. Sed aliqua alia similis, qualem in *Italia* frequenter accidere testatur Matthaeus Gradus, 2. *part. pract. cap.* 18.

P. 132, 7. *δίψος ἀκρατές*] inde *διψακὸν* a nonnullis appellatum, notat Galenus, 6. *de loc. aff. cap.* 3.

P. 132, 14. *ἤ τίς ἂν αἰσχύνῃ πόνου κρέσσων* (alias *κρέσσωνι*)] Sed signum interrogationis apponendum est post *κρέσσων;*

P. 132, 16. *ἐκχέουσι μὲν τὸ οὖρον ἀλέα*] Crassus vertit *lotium profundunt calefactione: ἀλέα* sane calorem significat: sed si id vult *Aretaeus*, cur non *ἀλέῃ* scriptum Ionice. Olim emendabam *ἀλέως* id est *ἀθρόως confertim*, ut
195 *Galenus* exponit apud *Hippocratem:* quae coniectura nec nunc mihi displicet, nisi quis malit *ἀλέν*. Quod autem ea sit mens *Aretaei*, patet: post enim retentam aliquamdiu urinam, laxato exitu, confertim hanc vacuari necesse est. *Hom. Iliad. ψ.*

ῥωχμὸς ἔην γαίης ᾗ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ.

Ibid. *τὰ δ' ἐποιδέοντα ἐξαιρέεται*] Legendum, *ἐξηεροῦται· in aërem vanescit.*

P. 133, 10. *κῆν ἐς ἄκρον τὸν καυλὸν ἡ συναίσθησις φανῇ*] Male Crassus *συναίσθησιν, consensum* vertit. Nam Latinis pure loquentibus *consensus* aliud est, nempe id quod Graeci *συμπάθειαν* vocant. Ita enim hanc vocem *Cicero* interpretatur, modo *consensum* appellans, *ut lib.* 3.

de Natura Deorum; modo *convenientiam* et *coniunctionem naturae*, in 2. *de Divinatione.* Plinius quoque *συμπάθειαν consensum* reddit, *ἀντιπάθειαν dissensum:* quo nomine *Romanos* veteres castigat Scaliger in *Exercit.* 44. ut crassiusculos in Philosophia. Verum non id voluerunt, verum sensum inesse in ferro et magnete, et aliis eiusmodi rebus: sed quod ita afficiantur, ac si sensu praedita sint, ac nonnullam sensus imaginem habeant. Videtur enim ferrum magnetem sentire, cum ad eum ex intervallo sponte tendit. Unde apud *Plinium* eleganter in *prooem. lib.* 20. *Odia amicitiaque rerum surdarum, ac sensu carentium, quod Graeci Sympathiam et Antipathiam appellavere.* Ita enim legendus is locus est, qui et mutilus est, et transpositione depravatus in Editionibus. Non est igitur *συναίσθησις* consensus. Ego *Budaeum* secutus sum, qui *in Commentariis Linguae Graecae,* veluti morbi conscientiam *Latine* reddit: cum quis scilicet aegrotans, sibi aliquam partem dolere sentit, eiusque doloris sibi ipse conscius est. Quam propriam esse huius vocis notionem *Galenus* testatur in *decimo tertio Methodi medendi, initio: λεγόντων δὲ πολλάκις τῶν παλαιῶν φλεγμονὴν τὴν φλόγωσιν, ἰστέον γοῦν ἡμᾶς οὐ περὶ ταύτης διέρχεσθαι τῆς φλεγμονῆς, ἀλλ' ἥτις ἅμα τῇ φλογώσει καὶ τάσιν ἔχει περὶ τὸ μόριον, ἡμῖν ἁπτομένοις φαινομένην, αὐτῷ τε κάμνοντι διὰ τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης συναισθήσεως.* Eodem sensu *Plotinus* hanc vocem accepit *Ennead.* 4. *lib.* 4. *cap.* 24. ubi de dubiis animae agit: nam Mundo tribuit *συναίσθησιν,* quo suas ipsius partes sentiat, seseque ipse per illas: *καὶ γὰρ εἰ δεῖ τὸ μὲν ὄργανον τοῦ αἰσθανομένου εἶναι, ἕτερον δὲ παρὰ τὸ ὄργανον, τὸ οὗ αἰσθάνεσθαι ὑπάρχει, τὸ δὲ πᾶν ὅλον ἐστὶν, οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ τὸ μὲν δι' οὗ, τὸ δὲ οὗ ἡ αἴσθησις· ἀλλὰ συναίσθησιν μὲν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἡμῶν συναισθανόμεθα, δοτέον.* Ex quo patet in voce, *συναίσθησις,* praepositionem non denotare duorum inter se affectionem, sed unius ad se ipsum.

P. 133, 12. *ὁκοῖόν τι διαβητησέων*] Lege *διαβήσεων.* Hinc *διαβήτης,* morbi nomen, quod scilicet non moretur in corpore urina, sed statim pertranseat. Ita et Fernelius *lib.* 3. *Pathol. cap.* 11. *appellatur* (inquit) *ea affectio diabetes a celeri urinae transitu etc.* unde et nomen inditum Siphoni *διαβήτης,* quod est instrumentum ad exhauriendas aquas inventum. De hoc Columella *lib* 3. *cap.* 10. *de re rust. Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quaedam anima per medullam trunci veluti per Siphonem, quem Diabeten vocant Mechanici, trahitur in summum.*

P. 134, 4, *τῶν ὁκόσα κύστι καὶ νεφροῖσι*] Ut Cantharides, quae tamen diabetem non afferunt, sed ulcera in vesica et mictum sanguinis.

P. 134, 5. *εἰ ἰδάκῃ τις ὑπὸ τῆς διψάδος*] Inter causas *Diabetis* ponit Dipsadem Serpentis genus, ita dictum, quod sitim inexplebilem iis quos momordit inducat. Verum, cum ex Nicandro *in Ther.* et eius interprete *Gorreo*, morsi a dipsade, aquae immodicam copiam ingurgitent; nihil autem eius per alvum, aut vesicam reddant; propereaque abdomen eorum prae nimio tumore interdum rumpatur: non diabetis, sed Hydropis potius causa censeatur dipsas. Nicandri versus sunt eiusmodi:

Αὐτὰρ ὅγ᾽ αὖτε ταῦρος ὑπὲρ ποταμοῖο νενευκώς
Χανδὸν, ἀμέτρητον δέχεται ποτὸν, εἰσόκε νηδὺς
Ὀμφαλὸν ἐκρήξειε, χέει δ᾽ ὑπεραχθέα φόρτον.

P. 134, 6. *διψὰς δὲ τὸ ἑρπετὸν θηρίον*] Nicander citato loco Dipsadem minori viperae similem tradit:

Ναὶ μὴν διψάδος εἶδος ὁμώσεται αἰὲν ἐχίδνῃ
Παυροτέρῃ.

Galenus autem *lib.* 10. *simpl.* testatur se a *Marsis*, qui *Romae* viperis capiendis quaestum facerent, audivisse, nullum esse proprium Dipsadum viperarum genus: sed quae in *Africa* et locis maritimis vivant, quia ob pabuli rationem, falsas habent carnes, sitim inferre; atque ita Dipsades vocari, licet eiusdem naturae ac reliquas. Haec sunt *Galeni* verba: *ἡ μὲν δὴ τῶν ἐχιδνῶν σὰρξ εἰς τοσοῦτον ἥκει τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως· ἐπεὶ δ᾽ ἔνιοι τῶν φαγόντων αὐτὴν, ἑάλωσαν δίψει σφοδροτάτῳ, τοῦτο προσαγορεύουσιν τὰς ἐχίδνας διψάδας. εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τοὺς δηχθέντας ὑπ᾽ αὐτῶν φασὶν οὐκ ἐμπίπλασθαι πίνοντας, ἀλλὰ διαῤῥήγνυσθαι πρότερον, ἢ παύσασθαι διψῶντας.* (ita Nicander versibus laudatis) *διὰ τοῦτο τῶν ἐν Ῥώμῃ τὰς ἐχίδνας θηρευόντων, οὓς ὀνομάζουσι Μάρσους, ἐπυθόμην· εἴ τι σημεῖον ἔχοιέν με διδάξαι διακριτικὸν ἑκατέρου τοῦ γένους τῶν ἐχιδνῶν. οἱ δ᾽ οὐδὲν ὅλως ἔφασαν εἶναι γένος ἐχιδνῶν διψάδων, ἀλλὰ τὰς παρὰ θαλάττῃ τόποις ἁλμυρίδα πολλὴν ἔχουσι διαιτωμένας, ἁλμυρὰν ἔχειν τὴν σάρκα· διὸ καὶ κατὰ Λιβύην πολλὰς γίγνεσθαι τοιαύτας, ἐν Ἰταλίᾳ δ᾽ οὐκ εἶναι διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς χώρας. ταῦτα μὲν*
196 *οὖν ἤκουσα τῶν Μαρσῶν λεγόντων, οὐ μὴν ἔχω βεβαίως εἰπεῖν, εἴτ᾽ ἀληθεύουσιν τὸ σύμπαν, εἴτε καὶ ψεύδονται κατά τι.* Deinde paucis interiectis, addit: *οὐ μὴν, ὡς οὐδέν ἐστι γένος ἐχιδνῶν διψάδων, ἀποφήνασθαι δύναμαι.*

Ad Caput III. *περὶ τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς παθῶν.* *De Renum Affectibus.*

P. 135, 1. *Νεφροὶ ἀδενώδεες*] Ad mentem *Hippocratis,* qui renes in glandium numero collocat *lib. περὶ ἀδένων.*

Ibid. *χροιὴν δὲ ἐρυθρότεροι*] *Rufus χροιᾷ φακώδεις.*

P. 135, 3. *πλατέες μᾶλλον ἑστᾶσι*] *Crassus* videtur legisse, *ἔασι,* et melius.

P. 135, 4. *καὶ καμπύλοι*] Auctor *lib. de renum affect. dign. σχῆμα δὲ ἔχουσι σιγμοειδές.*

Ibid. *κοιλίαι δὲ σμικραὶ, ἰσθμοειδέες*] Nemo non videt legendum esse, *ἠθμοειδέες,* instar cribri, vel coli instar pervii. *Rufus* de iisdem: *κατὰ δὲ τὰ ἔνσιμα ὑμένας ἔχουσι κατατετρημένους ἠθμοειδῶς,* etc.

P. 135, 7. *τοῖσι ὤμοισι τῆς κύστιος ἑκάτερθεν*] Mira locutio; *ὦμοι* de vesica pro parte superiore. Crassus *vesicae terga* vertit. At Plinius de cumino herba loquens; dorsum posuit pro radice, quae in terrae superficie iacet: *et necatur* (inquit) *Cuminum ab ipso dorso, nisi repurgetur.* Videndus *Ivo Villiomarus,* vel potius *Josephus Scaliger* contra *Robertum Titium.*

P. 135, 8. *ἀμφὶ δὲ τῆσδε τοὺς νεφρούς*] Lege *ἀμφὶ δὲ τούσδε τοὺς νεφρούς.*

P. 135, 11. *ὁκόσα μοι λέλεκται*] *Lib. 2. ὀξέων κεφ. θ.*

P. 136, 3. *εὖτε μέντοι ἡ φύσις* etc.] Naturae providentiam atque sollicitudinem celebrat, quae sinus renum aequales fecit ureteribus: ne calculi in illis maiores fierent, quam quos isti transmittere possent. Neque enim haec tantummodo usum et speciem spectavit in partium conformatione, sed et occasiones morborum, quantum potuit, vitavit. Sic Caput, et pleraque alia corporis membra rotunda effecit ad *δυσπάθειαν.* Sic gemina sensuum instrumenta, geminos renes, geminos testes, esse voluit: ut si alterum istorum patiatur, reliquum munere fungatur: quam esse communissimam omnium geminorum organorum utilitatem, docet Galenus, *lib. 8. de usu part.*

P. 136, 14. *τάπερ καὶ σημήϊα καὶ ὕλη τοῦ πάθεος γίγνεται*] Nempe *τὰ ψαμμία arenulae:* At Galenus a succo crudo et viscoso calculum generari tradit, *l. 1. de alimentis cap. 5.* quem locum adscribere libet: quia, quomodo confletur id malum in renibus, aperte declarat: *τοῦ μὲν γὰρ ὠμοῦ προσλαβόντος τὸ γλίσχρον, ὅταν αἱ κατὰ τοὺς νεφροὺς διέξοδοι στενότεραί εἰσι τισὶν (τοῖσιν) ὑπάρχουσαι φύσει, χρονίζον αὐτόθι τὸ ταχύτατόν τε καὶ γλίσχρον, ἕτοιμόν ἐστι γεννῆσαι πῶρον, ὁποῖος τοῖς ἀγγείοις, οἷς τὸ*

ὕδωρ θερμαίνομεν, ἐπιτρέφεται, καὶ τοῖς λίθοις πεπήγνυται κατὰ πολὺ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων θερμῶν. Addit causam efficientem, renum calorem acrem et igneum. Idem tradit Auctor *lib. de renum aff. dignosc.* ubi de causis calculi: *ὑλικὸν δὲ* (inquit) *αἴτιον, ἢ παχὺς, ἢ γλίσχρος χυμὸς, ἢ ἀμφότεροι.* Addit *Hippocrates*, vel potius Auctor Appendicis *ad lib. de nat. humana*, pus e tuberculo ad crassam venam enato in renibus compacto: *ὁκόσοισι ψαμμώδεα ὑφίσταται, ἢ πῶροι ἐν τούτοισι οὔροισι τουτέοισι τὴν ἀρχὴν, φύματα ἐγένετο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ, καὶ διεπύησεν· ἔπειτα δὲ ἅτε οὐ ταχέως ἐκραγέντων τῶν φυμάτων πῶροι συνετράφησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν.* Ab his Aristotelica haec, *lib. 3. de hist. an. c. 19. σηπόμενον δὲ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πῦον, ἐκ δὲ τοῦ πύου πῶρος.* De Calculi generatione accurate Galenus, *Com.* 1. *ad lib.* 6. *Epid. partic.* 5. Quod ait *Aretaeus τὰ ψαμμία, arenulas*, signa esse Calculi, verum est, si iam facti, non ipsius generationis intellexit: cum enim gignitur Calculus, nullae in urina arenulae subsident; retinentur enim in renibus ad concretionem. Vide eundem libellum *de ren. aff.* Vide et Hippocratem, *de int. aff. pag.* 539. *editionis Foesii.*

P. 136, 15. *πόνοι τῆς ὀσφύος*] Ratio est, quia renes calculo iam facto, atque magnitudinem adepto distenti, lumborum musculos premunt: unde etiam *νάρκη κατ' ἴξιν* cruris accidit. Galenus *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* 3. dolorem profundum circa *λαγόνας* ilia percipi docet: *πολλοὶ δὲ τῶν πασχόντων, ὀδύνης μετρίας αἰσθάνονται διὰ βάθος, κατὰ τὰς λαγόνας ὑπαρχούσης ἀπ' ἀρχῆς.*

P. 136, 17. *βάρος ἰσχίου*] Iuxta illud Hippocratis, *sect.* 1. *lib.* 6. *Epid. part.* 5. *νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν·* dextri scilicet cruris, si Ren dexter laboret; sinistri si alter. Cuius *συμπαθείας* causam non omnes eodem modo explicant. Galenus, *Com.* 1. *in* 6. *Epid.* venarum et arteriarum ratione fieri docet, quae ad renes et crura pertingunt, ita enim scribit: *τὴν δ' εἰς τὸ σκέλος διήκουσαν ὀδύνην ναρκώδη, διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων ἀγγείων τῇ ῥάχει, τῆς κοίλης φλεβὸς, καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, πρός τε τοὺς νεφροὺς καὶ τὰ σκέλη κοινωνίας, ἡγητέον γίνεσθαι· μέγισται γὰρ ἐπ' αὐτοὺς τοὺς νεφροὺς ἀποπεφύκασι, μεθ' ἃς οὐ μεγάλαι τινὲς ἐν ὀσφύϊ, κᾄπειθ' ἑκάτερον τῶν ἀγγείων διχῇ σχισθὲν, εἰς ἑκάτερον ἀφικνεῖται τῶν σκελῶν εἰς ὅλον αὐτὸ διανεμόμενον.* At Recentiores duplicem causam proponunt: prima est compressio musculi *ψόας* dicti, cui renes incubant; is autem musculus flectendo cruri inservit, et

in cruris interiorem partem inseritur: altera est nervi compressio, qui in cruris musculos omnes abit, ob duritiem et pondus calculi: unde (inquiunt) is stupor, nisi adaucto calculo, non accidit. Sed et *Laurentius*, qui ita rem ex- 197
pedit; in *controv. Anat.* facete hanc *Galeni* sententiam, ceu *Langii* et *Jacotii* esset, confutat: *Stuporis* (inquit) *causam referunt doctissimus Langius in Epistolis suis, et Jacotius com. in coac. praenot. ad Venarum repletionem.* Quibus ex verbis apparet, minus ipsum *Laurentium* in *Galeni* Lectione diligentem fuisse, quam eum deceat, qui *Galeni* patronum se ubique venditet: nam si eum locum notasset, fortasse *Galeni* auctoritati cessisset: qui, *citato loco*, eos taxat, ut parum peritos Anatomes, qui pro causa illius consensus ureteras, membranas quasdam aut nervos, vel etiam peritonaeum assignant: *ὅσοι δὲ* (inquit) *διὰ τῶν οὐρητήρων, ἢ τινων ὑμένων ἢ νεύρων, ἢ καὶ τοῦ περιτοναίου λέγουσι κοινωνίαν εἶναι τοῖς νεφροῖς πρὸς τὰ σκέλη παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσιν ἀνατομῶν.* Caeterum quid *Langius* de causa huius Symptomatis existimaverit *Epist.* 8. operae pretium est referre; praeclare enim *Galeni* sententiam declarat. Venam cavam et eius ramos, qui ad renes et crura feruntur, impleri censet seroso humore; quem scilicet renes a phlegmate crasso obstructi, tophis, calculo, aut arenularum saburra trahere non potuerunt: quo fit, ut serum in ea vena et arteriis regurgitans ipsas distendat, et sic stuporem cruris directo affecti pariat.

P. 137, 1. *ξυννεῦσαι χαλεπῶς*] An *ξυννεύουσι χαλεπῶς.*

Ibid. *στρόφοι, βαρέες, ἀνέκλιστοι*] Lege *ἀνείλιστοι.* M. S.

P. 137, 3. *προθυμίη ἀπουρήσιος ὅκωσπερ ὠδίνων*] Id est, dolorem lumborum et Iliorum, ut exponit Hippocrates *lib. de inter. aff.* In *descriptione* 4. *morbi renum* eadem similitudine utitur, *ὀδύναι πιέζουσιν αὐτὸν ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὸν κενεῶνα καὶ ἐς τὴν ὀσφὺν καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος, καὶ πάσχει ὁκοῖα γυνὴ ὠδίνουσα.* Conatus calculosorum in urina reddenda laboribus mulierum in pariendo comparat: ex quo intelligitur, quam gravis sit ille dolor. Nam et partus dolores etiam in proverbium abiere in sacris literis, et quaedam apud Theocritum ait:

Ὠδῖνα τρομέω χαλεπὸν βέλος Εἰληθυίης.

P. 137, 8. *ξυνῷ ὁμοβιαίῳ*] Instar portenti haec lectio. *Crassus* tamen vocum vestigia sequutus vertit: *communi simul violento*, et ad oram Codicis scriptum; *haec verba abundare videntur.* Legerim ego *ξὺν τόνῳ βιαίῳ*, cum violenta contentione.

P. 137, 10. *φύσαι, φυσώδεες, στομάχου κατάστασις*] Quorsum haec duo, *φύσαι, φυσώδεες,* non video; alterutram enim posuisse sufficiebat. Fortasse vox *φυσώδεες*, cum sequentibus iungenda, ac ita legendum: *φυσώδεες στομάχου κατατάσεις.* Cui emendationi occasionem praebet *Crassus,* qui vertit: *extentus stomachus est;* cum in suo Codice legisset *κατάτασις,* non *κατάστασις.* Sed et huic coniecturae nostrae favet vox sequens, *ἐρεύξιες.* Ructus enim fit, cum ventriculus, membranis intentis, flatum per superiora explodit.

P. 137, 12. *ἀγωνίη δὲ δευτέρη τοῦ λίθου ἡ διὰ τοῦ καυλοῦ διέξοδος*] Immo tertius labor. Primus etenim est, cum calculus e renis corpore in cavitatem excidit: quem processum, uteri contentioni foetum excludentis eleganter comparat Auctor libelli de *dignos. ren. affect.* tanquam is sit Calculi partus: secundus labor est, cum in ureteres truditur: tertius, cum in uretram. Vide eundem libellum.

P. 137, 14. *ἐνίσχεται*] De hac re historiam habemus citato illo libro *de dignos. ren. affect.* quam ipsius Auctoris verbis; quae sunt corruptissima in vulgatis codicibus; referre placet, ut illa emendes: *οἶδα δέ τινα, τὰ μὲν ἄλλα διεξελθόντα τὸν λίθον, κατὰ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου ἐμφραγέντα, ὀλίγα ἐδέησαν ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον ταῖς δυσουρίαις, καὶ τῷ ὀξυτάτῳ πόνῳ· ἀλλὰ τῇ στενῇ λαβίδι οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξιλεῶσαι αὐτὸν, τομὴν παραμήκη ἄνωθεν διελογιζόμεθα.* Quem locum, ut apparet, insigniter corruptum sic restituo: *οἶδα δέ τινι τὰ μὲν ἄλλα διεξελθόντα τὸν λίθον, κατὰ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου ἐμφραγέντα, ὀλίγα δεῆσαι, ἀπολέσαι τὸν ἄνθρωπον ταῖς δυσουρίαις καὶ τῷ ὀξυτάτῳ πόνῳ· ἀλλὰ τῇ στενῇ λαβίδι, οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξιμῶσαι αὐτὸν, τομὴν παραμήκη ἄνωθεν διαλογιζόμενοι.*

P. 137, 17. *καὶ γὰρ ἀγκιστροειδέας ὄπωπα*] Curvos calculos instar humorum. Auctor Libri de *dignosc. καὶ οἱ μὲν περιφερεῖς καὶ λεῖοι καὶ μικροὶ, εὐέκκριτοι· οἱ δὲ μείζονες, ἢ ἄλλως πως ἐσχηματισμένοι, καὶ μάλιστα οἱ ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖς δυσέκκριτοι.*

P. 138, 1. *ἐπὶ τοῖς πόροις ἐπιπωρώσιας*] *Ἐπιπώρωσις* a voce *πῶρος,* quae lapidis genus quoddam significat, pario simile, candore et duritia, minus tamen ponderosum, ut Plinius docet, *lib.* 36. *cap.* 17. et ante illum *Theophrastus.* Tophum vertit *Theodorus.* Significat et callum in osse fracto succrescens, duritia in quasi defuncti ossis locum suffecta, et succenturiata, ut verbis utar *Scaligeri.* Crassus, *callosas duritias* vertit; ego malim *lapideas*, ut naturam poro lapidi similem agnasci ureteribus intelligamus, ob

transitum materiae viscosae et lapidescentis. Iam saepius laudatus auctor libri de *dignosc. Ren. Affect.* πωρωθῆναι τὸν λίθον dicit, de calculo loquens. De hac enim re sermo est.

P. 138, 2. *χροιῇ (μὲν) δὲ ἄλλοι μὲν λευκοί*] Eodem libro de *dignosc.* tres calculorum colores traduntur: *niger, subalbidus, pallidus: καὶ γὰρ μέλανες εὑρίσκονται, καὶ ὑπόλευκοι, καὶ ὠχροί.*

P. 138, 4. *ἐν κύστι γὰρ παιδίοισι μᾶλλον*] Auctor libri de *dignosc. ἔστιν οὖν πάθημα τῆς κύστεως ἡ λιθίασις παιδικόν.* et multo ante Hippocrates 6. *Epid. τὸ μετ' οὔρησιν σύναγμα τοῖσι παιδίοισι. ἢ ῥ' ὅτι θερμότερα.* Vide Galenum ad haec verba, et praefatum auctorem de *dignosc.* Ubi causa propter quam pueris calculus potius in vesica, 198 senibus in renibus nascatur, fuse declaratur. Praeclara et quae *Aretaeus* hic notat.

P. 138, 6. *γέρουσι μὲν τὸ σῶμα ψυχρὸν, παχὺ τὸ αἷμα*] Aristoteles *lib.* 3. *de hist. an. cap.* 19. *ἐν μὲν γὰρ τοῖς πάμπαν νέοις ἰχωροειδές ἐστι καὶ πλεῖον· ἐν δὲ τοῖς γέρουσι, παχὺ καὶ μέλαν καὶ ὀλίγον.*

Ibid. *ψυχρὸν δὲ τὰ πάθεα θᾶσσον πήγνυσι*] Scribe *τὰ παχέα, crassos humores,* ex quibus calculi concrescunt; cuius concretionis auctorem facit frigus *Aretaeus:* contra quam Hippocrates *lib. de aëre, loc. et Aquis,* ubi eos calculis obnoxios censet: calculo autem laborare scribit, quorum alvus et vesica *πυρετώδης* est. Calore etiam materiam pituitosam *ἀπογαιοῦσθαι* et *πωρωθῆναι* tradit Auctor ille de *dignos.* Negatque frigus tantum in animali esse posse, quanto opus esset ad lapidem gignendum: *ἐν ἡμῖν δὲ ψῦξις λίθον οὐ ποιεῖ, οὐδὲ γὰρ ἐν ζῶντι σώματι δυνατὸν ὑποθέσθαι τοσαύτην ψῦξιν, ὡς δυνηθῆναι ποιῆσαι λίθον.*

P. 138, 7. *τέκμαρ δὲ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν φύσι αἱ πηγαί*] Calculos frigoris vi concrescere declarat *Aretaeus,* exemplo fontium calidorum, quorum aquae, cum refrigescunt, in tophaceos lapides durantur. Verum etiam si id concedatur, non tamen inde sequitur, frigus esse causam, cur lapides concrescant: calori potius is effectus adscribendus est, qui dum exhalat tenuiores aquae partes educit, quibus detractis, crassae remanentes, in lapidis duritiem demum concrescunt. Ita fit, ut dum aqua redit ad frigus, lapis gignatur: quia tunc demum illa tenuiorum partium a crassioribus secretio perfecta est. Caeterum lapides in aquis calidis coagmentari docet etiam Aristoteles, *sect.* 24. *probl.* 11. *διὰ τί ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι; πότερον, ὅτι τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκ-*

λείψει γίνεται λίθος; μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, ἢ τοῦ ψυχροῦ ἐκλείπει τὸ ὑγρόν· καὶ ἀπολιθοῦται δὴ διὰ τὸ θερμόν. καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι, τάς τε πέτρας καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων. Auctor Lib. *de dignos. ὥσπερ ἐν ὑπονόμοις καὶ σωλῆσι τῆς θερμότητος ἐγγινομένης ἀπὸ ὕλης ἀδιαπνευστούσης. οἷον ὕδατος ὄντος ἐν τῷ σωλῆνι γίνεται θερμότης παρὰ φύσιν, ταύτης δὲ διαφορούσης τὸ λεπτομερὲς ἐκεῖ ἰλυώδους ὕδατος, τὸ παχυμερὲς ἀπογαιοῦται, καὶ μένων ἐν τῷ σωλῆνι προστίθεται τῇ οὐσίᾳ τοῦ λίθου, καὶ οὕτω γίνεται λίθος.* Et ibidem non ita multis interiectis: *παραπλησίως τοῖς αὐτοφυέσι ὕδασι, κἂν χλιαρώτερα τῶν συμμέτρων ᾖ, φαίνονται συνιστάμενοι πῶροι.*

P. 138, 11. *μετεξετέροισι ἐν περιόδοισι οὐρέουσι αἷμα*] Lege *μετεξέτεροι* in recto casu. Mictionis sanguinis circuitu recurrentis causa censeri debet plenitudo. Cum enim sanguine gravatur natura, eum variis modis expellit, per nares, per vomitum, per haemorroidas, per urinas. Interdum per porum cutis, stato tempore, apertum: quod de quodam iuvene robusto testatur Benivenius *lib. de abditis morb. causis cap.* 4. Sed et quibusdam mulieribus ex pertinaci mensium suppressione lachrymas fluxisse sanguineas legimus in *Dodonaei observationibus.* Eiusmodi vacuationum, quae circuitu redeunt, meminit Galenus *lib.* 7. *Method.* his verbis: *πολλοῖς μὲν γὰρ αἱμοῤῥοΐς εἰθίσθαι* (*εἴθισται*) *τὸ περιττὸν ἐκκενοῦν· ἐνίοις δ' αἱμοῤῥαγίαι διὰ ῥινῶν, ἢ ἐμέτος, ἤ τι κατ' ἄλλον τινὰ τόπον ἐν ὡρισμέναις περιόδοις ἀποστομούμενον ἀγγεῖον. οἶδα γοῦν ἐν στόματι, καὶ φάρυγγι πολλοῖς τοῦθ' ὑπάρχον. ἔστι δ' οἷς καὶ διὰ γαστρὸς αἵματος ἔκκρισις ἀνὰ χρόνον γίγνεται.* Haec Galenus. De mictu autem sanguinis mentionem facit *lib.* 6. *de locis affect.* variasque eius causas tradit, nempe ruptionem vasis in renibus, ob sanguinis multitudinem, casum, aut plagam vehementem: *ἀλλὰ καὶ ῥηγνυμένου ποτ' ἀγγείου διὰ πλῆθος ἢ ἐκ καταπτώσεως, ἢ πληγῆς σφοδρᾶς, οὔρησαν αἷμα δαψιλὲς ἔνιοι.* quam sententiam repetit. *com. ad Aphor.* 78. *sect.* 4.

P. 138, 12. *τοῖσι ἀπὸ αἱμοῤῥοΐδων ἰκέλη*] *Τὰ ἀπὸ αἱμοῤῥοΐδων,* pro *αἱμοῤῥοΐδες*, locutio Graecis familiaris: *οἱ ἀπὸ στοᾶς*, pro *στωϊκοί·* subaudiendum autem *ῥεύματα,* aut simile quidpiam.

P. 139, 3. *ἐπισχέσιος γὰρ αἱμοῤῥοίης ξυνήθεος ἀπότοκα τῆδε*] Lege *τάδε,* nempe morbi supra recensiti, dolores capitis, oculorum caligo, vertigines, comitialis morbus, hydrops, melancholia, resolutio nervorum. *Hippocrates,*

quem hic ut alibi semper sequitur, duos in exemplum proponit, ut graviores, ὕδρωπα et φθίσιν *Aphoris.* 12. *sect.* 6.

P. 139, 4. ἢν μὲν οὖν ἀπὸ νεφρῶν ἐκρέῃ τὸ αἷμα καθαρόν] Hae voces ἀπὸ νεφρῶν delendae omnino sunt, quae, nescio quo pacto, ibi praeter mentem Auctoris interpositae sunt. Vult enim *Aretaeus*, ubi sanguis purus redditur, nec urinae mistus, cognosci a vesica hunc prodire: contra cum e renibus, ut superioribus partibus; sicut de *pure* docet Galenus, *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* 4. Ita ergo legendum: ἢν μὲν οὖν ἐκρέῃ τὸ αἷμα καθαρὸν ἀμιγὲς οὔροισι, τὰ πολλὰ ἐκρέει ἀπὸ κύστιος τῶν οὔρων τὸ αἷμα, his expunctis ἀπὸ νεφρῶν, quae sensum vitiant. Sic plana efficitur lectio, quae, ut vulgo legitur, perplexa admodum, immo falsa: non enim sincerus est, qui e renibus fluit per vesicam sanguis, sed urinae admistus, nisi vena in renibus rumpatur, et sanguis copiosus confertim profluat; qua de re mox agit. Ceterum *Aretaei* elegans locutio notanda; quae fugit interpretem: ἀπὸ κύστιος οὔρων. Crassus *vesicae urinam* vertit, contra quam decuit: κύστις οὔρων dicitur *Aretaeo* vesica urinaria; ut distinguatur ab ea quae bilem recipit.

P. 139, 7. καὶ ἀπὸ ῥήξιος τῶν νεφρῶν] Id est, ex ruptione venularum, quae ad renes feruntur, ut videre est apud Hippocratem *lib. de intern. affect.* γίνεται δὲ τὸ νούσημα ἀπὸ ταλαιπωρίης, ὁκόταν ῥαγῇ τὰ φλεβία, τὰ ἐς 199
τὸν νεφρὸν τείνοντα. ἔπειτα ὁ νεφρὸς αἵματος ἐμπλησθῇ, οὗτος ὁκόταν ταῦτα πάθῃ ἐξουρέει ἅμα τῷ οὔρῳ αἷμα κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος· ἔπειτα πῦον προϊόντος τοῦ χρόνου.

P. 139, 8. ἐπάγη κοτὲ καὶ ἐν κύστι] Quam gravia, ex sanguinis grumo, in vesica, intestinis, ventriculo, thorace, retento, Symptomata oriantur, docet Galenus, *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* 4. Cum enim sanguis concretus putrescit in aliqua parte extra vasa, animi defectiones, palloresque inducit: pulsus vero parvus est, obscurus, frequens, patiensque cum anxietate resolvitur. Quae et accidentia contingunt, cum grumo obstructa est vesica; qua causa multos periisse, testatur ibidem *Galenus.*

P. 139, 14. ἢν προσγένωνται πυρετοὶ ἐς ἑσπέρην καὶ ῥίγεα] Febres et pituita putrescente, et suppuratione quapiam sub vesperam prendere solent; idque cum rigore; quem excitant vapores maligni ab abscessu erumpentes: de qua causa rigoris sententia est *in Coac. praenot.* ῥῖγος ἀπὸ τῶν ἀγγείων, ἢ ἀφ' ἑλκέων. Ibi enim ἕλκεα per πρόληψιν usurpari pro ipsa vomica nondum pus evomente

notat *Duretus* ad hunc locum. *Galenus* de renum abscessibus loquens, *lib.* 6. *de loc. aff. c.* 4. horrores inordinatos, rigoresque cum febribus exiguos iis accidere testatur: *ὁ μὲν γάρ τις ἠλγήκει πρότερον, τὰ κατὰ τὸ χωρίον τῶν νεφρῶν πολλάκις, ἄτακτοί τε φρικαί ποτε καὶ ῥίγη τὰ σμικρὰ σὺν πυρετοῖς ἐγεγόνει.*

P. 139, 15. *θρόμβοι πυώδεες σαρκοειδέες*] Carnosa esse, quae a renum abscessibus prodeunt, docet etiam Hippocrates *Aphoris.* 76. *sect.* 4. *ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρά, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.* Galenus in *com.* *τὰ μικρὰ σαρκία τῆς τῶν νεφρῶν οὐσίας εἰσὶ γνωρίσματα.* Idem *citato* 6. *de loc. aff.* *πεταλώδη μὲν γάρ ἐστι, τὰ τῆς κύστεως ἀπορυπτόμενα μόρια, σαρκοειδῆ δὲ τὰ τῶν νεφρῶν.*

P. 140, 2. *ἔαρ μὲν οὖν αἱμοῤῥαγίας τίκτει*] Ita Hippocrates, *Aphoris.* 20. *sect.* 3. inter Veris incommoda refert *αἵματος ῥύσιας*· ratio est, quia sanguis eo tempore abundat.

Ibid. *χειμὼν δὲ καὶ φθινόπωρον λίθους*] Multis de causis hieme, et autumno potius calculi gignuntur. Primo corpus magis refertum est pituitosis et crudis humoribus; quia tunc maior ciborum copia ingeritur, et quidem pravorum autumno: 2. meatus corporis magis comprimuntur a frigore ambientis; quo fit, ut nec facilis superfluorum fiat excretio; immo ob antiperistasim in profunda corporis pellantur: 3. Calor in ventribus et cavis corporis auctus pituitosa illa densare atque compingere amplius potest.

P. 140, 3. *ἢν δὲ ἐπὶ λίθοισι ἕλκεα γένηται*] Ulcera calculis renum supervenientia, insanabilia esse docet; quod scilicet maligniora sint. Alioqui ulcera renum licet curatu difficilia sint, tamen si quis exquisita medendi lege, et remediis utatur, curari posse patet ex *Aphoris.* 6. *sect.* 6. *τὰ νεφριτικά, καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα ἐργώδως ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσι.* Quibus verbis in senibus renum et vesicae affectus difficulter quidem curari dicuntur, non tamen nullo modo curari posse. Ex quo sequitur in iuvenibus minus difficilem esse eam curationem. Huius certe exemplum habemus apud Valleriolam *Observatione* 1. *lib.* 6.

P. 140, 4. *ταχείη τηκεδὼν καὶ θάνατος*] Tabem ex ulceribus renum induci testatur et Hippocrates *lib. de internis aff.* haec autem *νεφριτικὴ* appellatur.

Ad Caput IV. *περὶ τῶν ἐν κύστι.*
De Vesicae Affectibus.

P. 140, 9. *οὔτε γὰρ θρύπτεται*] Magna hic dissensio inter rei Medicae scriptores passim observatur: alii enim calculum, non modo renum, sed et vesicae comminui posse, penitusque atteri medicamentis existimant: Alii, in quibus *Aretaeus*, hoc loco negant ullum omnino, praeter sectionem, remedium suppetere. Quae controversia cum sit maximi, in Medicina, momenti, neque satis ab ullo, quod sciam, explicata fuerit: non erit alienum a praesenti instituto proponere breviter, quid mihi verisimilius dici posse videatur. Primum auctoritates et verba adducam eorum, qui posse calculum atteri negant: deinde et eorum, qui id concedunt. Igitur *Hippocrates* in *Iusiurando* profitetur se permissurum calculosorum sectionem peritis eius operationis Magistris: *οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας· ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσι ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε.* Ex quibus sane verbis infertur; non habuisse *Hippocratem* remedium aliud cui confideret: alioqui enim miseros aegros lanienae crudelissimae non reliquisset. Sed et *Galenus* diserte incisionem, ut unicum calculi remedium, proponit *lib. de arte medicinali cap.* 94. ubi de expediendis obstructionibus agit: *ἡ μὲν ὑπὸ γλίσχρων καὶ παχέων γινομένη χυμῶν, ἕνα μὲν ἔχουσα καὶ αὐτὴ σκοπὸν ἐναντίον τῷ πάθει τὴν ἔκφραξιν· αἴτια δὲ ὑγιεινὰ, τά τε ῥυπτικὰ καὶ τμητικὰ τῶν φαρμάκων. ἡ δὲ ἀπὸ κόπρου σκληρᾶς ἐμφραχθείσης ἐντέρῳ, προτέραν μὲν ἕξει τὴν τῆς σκληρότητος ἐπανόρθωσιν ἐξ ὑγρῶν καὶ λιπαρῶν κλυσμάτων, ἑξῆς δὲ τὴν κένωσιν ἐκ δριμέων· ἡ δ' ὑπὸ λίθου κατὰ κύστιν, ἐν μὲν τῷ παραυτίκα τὴν μετάθεσιν· ἰάσεως δὲ παντελοῦς ἕνεκα, τὴν διὰ τομῆς κομιδήν.* Idem *com. ad Aphor.* 18. *sect.* 6. de Vesicae agens vulneribus, suo tempore quotidie calculi causa homines secari solitos testatur: *ἀμέλει* (inquit) *καὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς* (suppl. *κύστεως*) *ὁρῶμεν ὁσημέραι θεραπευόμενον ἐν ταῖς λιθο-* 200
τομίαις, ἐπειδὴ σαρκώδης ἐστί. An igitur *Galenus* secari miseros quotidie sivisset, si aliud remedium tutius habuisset. Hinc satis firma nisi fallor coniectura ducitur praestantissimis illis totius Medicinae Magistris, non fuisse aliud calculi remedium cognitum; neque iis, quae appellantur *λιθοθρυπτικοῖς* fidendum censuisse: sed nec sequius hoc argumentum est, quod in tanto artium omnium et Medicinae profectu adhuc optimates et principes secari videmus. An igitur tantis cruciatibus, tantoque discrimini se exponerent homines *φιλοζωώτατοι, καὶ φυγοπονώτατοι,* si me-

lius quidpiam reperiri posset? Quid enim homo non det pro anima sua? Accedit ratio non inefficax. Etsi dentur Medicamenta eiusmodi, quae calculum frangere possint; tamen eorum vim, priusquam ad renes aut vesicam perveniat, debilitari ac solvi necesse est; tum partes, qua transeunt, laeduntur: ex uno lapide plures fiunt, iique angulares, unde maior cruciatus. Quocirca *Montanus*, qui inter *Italos* Medicos magnum nomen habuit, nec doctrina tantum, sed et artis operibus claruit, *consult. Medic.* 84. de hac re ita statuit: *quantum ad calculum, dico quod non curabitur sine incisione: nam licet plurimi tentarint dissolutionem, nemo tamen eam est assecutus.* Eadem est *Dureti* sententia ad *Coacas praenotiones.* Nunc contrariae opinionis fautores audiamus: nam et ii suas auctoritates habent, et rationum momenta, et experientias utique iactant. Primum quaerunt, quid sibi velit illa toties monumentis Antiquorum celebrata *λιθοθρυπτικῶν* facultas, cuius quoties *Dioscorides* meminerit, dici non potest: quam et *Galenus* ipse praedicat, commendatque *lib.* 10. *de comp. medic. κατὰ τόπους cap.* 1. Ubi quamdam compositionem describit, qua calculos ita frangi perhibet, ut non renascantur; tum ea *Bassam* uxorem *Marii* curatam fuisse testatur. Adscribam ipsa verba *πρὸς λιθιῶντας, ὡς Βᾶσσα ἡ Μαρίου ἐθεραπεύθη ὥστε θρύπτειν καὶ αὖθις μὴ συνίστασθαι.* Quales et alias complures ibidem coacervat. Scio quid nonnulli respondeant: Exscripsisse quidem ea medicamenta *Galenum*, et scriptis mandasse; sed ea neque probasse, neque in usu habuisse. Verum haec responsio magnae vaecordiae atque impudentiae plenissima est. Adeone ineptum fuisse *Galenum* existimamus, ut tantum operae, in colligendis medicamentorum compositionibus poneret, quas inutiles crederet: quam porro male *Galenum* cognoscunt, qui haec effutiunt, virum, si quis unquam fuit, agyrticae vanitatis atque ostentationis inimicissimum, ut in quampluribus ipsius operum locis videre est. Quid autem vanius, quid futilius, quid homine veritatem amante (qualem fuisse *Galenum* nemo dubitat) indignius, quam tantum laboris in frivolis compositionum formis coacervandis insumere, ad solam videlicet *πολυγραφίας* ostentationem? Apage istam impuram a tanto viro calumniam. Liquet autem quosdam eiusmodi nugas blaterare, eo consilio, ut inscitiae suae atque ignaviae patrocinentur. Qui enim nihil aliud sciunt quam sanguinem mittere, senam propinare, alvum eluere, non mirum si operosiores medicamentorum apparatus damnant, et, ementita magnorum virorum auctoritate, suam

ignaviam tegere conantur. Quos tamen *Hippocratis* volumina ipsa strenue confutant, nempe referta herbarum mentione, ut *Plinius* loquitur: sed de his alias. Redeo ad λιθονθρυπτικὰ, quorum et mentionem factam a *Galeno* videmus *lib.* 9. *de simpl. cap. de Lapide Iudaico*, et *lib.* 1. *de Alimentis cap.* 22. ubi de Cicerum facultate ita scribit: ὑπάρχει δὲ καὶ ῥυπτικὴ δύναμις αὐτοῖς ἐπὶ πλέον, ἢ τοῖς κυάμοις. ὥστε τινὲς ἐξ αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐν νεφροῖς συνισταμένους λίθους ἐναργῶς θρύπτουσιν. Sunt et *Rhasis* verba in libro Galeni de *Medicinis experimentatis*: (hic enim titulus Libri) *et scio virum qui curabat lapidem in vesica perfecta curatione, et hoc in multis hominibus, et lucrabatur infinitam pecuniam per hoc, et solummodo per hanc Medicinam acquisiverat sibi nomen optimi Philosophi.* Multa possem ex practicorum veterum, et recentiorum scriniis depromere. Nam de sanguine hircino nullus non affirmat, cuius et parandi rationem tradit *Iac. Sylvius*. Vereque ab ipso calculos minui confirmat Iulius Caesar Scaliger *exercitatione ad Cardanum* 344. *sect.* 8. haec autem eius verba sunt: *frangere tamen (hirci sanguinem) in renibus, atque in vesica lapidem, tam verum est, quam meridie lucere: quam plurimos enim eius vi comminuimus: sed et leporino fit hoc idem.* Hanc autem eius vim et si nunquam sum expertus, tamen esse eiusmodi qualem is testatur, tam certo credo ac si expertus fuissem. Cur enim tot viri id scriptis prodidissent: Cur vero et *Scaliger*, cuius fidem elevare mihi profecto religio est; viri non solum doctissimi, sed etiam probi, et veritatis amantissimi. Quid ergo faciemus iis qui aliter censent, magnis quoque viris, et peritissimis. Ego Calculos renum aut vesicae non unius generis esse arbitror: quosdam videlicet esse compactiores durioresque, eosque difficilius medicamentis dissolvi; de quibus minuendis *Hippocratem* et *Galenum*, et reliquos auctores loqui putandum est, cum solo ferro eximi posse calculos dicunt: alios rursus molliores, friabilioresque nondum ad saxosam duritiem perductos; quibus λιθονθρυπτικὰ, atque imprimis hircorum sanguis subveniat; tales fuisse quos *Scaliger*, et alii practici comminutos viderunt. Sed de his hactenus, ad reliqua Auctoris nostri pergamus.

P. 140, 9. ἢ πόσι ἢ φαρμάκῳ, ἢ ἀμφιθρύπτοιτο] Scribe ἢ φαρμάκῳ ἀμφιθρυπτικῷ.

P. 140, 10. οὔτε ἀσινέως τέμνεται] Grandiores calculos non tuto incisione eximi docet *Aretaeus*: et sane res ipsa, ut ait Demosthenes, μονονουχὶ τὴν φωνὴν ἀφιεῖσα

201 testatur. Tamen *Cardanus* ex *Paulo Aegineta* refert, *lib. de vita propria cap.* 23. quibus lapis magnus e vesica eximatur, minus pati, ob labores praecedentes, quam quibus exiguus, atque ob id etiam rarius mori.

P. 140, 16. *εἰ καὶ τῶν μεζόνων ἀσφαλέστεροι*] Lege *ἀσφαλέστερας*· de lapide enim loquitur in singulari.

P. 141, 2. *ῥοιάδος γίγνεταί οἱ πάθος*] Scribo *ῥοάδος*, vel potius *ῥυάδος*· ita vesicae vitium appellat, cum, post incisionem, urinam subinde remittit per vulnus, quod nequit coalescere. Est tamen *ῥυὰς* Galeno, *fluxio lacrymarum involuntaria*, ob carunculae, quae in maiore oculi angulo fixa est, deperditionem. Ceterum non est verum, vulnera quibus calculi extrahuntur, nunquam perfecte sanari: non enim in ipso vesicae corpore fiunt, sed in collo; quod, quia carnosum, cicatricem admittit. Sed nimirum de maximis et mediocriter magnis lapidibus loquitur; qui, ut possint egredi, maiorem incisionem requirunt: qua non collum tantum, sed corpus ipsum vesicae dividitur. Ideo tales lapides negat extrahi *ἀσινέως*, quod saltem vulnus maneat incurabile, a quo urinae perenne effluvium.

P. 141, 10. *πρόκοποι τὰ αἰδοῖα γίγνονται*] An quia post mictionem, doloris impatientia, penem manu tractant; unde spirituum ad illam partem motus. Hippocrates *lib. de aëre, loc. et aq.* *καὶ ὁκόταν οὐρέει πρὸς τὸν στόμαχον τῆς κύστιος προσπίπτει* (supple *τὸ σύναγμα*) *ὑπὸ τοῦ οὔρου βιαζόμενον, καὶ κωλύει οὐρέειν, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν· ὥστε τὰ αἰδοῖα τρίβουσιν, καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα. δοκέει γὰρ αὐτέοις τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος.* Idem vide in libro eiusdem *de internis affectionibus.* Aliam rationem affert Auctor *lib. de dignos. ren. aff.* quod nimirum lapide incumbente ad vesicam, quaedam ceu titillatio excitetur, secundum quam, natura irritata spiritus mittat ad locum doloris; a quibus mox coles inflatur: *ἐπειδὴ τοῦ λίθου ἐγκειμένου οἷον γαργαλισμός τις γίνεται, καὶ ἐπεγειρομένης τῆς φύσεως πρὸς τὸ κενῶσαι τὸ λυποῦν, πνεύματα ἐπιτρέχουσιν, ἅτινα εἰς τὸ σηραγγῶδες τοῦ αἰδοίου ἐμπίπτοντα παραλόγως αὐτὸ ἐντείνουσιν. ἐπὶ πάσῃ γὰρ κινήσει φυσικῇ, συντρέχει τὸ αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα, τὰ ὀχήματα αὐτῆς.* Priorem causam sequentibus verbis confirmat *Aretaeus*: *καὶ ἀμφαφόωσι καὶ ἕλκουσι τὰ αἰδοῖα* etc. Quod ad dictionem attinet, *πρόκοποι τὰ αἰδοῖα*, nomen istud a verbo est *προκόπτω* *proficio, promoveor*: quod iis pudendum augeatur. Nec absurda esset lectio *πρόκωποι* per *ω*, eo sensu, quo Herodianus *in Maximino* posuit: *ἔχοντές τε αὐτὰ* (*ξιφίδια*) *πρόκωπα*,

id est, *nudos pugiones manibus tenentes:* et fortasse scripserat *Aretaeus* *πρόκωπα τὰ αἰδοῖα γίγνονται*, hoc sensu: nempe quod dolore coacti manum identidem pudendo admoveant.

P. 141, 14. *προπετὴς δὲ καὶ ἄρχος βίῃ καὶ ἐντάσεσι φαντασίῃ· ἐκκρίσει (ἐκκρίσι) δὲ ὡς δῆθεν τοῦ λίθου*] Sunt haec nonnihil corrupta, quae sic restituo: *προπετὴς δὲ καὶ ἄρχος βίῃ καὶ ἐντάσεσι, φαντασίῃ ἐκκρίσιος δῆθεν τοῦ λίθου.*

P. 142, 13. *τάπερ οὐδὲ σαρκοῦται, οὔτε ῥηϊδίως ἐπωτειλοῦται*] Nervosa semel incisa non coalescere, saltem in adultis, *κατὰ πρῶτον σκοπὸν*, ut ait *Galenus*, omnes uno ore affirmant: sed pauci rationem, qua id fiat, tenent: quae una est: quia nimis sicca et dura. Etenim vulgo dicunt Itali: *duro col duro non fa muro.* Argumento sunt pueri tenelli, in quibus propter mollitiem exsanguia etiam illa perfectissime coalescunt.

P. 142, 16. *πάσχει οὖν ἄρθρον πάθεϊ*] Crassus ineptissime ita vertit: *In extensione igitur et contractione eundem quem et articulus affectum patitur.* Deceptus scilicet ambiguitate vocis *ἄρθρον*, quod Graecis non solum articulum sive ossium duorum commissuram; sed etiam matricem significat: quamquam saepius in ea significatione dicuntur *ἄρθρα*, in plurali numero. Herodotus *in Thalia*, ubi de equisone Darii: *τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρί.* Item Aristoteles, *lib. 2. de gener. anim. cap. 7. in fine*, ubi agit de hysterica suffocatione: *καὶ αἱ σπερματικαὶ οὐσίαι, καὶ καθάρσεις ἀπὸ τοῦ ὑποζώματός εἰσιν· ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς φύσεως ἐντεῦθεν· ὥστε διικνεῖσθαι πρὸς τὸν θώρακα τὰς κινήσεις ἀπὸ τῶν ἄρθρων.* Comparat igitur *Aretaeus* vesicam cum utero, eamque eodem modo affici, secundum extensionem et contractionem, atque ipsum uterum, testatur: id est, similiter utramque partem extendi ac contrahi.

P. 142, 17. *ἄρθρῳ δὲ οὐκ εὐαλθὲς ἕλκος οὐδέν*] Ulcera matricis omnia curatu difficilia, tum ob partis naturam nervosam et frigidam, tum ob situm. Cloaca enim est ad recipienda excrementa totius corporis.

P. 143, 2. *τάπερ ἐπ' ἄλλοισι μὲν ἐπὶ φλέγμασι*] Lege, *ἐπ' ἄλλοισι μὲν ἐπιφλεγμήνασι.*

P. 143, 4. *ἢν δὲ ἀλλ' εἰς παχὺ*] Lege *εἰ . . εἰ.*

Ad Caput V. περὶ γονοῤῥοίας.
De Seminis profluvio.

P. 143, 15. *ἀτερπὲς δὲ καὶ ἀηδὲς μέσφι ἀκοῆς*] Hunc morbum Graeci *γονόῤῥοιαν* dicunt, a seminis genitalis fluxu involuntaria. Eundem non incommode Aurelianus *lib. 2. Taril. pass. Seminis lapsum,* Latine vertit, nec minus apte *Plinius* hunc ipsum virorum propudia videtur nominare; cum *lib.* 28. *cap.* 8. ubi de cinere unguium Lyncis exu-
202 storum ita prodit: *Ungues earum omnes cum corio exuri efficacissime in Carpatho insula traduntur. Hoc cinere poto, propudia virorum: eiusdem aspersu, feminarum libidines inhiberi.* Eundem inter priscas Hebraeorum devotiones fuisse, apparet ex *secundo Regum cap.* 3. ubi David ob caedem Abner, *Ioabo* interfectori maledicit: *mundus* (inquit) *ego sum, et regnum meum apud Deum in Sempiternum a sanguine Abner filii Ner: et veniat super caput Ioab, et super omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens. etc.* Gonorrhoea tabem dorsalem succedere testatur Hippocrates, *lib. 2. de morbis.*

P. 144, 1. *ῥέει ἡ θορή*] *θορὴ* et *θορὸς* idem quod *γονὴ semen genitale:* licet *Aristoteles* privatim usurpat pro semine piscium. Hinc cervi pudendum *πηρῖνα θοραίην* appellat Nicander *in Theriacis.*

P. 144, 7. *ἄχροον*] Semen eorum, qui gonorrhoea laborant, humidum, tenue, frigidum, et infoecundum recte dicitur: *ἄχροον* decolor, cur idem appelletur, non video: quare *ἄχρειον* haud dubitem legere.

P. 144, 12. *μελέων βάρεα καὶ νάρκας σκελέων*] Deest aliquid.

P. 144, 16. *καὶ ἡμέας ἄνδρας ποιέει ζωοῦσα ἡ θορή*] Vivens semen appellat, quod foecundum est: non quod revera animatum sit semen, ut quidam subtiliter magis quam vere disputant: sed quod auctor sit vitae, et causa efficiens saltem *ὀργανική.* Quomodo sanum alimentum dicimus, non quia ipsum formaliter, ut aiunt, sanum est: sed quia, sanum ut sit animal, efficit. Eo sensu accipienda sunt loca illa *Aristotelis*, quae *I. Caesar Scaliger,* et post eum *Sennertus*, et alii eius factionis pro *ἐμψυχίᾳ* seminis adducunt. Nam et *Galenum* ita esse intelligendum haud dubito; cum lib. *περὶ μαρασμοῦ* semen viventium numero adscribit: *ἔστι δὲ* (inquit) *τρία γένη τῶν ζώντων, ζῶα, φυτὰ, καὶ σπέρματα.* Quod autem semen in sententia *Aristotelis* animatum dici non possit, alias ostendam tam

dilucide, ut nemo in posterum de sententia *Aristotelis* ambigat.

P. 144, 17. *κραταιοὺς νοῆσαί τε καὶ ῥέξαι*] Tali Theseum fortissimum virum fuisse indole notat *Plutarchus* in eius vita: *ἐπεὶ δὲ μειράκιον ὢν ἅμα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διέφαινεν ἀλκὴν καὶ φρόνημα μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως βέβαιον.*

P. 145, 4. *ἀλκῆς μέσφι* (*μεσφὶ*) *θηρίων*] *Ἀλκῆς* contractum est ab *ἀλκήεις*, ut a *τιμήεις, τιμῆς*. Legitur etiam *ἀλκῆς* apud Nicandrum, in *Alexiph.* Illud *μεσφὶ θηρίων*, *usque ad feras*, significat eum qui a rebus venereis temperet, semenque illud vitale conservet, tam validum fortemque evadere, ut ne ferocissima quidem animalia expavescat, sed ea intrepide aggrediatur, et interficiat. Id autem ob eam causam addidit scriptor eruditissimus, quod priscorum Heroum fortitudinis specimen fuit feras interficere; ut Homerus in *primo Iliad.* notat, ubi Nestor ita loquitur:

Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,
Οἷον Πειρίθοόν τε, Δρύαντά τε, ποιμένα λαῶν,
Καινέα τ', Ἐξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον.
Θησέα τ' Αἰγείδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισι.
Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν·
Κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο,
Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι.

Plutarchus *de Theseo*: *καὶ ἅμα τῶν μὲν ἀνθρώπων τοῖς πονηροῖς ἀμυνόμενον οἰόμενος δεῖν τὸν ἀγαθὸν προσφέρεσθαι· τῶν δὲ θηρίων, καὶ προσεπιχειροῦντα τοῖς γενναίοις μάχεσθαι, καὶ διακινδυνεύειν.*

P 145, 5. *τέκμαρ δὲ ἀθλητῶν οἱ σαόφρονες*] Inter Athletas, qui, roboris augendi gratia, ab omni rerum venerearum usu abstinuerunt, memorat Plato *lib.* 8. *de Legibus,* Iccum Tarentinum, quem ait nullam unquam toto exercitationis tempore venerem cognovisse: item Crissonem, Astyllum, et Diopompum; de quorum studio addit: *οἱ μὲν ἄρα νίκης ἕνεκα, πάλης, καὶ δρόμων, καὶ τῶν τοιούτων, ἐτόλμησαν ἀπέχεσθαι λεγομένου πράγματος ὑπὸ τῶν πολλῶν εὐδαίμονος.* Galeni etiam de eorundem temperantia verba habemus *lib.* 6. *de loc. aff. cap. ult.* ex quibus intelligi potest, quantum in his rebus consuetudo et bene propositum valeat; si quidem iis, qui se illi vitae generi addixerunt, rugosum et exiguum ex veneris desuetudine penem fieri testatur: *ὅσοι δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἢ ἀθλοῦντες ἢ φωνασκοῦντες ἄπειροι τῶν ἀφροδισίων διετέλεσαν, εἴρξαντες παντάπασιν ἑαυτοὺς ἁπάσης ἐννοίας τε, καὶ φαν-*

τασίας τοιαύτης, ἰσχνὰ καὶ ῥυσσὰ τοῖς τῶν γερόντων ὁμοίως, αὐτοῖς γίνεται τὰ αἰδοῖα. Vide et Scaligerum *Exercit.* 369.

P. 145, 9. *μέγα οὖν καὶ ἐς ὑγίην, καὶ ἐς ἀλκήν*] Virilitatis, et vigoris masculi principium esse in testibus, animalium exsectorum argumento liquet: quae statim vires amittunt, et in foeminae naturam mutantur, auctore *Aristotele:* cuius haec sententia exstat *lib.* 5. *de gener. anim. ἐκτεμνόμενα δὲ πάντα εἰς τὸ θῆλυ μεταβάλλει.* Sed et Galenus *lib.* 1. *de semine* scribit, exsectis testiculis, animi robur ac virilitatem perire: *χρὴ γὰρ ἤδη διελθεῖν ἡμᾶς ὃ παρορῶσιν ἅπαντες σχεδὸν ἰατροί τε, καὶ φυσικοὶ φιλόσοφοι, περὶ χρείας τε καὶ δυνάμεως ὄρχεων, οὐ γινώσκοντες, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκτμηθέντων αὐτοὺς, ἀπόλλυται τῶν ζώων, οὐ τὸ σπερμαίνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνδρία τε, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀῤῥενότης.* Et paucis interiectis, *ἀλλ' οὐκ ἀσφαλὴς ἡ τομὴ συνεκτέμνουσα τοῖς ὄρχεσι τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος.* Quamobrem eosdem in ordinem principum partium cooptare non dubitat *capite* 9. *artis Medicae:* et eodem
203 libro *de semine,* cordi testes haud dubitat praeferre, quod non solum calorem et robur universo corpori impertiant, sed etiam perpetuandae speciei causa exsistant.

Ad Caput VI. *περὶ στομαχικῶν.*
De Stomachi Affectibus.

P. 145, 13. *καρδίης καίριον γειτόνευμα*] Quanta sit ventriculi et cordis coniunctio, ex usu priscorum seu Medicorum seu vulgi patet, qui Galeno teste *libro* 5. *de loc. aff. cap.* 5. *καρδίαν* pro superiore ventriculi ore usurpabant, ut hae voces indicant, *καρδιωγμὸς* et *καρδιαλγία.* hunc autem consensum inter eas partes facit vicinia. Os enim ventriculi cordi in propinquo adiacet: *γειτόνευμα* autem posuit pro *γείτων,* more Graecorum. Nam et Aelianus *in quadam Epistola, γειτόνημα* eo modo posuit: *ἀργαλέος εἶ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον γειτόνημα.* Plura exempla vide apud Casaubonum, *ad lib.* 1. *Athen. cap.* 9.

P. 146, 1. *κοτὲ δὲ καὶ ἀθυμίη μὴ ἔχων τροφήν*] Lege *κοτὲ δὲ καὶ ἀθυμέει,* si velis Syntaxi constare.

P. 146, 2. *μελαγχολώδεσι δὲ κἀποσιτίη*] Similiter legendum *ἀποσιτέει.* alioqui expediat filum huius contextus, vel ipse Lynceus, quisquis nunc audit, Criticorum. Sensus, iis, qui melancholico succo abundent, stomachum *ἀποσιτέειν,* hoc est, cibos aversari. Quod autem melancholici; maxime quibus stomachus imbecillus est; inediam tolerent,

et quidem diutissime, ratio confirmat: eiusmodi enim hominum dura sunt corpora, et minime ei dissolutioni, quae *κατ' ἄδηλον διαπνοὴν* fit, opportuna: quare neque in eorum stomacho suctio fit, quae famis causa est. Dixi autem, quibus stomachus imbecillus: nam si valeat stomachus, admodum voraces sunt, ne dum sint *ἀπόσιτοι*. De *ἀποσιτίᾳ* quorumdam prodigiosa fuse disputat Sennertus *lib.* 3. *Practicae part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 3. variisque opinionibus suo more propositis et explosis, concludit tandem, quosdam multis annis cibo omni abstinuisse, quod nullo indigerent; non indiguisse, quod in iis nulla fieret iactura substantiae. Cuius monstri causam statuit peculiarem humoris, quo nostrum sustentatur corpus, conditionem, quae calori nativo resisteret. Eiusmodi qualitatem reperiri posse in corporibus viventium, variis e rerum natura petitis documentis confirmat: lucernarum in primis quarumdarum, quae *Romae*, et pluribus aliis *Italiae* locis repertae sunt; quas multis arsisse seculis compertum fuit: tum iuniperi carbonibus, in quibus ignem per annum integrum vivere auctor est Scaliger *exercit.* 328. Item Chymicorum experimentis, qui res plurimas *φλογιστὰς* fixatione eo perducunt, ut aut nullo modo, aut certe difficulter admodum, inflammentur: postremo pyraustae insecti exemplo, cuius humidum primigenium in ipsis fornacibus incorruptum manet. Tandem eius proprietatis causam in corporibus humanis scrutatus, a melancholico humore proficisci docet: cuius acore sic alimentum corporis occulta quadam ratione densetur atque comparetur, ut actioni caloris resistat: alioqui eam esse indolem istius humoris, ut, dum corrumpatur, mirabiles et occultas ex se vires ac symptomata proferat. Haec summatim visum est referre, quia hunc locum difficillimum non parum illustrant.

P. 146, 4. *ἀλλὰ κῆν ἀθέητα μὲν ᾖ τὰ σιτία*] M. S. Mentel. *μένῃ maneant.*

Ibid. *ἀναπεμπάζονται δὲ ναυτίῃ*] Idem M. S. pro *ναυτίῃ*, habet *ἐν αὐτέῃ*. id tantum moneo, nec quicquam moveo.

P. 146, 13. *μεσσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων*] Iis dolor in medio scapularum percipitur, quia ei loco respondet superius ventriculi orificium.

P. 147, 1. *φαντασίῃ τῆς ῥάχιος ἐς τὼ σκέλεε κινευμένης*] Mirum hoc symptoma, et ut censeo inexplicabile: quale illud est, quod tradit Plutarchus ex *Libris Meloniis*, vel potius *Menoniis*, (ut olim emendavi) corrupti iocinoris signum fuisse, si aegri sorices domi avide, felium more,

persequerentur; quod signum exolevisse ibidem ait. Locus est *lib. 8. sympos. quaest. problem.* 9.

P. 147, 10. *ἐξαπίνης δὲ ὀργίλοι*] Graeci una voce *ὀξυθυμίαν* appellant.

P. 148, 3. *ἀπὸ κοιλίης διὰ στομάχου χυθέν*] *Κοιλίης* nomine fac ut ventriculum intelligas: hic enim si quando inflammatione corripiatur, facto inde abscessu, et rupto, pus sursum per stomachum effundi consentaneum est. At vero, cum stomachus sit exquisitissimi sensus, non potest non magnopere offendi teterrimi puris contagio. Hanc igitur causam statuit vel praecipuam eius imbecillitatis, vel potius pravitatis, qua et fiunt, et dicuntur stomachici.

P. 148, 4. *ὑπό τε ἀνάγκαις ἐκδεδιῃτημένοις λεπτῇ καὶ σκληροτέρῃ διαίτῃ*] Quas hic *ἀνάγκας* appellet, non est difficile perspicere. Ita enim, in longis navigationibus, homines sordidis cibis et paucis vitam tolerare coguntur: item in urbium obsidionibus, et aliis eiusmodi *περιστάσεσι.* Qualem fortunam et victum *Achaemenidis* describit Virgilius, quem ita loquentem inducit:

Tertia iam Lunae se cornua lumine complent,
Cum vitam in Sylvis, inter deserta ferarum
204 *Lustra, domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas*
Prospicio, sonitumque pedum, vocemque tremisco.
Victum infelicem, baccas, lapidosaque corna
Dant rami, et vulsis pascunt radicibus herbae.

P. 148, 5. *ἀτὰρ καὶ τοῖσι ἐς παιδείην πονεῦσι*] Inter occasiones, quae hunc morbum adducunt, merito assignat labores studiorum. His etenim cum universum corpus, tum maxime stomachum, debilitari Celsus testatur, *lib.* 1. *cap.* 2. ita scribens: *At imbecillis stomacho (quo in numero magna pars urbanorum, omnesque pene cupidi literarum sunt) observatio maior necessaria est.*

P. 148, 8. *οἷσι ὑπεροψίῃ μὲν διαίτης ἁδρῆς, καὶ ποικίλης*] Videntur haec expressa e Platonis *Phaedone;* ubi *Socrates* ostendit, non esse philosophi *ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς τὰς τοιᾶσδε, οἷον σιτίων, καὶ ποτῶν·* qua de re supra in praefatione.

P. 148, 9. *λιμὸς δὲ ἡ τροφή*] Audax figura, sed tamen, cui affines reperias apud Poëtas. Mart. in *Lemmatis* glirem sic inducit loquentem:

— — et pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Idem in Cinnam:

Tu tibi cavisti caenando tam male semper;
Ut nunquam possis Cinna perire fame.

Huic ergo et λιμὸς τροφὴ *fames pro alimento fuit.*

P. 148, 9. καὶ ὕδωρ ποτόν] Studiosos ὑδρωπότας facit, quia vinum vaporibus sensus et animum perturbat, maxime si largius bibatur; καὶ τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ἀμβλύ τε καὶ τεθολωμένον ἐργάζεται, ait Galenus, 1. *de sanit. tuen.* Attamen mediocriter sumptum iuvare adultos, idem testatur: ὑγραίνων μὲν καὶ ἀνατρέφων, ὅσ' ἀμέτρως ἐξήρανται, πραΰνων δὲ τὸ δριμὺ τοῦ πικροῦ χυμοῦ, καὶ δι' ἱδρώτων τε, καὶ οὔρων ἐκκενῶν. quare non studiosis istis ὕδωρ ποτόν. Verum ex hac victus ratione suspicor hoc loco non studiosos quoslibet, aut philosophos, sed *Cynicos*, et qui eorum more vivunt, describi, ἀνιπτόποδας, χαμευνάδας, ἀεροίκους, ut appellat *Eubulus* Comicus: excepto quod Cynici iidem λάρυγγες et ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες, ob eorum edacitatem, ab eodem *Eubulo* appellantur. Revera enim nonnulli ex literas professis ita vivunt, ut omnem vitae mitioris atque humanitatis sensum exuisse videantur: sive ita decere iudicant literarum cultorem: sive ob egestatem carent iis rebus, quae ad corporis cultum necessariae sunt: sive praepostera quadam ambitione, qualem in plerisque sui temporis Poëtis, notat Horatius, in arte:

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam, secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium nomenque poëtae,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.

Et nos in Scholasticis et Gymnasticis, ut vocant, Academiae contuberniis, complures eiusmodi Artium Magistros novimus, ἀγροδιαίτους, καὶ ἀπανθρώπους, quos nostri, per contumeliam, *Pedantes* appellant.

P. 148, 10. ἐν ὕπνῳ ἀϋπνίη] *In somno insomnia:* qui nimirum in somno reliquorum hominum, quo tempore omnes dormiunt, ipsi insomnem noctem lucubrationibus transigunt.

P. 148, 11. ἀμπεχόνη ἀραιή] Qualem *Socrates* et *Diogenes* habuerunt: Graeci una voce τριβώνιον vocant.

P. 148, 14. οὐδὲ ἐς κόρον ἐδωδῆς, ἀλλ' ἐς ζωὴν μοῦνον] Huic parcimoniae contraria est, quae dicitur ἀναγκοφαγίη; propria olim Athletarum teste Galeno in προθρεπτικῷ. Sed quaeri potest, quomodo *Aretaeus* inter peccata victus rationis ponat *non satiari cibis?* cum *Hippocrates*

ἀκορίην τροφῆς, conservatricem sanitatis appellat *lib.* 6. *Epidem.* Dicendum est hanc vocem *κόρον* bifariam accipi; vel pro *πλησμονῇ τροφῆς, redundantia alimenti;* aut alius cuiusvis boni, ut exponit Scholiastes Pindari 1. *Olymp.* ad haec verba, *κόρῳ δ' ἕλεν ἄταν ὑπέροπλον:* et hac significatione *ἀκορίην* laudat Hippocrates *citato loco:* vel etiam pro *συμμέτρῳ,* pro mediocri, et congruo ac sufficienti alimenti usu: de quo haec *Aretaei* verba accipienda sunt. Nam qui non tantum ciborum sumit, quantum concoquere atque conficere potest, is suum, ut ait *Terentius*, defraudat genium, misereque et infeliciter vitam tolerat.

P. 148, 17. *τίνος γὰρ οὐκ ἂν ἀπάγοι παιδείης ἔρως*] De scientiae cupiditate hominibus innata vide Aristotelem *initio Metaphysicor.* Augustinum Niphum *praefat. ad libr. destrustr. Algaz.* Josephum Scaligerum *Epistola ad Io. Monluc. Episcopum, initio suarum Festi Castigationum,* et complures alios. Hac quantum *Cicero* flagraverit, declarant haec eius verba *ad Atticum Epist. 77. lib. 4. Nos hic voramus literas cum homine mirifico* (ita me hercule sentio) *Dionysio, qui te omnesque vos salutat, οὐδὲν γλυ-*
205 *κύτερον ἢ πάντα εἰδέναι.* et quae idem scribit praecedente Epistola: *Sed, me hercule, a caeteris oblectationibus deseror et voluptatibus, propter Rempublicam. sic literis sustentor et recreor, maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum Sella Curuli.* Quocirca merito Franciscus Picus Mirand. *lib. 2. de studio divinae et humanae Philosophiae,* ut monstra admiratur duos suae aetatis Philosophos; quorum alterum ait sibi confessum, eo se animo esse, ut quam haberet scientiam, mille aureis nummis libenter, si liceret, addicturus esset: Alterum vero affirmare, se equum esse malle, dummodo copiosa suppeteret alimonia, quam eo victu vivere, quo degebat; licet hic non plane egeret. Quae referre eo visum est, ut pateat quantum isti, ab iis studiosis, qui hic describuntur, discrepent.

Ibid. *πατρίδος*] Nempe qui discendi causa peregrinantur, quales olim Pythagoras, Democritus, Plato, Eudoxus, Apollonius Thyaneus, de quibus Hieronymus *Prologo Galeato in Biblia.*

P. 149, 1. *τοκήων, κασιγνήτων*] Nihil tam sanctum est inter homines, quod non *μουσοπάτακτοι* studiorum voluptati, sive ambitioni postponant.

Ibid. *ἑωυτῶν μέσφι θανάτου*] Ut *Anaxagoras*, qui minimo minus fame interiit, dum soli naturae contemplationi incumbit, resque vitae necessarias negligit. Refert

enim Plutarchus *in Pericle,* eum Philosophum in senectute inopia pressum, ab omnibus derelictum, atque ipso Pericle, cuius praeceptor fuerat, cepisse consilium de morte sibi consciscenda, tum *Pericli* accedenti et roganti, ut vivere vellet, ne se tanto amico ac consiliario privaret, dixisse ὦ Περίκλεις, καὶ οἱ τοῦ λύχνου χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν. Similiter *Thales,* dum astra noctu contemplatur, in foveam lapsus: Empedocles *Aethnae,* Plinius *Vesuvii* incendio, dum propius, rem investigandi studio, accedunt, periisse traduntur.

P. 149, 3. ὑπ' ἐννοίης κοῦφοι] Crassus, *ob contemplationem stupidi habentur;* immo *leves, temerarii:* loquitur ex mente vulgi, qui eiusmodi homines, quia parum usu rerum civilium subacti peritique sunt, pro ineptis et fatuis habet, et contemnit: quemadmodum latius demonstrat Plato in *Theaeteto.* Fatendum tamen est in multis altissimae eruditionis viris, stultitiam, aut certe mixturam sapientiae ac dementiae, signis haud obscuris, deprehensam fuisse. Ut enim vetustiores illos taceam, Democritum, Heraclitumque, et Hippocratem, Geometram peritissimum, quem stultitia sua multum pecuniae amisisse testatur *Aristoteles:* referre libet quae de *Cardani* ingenio Thuanus *in historiis* prodidit: *Romae (inquit) eum diverso ab aliis cultu incedentem paucis ante obitum annis conspicati et allocuti, ac saepius admirati sumus; cum celeberrimi tot scriptis hominis recordatio subiret, neque tamen quidquam in eo, quod tantae famae responderet, animadvertemus: eoque magis Iulii Caesaris Scaligeri acerrimum iudicium suspeximus, qui divinum ingenium suum in opere de subtilitate exagitando praecipue exercuit, inaequalitate illius ubique diligenter notata, qui in quibusdam interdum plus homine sapere, in pluribus minus pueris intelligere videatur.* De eodem Cardano vide et Naudaeum *in Iudicio,* quod de eo scripsit, et exstat initio librorum *de vita Cardani.*

Ibidem. ψυχὴν δὲ ἀμειδέες ἀμείλιχοι] Plinius, *lib.* 7. *cap.* 19. *Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, torvitatemque naturae duram, et inflexibilem, affectusque humanos adimit; quales Apathes Graeci vocant, multos eius generis experti: quodque mirum sit auctores maxime sapientiae, Diogenem, Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in totius odium generis humani evectum.*

P. 149, 4. στομάχου δὲ κακοσιτίη· ταχὺς ὁ κόρος τῆς ξυνήθεος] Lege στομάχου δὲ κακοσιτίῃ in dativo casu; et commate eraso, signetur punctum post ἀμείλιχοι.

P. 149, 5. *ἀηθείη δὲ ποικίλης ἰδωδῆς*] Rectius in nominativo *ἀηθείη*.

P. 149, 7. *εἰ δέ ἐστι στομάχου χρονίη νοῦσος*] Lege *ἡ δέ ἐστι.* etc. quomodo et *Crassus.*

Ad Caput VII. *περὶ κοιλίης διαθέσιος.* *De Affectu Ventriculi.*

P. 149, 13. *Κοιλίη σπλάγχνον πεπτήριον*] Hippocrates *σηπτικὴν κοιλίην* appellat, more Antiquorum, qui *σῆψιν* pro *πέψει* usurpabant. Galenus 4. *de usu part. ταμιεῖον κοινὸν ἁπάντων μορίων, penus* seu *promptuarium commune omnium partium, θεῖόν τε, καὶ οὐκ ἀνθρώπειον ὑπάρχον δημιούργημα.*

P. 149, 16. *ἀλλ' ἢν μὴ ἐπὶ σχεδίου*] Ab his verbis, usque ad vocem *εὖτε*, una est periodus: quae tamen puncto perperam interrupta est inscitia Librariorum. Delendum igitur punctum post haec verba; *ἀτροφίη τοῦ σκήνεος.*

Ibid. *μίην ἢ δευτέρην ἡμέρην μούνην*] Celsus *lib.* 4. *cap.* 19. *Sed uno die fluere alvum saepe pro valetudine est; atque etiam pluribus, dum febris absit, et intra septimum diem id conquiescat. Purgatur enim corpus, et quod intus laesurum erat, utiliter effunditur: verum spatium periculosum est.*

206 P. 150, 2. *κοιλιακὴ γίγνεται*] Coeliacum morbum Celsus *lib.* 4. *cap.* 12. in hunc modum describit: *In ipsius ventriculi porta consistit is, qui et longus esse consuevit, κοιλιακὸς a Graecis nominatus. Sub hoc venter indurescit, dolorque eius est. Alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Extremae partes frigescunt: difficulter spiritus redditur.* Ita et Benivenius *de abditis morborum etc. cap.* 106. Fernelius coeliacam a lienteria distinguit, quod hanc cruditas gignat, atque imbecilla ventriculi coctio: illam distributionis impedimentum. Alii congeneres affectus putant, et solum penes magis et minus differre; a maiori ventriculi cruditate lienteriam; a minori coeliacam proficisci. Quam partem amplecti videtur *Aretaeus*, cum *κοιλιακῆς* causam assignat *ἀτονίην τοῦ πέσσοντος θερμοῦ, καὶ ψῦξιν τῆς κοιλίης.*

P. 150, 8. *ὑγρὴ δὲ καὶ ἀσύστατος ἀπραγίη*] Crassus: *liquida et inconsistens ob profligatam actionem substantia est.* Ex quo coniicere est, desiderari aliquam vocem, puta *οὐσίαν*, eumque ita legisse *ὑγρὴ δὲ οὐσία καὶ ἀσύστατος ἀπραγίη* quae rectior haud paulo lectio est. Prava censentur autem alvi excrementa, quae sunt *ἀσύστατα*, id est

non cohaerentia: contra quae ξυνεστηκότα conhaerentia, atque aequalibilis consistentiae, bona. Ita enim appellat Hippocrates 2. *Prognost. sent.* 13.

P. 150, 12. φῦσαι διεξιᾶσι, δασεῖαι, ὑγραὶ, ἀργιλώδεες] Cur flatus ἀργιλώδεας, argillosos, ut ad verbum reddit *Crassus*, appellet, non sane intelligo. Alvi excrementis hoc esse aliquando epithetum apud *Hippocratem*, et alios Medicos scio; cum intercepto bilis per intestina exitu decolorata atque albida instar argillae apparent, quod regii morbi frequens est symptoma: at flatum argillosum nemo dicat, qui naribus potius quam visu sentiri solet. Corrupta igitur indubie hae vox: vera lectio, ἀργαὶ, εἰλώδεες. Nisi quis malit σιγώδεες, ex qua factum ἀργιλώδεες. Hippocrates *lib.* 1. *Epid. const.* 3. φῦσαι σιγώδεες, ψοφώδεες. flatus autem σιγώδεας appellat ἀψόφους, qui nullum exeundo strepitum edunt; quales Romani *visum* dixerunt, unde nostrum *vesse:* Graeci quoque una voce βδέσμα et βδεσμὸν, ut ex glossis liquet: sicut eum qui sonorus est, πορδὴν, Latini *peditum* appellant. Ex quo intelligitur quid velit Cicero, cum *erudita Epistola ad Paetum* voci huic, *divisio*, inesse obscoenum scribit: *quid enim? num honestum verbum divisio? at inest obscoenum, cui respondet intercapedo.* nempe *visio* inest, quod idem est ac βδέω; sicut huic, intercapedo, inest *pedo*, πέρδω. Ita observat Josephus Scaliger *ad Catullum.* Hunc ipsum flatum σιγώδεα Barbari inepta voce et ridicula *trullam* vocant: ita apud Valescum de Taranta *lib.* 4. *cap.* 2. et *trullizantes*, qui visiunt, apud Aponensem, *commentariis in libros problematum.*

P. 151, 2. ἐπίφλεβοι δὲ καὶ παντὶ τῷ σώματι] Τοὺς λεπτοὺς, hoc est, graciles et macilentos, ἐπιφλέβους venosos esse dicit Hippocrates hac sententia: οἷς θερμοκοιλίη, ψυχρόσαρκοι, καὶ λεπτοὶ αὐτοὶ, ἐπίφλεβοι. Aristoteles *libro de somno et vigilia*, eosdem φλεβώδεις appellat: quibus opponit τοὺς ἀδηλοφλέβους, quibus venae non sunt conspicuae, ut pinguibus. Venosi autem dicuntur macilenti, quia actu apparent eorum venae usque ad capillares, quae in corpulentis et obesis sunt, tantum δυνάμει φλέβες, ἐνεργείᾳ vero σάρκες. id est, *potentia dumtaxat venae, actu carnes*, ut dicit idem Aristoteles 3. *de part. anim. cap.* 6.

P. 151, 4. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναφορῆς] Ἀναφορὰ hoc loco idem quod ἀνάδοσις, *digestionem* vertit Crassus aptissime: aliud enim digestio, aliud coctio. Probis rei Latinae auctoribus, coctio πέψις est, digestio ἀνάδοσις, hoc est, distributio in corpus. Soli Barbari has voces promiscue

usurpant. De hac re videndus Scaliger *Com. ad insomnia Hippocratis.*

P. 151, 9. *ὡς ἀπὸ κρυστάλλου ψυχροσταγδής*] Crassus vertit: *tanquam a Crystallo conglaciat:* unde intelligo eum legisse *ψυχροπαγὴς*, quae melior videtur lectio. Nam *ψυχροσταγδὴς* non reperitur, sed *ψυχοσταγής*: attamen vox *ψυχροπαγὴς* magis convenit *κρυστάλλῳ*, quo nomine Graeci glaciem vocant. Caeterum *Crassus* minus commode graecam vocem posuit: Neque enim Crystallus Latinis glaciem significat, sed lapidem sui generis.

P. 151, 10. *τοῖσι ἐσχάτοισι*] Eos qui in extremis versantur moribundos, *ἐσχάτους* eleganter appellat.

P. 152, 2. *ἀλλ' οὐ κοιλίης κύτεϊ ἡ νοῦσος*] Crassus: *non ventriculi tergoribus morbus advenit:* minus commode. Melius sic; *sed non ipsius ventriculi corporis morbus est.* *κύτος* non significat tergus, sed quem Graeci *ὄγκον* vocant, ut testatur *Suidas:* quo sensu hic acceptam hanc vocem censeo. Mens huius loci est; *διάῤῥοιαν* pueris accidere non ob ullum ventriculi ipsius morbum, sed propter errorem externum, nempe immodicam cibi copiam, qua ventriculum toto die inferciunt, onerantque: sicut sola interdum qualitas alimentorum, *ἀπεψίαν*, integra ventriculi facultate, invehit; ut *Galenus* exemplo *τῶν γιγάρτων nucleorum uvae* declarat *lib.* 1. *de loc. aff. cap.* 4. ubi et *γαστρὸς σῶμα* appellat, quod *Aretaeus κύτος*: *εἰ μὲν γὰρ* (inquit) *ἐπεφύκει κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων γαστέρα μεταβάλλειν τὰ γίγαρτα· τότ' ἂν αἰτιώμεθα τὸ σῶμα τῆς κοιλίας αὐτὸ, καὶ μοχθηρῶς ἔχειν ἐνομίζομεν. ἐπειδ' οὐ πέφυκεν, ἀλλ' ἔστι τῆς τῶν γιγάρτων οὐσίας σύμπτωμα, τὸ μὴ πέττεσθαι, ταῦτα μὲν εἰκότως λεχθήσεται μὴ πεπέφθαι, τὸ δὲ τῆς γαστρὸς σῶμα κατὰ φύσιν ἔχειν.* Hactenus Galenus.

207 Ad Caput VIII. *περὶ κωλικῶν.*

De Intestini plenioris morbo laborantibus.

P. 152, 12. *κὴν μὲν πρὸς τῷ σπληνὶ νοσέῃ κῶλον, μελάγχλωροι*] Colo laborante prope lienem aeger ex nigro virescit; si iuxta hepar cum virore albus est; ob sympathiam utriusque visceris: quia scilicet cruciatu illo vicinae partes ob spirituum affluxum incenduntur, atque adeo excrementa in iis contenta, eiusdem caloris vi, in ambitum corporis funduntur. Galenus tamen *lib.* 6. *de loc. aff. cap.* 2. notat quosdem esse, qui omnino negent colicam affectionem in sinistris partibus fieri posse.

P. 152, 15. *ἐπὶ σμικρῇ καὶ ἀφύσῳ κάρτα φυσώδεες*] Quae affectio Pylori, ramorum venae portae, partiumque adiacentium, melancholiam hypochondriacam, atque tympaniten creat; ea si soli colo accidat, colicum dolorem efficit. Est autem praefervida intemperies, materiam quamlibet statim in flatus resolvens, etiam quae minime apta ad flatus gignendos. Unde Galenus *lib.* 2. *de loc. aff.* inter signa colici affectus ponit, si alvi excrementa aquae innatent, ut bubula: *καὶ στρόφοι τινὲς καὶ διαχωρήματα φυσώδη· γνωρήσεις δ᾽ αὐτὰ τῷ καθ᾽ ὕδατος ἐποχεῖσθαι προσεοικότα βολβίτοις.*

P. 153, 2. *νεφρὸς καὶ κύστις ξυμπαθέα πόνῳ*] Hunc locum vindicat, tentatque Marcellus Donatus *lib.* 1. *de Medic. histor. mira. cap.* 7. historiamque affert huiusmodi: *Nos*, inquit, *in Mapheo quodam Tragnato pannorum textore sene tumorem tactu indolentem, supra penem in pube sponte elatum vidimus, panis crassitiem aequantem, nullo alio malo patientis, nisi quod per initia aegre urinam reddebat: quae progrediente morbo et augescente tumore quoque suppressa est, sed discutientibus medicamentis ventoso tumore resoluto urinam libere excrevit, et sanitati praesentaneo auxilio statim redditus, qui proxime animam emissurus credebatur.*

P. 153, 3. *θωῦμα δὲ τουτέων μέζον*] A colico dolore testes quoque et musculos *κρεμαστῆρας* vocatos, per consensum laborare, non ita *ἄτοπον*, ut admirationem viris doctis, et rerum naturalium peritis excitare debeat: constat enim ex Anatome, praedictos musculos continuos esse peritonaeo, ipsiusque productionibus haerere: continuis autem partibus eosdem dolores communicari, perquam rationi consentaneum est.

P. 153, 4. *πολλοὺς τῶν ἰητρῶν ἥδε ἡ ξυμπαθείη λήθει*] Ait a multis Medicis hanc sympathiam, qua inter se colon et testes conspirant, ignorari. Sane, nam neque eius quod sciam *Galenus* usquam meminit.

P. 153, 5. *καὶ γὰρ καὶ ἐξέταμόν κοτε*] Quemadmodum Hippocrates *lib.* 5. *Epidem.* sese deceptum fuisse, in dignoscendis futuris a cranii fissura, ingenue fatetur: *ἔκλειψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφισὶν ἑωυτοῖσι τοῦ βέλεος τὸ σῖνος·* sic *Aretaeus* agnoscit se a memorato coli et testium consensu in errorem inductum, ut *κρεμαστῆρας* secaret, tanquam in iis propria doloris causa exsisteret; ita enim scribit: *καὶ γὰρ καὶ ἐξέταμόν κοτε τοὺς κρεμαστῆρας, ὡς ἰδίην ἔχοντας αἰτίην.* Quam erroris confessionem non modo non vitio vertit Celsus, sed etiam in

laudibus magnorum artificum ponit *lib.* 8. *cap.* 4. *Magno ingenio multaque nihilominus habituro convenit etiam simplex veri erroris confessio, praecipueque in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus est.*

P. 153, 10. *καὶ φλέγμασι πολλῷ κολλώδεσι*] Scribe *πολλοῖς κολλώδεσι.* Pituitam vitream *Praxogorae* appellatam intelligit: ab ea enim colicum dolorem creari testatur Galenus *lib.* 2. *loc. aff. cap.* 1. ubi et hunc humorem *ψυχρότατον* esse asserit.

Ad Caput IX. *περὶ Δυσεντερίης.* *De Difficultate Intestinorum.*

P. 153, 14. *καὶ χολώδεα μέσφι τοῦ τυφλοῦ*] Tenuia intestina *χολώδεα, biliosa* merito appellat: quoniam in *duodenum*, quod primum ordine, *ductus Cholidochus* se exonerat.

Ibid. *χολάδες ἐπίκλην*] Ita etiam appellat Homerus:

— — ἐκ δ᾽ ἄρα πᾶσαι
Χῦντο χαμαὶ χολάδες.

Hoc autem nominis etymon *ἀπὸ τῆς χολῆς*, trahere videtur *Aretaeus.*

P. 154, 2. *τὰ μὲν γάρ*] Supple *ἕλκεα.*

P. 154, 4. *ἄλλη δὲ εἰ σμικρῷ μὲν ἔτι βαθύτερα*] Scribe *ἄλλῃ* cum *ι*, subscripto: est enim adverbium.

P. 154, 6. *ἀλλ᾽ ἐσθιόμενα, ἀδενώδεα*] Crassus; *sed exedentia, glandulosa,* etc. de ulceribus intestinorum loquitur, quae glandulosa appellare absonum plane est. Vera Lectio est, *ὀδυνώδεα, dolentia.*

P. 154, 9. *καὶ στάξιες αἱμοῤῥαγίας τὸ μέζον*] Crassus vertit: *et in his ulceribus stillationes sanguinis largiores cernuntur.* Optima quidem sententia, sed verba Graecis non
208 respondent. In M. S. *Mentel.* non *τὸ μέζον*, sed *τὰ μέζον* scriptum est. An *τὰ μέζονα*, supple, *ἐστὶ quae ulcera maiora sunt: τὰ* pro *ἃ*, ut saepe apud *Iones.*

P. 154, 10. *ὡς ἐν ξύλῳ ὄζον εἴπομεν*] Crassus: *ut in ligno gemmam dicimus:* minus distincte, *ὄζον*, *gemmam* reddidit: est enim *ὄζος nodus*, item *ramus a nodo prodiens.* Licet autem et gemma a nodo erumpat, non tamen *ὄζος* appellari solet, sed voce metaphorica, *ὀφθαλμὸς, oculus:* unde *inoculare arbores*, gemmas inserere. Interdum tamen gemmam et nodum promiscue accipi, haud me latet: Plinius certe confundit *lib.* 17. *cap.* 21. ubi de vinearum culturis: *quae raros habet nodos infoecunda iudicatur:*

at densitas gemmarum fertilitatis indicium est. Malim tamen distinguere cum *Marone,* verborum proprietatis scientissimo vate, qui gemmas appellat id, quod e nodo erumpit, cum plantae germinant:

Nam qua se medio trudunt de cortice gemmae,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus.

P. 154, 11. *δασαχθέα τάδε*] Scribe *δυσαλθέα. difficulter curabilia.*

P. 154. 13. *μυττωτοῦ*] Intriti hoc genus ex allio confectum, acerrimi saporis. Pollux *lib.* 6. *μυττωτὸς, τρίμμα ἐκ σκορόδων δριμύ. Moretum* Crassus recte vertit, quod et nomen *ἀπὸ τοῦ μυττωτοῦ* factum esse demonstrat Scaliger *Com. ad Moretum Virgil.* Idem significat *alliatum,* apud Plautum, *in Mostel. act.* 1. quod et *mortarium* dici testatur Donatus in *Phorm. act.* 2. *scen.* 2. Item proprie *intritum,* de quo Proverbium; *tu te hoc intristi: tibi omne est comedendum.* Huius meminit Dioscorides *lib.* 2. *cap. περὶ σκορόδου,* et ex allio et nigra oliva confici solitum tradit: *τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα, καλούμενον δὲ μυττωτόν.* ita enim legendum, non ut in excusis codicibus *μυρτόν.*

P. 154, 15. *κυκεών*] Nomen *παρὰ τὸ κυκᾶν,* vel *κυκεῖν,* quod est *miscere:* latine *cocetum* dicitur. Quid sit *Cyceon* Scholiastes Homeri *ad Iliad.* X. in hunc modum declarat: *ἔστι δὲ δίψους ἴαμα ὁ κυκεὼν, ἐκ διαφόρων εἰδῶν σκευαζόμενος.* Suidas vero sic: *κυκεὼν πόμα ἐκ διαφόρων μιγμάτων κιρνάμενον.* Galenus *lib.* 6. *Epid. com.* 6. mixturam cibi et potus esse dicit: *κυκεὼν δ᾽ οὐκ ἂν βλάψειεν, ἔχων ἐν αὐτῷ τὴν τροφήν. ἐκ γὰρ τῆς ἀμφοῖν συμμέτρου μίξεως, ὁμαλὴ κατὰ βραχὺ θάλψις ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις αὐξανομένη, χωρὶς ἀτμῶν πολλῶν, ἐκθερμαίνει τε τὰ κατεψυγμένα, καὶ διαφορεῖ τὰ ἐμπεφραγμένα.* Quibus ex verbis patet *κυκεῶνα* habuisse vim calefaciendi, atque ex rebus calidis constitisse. Caeterum neque explicat distinctius ex quibus constaret: nisi quod tale quiddam esse dicit, quale apud Homerum scribitur: *τοιοῦτον γάρ τι πρᾶγμά ἐστιν ὁ κυκεὼν, ὡς καὶ παρ᾽ Ὁμήρου μεμαθήκατε.* Subdit *μιγνύντων μὲν ἄλλα τῷ οἴνῳ, κοινὸν δ᾽ ἐχόντων ἁπάντων αὐτόν· ἴσως δὲ καὶ τὸ μετ᾽ ἀλφίτων μὲν εἶναι τὸν οἶνον.* Quem locum mutilum esse suspicor, sublata dictione *ἄλλων*: sic enim legendum: *μιγνύντων μὲν ἄλλων ἄλλα τῷ οἴνῳ* etc. Vult igitur *Galenus,* alios alia admiscere vino in *Cyceonis* confectione: commune tamen omnibus parandi modis esse vinum cum farina. Ideo autem

ἄλλων placet legere, quia doctissimi viri existimant, non unum fuisse modum Cyceonis parandi apud Antiquos: quod rationi valde consentaneum est: Nam et apud Hippocratem *lib. de internis affect.* *κυκεῶνα ἀνθίνην* legimus: et *κυκεῶνα* inter acria potulenta recenset *Aretaeus*. Hippocrates inter *ῥοφήματα*, acute aegrotantibus dari solita, *lib. de victu in acutis:* qualia certe non sunt acria. Cyceonis meminit Homerus *Iliad. χ. et Odyss. λ.* Aristoteles *sect.* 3. *probl.* Athen. *lib.* 11. Plura vide apud Foesium *ad sect.* 6. *lib.* 6. *Epid. sent.* 7.

P. 154, 15. *ἢ ῥυτέων πόμα*] Scribe *βρυτέων*, ut supra *lib.* 1. *περὶ τῶν κατὰ τὰ παρίσθμια ἑλκῶν.*

P. 155, 7. *τὰ δὲ ἕλκεα σηπεδὼν ἄλλοτε δὲ ἴσχει*] Locus mutilus: ita supplendus: *τὰ δὲ ἕλκεα σηπεδὼν ἴσχει, ἄλλοτε δὲ οὐκ ἴσχει.* Sententia autem eiusmodi est: alias graveolens est, (supple *διαχώρημα, secessus*) et tunc putredo ulcera occupat; alias non occupat: vel sic: *τὰ δὲ ἕλκεα σηπεδονώδεα* (interdum voces mutilari nemo nescit) *ἄλλοτε δὲ ἴσχει, ὡς ἀπὸ σκυβάλων μόνον ἡ ὀσμή·* verbum *ἴσχει* referendo ad *ὀσμή*. Odor habet, id est, se habet.

P. 155, 15. *καὶ ἀφ᾽ ὧν, καὶ δι᾽ ὧν ἔρχεται*] *A quibus et per quae vadunt:* refer ad *τοῖς ἄνω*. Vult *χολώδεα* biliosa prodire a superioribus intestinis, tum a quibus prodeunt, tum per quae transeunt. Per *ἀφ᾽ ὧν*, *duodenum* intelligendum est, cui meatus biliaris insertus: per *δι᾽ ὧν*, *reliqua tenuia intestina.*

P. 156, 2. *σαρκοειδέα*] Hoc signum profundae exulcerationis intestinorum; et si fides *Hippocrati* lethale: *ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ, ὁκοῖαι ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον. lib.* 4. *Aphoris.* 26.

P. 156, 10. *ἀπὸ δὲ τοῦ κωφοῦ*] Crassus, vertit, *a coeco;* quasi *κωφὸς* coecum etiam significet. Verum non constat ubi haec vox, pro *τυφλὸς*, legatur. In M. S. *Mentel.* non *κωφοῦ*, sed *κούφου* scriptum est, accentu in penultima; quasi a *κοῦφος;* quod nec probo; tamen ex ea Lectione coniicere est veram fuisse, *κώλου*.

P. 157, 1. *ἢν δὲ τὰ κάτω ἀνεσθίηται, αἱμάλωπες*] Ab ulceribus inferiorum intestinorum, sanguinolenta ac grumi sanguinis prodeunt, quia ea intrinsecus carnosa.

P. 157, 4. *ἀπελύθη κοτὲ καὶ εὔμηκες ἄκριτον*] Interiorem intestinorum tunicam aliquando divelli ab exteriore, in dysenteriis, ac per sedem excludi annotat, citra aegrotantium perniciem; quae observatio rara est, et plane singularis.

P. 157, 15. *εἰ δὲ ἐπίπαγος*] Fortasse scriptum fuit *εὖτε*, *aliquando*. 209

Ibid. *θρομβοῦται ἣν ψυχθῇ*] M. S. *Mentel. θρομβοῦται γὰρ ἣν ψυχθῇ.*

P. 160, 13. *μαλθάσσεται πάμπαν*] Si inquit vena proxime rupta fuerit ut plurimum, emollitur omnino: vel (ut vertit Crassus) *ut plurimum venter mollitur omnino.* Ubi quaerendum, quorsum molliri venam ruptam dicat, quae contra diligentissime solidari debet: aut quid alvi laxationi cum ruptione venae? quae *ἀσύστατα* esse, et absurda nemo non videt. Quare mendum quodpiam in hac voce *μαλθάσσεται* haud dubie cubat; pro qua, si locus coniecturae est, legerim *ἀλθέσσεται curatur*, sanatur. *ἀλθέσσω*, pro *ἀλθέω*, Ionice, unde *ἄλθεξις*.

P. 161, 8. *αἱμοῤῥαγίη ξύμφωνος γήρᾳ*] Ob vasorum laxitatem, et *ἀτονίαν*. Nam senum corpora, ut vetera aedificia, laxiorem habent membrorum compagem, *ὥσπερ τὰ παλαιὰ οἰκοδομήματα διεστῶσαν ἔχει τὴν τῶν μορίων σύνθεσιν*. Aristoteles *probl. Sect.*

Ad Caput X. *περὶ λειεντερίης.* *De Levitate Intestinorum.*

P. 161, 11. *ὠτειλαὶ ἐγγίγνωνται πυκναί*] Ex veterum opinione causam Lienteriae tradit *Aretaeus:* ii enim existimabant, si quando interior intestinorum tenuium, maxime eius, quod *νῆστις ieiunum* dicitur, naturalem asperitatem amitteret, et levis ac lubrica fieret, creari morbum, inde dictum *λειεντερίαν*: quo cibi statim atque assumpti sunt, nihilque immutati, pessum deiiciantur, quod intestinis levibus haerere non possint, ut ex his verbis *Praxagorae* a Galeno *in commentario*, *ad Aphor.* 1. *lib.* 6. *citatis ex libro ipsius* 2. *τῶν συνεδρευόντων*, hoc est, *signorum concomitantium*, perspici potest: *τοῖς δὲ λειεντερικοῖς, ἐπειδὴ ὄλισθον ἔχει τὸ ἔντερον, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ περὶ τὴν νῆστιν, ἀνάγκη ταχέως φέρεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν σιτίων διαχωρήματα.* Idem placuisse *Cornelio Celso* apparet, cum *lib.* 4. *cap.* 16. ex torminibus, hoc est, *dysenteria*, levitatem oriri intestinorum scribit: quod nimirum sanatis ulceribus, quae tormina faciebant, relinquantur in iisdem cicatrices, quibus eorum interior superficies levis ac lubrica efficitur: quod et infra innuit *Aretaeus*, ubi morbi huius etymon declarat. Item Aëtius *Tetrab. sermone* 1. *cap.* 51. Ceterum Galenus, *eo loco*, Antiquis illis vehementer reclamat: imo eos, qui primi hunc morbum, *λειεντερίαν*, appel-

larunt, aperte improbat; ut qui cibos a ventriculo ipso contineri, donec perfecte cocti ac subacti fuerint, ignorasse videantur; ob idque intestinis tribuerint, quod soli ventriculo competit. Cuius sententiae ac iudicio plane acquiescendum est. Nec enim idoneum argumentum est; a levitate intestinorum, ob cicatrices inducta, lienteriam accidere, quod ea dysenteriis magnis succedat: cum huius successionis alia ratio afferri possit, nimirum, quod ventriculi facultas, toto tempore dysenteriae, supra modum attrita, ac debilitata fuerit, propter consensum, qui inter ventriculum atque intestina exsistit.

P. 161, 12. *ὑγρὰ ἀδιάκριτα τοῦ τροφίμου*] Ait stercora a succo alibili indiscreta prodire deorsum per alvum, ob eas cicatrices, quae poros intestinorum, per quos alimento sursum iter est, obstruunt, ac distributionem impediunt. Ita lienteriam haud distinguit a diarrhoea illa, quae ob impeditam *ἀνάδοσιν* interdum accidit; nisi forte genere obstructionis, quod haec a Cicatricibus fiat in lienteria; a crassis autem et viscidis humoribus, aut aliis eiusmodi causis in diarrhoea: quod tamen discrimen non mutat speciem, utpote sumptum a causis externis, nihilque ad morbi essentiam pertinentibus. Parum enim interest, quibus causis obstructae viae alimenti distributionem impediant, et diarrhoeam pariant. Quare, aut cum priscis illis errat *Aretaeus*, lienteriam cum diarrhoea confundens; aut lienteriam late interdum pro diarrhoea accipit. Dicendum est, quod verisimilius puto, et colligi potest ex iis Symptomatis, quae lienteriae adiungit Auctor *lib. 2. Prorrhet.* seu *μείζονος προῤῥητικοῦ*, ut citat Galenus in *Exegesi*. Ibi enim, in lienteria prava, prodire dicitur excrementum, aut valde crudum, aut nigrum et leve; et mali odoris, *καὶ τοῦ διαχωρήματος ὑπιόντος, ἢ ὠμοῦ ἰσχυρῶς, ἢ μέλανός τε καὶ λείου καὶ δυσώδεος.* Nam si sola lienteria esset, in qua Cibi omnino crudi cito deiiciuntur, ut definit *Galenus*, falso ibi nigrum, et leve, et foetidum excrementum deiici in lienteria diceretur. Cum *Galenus* in lienteria, ciborum, qui per alvum secedunt, non colorem modo, et consistentiam, sed odorem quoque servari testetur; *com. ad Aphor. 1. sect. 6.* Ita enim hanc definit: *στέρησιν πέψεως, οὔτε κατὰ χροιὰν, οὔτε κατὰ σύστασιν, ἢ ὀσμὴν, ἢ ὅλως ἡντιναοῦν ποιότητα γενομένης ἐν τῇ γαστρὶ μεταβολῆς τῶν σιτίων.*

P. 162, 6. *ἐνσχέδιος, καὶ μὴ ἑδραίη*] Extemporalem, et non stabilem purgationem vocat, quae a levi incommodo, nec confirmato procedit.

Ad Caput XI. *περὶ ὑστερικῶν.*
De Uteri Morbis.

P. 162, 14. *ξυμφορὴ δὲ νούσων μυρίων τε καὶ κακῶν*] Sic et Hippocrates, *lib. de loc. in homine*, ab utero omnium 210
morborum muliebrium initium repetit, hac sententia: *τὰ γυναικεῖα νοσεύματα καλεύμενα, αἱ ὑστέραι πάντων τῶν νοσημάτων αἴτιαί εἰσιν· αὗται γὰρ ὅπη ἂν ἐκ τῆς φύσιος μετακινηθέωσι, νούσους παρέχουσιν.* Cui similem protulit Plato *in Timaeo* de eadem parte loquens: *καὶ νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχεται.* Nec immerito id praeclarissimi illi auctores praedicant: si quidem, ut notat Duretus *in Coacas*, uterus est qui facit mulierem, eamque cum a viro distinguit, tum in se constituit: utpote qui habeat legem menstruae purgationis, quae ipsa fortassis muliebritas est, ut velle videtur *Hippocrates*, cum in historia *Phaëthusae* ait, eam non potuisse *γυναικωθῆναι* mulierescere, seu muliebritatem recipere, hoc est, ad statam menstrui sanguinis purgationem redire, quam diuturno viri exsulantis moerore amisisset. Unde colligit Vir Doctissimus fundamentum naturae muliebris, ac muliebrium purgationum esse uterum, cui omnino respondeat corporis universitas similiter, ut ille, constituta. Et suffragatur *Galenus*, scribens corpus universum uteris omnino simile esse: *καὶ γὰρ τὸ σύμπαν σῶμα τοὐπίπαν ὅμοιόν ἐστι ταῖς μήτραις.* Cum igitur muliebris habitus uterus causa sit, eidem et muliebrium morborum origo adscribenda est: quoniam in corpore idem principium morborum, quod bonae valetudinis; huius quidem, cum secundum naturam se habet; illorum vero cum prave est affectum.

P. 163, 1. *ῥόος δίπλοος*] Aliud *ῥόος*, sive *ῥοῦς*, aliud *καταμήνιον.* Nam istud sanguis est secundum naturam, singulis mensibus fluens: illud sanguinis vitiosi excretio est morbosa, ut et Philosophus docet, *lib.* 3. *hist. cap.* 19. *μάλιστα δὲ καὶ τῶν θηλέων ζώων ἡ γυνὴ πολύαιμον, καὶ τὰ καλούμενα καταμήνια γίνεται πλεῖστα τῶν ζώων ἐν ταῖς γυναιξί· νενοσηκὸς δὲ τοῦτο τὸ αἷμα καλεῖται ῥοῦς.* Porro duplicem facit Aretaeus *ῥοῦν*, *rubrum* et *albidum.*

P. 163, 10. *ἡ ἐπὶ μῆνα κάθαρσις*] Ionice vocabulum dividit, communiter enim *ἐπιμήνιον*, et *καταμήνιον* dicitur. Latini et *menstrua*, et *menses* dicunt: *γυναικεῖον* etiam dicunt Graeci eodem sensu, Latini in plurali numero *muliebria.* Hippocrates *Aphoris. γυναικείων ἀγωγόν.* Aristoteles *lib.* 7. *hist. cap.* 2. *ἡ δὲ τῶν γυναικείων ὁρμή.* Tertullianus, *lib. de Virginibus velandis: Aspice nuptam iam il-*

Iam tuam virginem, et animam exspectatione, et carnem transfiguratione, cui tu secundum paras maritum. Iam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique vestitur, et menses tributa dependunt: et tu mulierem negas, quam muliebria pati dicis. In Genesi; *desierant Sarrae fieri muliebria.* Quia autem purgatio illa menstrua est, ut Lunae circuitus; quidam dixerunt haud infacete Lunam esse foeminam: *ὅτι ἅμα συμβαίνει ταῖς μὲν ἡ κάθαρσις, τῇ δ' ἡ φθίσις· καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν καὶ τὴν φθίσιν, ἡ πλήρωσις ἀμφοῖν·* inquit Aristoteles *lib. 7. hist. anim. cap. 2.*

P. 165, 3. *τοῦ γὰρ πυρὸς οὐκ ἴσχει τὸ φοινῖσσον*] Sequitur *Platonem*, qui rubrum colorem creat mistione ignei splendoris cum humore. Sic enim in *Timaeo* scribit: *τῇ δὲ διὰ τῆς νοτίδος αὐγῇ τοῦ πυρὸς μιγνυμένου, χρῶμα ἔναιμον παρασχομένῃ, τοὔνομα ἐρυθρὸν λέγομεν.* Eandem opinionem tenet Caesalpinus *in quaestionibus peripateticis:* ideoque sanguinem esse rubrum censet, quia in perfectis animalibus dominatur calor.

P. 165, 13. *ἐξήκει δέ κοτε καὶ ἀπολυθέντι σαρκίον*] Divide *ἀπολυθέν τι σαρκίον*, caruncula haec ex uteri ulceribus enascens, in longumque producta, videtur species quaedam esse condylomatis.

P. 166, 1. *καὶ χαλεπαίνει πῶς καὶ ἰητρίῃ*] Ita de Cancris occultis dixit Hippocrates *Aphor. 38. sect. 6.* *ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκῖνοι γίνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον.* Rationem reddimus in nostris Problematis.

P. 166, 5. *ἧπερ τοῖσι θηριώδεσι θανατώδεα ὄντα ἕλκεα*] Corruptus hic locus, cuius restituendi spes omnis in M. S. melioribus, ac quos videre nobis contigit.

P. 166, 6. *ἄλλος καρκῖνος, ἕλκος μὲν οὐδαμῇ*] Cancrum dividit in ulceratum, et non ulceratum, seu occultum *κρυπτοὺς καρκίνους.* Galenus interpretatur: *ἤτοι τοὺς χωρὶς ἑλκώσεως, ἢ τοὺς κεκρυμμένους, ὅπερ ἐστὶ μὴ φαινομένους, aut qui sine ulcere sunt, aut qui latent, hoc est, non conspicui sunt.* Ex quibus verbis patet quosdam esse Cancros sine ulcere.

P. 167, 1. *πλατέες ὅκως νεὼς λαίφεα*] Comparat ligamenta, quae latera matricis continent, velis navium, quod nimirum sint tenuia et lata sicut linteum: hoc enim *λαῖφος* significat, et pellem quoque, ut apud Homerum *hymno εἰς Πᾶνα.*

— λαῖφος δ' ἐπὶ νῶτα δάφοινον
Λυγκὸς ἔχει.

Horum vinculorum, tum eorum quae ad spinam sunt, repletione atque extensione, nec non vasorum, uterum retrahi voluit *Galenus;* non ipsum per se attolli, et in hanc aut illam partem moveri, *lib.* 6. *de loc. aff.*

P. 167, 2. *πάντες οὖν ξυνδίδουσι οἶδε*] Omnibus vinculis relaxatis, uterus deorsum volvitur, et procidit; velut interdum infantibus sedes.

P. 167, 4. *καὶ βιαίῳ τόκῳ*] Quo pacto laboriosus partus fiat causa uteri procidentiae, declarat luculenter Galenus *lib.* 3. *de naturalibus facultatibus:* ubi de expultrice potentia uteri agit; cuius verba ad huius loci illustrationem adscribere haud pigebit: *καὶ πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὠδῖνες βίαιοι, τὰς μήτρας ὅλας ἐκπεσεῖν ἠνάγκασαν, ἀμέτρως χρησαμέναις τῇ τοιαύτῃ δυνάμει· παραπλησίου τινὸς γιγνομένου τῷ πολλάκις ἐν πάλαις τισὶ καὶ φιλονεικίαις συμβαίνοντι, ὅταν ἀνατρέψαι τε, καὶ καταβαλεῖν ἑτέρους σπεύδοντες, αὐτοῖς συγκαταπέσωμεν. οὕτω γὰρ καὶ αἱ μή-* 211
τραι τὸ ἔμβρυον ὠθοῦσαι συνεξέπεσαν ἐνίοτε· καὶ μάλισθ' ὅταν οἱ πρὸς τὴν ῥάχιν αὐτῶν σύνδεσμοι, χαλαροὶ φύσει τυγχάνωσιν ὄντες. Id est, *non paucis quoque mulierum, quae utique immodice huiusmodi facultate sunt usae; violenti partus dolores totum uterum excidere subegerunt. Simili quodam in his accidente ei, quod in lucta et contentione saepe visitur: quando, qui alios invertere deiicereque nitentes, ipsi una concidimus. Ita namque uterus, dum foetum extrudit, ipse aliquando simul excidit, potissimum cum eius ad spinam ligamenta naturaliter sunt laxa.*

P. 167, 6. *τιθηνοῦσαι ἔξω καὶ καυκαλῶσαι τὴν ὑστέρην*] Scribendum est *βαυκαλῶσαι*, *demulcentes*, proprie cantu, ceu infantes solent nutrices. Suidas, *βαυκαλᾶν, τιθηνεῖσθαι μετ' ᾠδῆς τὰ παιδία.* Eadem voce utitur Aelianus *lib.* 14. *cap.* 20. *περὶ ζώων ἰδιότητος· ἱμέρῳ πολλῷ καταλαμβάνονται, καὶ ὁρᾶν διψῶσι καὶ ἀκούειν λειβομένου, καὶ τοῦτό γε αὐτοὺς καταβαυκαλᾷ, καὶ κατανυστάζει.* Igitur *βαυκαλᾶν* proprie valet *fovere molliter*, atque in somnum cantu componere, quemadmodum nutrices pueros consueverunt; unde et *καταβαυκαλήσεις*, *nutricum cantiones* dictas esse, notat Scaliger 1. *Poëtic.* 50. Paucis enim nomen usurpatum in re futili. Hoc igitur verbum ad uterum prolapsum, et extra prociduum venuste transfert *Aretaeus:* quem miserae mulieres diu sustinere ac fovere gremio ut puerum coguntur. Simile mendum est in his verbis Alexandri Aphrod. *lib.* 1. *Probl.* 202. *διὰ τί τὰ λεγόμενα καυκάλια ἐν τῷ πληροῦσθαι ὕδατος ψόφον τινὰ ἀποτελεῖ.* Scribendum enim *βαυκάλια.*

P. 167, 8. *δοιαὶ γὰρ αἴσχιες μοῦναι ἀπηλλαγμέναι χιτῶνος*] *Αἴσχιες* male, pro *ὄσχιες*, a nomine *ὄσχις*. Quod tamen nusquam apud Lexicographos reperitur. Verum apud Hippocratem, si non mendosus codex, legitur, *ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὄσχιας*, et in *Coac.*, *τὰ περὶ τὰς ὄσχιας οἰδήματα*, *tumores circa extremas uteri osculi oras* vertit Foesius in sua editione Hippocratis: Opsopoeus, *tumores circa eminentias osculi uteri*, quos vide in notis. Crassus *membranas* vertit; cui subscribo. Videtur autem *ὄσχις* ibi idem significare, quod *ὄσχεον*, vel, ut Aristoteles appellat, *ὀχεὺς*, hoc est, *Scrotum*. Ita enim ille *lib.* 1. *hist. de an. cap.* 13. *τοῦ δ᾽ αἰδοίου ὑποκάτω ὄρχεις δύο· τὸ δὲ πέριξ δέρμα, ὃ καλεῖται ὀχεύς*. At hoc (inquies) quid ad uteri membranas? fortasse quia, ut *Galenus* docet, fundus matricis scroto similis est. Nunc quod *ὄσχιας* dicit *ἀπηλλαγμένας χιτῶνος*, considerandum venit ex Galeni Libro *περὶ μήτρης ἀνατομῆς*, ubi structuram matricis tradit hunc in modum: *αὐτὸ τὸ σῶμα αὐτῆς δύο χιτῶνές εἰσιν ἀντιστρόφως κείμενοι, νευρωδέστερος μὲν ὁ ἔξωθεν, φλεβωδέστερος δὲ ὁ ἔσωθεν, ἐπὶ πολὺ διΐστασθαί τε καὶ συστέλλεσθαι πεφυκότες. τούτων ὁ μὲν ἔξωθεν ἁπλοῦς τε καὶ εἷς ἐστι, διπλοῦς δὲ ὁ ἔσωθεν, καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συμβάλλει μὲν ἀλλήλοις· οὐ συμφύεται δὲ οὐδὲ ἑνοῦται, ἀλλὰ μόνον παράκειται, ὑπὸ τοῦ παρακειμένου χιτῶνος συνεχόμενα. εἰ οὖν θελήσαις ἀποδείρας χωρίσαι, δύο σοι φανοῦνται μῆτραι, ὑφ᾽ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ χιτῶνι κείμεναι. τοῦτον γὰρ ὑπὲρ καὶ τὴν μήτραν τὸν χιτῶνα εἰς δύο χωρίσαι οὐκ ἔτι δυνήσῃ.* id est, *Ipsum vero corpus vulvae sunt duae tunicae ex adverso positae, quarum exterior nervosa, interior venosa est, ea natura utraeque, ut multum et distendi et contrahi facile possint. Exterior simplex atque una est: interior duplex, cuius partes inter se cohaerent, non tamen ita, ut coniunctae atque unitae sint: sed adiacent tantum, ab altera tunica circumdatae: unde si velles eas excoriando separare, duae plane vulvae esse viderentur, sub una et eadem tunica conclusae. Nam hanc tunicam non amplius licet, quemadmodum vulvam, in duas partes dividere.* Ex quo *Galeni* loco apparet, haec verba Aretaei; *δοιαὶ γὰρ ὄσχιες μοῦναι ἀπηλλαγμέναι χιτῶνος*, de iis tunicis accipienda esse, ex quibus interior conflata est; quas ab exteriore tunica posse separari ibi *Galenus* observat. Supra autem, utrasque illas interiores *χιτῶνος ὑπεζωκότος* nomine appellat, quod eae coniunctae invicem unam constituant: atque hanc tunicam interiorem duplicem, solam in uteri prolapsu decidere, atque in conspectum

dari; externa, quae simplex est, suo in loco manente, testatur Soranus *lib.* *περὶ μήτρας καὶ γυναικείου αἰδοίου*, quae et verba adscribere libet: *οἱ μέντοι δύο χιτῶνες αὐτῆς (μήτρας) συνέχονται πρὸς ἀλλήλους ὑμέσι λαγαροῖς, καὶ νεύροις, ὥστε πολλάκις ἐπεκτεινομένων αὐτῶν προσπίπτειν τὴν ὑστέραν· τοῦ μὲν νευρώδους χιτῶνος κατὰ χώραν μένοντος· τοῦ δὲ ἔσωθεν, κατ᾽ ἐκτροπὴν προπίπτοντος·* id est, *duae vero ipsius tunicae invicem copulantur, laxis quibusdam membranis et nervis; adeo ut saepe, ipsis supra modum extensis, uterus procidat: ea quidem tunica, quae nervosa est, (puta externa) immota, altera vero interiore per divortium extra procidente.*

P. 167, 11. *συνεκπεράσης (συνεκπεράσας) ὁ τῆς ὑστέρης χιτών*] Deest verbum *ἔξω φαίνεται*, aut quid aliud eiusmodi.

P. 167, 16. *ἢν ὀσφραίνηται ἡ ὑστέρη*] Modum indicat, quo interius uteri os prociduum, intro suam in sedem cogatur: idque perfici docet, si ingrati odores locis appositi fuerint, ut ipsos uterus olfaciat; his enim offensus refugit. Hic quaerunt nonnulli, quo pacto fieri possit; ut uterus odores percipiat, cui nullum insit instrumentum, quo odorem percipiat: in cerebro enim istud, aut in spongiosis corporibus, quae ad nasi radicem posita sunt. Ad quam quaestionem, non puto aliud posse dici, quam quod Laurentius in *controv. Anat.* scilicet, uterum moveri ab odoratis, *non quatenus sunt odorata*, sed *quatenus spiritus emittunt:* a quibus, prout varia eorum conditio est, uterus aut molestiam aut voluptatem capit: uterus autem po- 212
tissimum; quia is exquisitissimi tactus.

P. 167, 17. *ἵν᾽ ὀσφραίνηται*] Rectius *ἢν ὀσφραίνηται.*

Ad Caput XII. *περὶ ἀρθρίτιδος καὶ ἰσχιάδος.* *De Articulorum et Coxendicis dolore.*

P. 168, 3. *ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος*] Hanc Arthritidis a Podagra, et aliis articulorum morbis differentiam tradit: quod illa omnes articulos invadit, ceteri articulorum morbi quasdam dumtaxat partes infestant; pedum articulos *podagra;* manuum *chiragra; ischias* coxendicem. Quae differentia subiectorum est locorum, non generis et speciei: ne quis putet *arthritidem*, ut genus, *podagram* continere: quod falsum esse ex *Galeni* verbis colligi potest; cum ad *Aphoris.* 28. scribit, arthriticos fere omnes prius fieri podagricos: quo demonstratur, non posse podagram speciem dici arthritidis, utpote quam praecedat;

neque enim species prior genere esse potest. Ut igitur Podagra et Chiragra, sic et Arthritis ipsa species est sub genere *ἀνωνύμῳ*, puta debilitate articulorum diuturna cum fluxione, ut definit Aëtius 3. *Tetrabib. Sermon.* 4. *cap.* 6.

P. 168, 6. *ἥν γε μὴν σχέδιος ᾖ*] Duas arthritidis differentias facit iuxta diversum generationis modum: propterea quod alia repente a causis recentibus et temporariis conflatur; alia occulte et progressu temporis obrepit: donec cuiusvis exiguae causae impulsu excitetur, atque in apertum erumpat; qui et modi traduntur ab Aëtio *loco citato.*

P. 168, 10. *ἀρχὴ δὲ νεῦρα, τὰ δεσμὰ τῶν ἄρθρων*] Non dicit nervos simpliciter, sed qui vincula sunt articulorum. *Νεῦρα συνδετικὰ* appellat Galenus *initio lib. de ossibus ad Tirones:* quo loco tria distinguit genera nervorum: voluntarios, qui a cerebro originem habent: ligamentales, qui ab ossibus: et tendones, qui a musculis nascuntur. Ibidemque eos, qui ab ossibus procedunt, proprio nomine *συνδεσμοὺς*, id est *ligamenta* appellat: ab his incipere morbum articularem censet Aretaeus; ab ipsis articulis Galenus, cuius haec sunt verba *lib.* 10. *de compos. med.* *κοινὸν δὲ τῶν τριῶν παθῶν ἐστι πλεονεξία χυμοῦ καταλαμβάνουσα τὴν πάσχουσαν διάρθρωσιν· ἧς πληρωθείσης, εἰς πάντα συμβαίνει τείνεσθαι, τοῖς περικειμένοις νευρώδεσι μορίοις, κἀκ τούτων γίγνεσθαι τὴν ὀδύνην.* Ita hic locus in excusis libris legitur; quem sic vertit Cornarius: *Communem habent hi tres affectus humoris redundantiam, quae affectam occupat articulationem qua expleta, in omnem partem circumsitae nervosae particulae tenduntur, et ex his dolor oritur.* Ita inquam *Cornarius,* qui corrupta esse haec non vidit; *εἰς πάντα συμβαίνει τείνεσθαι τοῖς προκειμένοις* etc. Lege tu: *εἰς πάντα συμβαίνει τείνεσθαι τὰ περικείμενα νευρώδη μόρια,* id est, *in omnes circumpositas particulas nervosas extendi contingit;* supple *πλεονεξίαν χυμοῦ.* Item Aëtius *citato loco cap.* 9. de eiusdem morbi initio ac processu ita scribit: *in podagricis autem et arthriticis appellatis, usque ad iuncturas per altum repletio ex fluxione contingit, una cum hoc quod nervi permadescunt, et distenduntur; itemque ligamenta et pelliculae, omniaque circumcirca sita.* Quibus ex locis patet, in sententia *Galeni* et *Aëtii* articulos primum humorem influentem excipere, eoque repleri; deinde ligamenta et alias partes circumiacentes. Quaerunt hic nonnulli, nec immerito, quid sit, quamobrem nullus podagricus convulsionem patiatur? Ratio dubitandi, quia convulsio

sequitur neçessario magnas inflammationes nervosarum par-
tium: at Podagra harum partium inflammatio est non me-
diocris. Respondet Amatus Lusitanus *in centuriis*; in po-
dagra, non omnia nervosa, sed sola ligamenta inflammari
et distendi; non autem nervos aut tendones, qui proinde
ob eam causam tantum dolent, quod ligamentis consentiant.

P. 168, 12. *οὐ πονέει μὲν γὰρ θρίξ*] Obscurus hic lo-
cus est, ut nescias utrum haec ad *δεσμὰ*, id est, *ligamenta*
referre debeas, an ad *ὀστέα*. Nam et ligamenta Galeno
lib. 1. *de motu musculorum cap.* 2. et aliis locis, sensu
çarent. Cum tamen mox in serie Orationis dicat, *καὶ ἢν
τάμῃ τις αὐτὰ πονεῦντα, si quis ipsa dolentia secet;* satis
intelligitur hunc de ossibus loqui, quae interdum secari
necesse est, cum ligamenta nunquam secentur. Sed rursus
cum ibidem ait, ipsa si dolere accidat, nullum esse dolo-
rem, qui cum ipsorum dolore conferri possit; *ἢν δὲ ἐξ
ὠυτέων πονῇ, οὐδὲ ἕτερον ἀλγέει τοῦδε δυνατώτερον*, de
ossibus quomodo haec verba intelligi possunt, quae aut
nullum prorsus sensum habent, aut valde obtusum, ut vo-
luit *Avenzoar*. Certe *Scaliger* ossibus nullum sensum in-
esse testatur *exercit.* 2. *Ossa egomet* (inquit) *mihi abrupi
ex hiantibus vulneribus, absque dolore ullo.* Quomodo igi-
tur dicit, ex se ipsis dolere ossa; hoc est, ex causa in-
terna atque intemperie. De Nervis igitur et ligamentis haec
verba superiora accipienda sunt. Nam et nervos inflammari,
ac dolere acriter, et abscindi interdum ob eam causam, ut
convulsio et delirium ex ea consequens tollatur, docet Ga-
lenus *citato libro cap.* 1. *ἀλλὰ καὶ φλεγμαίνοντος (νεύ-
ρου) ἐσπάσθησάν τε καὶ παρέπαισαν οὐκ ὀλίγοι· καί τινες
τῶν οὕτως ἐχόντων, ἰατροῦ σοφωτέρου τυχόντες τέμνοντος
τὸ νεῦρον, αὐτίκα μὲν ἐπαύσαντο τοῦ σπᾶσθαί τε καὶ πα-
ραπαίειν.* Item *libro* 3. *Method. Medic. cap.* 9. Quod au-
tem et ligamenta sentiant contendit contra *Galenum* Fa- 213
bricius ab Aquapendente, *lib. de musculi fabrica*, probans
eandem esse ligamenti in musculo et tendinis naturam,
coloris argumento, qui idem ambobus: ambo sensu prae-
dita, et eundem habent usum, tensionem scilicet et contra-
ctionem, ac motum. Constat igitur de nervis hic loqui
Aretaeum, quos negat dolere vel minimum, etiamsi inci-
dantur, aut contundantur: falli proinde *Andream Lauren-
tium*, qui *lib.* 2. *Anat. quaest.* 3. praedicta *Aretaei* verba,
tanquam de ossibus scripta proponit. Ceterum verbum istud
τέμνῃ secet; hic non significat simplicem sectionem, qua
vulnerentur nervi, (eiusmodi enim in nervis facta atroces
cruciatus excitat) sed eam sectionem, qua totus nervus pror-

sus abscinditur. In quo quidem non mediocris exoritur difficultas, quamobrem nervus punctus acerrimum dolorem, praecisus nullum excitet: difficile id quidem explicatu est, sed tamen dici potest; nervum punctum acriter dolere; quod spiritus animalis, qui tactum largitur, ad vulnus accurrat, eiusque angustiis coërcitus unitusque, maiorem vim sentiendi afferat: qui nervo penitus exciso in sectione ipsa aut dissipatur statim, cum non habet quo contineatur; aut potius inde revocetur a natura, ne frustra abrupto itinere progressus, dissipetur.

P. 169, 1. *ἀμαυροῦται ὁ τῆς τομῆς πόνος*] Minus molestam esse dicit nervi dolentis praecisionem, quod maior nervi cruciatus eum, quem sectio affert, obscuret. Sic quibus lapis e vesica eximitur, minus pati ob labores praecedentes, quam quibus exiguus, ob idque rarius mori testatur *Paulus ex Aegina*, et Cardanus *de vita propria cap.* 23.

P. 169, 3. *πάσχουσι δὲ τοῦτο ὀδόντες καὶ ὀστέα*] Hoc est, secantur sine dolore, ex se autem atque ob intemperiem calidam vel frigidam vehementer dolent. Hic notanda quaedam sunt: primo; ossibus sensum tribui, saltem ad calorem et frigus percipiendum: secundo; dentes distingui ab ossibus: utrumque autem videtur falsum. Prius quidem, quia ossa sensu omni carere abunde experientia docet: cum absque ullo dolore quotidie perforentur, secentur, urantur: contra experientiam autem et sensum, rationes adducere perridiculum est. *Avenzoar* quidem sentire ossa putat, licet obtuse: ideoque, cum secantur aut uruntur, videri non dolere; quod vehementior periosteï et vicinarum partium dolor minorem illum obscuret. Ita enim ait *Hippocrates*, cum dolores duo simul non in eadem parte exsistunt, obscurat qui acrior est minorem. Verum neque istud, neque quas addit rationes, ad probandum ossium sensum, ullius sunt momenti contra hanc demonstrationem. Opus igitur est demonstratione, qua istam pervicaciam contundamus. Natura nihil frustra facit: at frustra faceret, si sensum ossibus adderet. Probatur consecutio: sensus est propter animalis conservationem, ut scilicet noxia declinet, apta autem et naturae congrua prosequatur; ex Aristotele 3. *de anim. text.* 63. At ossa cum propria duritie ac soliditate terrea, tum ipso situ, (in profundo enim corporis ut basis et fundamentum reliquarum partium constituta sunt,) satis ab externis causis tuta sunt: quum carnibus, nervis, membranis, ligamentis, eximio sensu praeditis, circumcirca muniantur. Sic et iecur, quia, in abdomine in-

clusum, partes circa se habet sentientes; intus autem succos recipit expurgatos noxiis excrementis, opera lienis, cystis fellis, intestinorum; merito non habet sensum, nisi in superficie; puta in membrana ambiente: propria autem substantia, quae *παρέγχυμα* dicitur, non sentit. Igitur frustra et temere Natura ossibus sensum tribuisset. Sed et illud posterius, puta dentes distingui ab ossibus, videtur falsum: cum sensui repugnet; quo teste, dentium et aliorum ossium substantia eadem probatur. Eadem quippe frigiditas, siccitas, durities, color. Si quid porro dentes habent, quo ab aliis ossibus differant hinc sane efficietur dentes suae speciei esse ossa, non autem in numero ossium non esse. Eodem spectat *Scaligeri* argumentum; quo probat dentes non esse ossa: nempe lapide Sarcophago totum corpus absumi intra quadraginta dies, exceptis dentibus. Hoc, inquam, argumentum non probat, dentes non esse ossa; sed esse ossa suae speciei. Ut enim carnis modus non unus, ita neque ossium.

P. 169, 4. *αἰτίην δὲ ἀτρεκέα μὲν ἴσασι μοῦνοι θεοί*] Duplicem distinguit causam; unam veram, aliam probabilem: illam solis Diis cognitam esse; hanc et hominibus. Pauca enim sunt in Naturae contemplatione, quae vere sciamus; hoc est, certo et indubitanter. Cuius imbecillitatis humani ingenii vel potius Naturae obscuritatis sibi conscius Plato *in Timaeo* disputaturus de Mundi origine, de Deo et universo Naturae ambitu, probabili se usurum ratione, et pro captu humani ingenii testatur: *μεμνῆσθαι* (inquit) *χρὴ ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ, φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν ἐοικότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.* Causa huius obscuritatis rerum naturalium, est *ἄστατον καὶ ἄδηλον* materiae ex Ptolemaeo, *lib.* 1. *μαθηματικῆς συντάξεως*: ubi Mathematicas disciplinas cum Theologia et scientia naturali comparans, hoc statuit discrimen; quod illae scientia comprehendi possint, hae sola animi coniectura aestimentur: hancque esse causam cur nullum de hisce litigandi finem Philosophi faciant: *ἐξ ὧν διανοηθέντες, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα δύο γένη τοῦ θεωρητικοῦ μᾶλλον ἄν τις εἰκασίαν, ἢ κατάληψιν ἐπιστημονικὴν εἴποι· τὸ μὲν θεολογικὸν, διὰ τὸ παντελῶς ἀφανὲς αὐτοῦ, καὶ ἀνεπίληπτον· τὸ δὲ φυσικὸν, διὰ τὸ τῆς ὕλης ἄστατον καὶ ἄδηλον, ὡς διὰ τοῦτο μηδέποτε ἂν ἐλπίσαι περὶ αὐτῶν ὁμονοῆσαι* 214
τοὺς φιλοσοφοῦντας. Similis sententia est Vallesii *cap.* 65. *de sacra Philosophia:* eorum, quae in opinione versantur, cuiusmodi sunt omnia Physica problemata, nullum constat

prorsus sciri posse: quia si quodpiam illorum sciretur, accedente scientia tolleretur omnis opinio, sublata omni obscuritate et incertitudine, quae non possunt abesse ab opinione. Non solum autem non est hactenus comparata scientia physicarum assertionum, sed ne comparari quidem potest: quia Physicus non abstrahit a materia. Plura in hanc rem et praeclara afferre possem: sed modus quidam hisce in notis tenendus est; ne longius, quam par est, excrescat oratio.

P. 169, 5. *τὸ μὲν κάρτα πυκνόν*] Problema est; cur dentes a solidis et duris citra dolorem frangantur, aut contundantur; a calore vero aut frigiditate immoderata non mediocri cruciatu laedantur. Sic autem respondet: quae valde densa sunt, ut ossa, tangentium atque vulnerantium impressionem non sentiunt, adeoque ab eiusmodi causis non dolent. Est enim dolor aspera sensio: quod autem densum est, non est eiusmodi, ut possit fieri asperum; quod solida sit et compacta eius substantia. Ex quo sequitur, ab istiusmodi rebus dolorem non creari. Quod autem rarum et molle est, id vulnere asperatur. Ceterum haec ipsa densa, et si a duris et solidis dolorem non capiunt, tamen quia vivunt, naturalemque habent calorem, eum qui foris affertur, profecto sentiunt: eumdemque, si modum excedat, moleste ferunt, atrocissimosque inde cruciatus persentiunt. Haec solutio est *Aretaei*, quae in eo offendit, quod calorem naturalem vitalemque sufficere ad sensum efficiendum putat: cum certum sit sensum et motum non contingere ulli parti, citra influxum facultatis animalis, quam nervi a cerebro deferunt. Ex quo efficitur, nullam partem sentire posse, nisi in quam nervus aliquis tendat. Cum igitur nervi illi, a cerebro ortum habentes, ossibus non adiungantur; frustra est, quod *Aretaeus* iis sensum inesse fingit; quia calorem sibi insitum habeant, cuius beneficio vivunt. Aliud enim est vivere, aliud sentire. Atque hic locus est, ex quo intelligi possit, minus exercitatum fuisse in Philosophia *Aretaeum:* maxime, cum *οὐσιῶδες* appellat, quod instar ferri, aut lapidis durum est: *εἰ μὲν* (inquit) *οὐσιώδης ἡ δρῶσα αἰτίη ἔοι, οἷον ἡ μάχαιρα ἢ λίθος, τὸ οὐσιῶδες τοῦ πάσχοντος οὐκ ἀλγέει·* quasi *οὐσία* idem sit, quod *πυκνότης*. Quod quam sit a Philosophorum usu alienum, sciunt, qui Philosophiam, vel primis, quod aiunt, labris attigerunt. Si quis porro quaerat, quid ipse de illa difficultate sentiam: equidem, si cum *Galeno* dentes ipsos sentire fatendum est; haereo, nec quicquam probabile afferre possum: si vero, quod alii cen-

sent, dentes non sentiunt, sed ipse nervus, qui eorum radici insertus est; ad quem per poros dentium calor et frigus tansmeant; in promptu est solutio: nam ad nervum qualitates activae, utpote incorporeae, facile subeunt: durities vero, et aliae eiusmodi materiales non ita: quia materiae propriae, ceu modi quidam, ita adhaerent, ut extra ipsam non possint diffundi.

P. 169, 17. τοῖς μὲν ἐς ἴσχια] Unde nomen morbo ἰσχιὰς, a parte scilicet affecta, ut Galenus docet *lib.* 2. *Meth. med.* Est autem ἴσχιον, ossi sacri pars, cui femur commissum est, ampla cavitate in ipso osse, quae κοτύλη dicitur. Galenus *lib. de ossibus ad Tirones:* τὸ μὲν κατὰ μηρὸν ὀστοῦν, μέγιστον μὲν ἁπάντων ἐστὶ τῶν κατὰ ζῶον· διαρθροῦται δ᾽ ἄνω μὲν πρὸς ἴσχιον etc.

Ibid. καὶ τὰ πολλὰ τῇδε ἐπιμίμνει γυῖος] Supple ἄνθρωπος, γυῖος autem hic pro χωλὸς a γυῖον, quod membrum significat, et proprie pedes *ex Etymol.* unde *Vulcanus* ab Homero ἀμφιγυήεις passim appellatur.

P. 170, 1. εὖτε οὐδὲ ἐπὶ τὰ σμικρὰ φοιτῇ] Ex hoc loco patet, non semper arthritidis initium esse a podagra: quod tamen *Galenus* existimare videtur; cum in *com. ad Aphoris.* 28. scribit, omnes in universum arthriticos prius fieri Podagricos: τοὐπίπαν γὰρ ἅπαντες οἱ ἀρθριτικοὶ, πρότερον γίνονται ποδαλγικοί. Nisi ibi τοὐπίπαν Galenus accepit pro ἐπὶ τὸ πολὺ *fere,* aut σχεδὸν, ut nonnunquam accipi observatum est.

P. 170, 6. ἐς γλουτὸν ἢ ὀσφὺν ἰκέλῃ] In *Henischii* Editione ad marginem, pro ἰκέλῃ, ὀκέλλει scriptum est, et ita scribendum.

P. 170, 8. τὰ ἄρθρα ὧδέ πως ἄρχεται] Supple πονέειν ἄνθρωπος, *Ita incipit homo dolorem in membris sentire.*

Ibid. τοῦ ποδὸς τὸν μέγαν δάκτυλον] Ita et *Aëtius,* cuius haec sunt verba Latine expressa: *ut plurimum vero clanculum et paulatim fluxus irruere solet: alteri enim cuipiam magni digiti pedis articulum dolor invasit; aliis vero calcanei extremum, rursusque aliis cavum pedis* etc. Quibus verbis paulo abit diversus ab *Aretaeo.* Nam hic in eodem homine processum morbi notat, a pollice pedis ad anteriorem calcanei partem, inde ad plantae cavum, postremo ad malleolum: *Aëtius* vero has ipsas pedis partes distinguit, ceu totidem loca, a quibus morbus initium in aliis et aliis hominibus capit.

P. 170, 11. κρηπῖδος κενεῆς τρίβον] In Codice Mentel. ad marginem scriptum est καινεῆς per diphthongum: quam

secutus emendationem *Crassus* vertit *novae crepidae attritum;* quod non improbo, nisi quis malit στενῆς: nam et angustiores calcei, pedibus molestiam exhibent.

215 P. 170, 14. *ἐς ἀνήκεστον ἐτράπη*] Similis sententia est Maronis 3. *Georgic.*

— — alitur vitium crescitque tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat.

P. 170, 16. *ἢν δὲ χρόνῳ κρατυνθῇ, ἀνόνητος ἡ μελέτη*] Simile illud *Ovidii* ab omnibus tritum:

Principiis obsta, sero Medicina paratur.

Eiusmodi morbi, qui tempore incrementum capiunt, altiusque subinde defixis radicibus immedicabiles fiunt, *ἐπαυξεῖς* ab Hippocrate appellantur 6. *Epid. sect.* 5. ut exponit Galenus *in Commentario;* in eorumque numero ponit arthritidem, nephritidem, epilepsiam, et melancholiam: *νόσους τὰς ἐπαυξεῖς τὰς αὐξανομένας ἐν τῷ χρόνῳ, καὶ χείρονας ἀεὶ γινομένας, εἰ μὴ φθάσειαν λυθῆναι, οἷον ποδάγρας, ἀρθρίτιδας.* etc.

P. 171, 10. *καὶ ξυμπάντων τε ὁ βοῦς, ὄνος, καὶ ἡ ἰδέη ἑκάστου ὀδύνη*] Crassus *simulque omnium bos, asinus;* ad verbum secutus scripturam corruptissimam. Scribe *καὶ ξυμπάντων τε ὁμοῦ πόνος, καὶ ἡ ἰδίη ἑκάστου ὀδύνη.* Sic plana lectio efficitur. Postquam docuit *Aretaeus,* quemadmodum *Arthritis* serpit late per universum corpus, partes etiam designavit, quas sigillatim occupat: addit, ceu per epiphonesim, omnium simul partium morbus est (arthritis) et proprius cuiusque partis dolor: sic *lib.* 1. *χρον. εἴτε ξύμπαντα ὁμοῦ, εἴτε μέρεα.* etc. Et supra *hoc libro, capite περὶ καχεξίης ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων.*

P. 171, 11. *ἀτὰρ ἠδὲ τένοντες, ἠδένυ μῦες*] In editione *Henischii,* vox postrema ita dividitur *ἠδέ νυμῦες,* et ad marginem scriptum est, *ἀδένες μύες.* Ego syllabam, *νυ,* expungo, et lego *ἠδὲ μύες.*

P. 171, 13. *πάσχει ῥῖνας καὶ ὦτα καὶ χείλεα*] Dolorem arthritidis ad renes usque et vesicam; item ad nares, aures, et labra extendi notat: cuius rei admiratione exclamat: *ὦ τοῦ θαύματος.* Verum quod scribit *Aëtius,* multo admirabilius est; eos scilicet quibus ad extremum perductus est morbus, dolorem, sentire in iride, seu corona pupillam oculi ambiente: quod miror fugisse *Aretaei* diligentiam. Nisi fortasse id notaverat *Aretaeus:* postea autem librariorum incuria, aut vetustatis vitio, intercidit.

P. 172, 8. *ἡ νοῦσος ψυχρή, ὄκως χάλαζα*] Quia pituita in articulis in modum grandinis concrescit, propterea mor-

bum articularem, grandinis instar frigidum esse dicit; quod plane absurdum est. Non enim, ut aqua, vi frigoris mediae regionis, aut potius, ut vult *Aristoteles*, *ἀντιπεριστάσει* caloris aëris, quae frigus nubium in unum colligens quam maxime intendit, in grandinem duratur: ita pituita crassa in articulis eiusdem frigoris excessu compingitur: sed calore potius, qui, humoris partes tenuiores paulatim discutiens, reliquas crassiores et terreas densat, compingit, atque in tophum postremo convertit: quo pacto et calculos in renibus et vesica gigni, constans omnium Medicorum opinio est.

P. 172, 9. *καὶ γὰρ οἷσι τῶν εὖ βδελυκτέων ἡδονή*] Satis constat mendum esse in voce *βδελυκτέων*, immo multis modis hunc locum esse corruptum: verum, quae sit ineunda ratio illius restituendi, haud liquet. Primum, quid velit *Aretaeus* perspiciendum est. Supra dixit, articularem morbum instar grandinis frigidum esse, tophorum argumento, quos in articulis gignit: nunc addit, hunc habere tamen differentias caloris et refrigerationis; ad quod declarandum verba, quae nunc expendimus, ponit. Quare haec debent esse eiusmodi, ut rationem, propter quam arthritis discrimen habere caloris et frigoris intelligatur, aperiant. Haec cum sit mens *Aretaei*; possum Lectionem, si non certam, saltem probabilem, et quae ad scopum propius attingat, afferre; estque eiusmodi: *καὶ γὰρ οἷσι τῶν θερμῶν, εὖτε δὲ ψυκτικῶν ἡδονή*. nempe indicium, quo intelligitur in arthritide, modo esse calorem, modo frigus, hoc tradit; quod quidam calidis gaudent, interdum et iis quae vim habent refrigerandi. *Βδελυκτέων* igitur pro *ψυκτικῶν*, partim interpolatione, partim transpositione quarumdam Literarum factum coniicio. Hippocrates *lib. de affect.* ubi de curatione eiusdem morbi, refrigerantia iubet adhiberi, *τούτῳ ξυμφέρει προσφέρειν, ἢ ἂν ἡ ὀδύνη ἔχει, ψύγματα.* Sed et *θερμῶν* ibidem scriptum fuisse verisimile est; ad probandum *θέρμης ἢ ψύξιος διαφορήν*· tum adverbium *εὖτε* scriptum fuisse, quod postea *εὖ*, voce mutilata. Haec nos ex coniectura; quae si cui non satisfacit, meliora ipse excogitet, aut exspectet; dum Codices M. SS. integriores, quam quos vidi, veram scripturam repraesentent.

P. 172, 10. *τὴν ἔμφυτον ψῦξιν*] Crassus vertit *insitam frigiditatem*, nempe temperamentum frigidum. Recte, si vera haec lectio est: sed verisimilius est scripsisse *Aretaeum*, *τῆς ἐμφύτου θέρμης*, aut *θερμότητος ψῦξιν*, *caloris insiti refrigerationem:* raro enim *Graeci* ita loquuntur, ut dicant *ἔμφυτον ψῦχος*, aut *ψῦξιν insitam frigidi-*

tatem in animali, pro temperamento frigido. Contra ἔμφυτον θερμὸν et *Hippocrates* et *Aristoteles* et alii iuxta Philosophi et Medici dicere solent. Adde, ψῦξιν, non frigus, sed *refrigerationem* proprie sonare: At refrigeratio, cum sit passio a frigore agente in id quod refrigeratur, non refrigeratur, non recte ἔμφυτος *insita* animali, quod cali-
216 dum suapte est natura, dici potest. Sed hoc sic proponere visum est, ut tamen propterea quicquam nolim mutare: potest enim excusa Lectio defendi.

P. 172, 11. *ἢν μὲν εὐθέως ἐπιδῴη καὶ θέρμη φανῇ*] Alii legunt ἐπιδώσῃ, sed nihil mutandum: quia dixit unicam causam arthritidis sibi videri esse calidi innati refrigerationem, et supra, morbum hunc frigidum instar grandinis pronuntiavit: nunc declarat, quomodo etiam videatur calida in tantum, ut refrigeratione opus sit. Hunc igitur caloris in morbo frigido motum accidere docet, quum morbus incrementum acceperit, idque *εὐθέως statim:* quae celeritas incrementi maxime percipitur, cum fluxio sanguinea est. Talis enim ob sanguinis calidi naturam promptius ad incrementum et maturitatem pervenit. In tumoribus autem sanguineis aut biliosis, maximus calor est in incremento: quia eo tempore natura materiam alienam vincere conatur, ob eamque causam, magnam vim spirituum ad partem laborantem mittit; qui eo collecti, calorem insignem excitant.

P. 173, 4. *τοῦτ' ἔβλαψεν ἄλλοτε, ὡς ἔβλαψεν ἄλλοτε*] Posteriora haec verba frustra repetuntur: delenda igitur.

P. 173, 5. *θέρμης ἐπὶ τῇ ἀρχῇ, ψύξιος δὲ ἐπὶ τῷ τέλει χρέος*] Initio calore opus ad depellendum frigus, quod laedit articulos; propter quod dixit supra, morbum articularem frigidum esse: refrigeratione vero in fine, hoc est, postquam humor, facto influxu, inflammationem ac dolorem excitavit.

P. 173, 10. *γυναῖκες δὲ ἀραιότερον*] Sententia est Hippocratis *Aphorism.* 29. *sect.* 6. mulierem non capi podagra, nisi cum ipsam menses defecerunt: *γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλίπῃ.* Quam cum exceptionem mensium deficientium addit, causam innuit nobis, quamobrem non sint mulieres podagrae obnoxiae, ut viri, nempe vacuationem pravorum humorum per menses. Sed animadvertendum est cum Galeno *in commentario,* dictum *Hippocratis* olim verum fuisse, cum mulieres parum in victus ratione delinquebant: nam postea ob luxum atque ingluviem, fluentibus etiam mensibus, podagra vexari coepere: quod et *Seneca* notat *in Epistolis,* in luxum invehens feminarum sui temporis: *Beneficium,* (inquit) *sexus vitiis*

perdiderunt: et quia feminam exuerunt, damnatae sunt morbis virilibus. Certe Marcus Tullius *lib.* 1. *Epist. ad Att.* 7. de sua uxore ita scribit: *Terentia magnos dolores articulorum habet:* sive iam vetula erat illa, et ipsi menses procedere iam desierant; sive luxui dedita, sive articulos natura debiles habebat, et applicata erat naturaliter ad eum morbum patiendum. Qualem fuisse sororem *Chyroci*, cuiusdam nobilis *Anconitani*, Amatus Lusitanus testatur *centur.* 4. *curat.* 51. quae, in ipsa adolescentia, podagra conflictabatur, etiamsi semper menses bene respondissent.

Ad Caput XIII. περὶ ἐλεφαντιάσιος. *De Elephantiasi.*

P. 174, 6. *Ἐλέφαντι τῷ πάθεϊ*] Vel ex his verbis patet corruptum esse titulum; si quidem et hic alias semper *Aretaeus* morbum hunc *ἐλέφαντα* appellat, non *ἐλεφαντίασιν*: quippe et, in sequentibus libris Therapeuticis, caput, quo eius curationem tradit, inscribit *περὶ ἐλέφαντος:* ut dubitare non liceat, quin huic quoque eandem inscriptionem fecisset. Vix etiam *Galenus, Paulus ex Aegina, Actuarius,* aliter nominant. Aelianus eundem morbum designat hac Periphrasi *lib.* 14. *de Animalium natura cap.* 4. *τὸ δὲ ἧπαρ ἄρα τοῦ ἐχίνου τούτου (θαλαττίου) ἰᾶται ὑφ' ἡλίου γενόμενον αὖον, τοὺς μέντοι νόσῳ τῇ τοῦ καλουμένου ἐλέφαντος κατειλημμένους.* Quin et *Lucretius* eadem voce utitur *lib.* 6.

Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur, Aegypto in media, neque praeterea usquam.

Aelianus *νόσον ἐλέφαντος* vocat *lib.* 14. *cap.* 4. de animalibus, ubi de marino Echino: *τοῦ δὲ* (inquit) *ἧπαρ ἄρα τοῦ ἐχίνου τούτου ἰᾶται, ὑφ' ἡλίου γενόμενον αὖον, τοὺς μέντοι νόσῳ, τῇ τοῦ καλουμένου ἐλέφαντος κατειλημμένους.* Eundem nonnulli *λέοντα* appellant, ut notat Aretaeus, *hoc capite.* Quidam *λεοντίασιν* alio flexu, ut apud *Aëtium* videre est: alii denique *σατυρίασιν*, teste eodem *Aretaeo;* quarum appellationum rationes suo loco reddemus. Est autem Elephas, tumor et asperitas totius corporis, cum pustulis et ulceribus, a melancholici humoris ingenti labe ac malignitate; quem natura in corporis habitum depellit. Unde a Paulo *universi corporis cancer* appellatur. Quo error *Bodini* deprehenditur, qui ad *lib.* 2. *Oppiani de Venat. ἐλεφαντίασιν vitiliginem* interpretatur, deceptus, opi-

nor, vocis *λέπρας* ambiguitate: quod Elephantiasim plerique lepram cum *Arabibus* appellant. Quo nomine et vitiliginis species quaedam intelligitur in Literis Sacris, Hebraice *Sarahath* (צָרַעַת) quam Beatus *Augustinus* coloris et cutis vitium fuisse censet, non item valetudinis atque integritatis sensuum. Quae et *Arnobii* sententia est, de Christi miraculis ita prodentis: *unus fuit e nobis, cuius foedae vitiligines iussioni obtemperabant.* Item alio loco: *vitiligines querqueras, atque intercutes morbos.* Bursum
217 de iisdem Christi miraculis agens: *Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit.* Propterea quod igitur vitiligo, ut dixi, in literis sacris lepra appellatur; eodemque nomine elephantiasis, in Arabum Medicorum libris: credidit *Bodinus* vitiliginem esse eandem ac elephantiasim: quos tamen affectus differre magno discrimine, ex eorum descriptione intelligi potest. Vitiligo namque solius est cutis, quae vitiato alimento alba efficitur; estque, ut dixit *Hippocrates*, *αἶσχος μᾶλλον ἢ νοῦσος*· Elephantiasis maximus est morbus, carnium scilicet, per universum corpus corruptio; quas atra bilis undiquaque foedat, et depascitur. Sed condonandus is error *Bodino*, qui Medicus non fuit, adeoque in libris Medicorum minus exercitatus: magis mirum est *Langium*, inter Germaniae Medicos haud vulgariter doctum, in eundem errorem incidisse; ac lepram Iudaeorum, quae, ut dixi, *vitiligo* erat, idem quod Graecorum elephantiasim existimasse, *epistola* 42. Nisi isti *Plinium* sequi maluerunt, qui *lib.* 25. *cap.* 6. elephantiae albae mentionem facit, qua voce vitiliginem intellexisse verisimile est: sed si eum locum spectarunt, albedinis Epithetum additum oportuit. Ceterum, ut nomen leprae ambiguum est, ita et elephantiaseos: nam Graecis, elephantiasis gravissimus est morbus, qualem supra ostendi: Arabibus autem non perinde saevus: neque aliud esse videtur, quam crurum cum varicibus intumescentia, cum totius habitus corporis infuscatione, ut apud Rhasim videre est *in* 9. *ad Almans.* nec multum aberret, qui varicis quoddam genus statuat: quod idem *Rhasis* innuere videtur; qui, *in libro divisionum* statim post varices, de Elephantia agit. Primum eo morbo correptum fuisse *Pharaonem* Aegyptiorum Regem, testatur *Eustathius*, Episcopus Antiochenus *Com. in Hexaëmeron: μόνος γὰρ αὐτοὺς (Ἰουδαίους) λινὴν ἐσθῆτα φορεῖν κελεύσας, διὰ τὸ εὔσημον, εἰς σφαγὴν αὐτοὺς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐκδίδωσιν· ἐφ᾽ ᾧ ὁ θεὸς μεγίστῃ τιμωρίᾳ τοῦτον ἐκόλασε. πρῶτος γὰρ παντὸς ἀνθρώπου ἐλεφαντιάσας ὁ Φαραὼ, αἰσχρῷ τὸν βίον τέλει κατέλυσεν.*

P. 174, 12. *πάχιστον δὲ, ἐς πλεῦνα ζῶα*] Scribe, *ὡς πλεῦνα* etc.

P. 174, 14. *χροιὴν μὲν μέλανος κατακορέος ἅπαντες*] Scribe *χροιὴν μὲν μέλανες κατακορέως.* etc. *colore vehementer nigri.* Imo adeo iis naturalis nigredo, ut vestium albarum adspectu efferentur. Auctor Plutarchus *lib. de Fortuna et virtute Alexandri.* Hinc bellua nigra pro elephanto, apud Martialem *lib. Epig.* 77. Sed hos, etsi qui alii nigros omnes elephantos dixere, posterioris aevi experientia refellit: qua compertum est, apud *Indos*, atque etiam in *Africa* candidos reperiri elephantes. Ita enim Monardes refert, *lib.* 1. *histor. simplicium apud Indos nascentium: Rumor est* (inquit) *regem Siam, in cuius regno praestantissimi, post Zeilanos inveniuntur elephanti, candidum elephantem habere, atque inde regens candidi elephanti, honoris causa, vocitatum:* cui et alii subscribunt. Camerarius *Medit. histor. centur.* 2. *cap.* 97. his verbis: *In multis Asiae et Africae locis, in quibus fulminatrices machinae nondum in usu sunt, eorum (elephantorum) adhuc in bello et ad pompam usus est. In primis autem in candidis, divini aliquid latere existimant, si rarissime inveniuntur: ita ut reges nonnulli Narsingae diu ob unum candidum elephantum acerrima bella gesserint.* Haec illi auctores. Ceterum certis locis *Aethiopiae*, non esse raram candidorum elephantorum nationem, Scaliger narrantibus credit *Exercit.* 204. *In libris* (inquit) *Lusitanarum navigationum hoc quoque compertum est; sub regno Benamen infimae Aethiopiae ad torridam plagam maximos elephantos esse, omnesque albos.* Idemque repetit *com. ad lib.* 2. *Histor. de Animalibus part.* 133.

P. 174, 15. *ὅκως οἱ Θρήϊκες Ῥήσου*] Coloris elephantorum singularem rationem notat *Aretaeus*, quod omnes per totum corpus unius sunt coloris: cum fere animalia alia, in eadem specie colores diversos, variisque in partibus habeant; ut equi, quorum alii candidissimi sunt; alii solos pedes candidos habent, qui *πόδαργοι* Graece dicuntur; alii, quorum maior est numerus, fulvi; alii denique coerulei, seu, ut vulgo dicimus, *grisei*; quos communiter Graeci *λευκοφαίους* vocant. De candore equorum adducit exemplum *Rhesi* Thracum Regis equos, de quibus Homerus in Iliade fecit mentionem his versibus:

Ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος,
Τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους.
Λευκότεροι χιόνος. etc.

P. 174, 16. *ὅκως Μενέλεω πόδαργος*] *Ποδάργον*, equo *Menelai* nomen a pedum candore inditum censet, incerta coniectura: quando et eodem nomine pedum velocitatem pari iure posse intelligi palam est. Porro inter *Hectoris* equos unum eiusdem nominis memorat Homerus. *Iliad. Θ.*

P. 174, 17. *ἄλλοι δὲ κυάνεοι*] *Κυανέους* dicit, quos aliter Graeci *λευκοφαίους* vocant; nos vulgo *griseos*, non autem coeruleos: nulli enim equi eo colore nascuntur. Possemus et nigros intelligere: interdum enim, *κυάνεος*, pro nigro accipitur, maxime apud Poëtas, ut apud Homerum *lib. ult. Iliad.*

Ὣς ἄρα φωνήσασα, κάλυμμ' ἕλε δῖα θεάων
Κυάνεον, τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος.

Neque aliter hanc vocem accipiendam putem in hoc eiusdem versu:

Ἦ καὶ κυανέοισιν ἐπ' ὄφρυσι νεῦσε Κρονίων.

Complura alia eiusdem, et aliorum Poëtarum loca afferre
218 possem, quibus id probetur contra *Hieronymi Magii* sententiam, qui *lib.* 3. *Miscel. cap.* 14. putat in funeribus puerorum, atque adolescentium, lugubres vestes atque ornamenta fuisse coerulei coloris; idque *Maronis* hocce loco persuadere conatur de Polydori exsequiis:

— stant manibus arae
Coeruleis moestae vittis, atraque cupresso.

Sed frustra, cum ex versibus *Homeri* supra adductis, *κυάνεον* colorem pro nigro interdum accipi, constet: quin apud ipsum *Maronem*, cum coerulea puppis *Charontis* dicitur hoc versu:

Coeruleam advertit puppim, ripaeque propinquat.

Non profecto a mente Poëtae aberraverit, qui nigram intellexerit: Neque alius stygiae cymbae color esse potuit in nigerrimis undis semper versantis: qua ratione et Iuvenalis, *stygio nigras in gurgite ranas dixit.*

P. 175, 1. *ἵππῳ ἐεισάμενος*] Versus est Homeri *ex Iliad. υ.* in quo male *κυανοχαίτης*, pro *κυανοχαίτῃ*· est enim equi epithetum, et ad vocem *ἵππῳ*, refertur. Celebrantur ibi equae *Erichthonii* Regis, utpote quae tam speciosae fuerint, ut ad eas potiendas Boreas equi figuram induere amoris impatientia coactus fuerit.

Τάων καὶ βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων,
Ἵππῳ δ' ἐεισάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ.

Et *κυανοχαίτης Neptuni* epithetum apud eundem *Homerum* et *Hesiodum* in *Theogonia.*

P. 175, 3. *ἐλέφαντες δὲ μοῦνοι μέλανες*] Rursus omnes elephantos nigro esse colore notat manifesto errore, sed

qui veniam meretur: quia aetate eius nondum satis orbis mediterranea et longinqua erant cognita.

P. 175, 4. *νυκτὶ καὶ θανάτῳ ἴκελοι*] Elephantos valde poëtice ait similes nocti et morti, propter nigredinem: quia nimirum nigredo una omnium colorum, minimum habet lucis; ideoque candori contraria est, qui lucis plurimum continet. Quo fit, ut quemadmodum tenebrae sunt ipsamet luminis carentia in perspicuo: ita nigredo privatio sit albedinis in colorato, ut scribit Aristoteles *lib. de sensu et sensili cap.* 4. *καὶ ὥσπερ τὸ μέλαν, στέρησις ἐν τῷ διαφανεῖ τοῦ λευκοῦ.* etc. Ac ut albedo luci, sic nigredo sit tenebris cognata. Niger igitur color merito nocti similis dicitur, ob eam cognationem: morti vero, quia et mors lucis quaedam privatio est, vel eius quam, dum vivimus, videmus; unde mortui luce carentes dicuntur: vel eius, quam insitam habent spiritus vitales et animales; quibus vita continetur. Apud Petronium *de puero Aethiope,*

Manu puer loquaci
Tinctus colore noctis.

P. 175, 8. *ὃς ἔκρυψε τὸν αὐχένα τοῖσι ὠσί*] In M. S. reperio *τοῖσιν ὤμοισι,* pro *τοῖσι ὠσὶ*, ex qua scriptura suspicor hunc locum debere ita legi, *οἷς,* supple *ὠσί.* (supra enim descripsit Elephanti aures) *ἔκρυψε τὸν αὐχένα σὺν* aut *ξὺν τοῖσι ὤμοισι. Quibus auribus cervicem tegit una cum humeris.*

P. 175, 9. *ὅκως νῆες λαίφεσι*] Melius *ὅκως νηὸς λαίφεσι. λαῖφος* vestimentum: hic pro velo navis accipitur, ut apud Apollonium 2. *Argonaut.*

— — *πουλὺδ' ἐπιπρὸ*
Λαιφέων πεπταμένων τέμνον πλόον ἐνδιόωντες.

Non potuit magis elephanti aurium amplitudinem exaggerare, quam ut eam navium linteis compararet. Itaque et Sidonius Apollinaris de quodam Gnathone *Epistola* 13. *lib.* 3. *Gerit et aures immanitate barrinas.*

Ibid. *κέρατα δέ*] In eorum est opinione, qui ebur cornua esse putant; quorum praecipui sunt, *Varro, Iuba, Pausanias, Oppianus lib. de venatione.* Quibus *Bodinus* in *Commentario* ad eum librum *Plinium*, et *Dionysium Afrum* adscribit: quod *μνημονικὸν* est *ἁμάρτημα.* Ille enim *lib.* 8. *cap.* 3. Iubam reprehendit cornua appellantem: haec sunt eius verba: *praedam ipsi in se expetendam, sciunt solam esse in armis suis, quae Iuba cornua appellat: Herodotus tanto antiquior, et consuetudo melius, dentes.* Hic vero *ἐλεφάντων ὀδόντας* appellat his versibus:

— — — οἱ δ' ἐλεφάντων
Ἀργυφέους πρισθέντας ὑποξύουσιν ὀδόντας.

Quae loca cum luculenta sint, miror, quid *Bodino* acciderit, ut ea non videret. Contra alii longe gravissimi Auctores, *Herodotus*, *Aristoteles Dionysius*, *Plinius*, *Solinus*, *Philostratus*, *Aelianus*, *Isidorus*, *Achilles Tatius* de *Clitophontis et Leucippes amor. lib.* 3. arma illa Elephantorum dentes esse contendunt: ut difficile sit, quid de ea re statuendum sit, videre. Nam et eorum rationes, qui cornua esse volunt, validae sunt: et item eorum qui dentes asserunt: ut omittam auctoritatem *Aristotelis*, et *Plinii*, et aliorum vetustissimorum Scriptorum. Arguit *Pausanias* cornua esse his argumentis: Alcae in superciliis, Aethiopici tauri in naribus cornua habent: quidni igitur in ore habeant Elephanti? Dens nulli animalium iam adulto, cum semel decidit, renascitur: quae autem in ore exserunt arma Elephanti, ea et deponunt statis temporibus, et denuo reparant, sicut cornua aliae animantes: igitur
219 cornua haec, non dentes censenda. Dentes non obediunt igni, neque emolliuntur unquam, nec artibus tractabiles sunt, ut et *Oppianus* ait:

— — ἀκαμπέες εἰσὶν ὀδόντες
Οὐδὲ τέχναις εἴκουσιν. etc.

Contra boum cornua, et Ebur Elephantorum, sic igni emolliuntur, ut quamlibet figuram accipiant. Hoc argumentum ex eo confirmat *Bodinus*, quod alii dentes Elephantorum non eandem habeant naturam, ac illa arma: quod tamen esse oporteret, si essent dentes: quia animalia χαυλιόδοντα, ut Aper, Crocodilus, Hippopotamus, equus ferus, omnes dentes habent eiusdem naturae ex *Aristotele*. Quum ergo horum natura non sit eadem ac aliorum dentium, cornua vere haec censenda sunt, non dentes. Postremo ex inferiore maxilla Hippopotami et Apri dentes exserunt; Elephanti arma e superiore maxilla: sunt igitur cornua, quae a temporibus exorta ita sese per os extrorsum resupinata efferunt. Addit idem *Bodinus*, (quod imprimis validum est) propagines illas non in mandibula superiore radices agere, sed in ipso cranio; et alimenta ex venis cephalicis trahere, ut cornua. Nonnulli et eo argumento utuntur, quia cava sint illa arma; quod alienum a natura dentium. Caeterum haec argumenta non plane persuadent. Quod enim quibusdam animalibus cornua in superciliis, aut naribus fixa sint, hinc non sequitur, et Elephantis cornua in ore esse: Dentes non decidunt aut renascuntur, non omnes fateor, sed neque omnia cornua: par igitur in hoc ambiguitas dentium

et cornuum. Illud autem, arma illa domari ignibus, non reliquos dentes, arguit esse aliquam differentiam horum ab aliis dentium speciebus, quod ultro fatemur: non autem ut excludat eas propagines e genere dentium. Neque obstat quod aliorum animalium *χαυλιοδόντων* dentes sint omnes eiusdem rationis: Cur enim non aliter in Elephantis? Quae sequuntur argumenta de loco unde nascuntur, illae sannae ita explicari possunt, ut dicamus dentium illarum naturam esse mediam inter cornuum naturam, et dentium: ideoque e superiore maxilla prodire atque in cranio radices habere, si vere id retulit *Bodinus:* cavos praeterea esse, et decidere, et igne molliri, quae cornuum naturam sapiunt: ex ore vero emitti, et alia habere dentibus convenientia, quatenus eorum naturam participant, quae sententia est *I. C. Scaligeri* in praeclarissimis illis Commentariis, quos scripsit in libros historiarum de animalibus. Libanius *in disputatione Tuberana* de Dentibus: *De Elephantum*, inquit, *vocato dente adhuc sub iudice lis est, sitne dens potius, an cornu: et affinis est consideratio de dentibus aprugnis. Ad eversiones, incisiones, decorticationes, defensionemque videntur dati. Cum itaque masticatorum dentium finem non habeant, nec respondeat forma; aliud quiddam videntur esse, quam dens, licet ita appellentur.* Potest et argumentum, quod cornua sint illa Elephantorum, capi ex verbis *Ennii*, qui Lucam bovem dicit pro Elephanto, eo versu, *atque prius pariet Locusta Lucam bovem.*

Nam cum (inquit Varro *lib.* 6. *de Lingua Latina*) *nostri maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et Lucani, Pyrrhi bello, primum vidissent apud hostes Elephantos, id est, quadrupedes cornutas; nam quod dentes multi dicunt, sunt cornua; Lucam bovem appellarunt.* Cornutos esse Elephantes *Heresbachius* quoque affirmat *in Thereuticis*, ita scribens: *nihil ex hac bellua vescum, nisi promuscis, et labra, et cornuum medulla.* Adstipulatur et Bodinus in *Theatro naturae lib.* 3. ubi quaerit *Theorus*, quid habeat Elephas prae caeteris belluis? cui respondet Mystagogus; *summam corporis vastitatem, summam prudentiam, summam vitae diuturnitatem: cornuum vero moles interdum tanta est, ut aequare possit pondo* 220. *Th. Cur ita? Quia dentes non a mandibula, sed a cerebro, veluti cornua, et contra naturam dentium in omnes partes flexibilia, promit. Ex his etiam Eborarius circulos, arcus, et omne genus supellectilium instrumentorum conficit, quae fragilis et indomita den-*

tium natura ferre non potest. Eamdem opinionem tuetur Camerarius *meditat. historic. Cent.* 1. *cap.* 25. et *Centur.* 2. *cap.* 96. Haec in utramque partem argumenta proponere visum est, ut eruditi iudicent; et quae iis potior videbitur sententia, hanc sequantur. Absit enim, ut ego iudicis mihi partes inter tantos auctores dissentientes sumam. Verumtamen non dissimulabo, mihi eorum opinionem magis placere, qui arma illa elephantorum, neque plane esse dentes, neque cornua censent, sed naturam mediam.

P. 175, 15. *ὅκως ἐντύσσεσθαι ἐκ τοῦ ὀρθίου ἐνείη*] Crassus vertit; *quo a recto detorqueri liceret:* sed non satis expresse. Nam id vult *Aretaeus*, Cornua Elephantorum non esse admodum recta, sed aliquantum curva; quantum scilicet ut ex recto instrui ad pugnam liceat: hoc est, tantum ex recto incurvantur cornua, quantum opus est, ut fiant arma, quibus animal utatur ad defensionem: *ἐντύεσθαι* enim seu *ἐντύνεσθαι* verbum est derivatum ab *ἔντεα, arma.*

P. 175, 16. *καὶ ἄρασθαι ἄχθος ἐν τοῖσι ὀδοῦσι σιμοῖς*] Quos dentes *simos* narret non video; nisi quae prius cornua dixit, nunc dentes appellet. Aristoteles *ἀνωσίμους* eosdem in maribus, hoc est, resimos et sursum minantes, (sed *ἀνωσίμοὺς* male in excusis codicibus pro *ἀνασίμους*,) appellat *lib.* 2. *hist. cap.* 5.

P. 175, 17. *μῆκος μὲν ὁκόσον ὀργυιήν*] Magnitudinem cornuum Elephantorum ulnae aequalem tradit; quae mensura est sex pedum. Illud scilicet spatium, quod inter am-
220 bas manus expansas intercedit, simul comprehenso pectore ipso. Verum addit, hanc esse eorum mediocrem mensuram: alia enim hunc modum vel duplo excedere. Sed quaeret aliquis, quamobrem postquam *κέρατα* dixit, eorum mox mensuram tradens, nominibus masculinis utatur, *μέσοι, μέζους;* An haec non de cornibus, sed de ipsis Elephantis dicit? non opinor; supra enim de eorum proceritate atque amplitudine egit. An aliqua desunt? et *μεγάλα τὰ κέρατα ἢ ὀδόντες* scripserat? ut proxime postquam cornua appellaverat, addidit; *καὶ ἄρασθαι ἄχθος ἐν τοῖσι ὀδοῦσι σιμοῖς;* nempe ut armorum istorum mediam inter cornua et dentes naturam indicaret. Caeterum Scaliger *Exercit.* 204. iis dentibus octonum pedum longitudinem, *Aloysii Musti* testimonio, assignat: idemque *ex Indicis historiis* refert, duos Elephanti dentes pependisse pondo trecenta viginti quinque: quo ex pondere colligi possit, quanta esset eorum moles. Quin et Vopiscus *in vita Firmi* testatur, hunc habuisse duos dentes Elephanti, pedum denum; e quibus

Aurelianus ipse sellam constituerat facere. Sunt autem naturaliter cavi illi dentes: Ipseque memini me olim vidisse inter supellectilem nobilis Viri *Io. Matthiae Salmatorii*, Pedemontani, avunculi mei, dentem Elephanti in buccinam formatum, foramine aperto in dentis superficie ad inspirandum haud longe a sima eius parte: quoniam haec in acumen desinebat; nec meatum habebat, cui os applicari posset. Erant autem lacerti aliquot per totum dentem insculpti in ipso ebore mira arte, e superficie buccinae non parum exstantes; ut intelligeretur, quanta fuisset dentis crassitudo.

P. 176, 1. *προβολὴν δὲ ἴσχει*] *Μυκτῆρα* communi voce appellat Aristoteles, *lib.* 2. *hist. cap.* 1. et *in* 2. *de partibus: ἔχει δὲ μυκτῆρα τοιοῦτον, καὶ τηλικοῦτον, ὥστε ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν.* Ubi *Scaliger* dubitat, an quia sic nasus omnium animalium appelletur; an etiam ob sonum, quem ea parte edit ceu *μυκασμόν*· unde nostri *Trompe* vulgo appellant. Achilles Tatius *σάλπιγγι* comparat. Philostratus *in vita Apollonii προνομαίαν* vocat, quod ea ad carpendum pabulum utatur: alii *προβοσκίδα*, teste Oppiano, *lib.* 2. *de ven.* et ipso Aretaeo *infra*.

P. 176, 3. *ἑρπετώδεα*] Serpenti similem. Hinc Lucretius *Anguimanos Elephantos* appellat; quod manum, hoc est, proboscidem angui sive serpenti similem habeant.

P. 176, 6. *ἀτὰρ καὶ χερσὶ τῇδε*] Aristoteles *lib.* 1. *hist. cap.* 11. *τοῖς δὲ ἐλέφασιν ὁ μυκτὴρ γίνεται μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς, καὶ χρῆται αὐτῷ ὥσπερ χειρί· προσάγεταί τε γὰρ, καὶ λαμβάνει τούτῳ, καὶ εἰς τὸ στόμα προσφέρεται τὴν τροφὴν, καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηρὰν μόνον τῶν ζώων.* De usu proboscidis Elephantis fuse *Galenus*, et praeclare tradit *lib.* 17. *de usu part.* quem locum ut nimis prolixum adscribere non placuit. Adeat studiosus Lector. Oppiani autem versus, quibus eam partem describit, subiicere libet:

Τῶν δ᾽ ἤτοι μεσσηγὺς ὑπεκπροθέει μεγάλη ῥὶς,
Λεπτή τε, σκολιή τε, προβοσκίδα τὴν καλέουσι
Κείνη θηρὸς ἔφυ παλάμη, κείνῃ τὰ θέλουσι
Ῥηϊδίως ἔρδουσι.

P. 176, 10. *Οὐδὲ τῷ στόματι καὶ τοῖσι σμικροῖσι ὀδοῦσι ἔσθων σάρκας ζῇ*] Corruptus hic locus: quorsum enim, postquam dixit Elephantum proboscide herbam quaerere ad pastum, scribat mox hunc carnibus non victitare; quod satis superque omnibus notum est. Existimo itaque mendum esse in his vocibus *σάρκας ζῇ*, pro quibus *σαρκάζει* haud dubie legendum est: verbum huic loco aptissimum, quod valet, summis labris ac dentibus utrinque commissis

herbam vellere. Galenus *in Exegesi:* σαρκάζειν, κυρίως μὲν τὸ διὰ τῶν χειλῶν δείξεως χλευάζειν. ὁ δὲ Ἱπποκράτης, καὶ τοῖς ἄκροις τοῖς χείλεσι συναγομένοις ἀποτίλλειν τι. Eodem verbo Hippocrates, eademque significatione utitur *libro* περὶ ἄρθρων. ipsamet eius verba adscribam: τά τε αὖ μώνυχα τῶν ζώων, ἅτε ἀμφόδοντα ἐόντα, δύναται μὲν σαρκάζειν, δύναται δὲ ὑπὸ τὴν βραχεῖαν πόην ὑποβάλλειν τοὺς ὀδόντας. Hac eadem emendatione, nostram confirmant, quae de eodem animali scribit Cassiodorus *lib.* 10. *variarum* 30. mire huic loco *Aretaei* congruentia, ceu eum dedita opera interpretari voluisset: *Est enim, ut ita dixerim, praedictae belluae nasuta manus, per quam data suscipit, ut ori suo voranda transmittat. Nam cum sit altum animal, brevissima cervice compositum est: ut quod cibos ex humo non praevalebat carpere, hoc se ministerio videretur posse satiare.* Ubi vox *carpere* est pro σαρκάζειν.

P. 176, 11. πόδες γὰρ εὐμήκεες] Vide citatum locum *Cassiodori.*

P. 176, 16. ἔπειτα ὁκόσα] Post haec verba lacuna est cum asterisco, ut intelligatur aliquid deesse. Quid sit autem istud, haereo.

P. 176, 17. μᾶλλον δὲ τηρεῖ τῇδε ξυνδῆσαι τῷ στόματι] Fortasse ita haec distingui possunt, ut post, τηρεῖ, virgula sit; quod hoc verbum ab ea quae antecedebant referendum sit: dehinc ita legatur, τῇδε (supple, προβολῇ) ξυνδήσας τῷ στόματι ἐντίθησι. etc. sublato commate, quod est post vocem στόματι· quae lectio plana est. *Hac vero,* (inquit) *postquam, quodcunque est illud quod cepit, ori alligaverit, in ventrem deponit.* Inscite *Crassus* τηρεῖ *venatur* reddidit, refragante Scriptura: nisi si aliam Scripturam habuit nostra emendatiorem.

P. 177, 1. ἐπίπροσθεν γὰρ τοῦ ζώου] Scribe ἐπίπροσθεν γὰρ τὸ ζῶον. quia animal ante se hac pascitur. Etymon proboscidis aperit.

P. 177, 7. τὸ (τῷ) στόματι ποταμηδὸν ἐκχέει] In hoc
221 adverbio ἔμφασις est, ad indicandum, quantam vim aquae Elephantus uno haustu ingurgitet. Testatur enim Aristoteles *lib.* 8. *hist. cap.* 9. quemdam Elephantem quatuordecim aquae μετρητὰς, hoc est amphoras Macedonicas, semel hausisse. Est autem Metreta *Graecis* idem quod Cadus *Latinis;* quamquam et cadus vox Graeca, est mensura quaedam liquidorum: cuius quis fuerit modus declarat Dioscorides *lib.* 5. ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες δέκα. *Metreta dicitur decem congii.* Porro decem congii sexaginta sextarios va-

lent; id est, amphoram et quadrantem. Ex quo intelligitur ingentem fuisse hanc mensuram. Quod autem *Aristoteles* non simpliciter Metretas dicit, sed *Macedonicas*, videndus esset modus Metretae Macedonicae; quod aliis investigandum relinquo.

P. 177, 9. *ὀχθώδεας ῥωγμοὺς ἴσχοντα*] Nunc cutem elephanti describit, eam dicens asperam, variisque qua tumoribus, qua fissuris et cavitatibus inaequalem et salebrosam habere; scilicet *ῥωγμοὺς ὀχθώδεας*, hoc est, fissuras cum tumoribus verrucosis atque tuberosis in ea notari. Id enim sonat vox *ὀχθώδεας*, ab *ὄχθος*, quod est *verruca:* et apud Medicos labra ulcerum tumida, callosa, et dura, hoc nomine appellantur. Sic et *Galenus* illam elephantiasi laborantium cutis asperitatem, *τὸ τοῦ δέρματος ὀχθῶδες* appellat *lib.* 10. *simpl. cap. περὶ σαρκὸς ἐχίδνης.* Oppianus autem eodem sensu ipsorum elephantorum *δυσπέπαλον δέμας* dixit *lib.* 2. *de venat.* Eodem spectat illud Plauti *in Militi glorioso:*

Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo:
Neque habet plus sapientiae, quam lapis.

Quoniam quibus carnes, cutisve admodum dura, asperaque est, isti obtuso, hebetique ingenio esse existimantur: quod et *Aristoteles* hac sententia confirmat: *σκληρόσαρκοι ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν.* De eiusdem corii elephantini duritie atque asperitate, testatur hunc in modum Plinius *lib.* 11. *Elephantorum* (inquit) *tergora impenetrabiles cetras habent.*

P. 177, 10. *αὐλῶνας ἐπιμήκεας*] Cassiodorus citato loco: *cutis huius* (elephanti) *ulcerosis vallibus exaratur.* etc.

P. 177, 11. *ἴκελον τὸ ξύμπαν τριποδονίῳ*] Quid est *τριποδόνιον*? portentum id vocabuli, nec explicari potest. Corruptam igitur esse hanc scripturam haud dubium est, modo possimus emendare: coniectura autem; nullum enim in M. SS. quos videre licuit, praesidium: qui eundem errorem habent. *Io. Tarinus* Professor Eloquentiae regius in hac Academia Parisiensi, Varro seu Nigidius huius aetatis, mihi consulenti respondit, *τρίποδι νέῳ,* quod et tripodes lebetesve recens fabricati ex mallei crebris ictibus similes inaequalitates habeant. Quod et si verum est, tamen non adducor, ut credam *Aretaeum* cum tripode aut lebete *νεοκμήτῳ* animalis cutem comparasse. Nimis hoc Hercle remotum est. Ego scissilis palliastri, ut vocat *Apuleius*, fissuras, suturasque asperas et nodos exstantes undiquaque non semel in illis mendicabulis contuitus, *τῷ τριβωνίῳ*, id est, *palliolo obsoleto*, cutis illam asperitatem assimilatam, atque ita posse legi existimavi. Quae coniectura si non

medium scopum ferit, certe non valde aberrat. Sane cum eam *Petro Vattiero* Ducis Aurelianensis quondam Medico, viro *Graece* et *Latine* non vulgariter docto, et linguae *Arabicae* imprimis perito, communicassem, meam illam coniecturam ita accepit; ut ex ea verissimam illico extunderet lectionem; hanc scilicet *τριπτῷ ὀθονίῳ, trito Linteolo.* De qua Lectione non est dubitandum, quin sit verissima. Confirmant eam lectionem Homeri verba, quae leguntur in calce *lib.* 13. *Odyss.* ubi de Pera loquens, *πυκνὰ ῥωγαλέην* hoc est *rimis frequentibus scissam atque asperam* dicit. Quales *ῥωγμοὺς* et in cute Elephanti agnoscit noster Auctor, ut proxime visum est. Quare admodum verisimile est Panni attriti et laceri speciem cogitasse, cui belluae istius corium assimularet.

P. 177, 12. *τρίχες δὲ ἄλλοισι μὲν ζώοισι φύσι, τοιαίδε αἱ χαῖται*] Haec non nihil corrupta sic emendo, *τρίχες δὲ ἄλλοισι μὲν ζώοισι, καὶ αἱ χαῖται.* Mox sequitur *ἐλέφαντι δὲ τόδε ἐστὶ ὁ χνοῦς.* Plana est sententia: aliis animalibus in cute nascuntur pili et setae; elephantis vero pro his lanugo. Minime pilosum esse elephantum testatur et Aristoteles *lib.* 2. *hist. cap.* 1. *ὁ δὲ ἐλέφας ἥκιστα δασύς ἐστι τῶν τετραπόδων.* Item Plinius *lib.* 8. *Durissimum* (inquit) *dorso tergus, ventri molle, setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem praesidium abigendo taedio muscarum,* (*namque id et tanta vastitas sentit*) *sed cancellata cutis et invitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis comprehensas enecant.* Hoc iis pro cauda, iuba, villo est.

P. 177, 14. *ὀπίσω κοτὲ κατὰ γόνυ κάμπτει*] Ita et Aristoteles *lib.* 2. *hist. cap.* 4. testatur id esse singulare Elephantorum generi, quod crura posteriora antrorsum flectunt, ut homines crura: cum aliae puadrupedes retrorsum flectant. Nam pecudes et iumenta, et alia eiusmodi, antrorsum priora, posteriora retrorsum flectunt contrariis flexionibus: quadrupedes vero oviparae, crura flectunt omnia retrorsum. Hac in re igitur Elephanti cum hominibus conveniunt, ab aliis quadrupedibus differunt. Verba *Aristotelis* haec sunt: *τὰς δὲ κάμψεις τῶν κώλων καὶ τῶν ἔμπροσθεν καὶ τῶν ὄπισθεν, ὑπεναντίους ἔχουσί τε ἑαυταῖς, καὶ ταῖς τοῦ ἀνθρώπου καμπαῖς, πλὴν ἐλέφαντος.* Quae cum ita se habere constet in iis *Aretaei* verbis, adverbium *ὀπίσω* non debet coniungi cum verbo *κάμπτει,* quasi diceret flectere retrorsum, sed seorsum legendum; haec vero con-

iunctim, *κατὰ γόνυ κάμπτει, flectit ad genu*, quod idem 222
est, ac antrorsum, quia genu antrorsum prominet.

P. 177, 15. *καὶ μαζὸν πρὸς τῇσι μασχάλῃσι ἴσχει*] Ita et Aelianus *lib.* 4. *de animalibus cap.* 31. *μαζοὶ δὲ αὐτῷ πρὸς ταῖς μασχάλαις.* At Aristoteles *citato loco ὁ δ' ἐλέφας ἔχει μὲν μαστοὺς δύο, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ στήθει, ἀλλὰ πρὸς τῷ στήθει.* Elephantus vero, et si duas tantum mammas habet, tamen non in pectore sed iuxta pectus. *Aretaeus* vero dicit *iuxta alas.*

P. 178, 2. *ἐκίκλησκον δὲ καὶ λέοντα τὸ πάθος*] Infra diminutivo usus est, *λεόντιον.*

P. 178, 3. *τοῦ ἐπισκυνίου τῆς ὁμοιότητος εἵνεκεν*] Quid sit *ἐπισκύνιον* docet Rufus Ephesius *in partium hominis nomenclaturis: αἱ δὲ ἔσχαται* (inquit) *τοῦ μετώπου ῥυτίδες, ἐπισκύνιον, ὅπερ ἐπάγομεν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢν πρὸς ἑαυτοὺς φροντίζωμέν τι ἢ αἰδώμεθα. ἄλλοι δὲ τὸ ὑπὸ τὰς ὀφρύας σαρκῶδες, ἐπισκύνιον ὀνομάζουσι.* id est, *extremae frontis rugae ἐπισκύνιον dicuntur, quod adducimus oculis, cum apud nos aliquid profundius cogitamus, aut pudore afficimur. Atque illud carnosum quod subest ipsis superciliis ἐπισκύνιον appellant.* Eandem vocem explanat hoc modo *Theocriti* Scholiastes *ad εἰδύλ. χάριτες. τὸ σκύζειν κυρίως ἐπὶ λέοντος, ὅταν τὸ ἐπισκύνιον χαλάσῃ ὀργιζόμενος· λέγεται δὲ ἡ τῶν ὀφρύων κάθεσις, ἐπισκύνιον.* Quibus ex verbis patet, ut *σκύζειν*, ita *ἐπισκύνιον* vocem inde deductam, proprie dici de Leone, cum iratus frontem contrahit; quod et Homerus testatur *Iliad. ρ.* de Leone ita scribens:

πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων.

Quod *Papinianus* ita expressit in Sylvis de Leonibus *Domitiani* loquens:

— *et totas duxere in lumina frontes.*

Sed et ipse *Aretaeus* hic, et infra *eodem capite*, ubi hanc ipsam appellationem, cur huic morbo indita sit, docet: *ἐπισκύνιον μέγα ἕλκεται καλύπτειν ὄσσε, ὅκως τοῖς θυμουμένοις, ἢ λέουσι· διὰ τόδε, καὶ λεόντιον κικλήσκεται.* Ita enim legendum *μέγα ἕλκεται*, absque negatione. Hinc illud *Zenodoti* Stoici apud Laërtium de *Zenone* Stoicorum parente in Epigram. *Ζήνων σὺν πολιῷ σεμνὸς ἐπισκυνίῳ.* Quod moribus austeris esset *Zeno* et gravi supercilio.

P. 178, 4. *ἠδὲ σατυρίῃσιν*] Aliud nomen huius morbi tradit, quod est, *σατυρίασις*, et ipsum a similitudine inventum: tum quia in eo malae ut Satyris rubent, tum ob protervam salacitatem, atque impudicam impudentiam, ut loquitur Cicero *in Oratione de Aruspicum responsis;* id

enim est, ἡ ἀφροδισίων ὁρμὴ ἀναίσχυντος. Huius appellationis meminit et Galenus *lib. de tumoribus praeter naturam:* τοῦτο τὸ πάθος, (τὸν ἐλέφαντα) ἀρχόμενον ὀνομάζουσι σατυριασμόν· ἐπειδὴ τοῖς σατύροις ὅμοιοι γίγνονται τὸ πρόσωπον. Idem eius similitudinis rationem explicat *lib.* 2. *de causis morborum* ita scribens: καὶ γὰρ οὖν καὶ ὁ ἐλέφας ὀνομαζόμενος, καὶ ἡ φθόη, φανερῶς ἐξαλλάττουσι τὴν μορφήν· σιμοῦται μὲν γὰρ ἡ ῥὶς, καὶ τὰ χείλη παχέα, καὶ ἀπεξυσμένα τὰ ὦτα φαίνεται, καὶ τὸ σύμπαν ὅμοιοι τοῖς Σατύροις οἱ ἐλεφαντιῶντες γίγνονται.

P. 178, 4. μήλων τοῦ ἐρυθήματος] Ab eodem malarum rubore hunc morbum et φοινίκινον dici ad Hippocratem notat *Galenus* in ἐξηγήσει· φοινίκινος, ἀπὸ τοῦ χρώματος, οὕτως εἰρῆσθαι τὴν ἐλεφαντίασιν ὑπονοήσειεν ἄν τις.

P. 178, 6. ἀτὰρ καὶ ἡράκλειον] Herculeum morbum dici Elephantiasim notat; sed alia ratione ac morbum comitialem. Hic namque eo nomine appellatur, quia *Herculem* ei morbo obnoxium fuisse proditum est. Quod et Aristoteles testatur *sect.* 30. *probl.* 1. διὰ τί πάντες ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες, ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, ἢ πολιτικὴν, ἢ ποίησιν, ἢ τέχνας, φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες· καὶ οἱ μὲν οὕτως, ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι τοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς ἀῤῥωστήμασιν; οἷον λέγεται τῶν τε ἡρωϊκῶν τὰ περὶ τὸν Ἡρακλέα. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔοικε γενέσθαι ταύτης τῆς φύσεως· διὸ καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα τῶν ἐπιληπτικῶν, ἀπ' ἐκείνου προσηγόρευον οἱ ἀρχαῖοι ἱερὰν νόσον. Verumtamen Politianus *Miscel. cap.* 9. negat contra *Theodorum Gazam* interpretem, ex his verbis elici posse, morbum comitialem *Herculeum* appellatum fuisse, sed solum ab Hercule *sacri* nomen traxisse. Illud etiam inquit, diligentius cogitandum, sacerne tantum morbus, an etiam Herculeus, quod de suo *Theodorus* adiecit, appelletur.

Ibid. ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν, οὐδὲ ἀλκιμώτερον] Isidorus *lib.* 4. *cap.* 8. *Elephantiasis morbus dicitur, ex similitudine Elephanti, cuius naturaliter dura, et aspera pellis nomen morbo in hominibus dedit: quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti: sive quia ingens passio est, sicut animal ipsum, ex quo derivatum ducit nomen.* Nullum elephantiasi maiorem esse morbum intelligendum est, ratione habita facultatis, quam is morbus saevis et gravibus Symptomatis affligit, quae infra recensentur: qua mente Aëtius eumdem maximum appellat *lib.* 13. *cap.* 120.

P. 178, 11. ὡς ἔν τι μέγα χεῖμα] Videtur deesse aliquid, scilicet praepositio κατὰ, ut sic legamus: καθ' ἕν τι·

per magnam aliquam hyemem; propter ea quae sequuntur; *εὖτε τὸ ὕδωρ*. etc.

P. 178, 13. *ἢ κρύσταλλον ἢ πάγον*] Non video quam hic differentiam ponat inter *κρύσταλλον*, et *πάγον*, cum utraque vox, glaciem Graecis significat: nisi *πάγον*, pro *πάχνην* accepit. Est autem *πάχνη pruina*, ros concretus. Quin *πάχνην* scripsisse *Aretaeum* suspicor, et ita legendum.

P. 179, 3. *ἀπὸ σκοπιῆς τοῦ προσώπου ἀρχόμενον*] Propter *τῶν μήλων ἐρύθημα*, de quo supra: et a quo hunc morbum *σατυρίασιν* cognominatum fuisse dicit.

Ibid. *τηλεφανὲς πῦρ*] Suid. *τηλεφανὴς, αὐλητής· τηλεφανὴς μακρόθεν φαινόμενος.*

P. 179, 6. *οὐ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀσθενεστάτας τοῦ πά- 223 θεος*] Alludit ad *Aphorism.* 30. *sect.* 2. *περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα.* Legendum autem *πρὸς*, non *περὸς*, ut in excusis codicibus.

P. 179, 11. *ἀναπνοὴ βρομώδης*] Scribe per *ω*. *βρωμώδης*. In hoc quidem distat valde hic morbus ab Elephanto animali: cuius halitum suavissimi esse odoris, et qualem *Indica* aromata spirant; et dolori capitis mederi testatur Achilles Tatius *lib.* 4. *de Clit. et Leucipp. amoribus.*

P. 179, 13. *οὖρα παχέα*] Propter magnam vim crudorum humorum, quos coctio vitiata accumulat.

P. 179, 14. *ἀφροδισίων ὠμῶν τε καὶ ἀπέπτων ἡ ἀνάδοσις*] Non potest consistere haec lectio: quid enim est venereorum crudorum atque incoctorum digestio seu distributio? Distribuuntur alimenta per corpus, non semen genitale: quod etiam ambigo, an nomine *ἀφροδισίων* intelligi posset. Ita enim res Veneris, hoc est, ipse concubitus appellari solet. Tum licet hac voce semen intelligi posset, non tamen, ut dixi, huic convenit *ἀνάδοσις*. Sunt tamen qui *ἀνάδοσιν* hic seminis emissionem interpretantur, ut scriptum ad marginem Latinae editionis *Crassi;* quod nec probandum est: cum huic interpretationi repugnent sequentia. Subdit enim; *καὶ οὔτε τουτέων ἐστὶ αἴσθησις καὶ μελέτη· οὐδὲ γὰρ, οὐδ᾽ ἢν μὴ πέψωσι, γιγνώσκουσι.* id est, *neque horum sensum aut curam habent: propterea quod an minus concoxerint, nec cognoscunt.* Quae quis prioribus illis cohaerere dicat? Quocirca mendum in voce *ἀφροδισίων* cubare oportet; cuius loco *τῶν σιτίων* legere haud dubitem. Sane *ἀφροδισίων* pro *σιτίων* mendose positum facilius credat, qui sciat *τῶν σιτίων* pro *ἀφροδισίων* aliquando scriptum, contrario errore; ut apud Aristotelem *in problemate* 27. *sect.* 4. ubi de iis rebus agens, quibus libido excitatur, sic habet: *ἡ δ᾽ ἐπιθυμία καὶ ἀπὸ τῶν σι-*

τίων καὶ διανοίας γίνεται· ex iis enim quae praecedunt et quae sequuntur, liquet hunc locum ita legi debere: *ἡ δ' ἐπιθυμία καὶ ἀπὸ τῶν ἀφροδισίων*, aut sine articulo, *καὶ ἀπὸ ἀφροδισίων διανοίας γίνεται.* Vult enim Philosophus et sola cogitatione venereorum, homines ad coitum incitari. Nec mihi displiceat sic legi hunc locum: *οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερὰ, οἷον ὑποζυγίου, ἀφρώδεα· σιτίων ὠμῶν τε* etc.

P. 180, 3. *τὸ μεσσηγὺ τῶν ὄχθων ἐῤῥῆτο*] Mendosum et hoc, pro *ἔῤῥηκται*, a *ῥήγνυμι*.

P. 180, 4. *ὅκως τὸ ῥινὸν ἐλέφας*] Lege *ἐλέφαντος.*

P. 180, 6. *οὐκ ἐς πολλὸν δὲ, καὶ ἕδρα δηλοῖ τοῦ παντὸς εἰς ἶσον ὄχθον ἐγειρομένου*] Vitiosa quoque haec lectio: cum ex ea nullus sensus bonus elici possit. Quid enim sibi volunt, et quo spectant haec, *καὶ ἕδρα δηλοῖ?* Lege *οὐκ ἐς πολλὸν δὲ καὶ διάδηλοι τοῦ παντὸς*, etc. Supra dixit *Aretaeus*, initio hunc morbum latere, utpote, qui nullum singulare symptoma, nec pro tanta pernicie, primo tempore ostendat: nunc morbi motum et tractum persequens, subdit; non multo post aegros deprehendi, id est, genus morbi palam fieri, tuberculis per universum corpus erumpentibus.

P. 180, 8. *ψεδναὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κόμαι*] *ψεδναὶ* *Ionice*, idem quod *ἀραιαί.* Ea utitur Homerus *Iliad. β.*

— *ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.*

P. 180, 13. *ῥύπεϊ δὲ συχναὶ, βαθεῖαι*] Lege *ῥυτίδες συχναὶ, βαθεῖαι*, etc. nam de rugis et infra: *ῥυσσοὶ τὸ πᾶν σκῆνος ῥυτίσι τρηχείῃσι.*

P. 180, 15. *ποιωδέστεροι*] *Ionice* pro *ποωδέστεροι.*

P. 181, 2. *καὶ γὰρ καὶ τοῖσι κακοχύμοισι ἱερείοισι*] *ἱερεῖα* generaliter dicta, quaecumque animalia Diis immolabantur. Hic tamen *Sues* privatim intelligi debent: quoniam ita fere eas appellabant, quod saepius immolarentur. Sicut liquet ex *Hippocratis* et *Galeni* monumentis. Illius quidem verba sunt *lib. 4. de victu in acutis: ὕεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων· κράτιστα δὲ τὰ μήτ' ἰσχυρῶς πίονα, μήτε λεπτὰ, μήτε ἡλικίην φέροντα ἱερείου παλαιοῦ.* Nomine enim *ἱερείου παλαιοῦ* Suem *ἔξωρον*, et quae aetatem adultae excessit, intelligit. Galenus autem apertissime *in lib. 2. de temperamentis*, disputans de recens natorum temperamento, humidissimum esse ostendit, porcelli exemplo, quem, *νέον ἱερεῖον* appellat: *ἀλλὰ, καὶ εἰ νέον ἱερεῖον, εἴτε ἐσθίειν ἐθέλεις, εἴτ' ἀνατεμῶν σκοπεῖσθαι, μυξώδη μὲν καὶ πλαδαρὰν εὑρήσεις τὴν σάρκα.* etc.

P. 181, 3. τὰ κρέα χαλάζης ἐστὶ ἔμπλεα] De Suum grandinibus ita scribit Aristoteles *lib.* 8. *hist. cap.* 21. *χαλαζώδεις δέ εἰσι τῶν ὑῶν αἱ ὑγρόσαρκοι, τά τε περὶ τὰ σκέλη, καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον, καὶ τοὺς ὤμους· ἐν οἷς μέρεσι καὶ πλεῖσται γίνονται χάλαζαι· κἂν μὲν ὀλίγας ἔχῃ, γλυκερὰ ἡ σάρξ· ἂν δὲ πολλὰς, ὑγρὰ λίαν καὶ ἄχυλος γίνεται.* Ex quibus verbis patet, *χαλάζας*, sive grandines, in carnibus gigni ex humoris pituitosi et viscidi redundantia: qui per carnes diffusus, paulatim crassescit, ac demum in grandinem concrescit.

Ibid. *ἢν δὲ πολλὸν αἴρῃ τι ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἡ πάθῃ*] Rescribe *ἢν δὲ πολλὸν αἴρηται.*

P. 181, 5. *λειχῆνες ἀπὸ τοῖσι δακτύλοισι*] *λειχὴν*, Latine *impetigo*, vitium est cutis, ut *ψώρα* et lepra: qui affectus cognati sunt, et fere simul recensentur apud Hippocratem, ut *in lib. de affect. λέπρη καὶ κνησμὸς, καὶ ψώρη, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφὸς, καὶ ἀλώπεκες ὑπὸ φλέγματος γίνονται· ἔστι δὲ ταῦτα, αἶσχος μᾶλλον, ἢ νοσήματα.* Sunt qui *λειχῆνα* a Celso *papulam* appellari putant. De causa videndus Galenus *lib.* 5. *cap.* 5. *de med. comp. κατὰ τόπους·* ubi ait hunc affectum nasci ex humore non simplici, 224
sed ex misto tenuibus, serosisque, atque acribus, una cum crassis in unum permistis. Ceterum haec mistio in iis qui atram bilem multam habent, facile locum habet. Nam atra bilis ex se crassa est, sero autem multo tenui atque acri diluta: quo fit ut qui atra bile abundant, ii impetigine foedentur: sicut in 2. *prorrhet.* scriptum: *αἱ δὲ λέπραι, καὶ οἱ λειχῆνες ἐκ τῶν μελαγχολικῶν.* Merito igitur *Aretaeus* Elephantiacorum Symptomata *impetiginem* recenset.

Ibid. *γούνασι κνησμοί*] Non in genibus tantum, sed et in facie pruritus excitatur; quod esse principium elephantiasis, liquet ex *citato libro* et *capite de comp. med. κατὰ τόπους·* ubi talis inscriptio legitur: *πρὸς τὰς ὀχθώδεις διαθέσεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ προσώπου κνησμοὺς, καὶ ἀρχὴν ἐλεφαντιάσεως.*

P. 181, 6. *ἀμπίσχει δὲ ὁ λειχὴν καὶ γένειον, κοτὲ ἐν κύκλῳ*] Celsus *lib.* 5. *cap. ultimo de prima papularum specie: Idque vitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit.* Caeterum id vitium cum a mento oritur, *mentagram* Latine appellatum docet Plinius *lib.* 26. *cap.* 1.

P. 181, 7. *ἐρεύθει δὲ καὶ μῆλα*] Refertur id verbum ad *λειχὴν*, *rubefacit malas.* Male in Crassi versione *rubent malae.*

P. 181, 10. *ὀχθώδεες*] *Ὀχθώδεες διαθέσεις* a Galeno dicuntur in Elephantiacis *citato loco.*

Ibid. *ἐπισκύνιον οὐ μέγα ἕλκεται καλύπτειν ὄσσε*] Quid sit *ἐπισκύνιον*, et cur hic morbus *λέων* aut *λεόντιον* dictus sit, supra a me explicatum est.

P. 181, 13. *ἀλλὰ καὶ νυκτὶ θοῇ ἀταλάντῳ*] Scribe, *ἀτάλαντον*. Refertur ad praecedens, *τόδε*, supple *πάθος*.

P. 191, 14. *ὑπώπια, ῥὶς ὄγκοισι μέλασι, ὀκριοειδέες*] In editione *Henischii*, deest vox *ῥίς*. Iunius vero Crassus videtur *ῥῖνες* legisse, et cum sequenti voce *ὀκριοειδέες*, iunxisse, quae Lectio probanda.

P. 181, 16. *ἔκρινες*] Ita dicuntur, qui magno et prominenti sunt naso: unde verbum *ἐκρινίζω*, *naso suspendo*, subsanno, apud *Lucianum.*

Ibid. *ὀδόντες οὐ λευκοὶ μὲν, δοκέοντες δὲ ὑπομέλανες*] Crassus vertit, *dentes non albi sunt, sed nigricare videntur.* Atqui non haec mens *Aretaei;* sed dentes non esse quidem candidos, videri tamen propter nigredinem reliqui corporis. Ita igitur legenda et distinguenda haec sunt: *ὀδόντες οὐ λευκοὶ μὲν, δοκέοντες δὲ ὑπὸ μέλανος*, prae nigredine aliarum, scilicet oris partium. Deesse aliquid puto.

P. 182, 2. *ἐντομαὶ βαθεῖαι*] Profundae per cutem incisurae: ita et folia ulmi et quercus *ἐντομὰς* habere testatur Theophrastus *lib.* 1. *cap.* 16. *hist.*

P. 182, 13. *μακρόβιόν ἐστι, ὅκως ἐλέφας τὸ ζῶον*] In eo et morbus similis elephanto, quod diu vivit: si quidem vivere est, tam immanem morbum perferre. De longaevitate elephantorum prodit *Aristoteles*, existimari a nonnullis vivere annos fere trecentos, ab aliis ducentos. Verba haec, in *lib.* 8. *cap.* 9. *hist. τὸν δ' ἐλέφαντα ζῆν φασιν, οἱ μὲν περὶ ἔτη τριακόσια, οἱ δὲ διακόσια·* quod et repetit *lib.* 9. *cap.* 46. Aelianus autem *lib.* 4. *cap.* 31. tradit elephanto florem aetatis esse ad annum sexagesimum; terminum vivendi ad ducentesimum. Causam tam diuturnae vitae Bodinus *lib. de Repub.* humori melancholico adscribit; quo naturaliter id animal abundet: eo argumento, quod cervi, corvi, et cornices, quae item melancholica sunt diutissime vivant. Cui sane opinioni ratio suffragatur: is etenim humor et frigiditate sua calorem naturalem temperat, et densitate dissolutioni obstat, et acerbitate corpus constringens, humidum eius foras difflari prohibet: quare et sine alimentis quosdam multum temporis spatium vixisse proditum est. Cardanus *in libris de subtil.* diu vivere elephantos propter bonitatem temperamenti putat, qua nulli quadrupedi alii cedat, tum autem et quia corpore est ma-

gno: quarum rationum elenchum vide apud Scaligerum *Exercit.* 204. *sect.* 2. Mirum vero loquendi genus morbum elephantiasim diu vivere, ut elephantum. Sane vita huius tantum, quod per se subsistit; quomodo igitur morbus dicatur vivere, qui accidens est, nempe mala constitutio actiones laedens? Praeterea morbus vitae adversatur, ut hostis; quippe eius actiones corrumpit, et ita mortem affert; certe via est ad interitum: potius igitur mori qui aeger est, quam vivere censendus est, quatenus aegrotat: sed hoc *χαριέστερον*, ut multa apud *Aristotelem*, ad vivum unguem neutiquam resecanda. Ita enim Poëtam *in* 4. *Aeneid.* ali vulnus, et vivere dicitur: *vulnus alit venis.* Item: *tacitum vivit sub pectore vulnus.*

P. 182, 15. *ἄλγη (ἄλλῃ) καὶ ἄλλῃ, πλανευμένων σιτίων ὄρεξις*] Male haec distincta sunt; male etiam *πλανευμένων* in plurali pro *πλανεύμενον*: refertur enim ad *ἄλγος*, quod supra positum. Itaque post istud participium debet punctum signari.

P. 182, 17. *ἐπιθυμίη λυσσώδης*] Libidinem intelligit, qnam et rabiem appellat Horatius *in carm.* ad anum impudicam: *indomitam properat rabiem sedare.*

P. 183, 4. *ὕπνος λεπτὸς ἀγρυπνίη κακίων ἐν φαντασίῃ*] Haec ita ut excusa sunt non satis intelligi possunt, et corrupta esse suspicor. Ita rectius legantur: *ὑπνὸς λεπτὸς, ἀγρυπνίης κακίων ἐν ὕπνῳ φαντασίη* somnus quidem tenuis; sed et visa in somno ipsa insomnia peiora: quia scilicet dormientes tam tetra et horrenda somniant, ut vehementius terreantur: quod peius esse censet, quam 225
si omnino non dormirent.

P. 183, 6. *νήγρετον ὕπνον ἐς θάνατον εὕδοντες*] Alludit ad illud Homeri:

ὕπνος
Νήγρετος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Petronius Arbiter *in Troiae halosi:*

hic graves alius mero
Obtruncat, et continuat in mortem ultimam
Somnos.

P. 183, 8. *δέος δὲ, καὶ ἀμφὶ μεταδόσιος τοῦ κακοῦ*] Recte; malum enim id imprimis contagio serpit, et in multos funditur; ut etiam Galenus testatur *lib.* 11. *simpl. c. de carne viperae.*

P. 183, 10. *οἱ μὲν ἐς χρόνον ἐπαρήγοντες τῷ λιμῷ· οἱ δὲ, ὡς ἥκιστα σφέας ἐθέλοντες ἐκθανεῖν*] Male haec distincta, transposita etiam. Sic lego, *οἱ δὲ ἥκιστα, ὡς σφέας ἐθέλοντες ἐκθανεῖν. Quidam vel carissimos in locis de-*

sertis et montibus exposuerunt, ad tempus fami subvenientes: alii minime; utpote qui ipsos mori vellent, quod videlicet eos mori, quam in ea miseria vivere, satius ducerent.

P. 183, 16. *ἄλλον δὲ ἰδεῖν ἔχιν ἐς πίθον γλεύκεος*] Similem historiam narrat Galenus *libro* 11. *simpl. C. de carne viperae;* cuiusdam scilicet Elephantiaci, cui cum ancilla vinum dedisset, in quo fortuito vipera suffocata fuerat, sperans eum necatum iri eo potu, morbo praeter spem liberatus est.

P. 183, 17. *πιόντα δὲ (τὲ) τοῦ γλεύκεος ἐς κόρον*] Serpentes vinum appetere testatur Philosophus *lib.* 8. *hist. de Anim. cap.* 4. *οἱ δὲ ὄφεις καὶ πρὸς τὸν οἶνόν εἰσιν ἀκρατεῖς· διὸ θηρεύουσί τινες καὶ τοὺς ἔχεις εἰς ὀστράκια, διὰ τὸ τιθέναι οἶνον εἰς τὰς αἱμασιάς.*

P. 184, 8. *ἐπεὶ δὲ ἔτι ἐν σπέρματι ἡ δύναμις*] *σπέρματος* nomine intelligit partes ex semine concretas, quas Galenus *πεφυκότα μόρια* appellat: in his vim formatricem residere, vel in adultis, *Aretaeus* hoc loco pronuntiat; et *Galenus* hinc confirmat; quod in magnis et cavis vulneribus venae deperditae denuo instaurentur. Plura de carnis viperinae facultate vide infra, in calce libri; ubi de curatione elephantiasis.

EX LIBRO I.

THERAPEUTICON MORBORUM ACUTORUM.

AD PROOEMIUM.

P. 185, 1. *ὀξέων νούσων ἄκεα ξυναφέα*] Ordinem horum librorum insinuat dicens; acutorum morborum curationem, ideis, seu speciebus signorum, quibus morbi illi cognoscuntur, coniunctam esse. Nam ideo Medici morborum causis et differentiis ac signis dignoscendis animum advertunt, ut iis congrua remedia adhibeant: nisi enim morbi natura explorate perspecta fuerit, non potest recte curari. Postquam igitur morborum acutorum, et diuturnorum causas et signa tradidit, mox ad horum ipsorum remedia et curationes transit, totidemque libris ea persequitur.

P. 185, 6. *ἐν τοῖσι ἀμφὶ πυρετῶν λόγοισι λελέξεται*] Hic pollicetur *Aretaeus* de febribus se Tractatum editurum; quod an praestiterit, scire non possumus: si praestitit, et exstat alicubi, optare superest, ut exeat in lucem: si non praestitit, aut non exstat illud opus, iacturam tantam ut defleamus.

P. 186, 2. *μηδὲ μακρηγορέειν ἕτερα ἐν ἑτέροις γράφοντα*] In eos qui easdem res variis locis et alienis inculcant, quod factum ab *Hippocrate* et *Galeno* liquet iis qui eius libros *πεπατήκασι*.

Ad Caput I. *περὶ θεραπείας φρενιτικῶν.* *De Curatione Phreniticorum.*

P. 186, 6. *ἐν οἴκῳ εὐμέτρῳ*] *οἶκον εὔμετρον* appellat cubiculum mediocriter spatiosum; hoc est, neque nimis amplum, neque nimis angustum: illud enim nimia prospectus amplitudine spiritus sursum in adspectum evocat: in hoc aër non satis perflatur, eoque est tepidus.

Ibid. *εὐκρήτῳ*] Addit debere esse temperatum: cur autem non frigidum? Ita enim febri acutae atque inflammationi magis resisteret? An quia frigus, ambientis constrictis cutis meatibus, halituum fervidorum perspiratum impediret, atque ita augeret per accidens inflammationem? Ita quidem censet *Alexander Trallianus*. Ceterum prudentiores de ea re ita statuunt; debere esse aërem actu quidem et formaliter temperatum: interim herbarum idonearum vaporibus ita comparari, ut sit potestate frigidus, ac inspiratione, morbi incendio mederi possit: quae et sententia est *Avicennae*, his verbis: *et oportet ut in domo eius, et iuxta ipsum sit multitudo redolentium frigidorum.*

Ibid. *χειμῶνος μὲν ἐν ἀλέῃ, θέρεος δὲ ἐν ψύχεϊ νο-* 226
τέρῳ] Ut accentus est ultimae dictionis, videretur coniunctim legendum, *ἐν ψυχεινοτέρῳ*, *frigidiore*, nempe cubiculo, a voce *ψυχεινὸς*, quae idem quod *ψυχρὸς* significat. Verum, quia prius *ἐν ἀλέῃ* dixit, cui sane haec respondent *ἐν ψύχεϊ νοτέρῳ*, malim haec separatim legi, ut excusa sunt: sed tunc non recte accentus acutus signatus in penultima; qui debet circumflexus esse in ultima *νοτερῷ*. Quod ad sententiam attinet; videtur noster sibi ipsi contradicere, qui hic hyeme tepidum aërem, aestate frigidum et humidum requirat, quem modo temperatum debere esse dixit. Sed non ita est: comparate enim tepidum, et frigidum dicit. Nam si aërem temperatum hiberno et gelidiori compares, tepidum recte dices: si aestivo calori, frigidum.

Et eodem quidem sensu, *Aëtii*, vel potius *Posidonii* verba accipienda sunt *Tetrabibl.* 2. *cap.* 2. *Aeger* (inquit) *decumbat; hyeme quidem in domo tepida, aestate vero frigida.*

P. 186, 9. ὀξυήκοοι γάρ] Calorem, licet praeter naturam, tamen nonnullas functiones vegetare, haud absurdum est, maxime quae animales dicuntur; sensum videlicet et motum. Et ratio est, quia eiusmodi functiones, spirituum ope, perficiuntur: quos calor ille mirum in modum acuit, splendidos et ad impetum faciendum habiles reddit. Quo fit, ut ad instrumenta sensuum promptius veniant, magisque ipsa intendant: maxime vero auditum intendit, dum partes, quibus sonos percipimus, impensius exsiccat: facit enim maxime ad auditum siccitas instrumenti, auctore Hippocrate *lib.* περὶ σαρκῶν· ubi de auditus instrumento agit: ὅτι ξηρότατον, inquit, ἠχεῖ μάλιστα.

P. 186, 10. ἤδε ψόφου καθαπτόμενοι] Hippocrates *in Coac. cap.* 2. *sent.* 21. οἱ δὲ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι.

Ibid. τοῖχοι λεῖοι, ὁμαλοὶ, μηδ' ὑπερίσχοντες, μηδὲ ἄχναι] Quia minima inaequalitas in pariete eorum imaginationem ita excitat, ut varias inde sibi effingat Figuras animalium, aut aliarum rerum: ut de febricitantibus testatur Philosophus *libro de insomniis cap.* 2. διὸ καὶ τοῖς πυρέττουσιν ἐνίοτε φαίνεται ζῶα ἐν τοῖς τοίχοις, ἀπὸ μικρᾶς ὁμοιότητος τῶν γραμμῶν συντιθεμένων. etc. id est, *ideo et febricitantibus interdum animalia videntur in parietibus, a modica similitudine linearum compositarum.*

P. 186, 11. ἐρεθιστικὸν γὰρ τοιχογραφίη] Matthaeus Gradus: *sit etiam Camera bene disposita, nuda picturis* etc. *Quia*, inquit, *infirmi multum imaginantur, et diligunt intueri in illis figuris, et sic multum laborant.* Addit neque vestes variis coloribus distinctas iis obiici debere, quod varias inde concipiant imagines. Coelius Aurelius *lib.* 1. *cap.* 9. *Sit etiam* (locus) *sine ullo picturae figmento: ne visa aegri ex picturis mente accipientes, quae Graeci phantasmata vocaverunt, plus asperentur, aut in risum solvantur.*

P. 186, 13. ἀμφαιρέουσί τινα ψευδέα ἰνδάλματα] Legendum plane, ut ad marginem editionis *Henischii* scriptum est, ἀμφαιωρέουσι, *suspendunt*, supple τοῖχοι γραφῇσι εὔκοσμοι.

P. 186, 14. καὶ τὰ μὴ ἐξίσχοντα ἀμφαφόωσι ὡς ὑπερίσχοντα] Supple νοσοῦντες· hoc κροκυδίζειν, et ψηλαφᾶν Medici appellant. Galenus *lib.* 4. *de loc. aff.* de se ipso

acute febricitante: *πυρέττων γὰρ ἐν θέρει πυρετῷ διακαεῖ, τῆς τε κλίνης ἐξέχειν τινὰ κάρφη κατὰ τὴν χρόαν ὀρφνώδη, καὶ τῶν ἱματίων ὁμοίας κροκύδας ἐνόμιζον· εἶτ᾽ ἀφαιρεῖν μὲν αὐτὰς ἐπεχείρουν.* etc. Ac tunc non erat quidem phreniticus *Galenus*; sed tamen ardenti febre laborabat, quae non longe a phrenesi abesset: ut ex iis, quae ibidem scripta sunt, patet. Noster post paulo *ἐν ψιλοῖσι τοῖσι στρώμασι· ὡς μὴ κροκυδίζειν ὑπόμνησις ἔοι.* Coelius *lib.* 1. *cap.* 5. *de discernenda Phrenitide: Ab aliis deliriis ita discerni vel internosci potest, cum neque crocidismum in aegrotantibus viderimus, quod est ex operimentis fimbriarum veluti decerptio; neque carphologiam, quae est festucarum levium a parietibus veluti detractio, quam necesse est Phreniticos facere.*

P. 187, 4. *μάλα γάρ τοι σπῶνται φρενιτικοί*] Ob siccitatem immodicam: calor enim vehemens nervos torrens contrahit ad suum principium: in quo consistit natura convulsionis. Idem Hippocrates testatur *Coac. cap.* 2. *sent.* 21. *φρενιτικοὶ τρομώδεες ἢ σπασμώδεες.*

P. 187, 7. *κατάκλισις ἢ ἐν ζόφῳ, ἢ ἐν φωτὶ πρὸς τὸ νόσημα τεκμαρτέη*] Phrenitici in tenebris an in luce habendi sint, ex ipso morbo aestimandum censet: quod cuiusmodi sit, *Cornelius Celsus* plane *Aretaeo* congruenter declarat *lib.* 3. *cap.* 18. quem locum elegantissimum adscribere operae pretium est: *Fere vero Antiqui tales aegros in tenebris habebant, eo quod eis contrarium esset exterreri, et ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid iudicabant. At Asclepiades, tanquam tenebris ipsis terrentibus in lumine habendos esse dixit: neutrum tamen perpetuum est. Alium enim lux, alium tenebrae magis turbant; reperiunturque in quibus nullum discrimen deprehendi, vel hoc, vel illo modo possit. Optimum itaque est utrumque experiri; et habere eum qui tenebras horret, in luce; eum qui lucem, in tenebris. At ubi nullum tale discrimen est, aeger si vires habet, loco lucido; si non habet, obscuro continendus est.* Eadem ferme Aëtius *Tetrab.* 2. *cap.* 2. et Coelius Aurel. *lib.* 1. *cap.* 15.

P. 187, 15. *μειλίγματα γὰρ θυμοῦ σιτία*] Causam quamobrem cibus animum demulceat, Plinius in hunc modum tradit *lib.* 22. *cap.* 24. ubi de mulsa agit: *Hunc potum bibendum alsiosis* (invenio) *item animi humilis et* 227
praeparci, quos illi dixere micropsychos. Est et ratio subtilitatis immensae a Platone descendens: corpusculis rerum laevibus, scabris, angulosis rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus: ideo non eadem

omnibus amara aut dulcia esse: sic et in lassitudine proniores esse ad iracundiam, et in siti. Ergo et haec animi asperitas seu potius animae, dulciore succo mitigatur. Lenit transitum Spiritus, et molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique, nullius non ira luctusque tristitia, et omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoque observanda sunt quae non solum corporum medicinam, sed et morum habent. Ita quidem Plinius ex sententia *Platonis,* qui mihi respexisse videtur ad ea, quae summus ille Philosophus in *Timaeo* disserit de causis saporum, et voluptatis aut molestiae, quam ex iis percipimus; de qua ratione non est nunc tempus disputandi. Id quod ad ciborum congruentium potestatem attinet, ad mores mutandos, haec quidem pluribus exemplis confirmari potest. Quippe Claudio Caesari iram epulis ita mitigatam, ut *Messalinae* flagitii prope oblivisceretur, auctor est Tacitus *lib.* 11. *Annal.* his verbis: *Claudius domum regressus, et tempestivis epulis delinitus.* etc. Sed et in Literis Sacris, Ruth 3. *cumque comedisset Booz, et bibisset, et factus esset hilarior.* Quin apud *Hebraeos,* cibos fuisse proprios lugentium, quibus tristitia eorum levaretur, legimus apud Ezechielem *cap.* 24. Lucretius *lib.* 5.

Haec animos ollis mulcebant, atque iuvabant
Cum satietate cibi: nam tunc sunt omnia cordi.

P. 188, 6. *τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι μάλιστα τὴν μέσην*] Venam eam intelligit, quam *medianam* Barbari vocant. Eadem ad verbum Aetius *citato loco.*

P. 188, 9. *ἢν δὲ προσωτέρω τοῦ δέοντος χρόνου ἑκταίῳ ἐόντι, ἢ ἑβδομαίῳ ἐῇν (ἔῃν)*] Intra primam Crisium periodum, nempe diem quartum, vena ut secetur, praecipit: sin dilirium non nisi sexto aut septimo accidat, ut omittatur: eoque spectant haec *Aetii* verba, citato loco. Quod si ob aliquam causam, venae sectionis auxilium relinquatur, per clysteres ventrem evacuare oportet. Ex quibus patet, veteres in sanguine Phreniticis mittendo cautos valde olim et circumspectos fuisse: quando et *Asclepiades* sanguinem iis mitti perinde esse dixit, ac si trucidentur; quod scilicet nulla iis febris remissio fieret. Quod etsi *Celsus,* qui id refert, non probat; eum tamen etiam in ea re oppido circumspectum fuisse, ex verbis eius hisce colligi potest: *quod si vires aegri patiantur, sanguis quoque mitti debet.*

P. 188, 12. *μὴ πολλὸν ἀφαιρέειν*] Non multum sanguinis iis detrahendum est, quia sanguine opus est ad vires sustentandas, quas febris incendium, et ipsius delirii

agitatio, tum vigiliae assiduae dissipant: quo fit ut in Syncopen facile incidant; quod his verbis mox docet: *φρενῖτις γὰρ εὔτρεπτον ἐς συγκοπὴν κακόν.*

P. 188, 15. *οἶδε οὐ τῆς φρενίτιδος ἔασι οἱ λογισμοί*] Iis quidem qui sanguine abundant, iuvenesque sunt, et ex ingluvie et crapula morbum contraxerunt, multum sanguinis recte mitti concedit, sed non ratione morbi: quando et citra Phrenitidem, cum febriunt, minuendi ampliter sunt, qui corpus humorum plenitudine oneratum habent.

P. 189, 1. *ἢν ἐξ ὑποχονδρίων*] Phrenesim ex hypochondriis videtur intelligere, quam inflammatio septi transversi accendit: ibi enim id septum praetensum est. Atque eo casu audentius sanguinem mitti posse autumat, quod ibi principium sit vitae et sanguinis: caput sit locus sensus et nervorum originis; quod potius sanguinem aliunde mutuari habet, quam aliis largiri.

P. 189, 17. *ἐπιξηρότεροι γὰρ πυρετῶν μούνων*] Ratio est, quia praeter febrem, quae exsiccat, ex delirio insuper iactantur, vociferantur, vigilant.

P. 190, 1. *οὐδὲ μελίκρητον, ἢν μὴ χολώδεες ἔωσι· εὔπεπτον γὰρ τοῖσι πικροχόλοισι*] Hic locus mihi olim mendi suspectus fuit: utpote quo, praeter sententiam *Hippocratis*, mulsa biliosis commendatur, ut familiaris et *εὔπεπτος*. Verba Hippocratis in *libro de victu in acutis* haec sunt: *μελίκρητον δὲ πινόμενον, διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι, καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειον ἢ τοῖσι, οὐ τοιούτοισι.* Sed et Galenus *lib. 7. Meth.* *ἔστι μὲν δὴ καὶ μελίκρατον εἰς ἁπάσας τὰς εἰρημένας ἐκκρίσεις ἐπιτήδειον· ἀλλ' οὔτ' ἄδιψον, ὥσπερ ἡ πτισάνη, κἂν ταῖς πικροχόλοις φύσεσιν ἐκχολοῦται ῥᾳδίως.* At noster non esse dandam mulsam ait: *ἢν μὴ χολώδεες ἔωσι· nisi biliosi fuerint.* Auget dubitationem, quod Plinius *lib.* 22. *cap.* 24. mulsam dari solitam refert iis, qui animi humilis et praeparci, quos illi dixere *micropsychos:* quales multum a biliosis et picrocholis, et maxime a Phreniticis abesse putandi sunt: hi enim acutis et saevis humoribus flagrant, audacissimique sunt et iracundi; illi frigidi et segnes. Itaque non immerito aliquis hunc locum mendi suspectum habeat. Paucis autem mutatis sic mihi videtur restitui posse: si prorsus deleatur negativa *μὴ*, et pro *εὔπεπτον*, legamus, *ὕποπτον*, *suspectum;* et fiat haec sententia: *οὐδὲ μελίκρητον, ἢν χολώδεες ἔωσι· ὕποπτον γὰρ τοῖσι πικροχόλοισι. Neque mulsa danda est, si sint biliosi: haec enim in iis, qui multam amaram bilem colligunt, suspecta est.*

P. 190, 2. *χόνδροι πλυτοί*] *χόνδρος granum* significat: sed hic et passim in libris Medicorum pro genere tritici accipitur. *Χόνδρος* enim, ut dixi, granum seu semen dicitur: fitque ex Zea, tritico eximio. Ita igitur scribit Plinius
228 *lib.* 18. *cap.* 8. *Qui Zea utuntur non habent far.* Est et haec *Italiae* in *Campania* maxime, semenque appellatur. Addit huius causa Homerum *ζείδωρον ἄρουραν* dixisse. Idem *cap.* 11. *Alica fit e Zea, quam semen appellavimus.* Dehinc modum tradit alicae conficiendae, quam *lib.* 22. rem esse *Romanam*, neque antiquiorem *Pompei Magni* aetate docet: tum quod ad rem pertinet, eximie utilem esse; *sive eluta detur ex aqua mulsa, sive in sorbitiones decocta, sive in pultem.* Ex quibus verbis patet, alicae elutae praecipuum usum fuisse in sorbitionibus aegrorum. Quod et Galenus testatur *lib.* 1. *de alimentis cap.* 6. his verbis: *μάλιστα δὲ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς σκευαζομένοις ῥοφήμασιν ἐκ τοῦ καλουμένου πλυτοῦ χόνδρου.* Ubi notanda vox *καλουμένου*: qua intelligitur in usu tam frequenti fuisse *χόνδρον πλυτὸν*, ut eo nomine vulgo appellaretur.

Ibid. *ἀγαθὸν δὲ, καὶ ἐκ τῶνδε ῥοφήματα*] De modo parandi sorbitiones ex alica lota, vide Galenum *citato loco.*

P. 190, 5. *σύμφορον δὲ φρενιτικοῖσι οὔρησις*] An quia bilis tenuis, qua maxime Phrenitici abundant, per urinas commodius vacuatur? An quia calor pituitam et sanguinem liquat, quod sane indicat Hippocrates *lib.* 2. *de morbis*, ita scribens: *οὐρέεται πολλὸν, ὅταν ὑπερθερμανθῇ ἡ κεφαλή· τήκεται γὰρ ἐν αὐτῇ τὸ φλέγμα.* etc. Aut quia id vacuationis genus morbis capitis praecipue accommodatum.

P. 190, 10. *πτισάνης δὲ χυλός*] Ptisanae succus est, quem Latine *cremorem ptisanae* dicimus. Hippocrates adiecto epitheto *πτισάνης χυλὸν λεπτὸν* appellat *lib.* 3. *de morbis*; cuius parandi modum tradit, *lib. de victu in acutis*: *κριθὴν δι' ὀθονίου διηθεύοντες τὸν χυλὸν διδόασι.* Ptisanam vero ipsam non colatam *παχείην πτισάνην* idem appellat *eodem loco* et *πτισάνας ἀδιηθήτους*, et *κριθώδεα πτισάνην.*

P. 190, 13. *καὶ μικρόν τι πρὸ τῶν κρισίων*] Sumpta haec et quae sequuntur de moderando victu Phreniticorum ex prioribus Aphorismis *sect.* 1.

P. 190, 15. *σιτώδεα διδόναι*] *Σιτώδεα* appellat, quae multum nutriunt.

Ibid. *εὖτε καὶ κρεῶν ἀκρέων*] Galenus aegris reficiendis porcorum pedes in ptisana exhibebat *lib.* 7. *Method. Med.* Nota obiter elegantiam ex vocum similitudine, *κρεῶν*

ἀκρέων, Paronomasiam vocant Rhetores; ut δῶρα ἄδωρα· βίος ἄβιος.

P. 190, 16. καὶ πετεινῶν χρέος] Avicularum praescribit carnes, ut minus excrementi habentes, et concoctu faciliores: sed hic dubitatio eadem mihi incessit, quae olim apud Galenum; cum *lib.* 8. *Method. cap.* 2. ubi de victu eorum, quos πικροχόλους Graeci vocant, nempe multam amaram bilem gignentium, disputat; iis primo loco perdices in victu imperat, et montanas aviculas, quas στρουθοὺς appellat: ἐκ δὲ τῶν πτυνῶν, ἄριστοι μὲν οἱ πέρδικες ἅμα τοῖς ὀρείοις ἅπασι στρουθοῖς· ἐφεξῆς δὲ ἀλεκτορίδες καὶ φασιανοὶ, καὶ νέαι περιστεραί. Causa cur dubitem est, quia eiusmodi aves sunt aliis sicciores, et succi tenuioris: quas proinde Galenus *lib. de attenuante victu cap.* 8. iis praescribit, qui victu eiusmodi humores attenuante indigent. At nullis minus eiusmodi victus, quam πικροχόλοις convenit: qui potius refrigerari atque humectari debent. Accedit quod Hippocrates, 6. *Epid.* aves esse biliosas, hoc est, bilem, si edantur, gignere, hac sententia docet: ἡ χολὴ οἷον εἶπον περὶ τῶν ὀρνίθων, ὅτι χολώδεες. Pedestrium igitur animalium carnes iis viderentur utiliores; aut saltem domesticarum avium, quae minus siccae sunt, ut gallinarum; quas tamen perdicibus et montanis aviculis postponit, eo loco, Galenus. Ad hoc responderi potest, *Galenum* non simpliciter biliosis naturis perdices, et montana avitia commendare, ut semper iis utantur, sed a morbo convalescentibus. Eiusmodi autem non possunt non esse utilissimae, licet paulo sicciores; quia omnium minime excrementosae sunt: ex qua re multo plus commodi convalescentibus praestatur, quam incommodi ex siccitate: idque ex sequentibus *Galeni* verbis colligi potest. Postquam enim gallinas, phasianos, et iuniores columbos nominavit, de eorum educatione addit, non debere eos intus, hoc est, domi includi, quod sic fiant excrementitii: μὴ κατείρχθω δ' ἔνδον μὴ δὲ ταῦτα· περιττωματικὰ γὰρ ἅπαντα τὰ ἀγύμναστα. Porro Noster eiusmodi aves non tostas, quo pacto nimium exsiccarent, sed τοῖς χυλοῖσι, succis ptisanae scilicet diu ad tabem usque elixatas exhibet: qua praeparatione, earum vim siccandi non parum emendari palam est.

P. 191, 1. ἰχθύων οἱ πετραῖοι τῶν ἄλλων εἰς κρέσσον ἔστων] ἔστων pro ἔστωσαν, Imperativus pluralis in *Attica* dialecto, quae eadem ferme est *Ionicae.* Crassus ita vertit: *ex piscibus saxatiles aliis praestantiores sint.* Ego deesse quidpiam arbitror, puta vocem κράτιστοι, aut simile quidpiam, ut fiat colon periodi ἰχθύων οἱ πετραῖοι κράτιστοι·

tum aliud esto colon; *τῶν ἄλλων εἰς κρέσσον ἔστων·* sed tunc pro *ἔστων*, legendum *ἔσθων*, hoc est *ἐσθωσαν edant*, a verbo *ἔσθω*, quod item ut *ἐσθίω* usurpatur. Et fiet haec sententia: piscium quidem praestantissimi, qui saxatiles dicuntur: ex aliis autem, ut quisque melior erit, edant. Ceterum pisces *πετρώδεις*, hoc est, *saxatiles* ex marinis dicuntur, qui non in laevibus, aut arenosis, aut terreis litoribus, sed in saxosis promontoriis, atque inter saxa delitescunt ac pariunt: cuiusmodi sunt scarus, merula, turdus, iulia, fuca, perca, auctore Galeno *lib.* 3. *de alim. cap.* 28. Atque eiusmodi saluberrimi censentur, quia in aquis purissimis versantur, et fluctuum ad saxa agitatione magis exercentur.

229 P. 191, 2. *ἄλλη γὰρ ἄλλας φέρειν ἰχθύων ἰδέας*] De Piscium bonitate, secundum regiones, vide fragmentum elegans Ennii *Hedypatheticorum* apud Apuleium *Apolog.* 1. et in *Appendice Maronis*, quam edidit *Ios. Scaliger.*

P. 191, 3. *ὀπώρας οἰνώδεος ὑποστέλλεσθαι*] Nomine *ὀπώρας*, fructus intelliguntur autumnales, qui post *ὡραίους* scilicet ad maturitatem perveniunt: *ὀπώρα* autem *οἰνώδης*, qui ex iis fructibus, saporem habent vinosum, hoc est, dulci et acido mistum. Hos ideo removet a victu phreniticorum, quia caput et eius membranas feriunt: *κεφαλῆς γὰρ* (inquit) *καὶ φρενῶν ἅψιν ποιέει.* Cuius ratio est, quod instar vini bulliant in stomacho, et sic vapores crassos ad caput tollant. Proinde ubi stomachi, aut virium reficiendarum causa necessarii videntur, in mulsa coqui, aut in pasta assari, si sint ex malorum genere, praecipit: alios autem macerari aqua calida, ut saporem vinosum exuant, nisi vires aliud indicent.

P. 192, 6. *καιρὸς δὲ πάσης τέγξιος, πλὴν τῆς ἐσβολῆς τοῦ παροξυσμοῦ*] Fortasse legendum, *καιρὸς δὲ πᾶς τέγξιος*, aut *πᾶς τῆς τέγξιος.*

P. 192, 11. *ἢ κονύζης ἑψήματι*] *κονύζης* nomine, quae herba intelligenda sit, dubium certe est. Quae enim eo nomine describitur a Dioscoride, *lib.* 3. ea ad irrigandum fovendumve caput phreniticorum bona esse non dicitur: et non tacuisset ille autor, qui usus medicamentorum tam diligenter exsequitur, si Medicis ad talem usum expetita olim fuisset. Quare nonnulli *Persicariam* interpretati sunt, ut in quodam libro notatum ad marginem vidi: quae nec mihi placet interpretatio; utpote nullo nixa fundamento. Dicam quod mihi in mentem venit: nec levis certe coniectura haec est, *κόνυζαν* hic positam pro eo frutice, quem Graeci *ἄγνον* aut *λύγον* appellant. Nempe hunc et *κόνυζαν* olim

vocatum fuisse ex iis, quae Scholiastes *Theocriti* notat, intelligi potest; ad hos scilicet versus *Idyllii*, quod est inscriptum *Θαλύσια*.

Χ᾽ ἁ στιβὰς ἑσσεῖται πεπυκασμένα ἔς τ᾽ ἐπὶ παχὺν
Κνύζᾳ τ᾽ ἀσφοδέλῳ.

Verba ibi Scholiastae haec sunt: *τὴν κόνυζαν, κνύζαν εἶπεν· ἔστι δὲ φυτὸν ψυκτικώτατον. ἔνθεν καὶ ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστρωννύουσι τὸ φυτόν· τὴν θερμότητα τὴν κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐκκόπτοντες.* Quibus verbis plane idem tribuit *conyzae*, quod Dioscorides *vitici: ὠνόμασται δὲ ἄγνος* (inquit) *διὰ τὰς ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας, εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ.* Quod autem decoctum *τῆς ἄγνου* infundi soleret capiti Phreniticorum, (quod hic iubet *Aretaeus*) testatur idem Dioscorides *eodem loco: καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν τε καὶ φρενιτικῶν, ἐμβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ.*

P. 192, 12. *ἢ κροκίνῳ*] Id quoque unguentum ad eandem opem commendat Cornelius Celsus *lib.* 3. *cap.* 18. *Prodest ad somnum inducendum, atque etiam ad mentem ipsam componendam, crocinum unguentum cum irino in caput datum.* De hoc unguento vide *Dioscoridem.*

P. 193, 2. *ἐν λείπασι*] *Λίπαϊ.*

P. 193, 7. *βαρὺ δὲ καὶ νωθὲς, ἥπερ ὕπνου ἀρχὴ*] *ὁμίχλη* proprie nebula est, quam sic definit Auctor *libri de Mundo: ἔστι δὲ ὁμίχλη, ἀτμώδης ἀναθυμίασίς τις, ἄγονος ὕδατος, ἀέρος μὲν παχυτέρα· νέφους δὲ ἀραιοτέρα.* Recte autem spiritum nebulosum principium somni facit: talem enim esse evaporationem illam, quae somnum efficit, testatur Aristoteles *libro de somno et vigilia:* nempe *τὴν τρόφιμον ἀναθυμίασιν καὶ μὴ νοσώδη.* Eo allusisse *Ovidius* in antri somni descriptione, videri potest, his verbis:

— *nebulae caligine mistae*
Exhalantur humo.

P. 193, 13. *κνήσι ὤτων τε καὶ κροτάφων δάμνονται*] Tactu ac fricatione aurium et temporum ferarum iram mansuescere ait, nedum hominum furorem. Hinc vox *mansuescere*, quasi *manu assuescere*, et cicurari. Aristoteles *lib.* 9. *hist. de Anim. cap.* 1. *καὶ τιθασσεύεται θᾶττον, καὶ προσίεται τὰς χεῖρας μᾶλλον.* Tum de equo Virgilius 3. *Georg.*

— *et plausae sonitum cervicis amare.*

P. 193, 14. *ναυτίλῳ μὲν ἡ ἐν ἀκάτῳ κατάκλισις*] Ex *Relationibus Americanis P. P. Soc. Ies.* quidam ex ipsis, qui diu apud istos Barbaros humi cubare assuevisset, postquam ad suos redierat, in cubili quiescere non potuit, do-

nec ad somnum capiendum, in nuda humo, ut solitus fuerat, corpus componeret. Tanta est in omnibus vis consuetudinis. Quo facto confirmabatur plane quod Hippocrates dixit *libro de victu in acutis:* *κοίτη ἡ παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ πόνον ἐμποιέει καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος.*

P. 193, 16. *καὶ θαλάσσης καὶ νηὸς ὀδμή*] Huc spectat Historia quaedam in *Zacuti Lusitani observationibus;* quam ipsius verbis referre libet: *Quum Lusitaniae Rex Sebastianus ex Conimbrica Olysipponem proficisceretur, quoddam oppidum maritimum pertransiens, tanto gaudio ab oppidanis excipiebatur, ut passim in foribus suae quisque domus odores suffirent: viae autem qua transiret floribus sternerentur, ac totus denique aër suffitu, organis musicis, et populi exsultantis plausu arderet. Cui turbae cum se quoque piscator quidam visendi cupidus immiscuisset, subita vertigine correptus, ita concidit, ut pro apoplectico in proximum tectum deferretur: qui a Medi-*
230 *cis ibi consuetis remediis multum vexatus, non tamen ad se redire poterat. Tum Rex, misericordia motus, eo Thomam a Veiga, Archiatrum suum misit: qui intellecto ut ille miser concidisset, suspicatus, id quod erat, eum inusitata thymiamatum fragrantia in id malum incidisse, illico eumdem in littus transferri iussit, atque ibi limo, et alga totum integi: quod cum esset factum, brevi homo consueto odore recreatus convaluit.*

P. 193, 17. *μουσικῷ δὲ ἐθισμὸς αὐλῶν*] Mira vis consuetudinis, qua fit ut incentio tibiarum, quae alios excitat; consuetis earum sonitum audire, somnum provocat. Cornelius Celsus: *quorumdam discutiendae tristes cogitationes, ad quod Symphoniae et Cymbala, strepitusque proficiunt.*

P. 193, 18. *ἢ πυκτίδος*] Scribe *πηκτίδος.* Est autem *πηκτὶς* genus Citharae. Suidas: *πηκτὶς, εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ.*

P. 194, 1. *διδασκάλων δέ*] Scribe *διδασκάλῳ δὲ,* Ludi Magistro puerilium fabellarum narratio animum demulcet, et somnum conciliat.

Ibid. *ἄλλοισι δ' ἄλλα ὕπνου θελκτήρια*] Hinc et illud Iuvenalis:

— — quibusdam
Somnum rixa facit.

P. 194, 4. *ἔλαιον δρυπετοῦς ἐλαίης*] Olivae *δρυπετεῖς,* vel ut scribit *Eustathius, δρυπέτεις,* Graecis dicuntur, quae in arbore maturuerunt; Latini *druppas* nominant. Plinius *lib.* 15. *cap.* 1. Optima autem aetas ad decerpendum inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigrescere. Nostri

vocant *drupas*, Graeci vero *drypetas*. Athenaeus *lib.* 2. *cap.* 15. ad Eupolidis versum *Σηπίαι, δρυπετεῖς τ' ἐλαῖαι· ταύτας* (inquit) *Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι.* (Quamvis tamen nomen *druppa* potius a *δρύπειν*, aut si mavis a rariore voce, *δρυπέπης*, sit derivandum.)

P. 194, 4. *μὴ ὠμῆς*] Glossema sapiunt haec: id enim vox *δρυπετοῦς* supra, satis indicat.

P. 194, 7. *κυμίνου καὶ σελίνου τῶν καρπῶν*] Subaudiendum est *τί.*

P. 194, 10. *ἔρια μὲν ἔστω οἰσύπῳ πιναρὰ ἀπὸ τῆς ὄϊος*] Sufficiebat dicere; *ἔρια οἰσύπῳ πιναρὰ*, sed *Ionum* mos est ita laxe loqui. De Oesypo vide Dioscoridem *lib.* 2. *cap.* 272.

P. 194, 12. *σίραιον ἑλληνικόν*] De Siraeo infra plura in curatione *τῆς αἵματος ἀναγωγῆς. σίραιον* est quod Latini *Sapam* vocant. Plinius *libro* 14. *cap.* 14. *Siraeum, quod alii hepsema, nostri sapam appellant, ingenii non naturae opus est, musto usque ad tertiam partem mensurae decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus.*

P. 194, 16. *μάλα γὰρ τοῖςδε ὁ σπλὴν χαίρει*] Nempe aceto, et spongia. De aceto scitum est Averrois, *lib.* 7. *collig. cap.* 31. *Quae in purgatione splenis dantur, non debent ab aceto privari, quia ipsum est ei cibus et medicina.* Atque in libris practicorum vix ullum reperias ad lienem medicamentum, sive intra sumendum, sive imponendum, quod non aceti aliquid admistum habeat.

Ibid. *ἢν δὲ τὰ ὑποχόνδρια εἴσω ᾖ, ἤδὲ ἄνω εἰρύηται*] Verba ipsamet *Hippocratis* posuit: *ἐκ κοσμίου θρασείη ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξείη, κακόν· ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται. Coac, cap.* 1. *sent.* 52. Quod autem addit *ἄνω* idem est, et praecedentis dictionis expositio est. Nam quibus septum transversum inflammatione capitur, iis tunica intercostalis, atque una transversi hypochondriorum musculi sursum, hoc est, ad ipsum septum trahuntur: unde et hypochondrii *ξύντασις πρὸς ὀμφαλὸν ὑπολάπαρος, contentio ad umbilicum, mollis dicta* oritur. Ita enim vocat Hippocrates *lib.* 1. *Epid. sect.* 3. *hist.* 2.

P. 195, 1. *ἐπικαίριον ἶσον*] Scribe *πικέριον*, quae vox apud Hippocratem *lib.* 2. *de morbis.* Galenus *in Exegesi βούτυρον* exponit. Item Erotianus *in Onomastico.*

P. 197, 2. *κούφη δὲ προτέρη*] *Σικύην κούφην levem cucurbitulam* appellat, quae imponitur citra partis scarificationem.

P. 197, 3. *ἐς τὰ μετάφρενα κεκολλῆσθω*] Idem verbum in aenigmate de cucurbita medica:

Ἄνδρα ἴδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα.

Huius autem aenigmatis autorem fuisse *Cleobulinam*, Cleobuli unius e septem sapientibus filiam, et ipsam sapientem, discimus ex *Plutarcho*, qui id tradit *in convivio septem sapientum;* quem locum olim *Aegidio Menagio* viro Clarissimo indicavimus.

Ibid. *ἐπεὶ δὲ καὶ θώρηκα ἐν πάσῃσι τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι ἀκέεσθαι χρὴ*] Ita et ille Amatus Lusitanus *Centur. 7. curat.* 40. ubi de curatione agit febris malignae et pestilentis: *Sollicitus sit Medicus, oportet, ut in multis, ita circa duo haec praecipue; quando aegrotum maligna et male morigerata febre laborantem tractaverit: primum ut fauces aegrotantis saepe advertat, perspiciatve: secundum, ut scapulas thoracemque consideret; cum ut in illis ulcuscula saepe contingunt, ita in iis non raro exanthemata pullulent.*

P. 197, 9. *καρδίη γὰρ ἢν πάθῃ, μέζον τι δεινόν*] Plinius *lib.* 11. *Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitae trahit.* Cur autem non sanentur graviores cordis morbi, docet Philosophus 3. *de part.* 4. *φθειρομένης γὰρ τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἔστιν ἐξ οὗ γένοιτ᾽ ἂν βοήθεια τοῖς ἄλλοις ἐκ ταύτης ἠρτημένοις.*

231 P. 197, 14. *ἀπὸ τοῦ οἰκείου θάλπεος τετραμμένον*] An intelligit conversionem caloris nativi in igneum, iuxta definitionem febris a Galeno traditam *Com. ad Aphoris.* 14. *sect.* 1. *τροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἐπὶ τὸ πυρῶδες ὁ πυρετὸς γίνεται;* An potius caloris nativi exstinctionem. Nam mox: *ἄκρα γὰρ ψυχρὰ* etc. Frigidas fieri extremas partes praedicat. Sed prior interpretatio melior.

P. 197, 17. *ἀρήγειν ὑγρασίῃ ἢ ψύξι*] Quae scilicet caloris innati exstinctioni succedit in eiusmodi febribus acutissimis.

P. 198, 9. *τὸ ἀπόβρεγμα*] Ita aquam appellat, in qua quid herbae immaduit.

P. 199, 4. *βραχυπόται γὰρ οἱ φρενιτικοί*] Sententia est Hippocratis ex *Coac. praenot. cap.* 2. *part.* 21. causam vulgo assignant, impedimentum sensus communis, propter quod rei molestae sensio non constat. Ego aliud occultius subesse puto, et quale in rabiosa cane demorsis, cum aquam reformidant. Nam hanc Phreniticorum *βραχυποσίαν* non genere, sed gradu ab hydrophobia rabientium differre statuo.

P. 199, 9. *ἐς ἀτμὸν λυθῆναι καὶ ὑγρασίην τὸν ἄνθρωπον*] Hominem solvi in vaporem et sudores ait, non

totum quidem, (non enim ossa, et aliae partes solidae, sic solvi possunt) sed calorem nativum.

P. 200, 1. ἠδὲ ἑωυτέοισι ἐμπνέουσι ἐς ἡδονήν] Crassus videtur legisse ἑωυτέους ἐμπλέουσι, *se ipsos replent:* quod et ipse rectius iudico.

P. 200, 7. ἤτε γὰρ ἕξις ὑγιανθήσεται] Fortasse ὑγρανθήσεται, *humectabitur:* de perfusione enim capitis agit, quam largam fieri praecipit. Et mox infra: ὧδε γὰρ τὸ μὲν ξηρὸν ἀμβλύνεται· *ita enim siccitas obtunditur.*

P. 200, 8. διητμίσθη] Lege διατμισθήσεται, *evaporabitur;* truncata enim ultima huius vocis.

Ad Caput II. περὶ Θεραπείας Ληθαργικῶν. *De Curatione Veternosorum.*

P. 200, 13. ζόφος γὰρ ἡ νοῦσος] Eadem mente *Lucretius* de animi morbis loquens *lib.* 3.

Adde quod in nigras Lethargi mergitur undas.

P. 200, 14. ψύξις γὰρ ἔμφυτος ἡ αἰτίη] Mira sententia haec, et genus quoque loquendi insolens. Quis enim refrigerationem innatam alicui corpori unquam dixit: et absurdum dictu est. Quod enim refrigeratur, necesse est frigidum antea non fuisse: tolerabilius esset ψυχρότης ἔμψυχος, ut naturale temperamentum intelligeretur. Quod nec rectum est. Lethargus enim a causis externis etiam fit: quin saepe Phrenitidi succedit caloris innati dissipatione, ab eo qui praeter naturam est. Quo casu lethargum ab innata frigiditate ortum nemo dicat: deesse igitur aliquid puto, forte θερμότητος aut θέρμης, ut fiat haec sententia, ψῦξις γὰρ ἐμφύτου θερμότητος ἡ αἰτίη· *refrigeratio enim innati caloris in causa est.*

P. 200, 17. ἢν βαθὺ κῶμα ἴσχῃ] Triplex enim comatis differentia, βαθὺ, ὑπνῶδες, ἄγρυπνον.

P. 201, 2. ἐναντίως τοῖσι φρενιτικοῖσι] Et merito quidem: sunt enim affectus contrarii Lethargus et Phrenitis; Galeno *lib.* 13. *Meth. cap.* 21. id docente his verbis: καὶ τοῦτο μὲν τὸ πάθος ἐναντίον πώς ἐστι κατὰ τὴν ἰδέαν τῇ φρενίτιδι· id est, *Linacro* interprete: *nam et id vitium contrarium quodammodo secundum speciem Phrenitidi est.* Ex quibus verbis disputant recentiores, lethargum esse inflammationem. Contrarius (inquiunt) Lethargus Phrenitidi est κατὰ τὴν ἰδέαν, secundum speciem ex Galeno; igitur utrique idem genus. Id autem inflammatio est. Nos respondemus cum Chiocco Veronensi *lib.* 2. *quaest.* 7. per hanc vocem ἰδέαν *Galenum* non semper speciem, qua res est

id quod est, intelligere; sed interdum conditiones materiales, et qualitates seu temperiem ea voce interdum significare: quo pacto et *εἶδος* Aristoteles de differentia accidentali nonnunquam usurpat: nempe *libro de longitudine et brevitate vitae cap.* 1. *λέγω δὴ κατὰ γένος μὲν διαφέρειν, οἷον ἄνθρωπον καὶ ἵππον· κατ' εἶδος δὲ ἄνθρωπον πρὸς ἄνθρωπον.* Ita igitur *Galenus* Lethargum a Phrenitide specie diversum statuit; quia, quae illi accidunt, plane contraria sunt iis, quae Phrenitidi assident, Symptomatis: alterum enim morbum frigiditas, sopor, immobilitas comitantur: alterum aestus, vigiliae, agitatio, inquies. Celsus tamen non Lethargum, sed Cardiacum morbum Phrenitidi contrarium facit. *lib.* 3. *cap.* 19.

P. 201, 5. *διαδέξηται ἡ λήθη*] *λήθην* oblivionem pro *ληθάργῳ* ponit: nam eadem vis utriusque vocis.

P. 201, 10. *ψυχρὸν γὰρ τὸ κάτω ἔντερον*] Frigidum lethargo affectis esse intestinum, et ignavum ad naturales faecum expulsiones notat; ideo acrium iniectionibus irritandum. Cui tamen contraria videtur Hippocratis observatio in *Coac. praenotionibus text.* 139. Inter alia enim Symptomata quae ibi affert lethargi, *κοιλίαι χολώδεες, καὶ ἀκρατέες* ponuntur; id est, Ventres biliosi et incontinentes; qui scilicet biliosa excrementa continere non possunt, sed effluere sinunt. Verum *Foesius* eo loco, *ἀκρατέας κοι-*
232 *λίας*, *exsolutas, et propemodum emortuas* intelligit, hancque expositionem hisce *Aretaei* verbis confirmat. Tametsi alvum lethargicis humidam liquidisque deiectionibus manantem alias non negat *Hippocrates:* verum iis qui in extremis versantur. Ita enim notat *lib.* 3. *de Morbis: καὶ ὅταν μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι, κάτω ὑποχωρέει ἐπιπολὺ, καὶ ὑγρὸν, τούτῳ ἐλπὶς μὲν πάνυ βραχεῖα περιγενέσθαι.*

P. 201, 16. *ἢν δὲ μεζόνως*] Postquam purgationem per Elleborum nigrum proposuit; addit si fortius purgandum sit, *Hierae* 3. 11. dari oportere: ac si maior insit Hierae potestas in purgando, quam Ellebori nigri. Quod longe a Galeni sententia abhorret; qui *libro* 6. *de simpl. fac.* Aloëm habet in eorum medicamentorum albo, quae *ἐκκοπρωτικὰ* Graecis dicuntur, hac causa, quia nihil aliud quam alvi excrementa detrahunt, nec primam corporis regionem transcendunt: quod idem de compositione ipsa censet quam *Sacram* Graeci dixere; ut videre est *lib.* 7. *Method. cap.* 11. Cui subscribit Averroës *lib.* 5. *Collig. cap.* 42. his verbis: *Aloë non attrahit, nisi quod est in extremitate stomachi, et venis hepatis, et in illo habet proprietatem.* Est autem Aloë basis eius compositionis, quae *ἱερὴ* appellatur.

Nonnus Medicus *δι' ἀλόης ἱερὰν* vocat. Huius et Apuleius sic mentionem facit *lib.* 10. *Metam. Necessaria praecordiis leniendis bilique subtrahendae illa praenobilis potio, quam* sacram *doctiores nominant* etc. Quibus verbis confirmare Galeni sententiam videtur, cum ab ea leniri praecordia memorat. Ceterum multum hanc facultatem excedit *Veratrum nigrum*, licet *Albo* minus vehemens, auctore Dioscoride et aliis medicamentorum peritis. Sed existimandum est non *Hieram* Galeni hic ab *Aretaeo* praescribi, sed qua *Pacchius Antiochus* utebatur multo valentiore, ut quae Colocynthidem haberet. De qua vide Scrib. Largum *cap.* 97. haec enim illam multum viribus superat.

P. 202, 7. *ὑπομνήσιός τε γάρ*] *ὑπόμνησιν* vocat pauci et levioris cibi administrationem subinde repetitam; utpote qua admonetur potius ventriculus cibi capiendi, quam sufficienti impletur.

P. 202, 9. *ἐν ζωμοῖσι μᾶλλον ἢ ὀσπρίοισι*] Locus sine dubio corruptus. Crassus vertit: *Cibus esto attenuans et alvum leniens in iusculis magis, quam leguminibus.* Sed cum de victu attenuante agat, quorsum hic leguminum mentionem faciat, non plane intelligo: tum autem cur legumina opponat iusculis, cum ex iis iuscula esse possint. Sed et deinceps de Gallina et tinnunculo addit; quas res cum praescriberet, non opus fuit de reiiciendis leguminibus monere, quae tanto ab illa bonitate abesse omnes intelligunt. Quocirca locus is, ut dixi, corruptus est. Ac nisi me animus fallit, pro *ὀσπρίοισι* legendum est, *ὀπτοῖσι* ab *ὀπτάω*, quod est *asso, torreo.* Vult enim *Aretaeus* iurulentis potius, quam assis Lethargicos refici.

Ibid. *ἀλεκτορίδι, κεγχρίδι*] *ἀλεκτορὶς* quid sit, sciunt omnes; *κεγχρὶς* autem avis illa est, quam Latini *tinnunculum* vocant: ita enim hanc vocem vertit *Theodorus* apud Aristotelem. Item *I. C. Scaliger*, eiusdem interpres. Huius autem meminit Aristoteles *lib.* 2. *hist. cap. ult.* ubi de ventriculo avium disputat. Verba eius haec sunt, *ἔνιοι δὲ τὴν κοιλίαν αὐτὴν ἔχουσιν ὁμοίαν προλόβῳ, οἷον ἡ κεγχρίς.* De tinnunculo consule Plinium *lib.* 10. *cap.* 37.

P. 202, 10. *λινοζώστῳ δέ*] *λινοζώστι*, ita enim *Dioscorides* et alii Graeci hanc dictionem efferunt. Herba est, quam nos *Mercurialem* vocamus.

P. 202, 12. *μάραθρον, σέλινον, τὰ λάχανα*] *τὰ λάχανα* nempe *μάραθρον*, et *σέλινον.* Quam vocem addit, ut herbam ipsam denotet; puta caules, folia, radices; et distinguat a seminibus: nempe aut herbam ipsam, aut semina ad urinam ciendam commendat.

P. 202, 15. *ἐρεθιστικὸν γὰρ ἡ κύστις*] Haec mendosa esse nemo non videt. Hoc vult *Aretaeus*: in omni morbo vesicam et alvum irritandam esse: quae sententia est praeclara, et notanda. Vox autem *ἐρεθιστικὸν* significat id quod irritandi vim habet. Quare non debet iungi cum vocibus *κύστις* aut *γαστὴρ*, sed potius cum praecedentibus sic: *ἄριστον δὲ κύμινον γλυκὺ ξὺν κράμβῃ φύσεων*, (ita enim accentus notari debet, non in penultima, ut in excusis codicibus) *ἠδὲ οὔρων ἐρεθιστικόν*. Sed tunc quid fiet his nominativis *κύστις, γαστὴρ*, quibus nullum adiunctum erit verbum. An mutila haec dicemus? An potius ita emendabimus, ut *ἐρεθιστικὸν* pro *ἄριστον* legamus: et deinde pro *ἐρεθιστικὸν, ἐρεθιστέα ἡ κύστις* etc. *Irritanda est vesica.* Videant Eruditi: mihi certe posterior haec coniectura non displicet.

P. 202, 16. *τέγξιες τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι*] Idem docet Galenus *lib.* 13. *Method. cap.* 21. ubi de Phrenitidis et Lethargi curationis communitatibus et differentiis agit: *κοινὸν δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν ὀξυῤῥόδινον προσφέρειν· ἀπώσασθαι γὰρ χρὴ τῆς κεφαλῆς τὸν χυμὸν, ὁποῖος ἂν εἴη.* id est, *commune autem utriusque est, ut oxyrrhodinum in principio admoveas. Nam repellendus a capite humor est, quisquis is fuerit.*

P. 203, 2. *ῥοδίνου καὶ κισσοῦ χυλῷ*] Lege *ῥοδοῦ· (ῥόδου)* vox enim *ῥόδινον* de unguento dicitur. Sunt autem hic quaedam transposita: nam cum mox iubet, quae in capite sunt tenuari, et per insensilem transpirationem discuti; materiam indicans qua id perficiatur, serpyllum ponit et oxyrrhodinum: *οἷον ἑρπύλλῳ, ὄξει σὺν τῷ ῥοδίνῳ.* Quod tamen posterius minime ad eam rem aptum est: reprimit enim potius et densat. Quare sic digerenda haec puto: *ἃς ἀπελαύνειν χρὴ ψύξεϊ καὶ στύψι, ὄξεϊ σὺν ῥοδίνῳ· ἢ ἐξατμίζειν ἐς διαπνοὴν τοῖσι λεπτύνουσι, οἷον ἑρπύλ-*
233 *λῳ, ῥόδου καὶ κισσοῦ χυλῷ.* veram esse hanc lectionem fatebitur, quisquis horum simplicium facultates perspiciet. Succus enim hederae acerrimus est, et pro errhino usurpatur, Galeno teste *lib.* 7. *de simpl. facult.* rosae etiam succus impense est calidus.

P. 203, 7. *ξὺν λίπαϊ σικυωνίῳ*] Genus est factitii olei, quod vim habet calefaciendi; de quo legendus Dioscorides *lib.* 1. *cap.* 29. Nomen ei *ἀπὸ τοῦ σικύου*, *a cucumere*, ex quo conficiatur, inditum, videtur existimasse *Io. Guinterius* Medicus in quadam Epistola ad *Io. Tagaultium* Medicum Parisiensem, quam vice praefationis praefixit editioni suae Librorum Galeni *de morborum curatione ad Glauco-*

nem, quos Graece dabat. Verba eius adscribam, ne quis me falso eum carpere putet: atque ut hominis vanitas Doctiorem se coarguentis pateat: *Nuper*, inquit, *quidam magni nominis Professor, et doctus alioqui, nec non Graecis tinctus litteris, sed leviter, cum ingenii sui ostentandi gratia, ex bonis auctorum dictionibus malas faceret, idque absurde satis et impudenter; incidit in oleum Sicyonium, ex urbe quadam Sicyoniae regionis allatum interpretatus, Sicyoniorum, ut puto, memor calceorum. Qui si vim Graeci vocabuli inspicere potuisset, et originem olei, et facultatem explicasset.* Haec ille. Caeterum quam ipse inconsiderate et impudenter haec effutiat, patet ex *Dioscoride*, qui *loco citato* eiusmodi oleum a *Sicyonia*, ubi conficiebatur, *Sicyonium* appellatum diserte asserit his verbis: *σκευάζεται δὲ τοῦτο μάλιστα ἐν σικυωνίᾳ, σικυώνιον καλούμενον.* Quae verba *Ruellius* Doctissimus ita vertit: *In Sicyonia maxime fieri consuevit, Sicyonii inde accepto cognomine.* Atque haec non eo dico, quod nesciam fuisse aliam Sicyonii olei compositionem *ἀπὸ τοῦ σικύου ἀγρίου* dictam, in qua scilicet radices agrestis cucumeris cum multis aliis rebus ponerentur; cuius meminit Aetius *sermone* 1. *Tetrabibl.* 1. sed temeritatem ostendam tam insolenter reprehendentis, quod non minus defendi potest.

P. 203, 11. *χολώδεα γὰρ τὰ οὖρα*] Hoc universum dictum accipi debet; non ut symptoma lethargi: neque enim causa est, cur biliosas urinas in lethargo potissimum credamus esse, sed potius cur contra.

P. 203, 13. *ὀλίγῃ δὲ ἤτω* etc. *συναγωγὸν λήθαργος*] Ait lethargum flatus colligere, quia scilicet calore sopito, ac per torporem non discutiuntur: nam motus et vigilia discutiendi excrementa vim habet. Ita et Aristoteles *sect.* 33. *probl.* 15. *καθεκτικώτερος γάρ ἐστιν, ἢ προεκτικώτερος ὁ καθεύδων τοῦ πνεύματος.*

P. 205, 4. *ἐκτεύξιν ξυμφορῆς*] In margine boni M. S. *ἐς ἔκφευξιν.*

P. 205, 6. *τὸ διπλόον ἐς τὸ κάτω ἔντερον*] Subaudiendum est *καστορίου*, si ibi non possit praedicta mensura *Castorei*, saltem per clysterem duplum eius infundendum est.

P. 205, 12. *πνευμάτων καταῤῥηκτικὸν πταρμοῖσι*] Hoc ex mente *Aristotelis*, qui *πταρμὸν* definit, spiritus confertim erumpentis latio; *ὁ γὰρ πταρμὸς, ἡ πνεύματος ἀθρόου φορά ἐστιν* etc. *sect.* 10. *probl.* 53.

P. 205, 13. *καὶ ὁκοῖόν τι κύστις ἀγωγὸν οὔρων*] Crassus videtur legisse *διὰ κύστιος*, et *διὰ ῥινός*, ita enim ver-

tit: *et quemadmodum per vesicam urinam expellit, ita et per nares mucum.* quae potior lectio.

P. 206, 13. *κνίδῃ μαστίζειν τὰ σκέλεα*] *Κνίδη* Latine *urtica* dicitur; genus herbae notissimum. Nomen *παρὰ τὸ κνίζειν*, a *vellicando* et *urendo*. Unde metaphorice *urtica*, pro libidinis ardore ac pruritu apud Iuvenalem: *acres Divitis urticae:* et, *unde haec tetigit grandine tuos urtica nepotes.* Dicitur etiam *ἀκαλήφη*, quae vox idem ac iucundi tactus negationem valet. Hac vellicari crura lethargicorum iubet *Aretaeus*, quo expergiscantur. Haud absimili modo Anus apud Petronium, *Encolpium* ceu lethargicum aut paralyticum fasce urticae excitat: *nasturtii succum cum abrotono miscet, perfusisque inguinibus meis* (loquitur ipse Encolpius) *viridis urticae fascem comprehendit, omniaque infra umbilicum coepit lenta manu caedere.*

Ibid. *προσίζουσα γὰρ ἡ ἄχνη*] Qua ratione urtica cutem vellicet, deinceps his verbis declarat: nempe in contactu ipso lanugo quaedam eius herbae, cutis superficiei infigitur; unde ardor et pruritus: quod verum esse patet herbam diligentius consideranti. Habet enim in superficie exiles admodum aculeos, seu spicula immensae subtilitatis: quorum ea est natura, ut vel minimo contactu a planta revellantur, et cuti adhaerescant. Ceterum urticae affrictus pustulas in cute excitat, quas Hippocrates *πομφοὺς* vocat: *καὶ καταπίμπλαται πομφῶν, ὡς ὑπὸ κνίδης.*

P. 206, 17. *λημνιστίδος*] Salsuginis genus, quae aliter *ἀδάρκης* dicitur; de qua vide *Dioscoridem.*

P. 207, 3. *ἢν μὴ φαρμακῶδες*] In editione *Henischii*, negativa inclusa est parenthesi: *ἄδηκτον γὰρ πᾶν δριμὺ ξὺν λίπαϊ, ἢν μὴ φαρμακῶδες, ἢ κυπρίνῳ, ἢ γλευκίνῳ, ἢ σικυωνίῳ.* Quae verba Crassus ita vertit: *quodlibet enim acre minime mordax est, admistum cum unguine, nisi id medicamentosum sit, quale est Cyprinum* etc. Sed integrum hunc locum non puto: pro *ἢν μὴ φαρμακῶδες*, lego: *ἢν καὶ φαρμακῶδες.* atque mendum hac in voce *ἢν* suboluit certe ei, qui parenthesi inclusit. Haec mens huius loci: priusquam scillae laminis defricentur crura, oleum quo corpus illitum fuisset, diligenter detergendum esse: quod medicamenti vim atque acrimoniam olei pinguitudo obtundat; etiam si istud oleum medicatum sit. Haec igitur *ἢν καὶ φαρμακῶδες,* parenthesi includi debent.

234 P. 207, 5. *σινήπιος ἴσῃ μάζῃ ξυμμίξαντα· τιθέναι*] Mala interpunctio: transfer comma vel colon post *τιθέναι.*

P. 207, 7. *ὠκέως δὲ οἴδαλεηθήμεναι*] M. S. *οἴδ' ἀλεηθήμεναι.* Scribe *οἴδ' ἀλεῆναι calefacere.*

P. 207, 8. ξυνεχέως ἐπαίρειν] Fortasse *ἀπαιρέειν, solvendum, detrahendum:* sine aspirata, *Ionice.*

P. 207, 14. ἔπειτα δ' αὖθις ἀσταφίδος ἀγρίης] Male hic functus suo munere est interpres, cum ἀσταφίδα ἀγρίην, vertit *uvam taminiam.* Secutus opinor *Cornelium Celsum,* qui ita appellat: sed *Plinium* consuluisset, qui eum castigat, *lib.* 23. *cap.* 1. *Staphis agria* (inquit) *sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso,* (*suum enim genus habet*) *cauliculis nigris rectis, foliis labruscae, fert folliculos verius, quam acinos, virides, similes Ciceri, in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescitque, cum taminiae rubentes norimus acinos: sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.* Quibus verbis *Plinius* praeclare ostendit differentiam *staphidis* et *taminae uvae.* Et quod huius rubentes esse acinos notat; confirmari potest auctoritate *Verrii,* qui ut *Festus* notat, taminiam uvam dictam censebat, quod *tam mira sit quam minium.* Quem locum haud infeliciter emendat *Lucas Fruterus,* in quadam epistola ad *Muretum: pro mira* enim legit *rubra: quod tam rubra sit quam minium.* Est autem *staphis agria* ea herba, quam Latini *herbam pedicularem* appellant.

P. 207, 15. κόκκον τοῦ τῆς κνίδης] Lege, κνίδου. Nomen est Insulae unius e *Cycladibus,* unde Cnidium dictum est granum fructus Thymelaeae. Cuius tanta est caloris vis atque acrimonia, ut quibus devorandum datur purgationis causa: prius pane aut adipe obducendum sit, ne fauces transitu adurat. Theophrast. *lib.* 9. *cap.* 22. ὁ δὲ κνίδιος κόκκος, στρογγύλον, ἐρυθρὸν τῇ χροιᾷ. μεῖζον δὲ τοῦ πεπέριος· ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τῇ θερμότητι. διὸ καὶ ὅταν δίδωσι καταποτὸν (διδόασι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν) ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι περιπλάττοντες· καίει γὰρ ἄλλως τὸν φάρυγγα. Quem locum quum excerperet *Plinius* verba illa πρὸς κοιλίας λύσιν ita accepit, quasi *Theophrastus* contra alvi solutionem hoc granum exhibere diceret: cum contrarium plane intelligat, nempe ad alvum solvendam solere dari. Huius verba sunt de cocco gnidio: *cocco gnidio color croci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque in pane devoratur, ne adurat, cum gulam transit: Huic vis praesentanea contra cicutam, sistit alvum.* Quamobrem desinat *Matthiolus* tantopere mirari *Plinium,* cur eo grano alvum sisti scripserit: deceptum eum fuisse ambiguo praepositionis huius πρὸς significatu palam est. In quem errorem et *Theodorus Gaza* incidit, qui πρὸς κοιλίας λύσιν, vertit *contra alvi solutionem.* Quo exemplo

apparet, quam non sit versionibus fidendum. Ceterum cum tam ardens sit id granum; haud scio, an tuto apophlegmatismi vice dari possit, in ore masticandum, ut hic censet *Aretaeus.*

P. 208, 5. *ἀγαθὴ δὲ διδάσκαλος ἡ πείρη*] Manilius:

Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam.

Huic magistrae omnes artes, omnes scientiae acceptae ferendae sunt.

P. 208, 6. *εὐλαβίη γὰρ ἀπειρίη*] In artibus etiamsi quis praeceptis pulcherrime instructus sit, tamen ubi ad usum ventum est, si nullam dum operum artis experientiam habuit, in multis haereat, titubet, paveat, necesse est.

P. 208, 8. *διὰ τῆς λημνιστίδος ἢ ὑδάρ*] Vox *ὑδάρ* monstrum plane est: quae quomodo restituatur haud facile est videre. Ad marginem cuiusdam libri editionis *Turnebi ὑδαρῷ* scriptum erat a quodam studioso: sed et hoc alienum. Fortasse *εὐφόρβιον* scripserat *Aretaeus;* ex qua voce, partim extritis partim inversis quibusdam literis, factum sit *ὑδάρ.* Id ex eo coniicio, quod fere semper, ubi acria eiusmodi medicamenta, phoenigmata scilicet aut vesicatoria praescribit, illi quod ex lemnistide seu adarce paratur, euphorbium subiungit, ut *lib.* 2. *de curat. acut. cap.* 3. *ὡς ποθ' ἵζει τὸ χρίσμα, καὶ διὰ τῆς λιμνηστίδος, ἠδ' εὐφορβίου.* etc. et *eiusdem lib. cap.* 4. *καὶ τῷ διὰ τῆς λιμνηστίδος καὶ εὐφορβίου χρίειν ἀλείμματι. lib.* 1. *de curat. diuturn. ἄλλοτε δὲ φάρμακα ξυναλείφοντα, ὡς τὸ ξύνθετον, τὸ διὰ τῆς λιμνηστίδος καὶ εὐφορβίου.* Praeterea *in secundo de curat. diuturn. ἀτὰρ καὶ σίνηπι, καὶ λιμνηστὶς, καὶ εὐφόρβιον.* Quae loca, cum huic similia sint, me inducunt, ut credam, nomen *εὐφορβίου,* hoc quoque loco, legi posse.

P. 208, 13. *τῶν ἐς τὴν νοῦσον λελουμένων*] Crassus; *ad morbi depulsionem adhibitis;* quae quomodo huic loco congruant, quemve sensum efficiant, non video. Mendum in dictione ultima, *λελουμένων;* qua expuncta, scribe, *τελουμένων.*

Ad Caput III. *περὶ Μαρασμοῦ θεραπείας.* *De Curatione Tabis.*

Non existimo egisse ex instituto *Aretaeum* hoc capite de marasmo, sed de eo morbo, qui *κατάληψις,* seu *κάτοχος* dicitur, in quo aeger immobilis et rigidus manet, velut statua: idque ex his verbis, quae hic subiungit, colligi pot-
235 est: *ἀτὰρ ἠδὲ κατόχοις τωυτὰ τὰ ξυμφέροντα.* Adde, quod

non est verisimile, inter morbos cerebri, quos hic tractat *Aretaeus*, curationem marasmi, seu tabis, tam alieno loco interposuisse. Quocirca quae hic de marasmo dicuntur, non ex instituto et per se, sed obiter, et quaetenus is *κατόχοις* accidit, dici putandum est: quod his ipsis verbis, quae initio huius fragmenti posita sunt, colligo: *τοῖσι δὲ μέντοι κὴν μαρασμὸς εἴη.* etc. nam *τοῖσι κατόχοις* subaudire oportet. Ceterum *κατόχοις* marasmum, ceu maciem corporis supremam, posse accidere, haud caret ratione. Primum, quia is affectus frigidae et siccae intemperiei soboles censetur, quae eaedem sunt marasmi causae: tum autem quia congelatis humoribus et spiritibus, ut motus et sensus, sic nutritio intercipitur, unde macies et consumptio corporis: quod maxime accidit, ubi morbus in longum protenditur. Vera itaque inscriptio esto: *περὶ κατόχου*, aut in plurali numero *περὶ κατόχων*.

Ad Caput IV. *περὶ Θεραπείας ἀποπληξίης.* *De Curatione Apoplexiae.*

P. 209, 12. *τοῖσί περ ξύνηθες τὸ πάθος*] Apoplexia morbus est senibus familiaris, atque inter morbos senectutis recensetur ab Hippocrate *Aphoris.* 31. *sect.* 3. et apud Avicennam, 3. *can. fen.* 1. *tract.* 5. *cap.* 11. *Apoplexia accidit habentibus aetates.* Ratio in promptu est: quia frigidus is morbus est, sicut senectus, ab humore pituitoso cerebri ventriculos implente: quibus humoribus et senum corpora abundant.

Ibid. *οὐ γὰρ περιγίνονται*] Senem Apoplexia correptum non convalescere ait duabus de causis; et quia magnum est malum, et quia aetas cum ipso morbo conspirat: id enim est, *ἡλικίης ξυμφορῇ.* Verum enim *ξυμφορὰ* eo loco non significat calamitatem, ut vertit Crassus, sed *collationem*, Symbolum. Atque in hoc morbo scire licet non usquequaque verum illud effatum Hippocratis, quod est 34. *in ordine Aphoris. sect.* 2. *ἐν τῇσι νούσοισι ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείῃ τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείῃ κατά τι τουτέων.* Id est, *Minus periculose aegrotant, quorum vel naturae, vel aetati, vel consuetudini, vel tempori familiaris morbus est, quam quibus horum nullo affinis cognatusque exsistit.* Nam ob illam familiaritatem morbi et aetatis, Apoplexia in senibus incurabilis hic, et merito quidem iudicatur. Cui obiectioni distinctiones a *Galeno* positae, in expositione eius Aphorismi, non satisfaciunt.

P. 209, 15. *ἰῆσθαι μὲν οὐ ῥηΐδιον*] Vide *Aphorismum* 42. *sect.* 2.

P. 209, 17. *ὡς μεγάλῳ πάθεϊ μέγα βοήθημα, φλεβοτομίη*] Recte ex magnitudine morbi, magni auxilii adhibendi indicationem capit: cuiusmodi sane est venae sectio, ut Galenus testatur *Com. ad Aphoris.* 29. *sect.* 2. cum ait initio morborum non perniciosorum *τὰ μείζω βοηθήματα maiora auxilia* adhibenda esse: e quibus praecipuum esse ait venae sectionem. Porro morbi magnitudinem esse unum e scopis sanguinis mittendi, ostendit auctoritate *Hippocratis* idem Galenus *lib.* 4. *Method. med. sub finem*, et aliis locis passim. Tres quippe scopos mittendi sanguinis tradit Hippocrates *libro de victu in acutis:* vehementiam morbi seu magnitudinem, (idem enim est) florentem aetatem, et virium robur: qui duo posteriores in unum incidunt: *τὰ δ᾽ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν.* Quod spectat ad Apoplexiam, an ei usus esset venae sectio, dubitavere quidam; quia is morbus pituitosae cacochymiae et frigidi cerebri soboles censetur: verum in tanto et tam praecipiti morbo nihil reiiciendum, quo corpus prompte vacuari possit: tum non omnis a pituita accidit Apoplexia, sed et saepe a sanguine in cerebrum affatim delato: quemadmodum expresse Galenus edocet *lib. de curan. rat. per sanguinis missionem cap.* 5. unde et ictus sanguinis appellatur in historia Augusta. Id quoque auxilium ei morbo proponit *Celsus*, sed ut anceps, et quod vel occidat, vel liberet. Id et innuit Aetius 2. *Tetrab. serm.* 2. ita scribens: *his peractis venam secare oportet praedicto periculo.*

P. 209, 18. *δυστέκμαρτον δὲ τὸ μέτρον*] Declarat periculum venae sectionis in apoplecticis, quoniam quantum sanguinis mitti debeat coniectare haud proclive est: cuius si plus paulo quam par sit auferas, illico aegrum suffocas: sin minus quam usus est, nihil opis, quod effatu dignum sit, laboranti affers.

P. 210, 8. *εὖρος γὰρ ἤδε ἐν τῷ λαιῷ*] Cur ex sinistro brachio potius sanguinem mitti praecipiat, non satis liquet; maxime cum Aetius *citato loco* in eius morbi curatione, expresse dicat, sanguinem e dextra manu educendum esse. Nam quod ait sanguinem magis ex ea parte fluere, si quidem id ita esset, optima ratio videri posset: verum cum huius rei neque experientiam habeamus, atque aliter usus Medicorum ferat; qui expeditius sanguinem vacuari per manum dextram existimant; cum praeterea aliter ratio

suadere videatur: calidior enim sanguis in latere dextro ob iecoris propinquitatem, qui ibi suos fontes habet, nempe venam cavam, cuius sanguine universum corpus fovetur: contra in sinistro lien iaceat frigidum viscus, excrementi atri et seri conceptaculum; atque ita omnium sententia sit, partes corporis dextras sinistris esse calidiores: difficile est 236
huic *Aretaei* sententiae accedere. Nisi fortasse sanguinem in sinistris partibus, ob has ipsas causas, humidiorem, magisque serosum, ideoque magis ad fluendum pronum existimavit.

P. 210, 15. *ἀπὸ πληγῆς*] Ita enim quemdam colapho inflicto in Apoplexiam incidisse, et paucas intra horas periisse, testatur Antonius Benivenius *libro de abditis etc. cap.* 110.

Ibid. *ἢ πέσιος ξυμβῇ*] In editione *Henischii πιέσιος.*

P. 210, 16. *χρὴ ἀναβάλλεσθαι*] Si Apoplexiae occasionem dederit ictus, casusve, aut compressio capitis, differendam esse venae sectionem censet: donec scilicet tempus exactum sit, in quo his causis obstupefacti ad se sponte revocari solent. Quo fortasse spectat consilium *Halyabbatis,* cum *lib. 5. practicae cap.* 22. ubi aegri vultus non rubet, non livet, viridisve est, quae signa sunt humorum dominantium, vetat moveri omnino aegrum ullis remediis, donec horae 72. pertransierint; qua de re fuse disputat Aponensis *differ.* 182. *conciliatoris.*

P. 211, 2. *ὑπ' ἀδδηφαγίης καὶ οἰνοφλυγίης παραπλῆγες γίνονται*] De quo genere Apoplexiae et *Aphorism. Hippoc. in quinta sectione: ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται.* etc. Eiusdem et meminit Aristoteles *sect.* 3. *probl.* 28. *διὰ τί οἱ οἰνόφλυγες ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενοι μάλιστα χαίρουσιν; ἢ ὅτι δέονται πέψεως, ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ κατεψῦχθαι. διὸ καὶ αἱ ἀποπληξίαι καὶ αἱ ἀποναρκώσεις τάχιστα μετὰ τοὺς πότους γίνονται.* Porro superiora *Aretaei* verba parenthesi includi debent.

P. 211, 3. *καὶ εἰς τὴν ἀντίσπασιν*] Haec referuntur ad illa quae supra; *ὑποκλύζειν ἐς κένωσιν.* etc.

P. 212, 7. *αἰσθήσιος δὲ καὶ κεφαλῆς, καὶ νεύρων*] Recte; nam Hierae basis est aloë, ut omnibus notum est: quam biliosa et pituitosa excrementa capitis purgare testatur Mesue *cap. de Aloe* his verbis: *solutione educit choleram et phlegma ipsius, et mundificat caput ab eis.* Sed et quae ei admiscentur in illa compositione, multum et ipsa ad eam rem valent: nempe cinnamomum, macer, nux moschata, spica, caryophylli.

P. 212, 12. *ποιέειν δὲ χρὴ δυνατωτέρην τήνδε*] Subaudiendum *χρίσιν*: huius autem validioris unguenti descriptionem hoc loco praetermissam fuisse ab *Aretaeo* verisimile non est: imo hanc ab eo subiectam fuisse, indicat pronomen demonstrativum, *τήνδε*. sed librariorum incuria intercidisse putandum est.

P. 213, 2. *ἔστι δὲ καὶ χρίσματα κρέσσονα*] Meliores et potentiores sunt litus irrigationibus, triplici nomine: et quia non inquinant lintea, et lecti involucra, velut irrigationes, dum defluunt, quod turpe est: tum quod non statim calore corporis bibuntur, quod inutile est: et postremo, quia perpetuo adhaerent.

P. 215, 3. *ἢ χυλόν*] An ptisanae, *κατ᾽ ἐξοχήν*.

P. 215, 4. *ἐγχέαντα μυστίλῃ μακρῇ*] *Μυστίλην* Graeci dicebant, panem cavum ad iusculum hauriendum: Scholiastes Aristophanis, *in equites: μυστίλη ὁ κοῖλος ἄρτος, ᾧ δύναταί τις, καὶ ζωμὸν ἀρύσασθαι.* Hinc et verbum *μυστιλᾶσθαι.* Aristophanes *citato loco, κἀμφοῖν χεροῖν μυστιλλᾶται.* Et noster *Rabelaesius* doctissimus, in 1. *Ridicularum fabularum, quibus gratissimo Deo risui Hypatensium ritu litavit, cap.* 40. dixit *amustiller* vel *amoustiller*, hinc vocabulo in Gallicum sonum deflexo. Vide et Pollucem *lib.* 6. *cap.* 40.

P. 215, 8. *Ματαιόπονοι δὲ καὶ ἄϊδριες, ὁκόσοι συκίην ἐς τὸν ἀνθερεῶνα προσβάλλουσι ἐς εὐρύτητα τοῦ στομάχου*] Id quidem, ea ratione si fiat, absurdum esse, ut assentior *Aretaeo;* sic ad liberandas fauces, si quo humore arctentur, inutile esse neutiquam negandum: nam et in angina cucurbitulam sub mento et circa fauces recte admoveri tradit Celsus *lib.* 4. *cap.* 4.

P. 215, 14. *τὴν ἀρτηρίην πληροῦν*] Scribe *πληροῖ,* nempe *σικύη.*

P. 215, 17. *καὶ τὸ χαλαρὸν ἄγχου*] Subaudi *ἔντερον*: ita rectum intestinum appellat, quod iuxta est vesicam, eique connexum.

P. 216, 3. *ἄλλοτε δὲ ἐς κάθεξιν αὐτέων*] Supple *παρείται.* Dictarum partium quandoque excretrix facultas deperditur, dum resolvuntur per Apoplexiam: interdum et retentrix potestas, ut excrementa ab iis haud secus ac in cadaveribus profluant.

Ad Caput V. *περὶ Θεραπείας παροξυσμοῦ ἐπιληπτικῶν.* *De Curatione accessionis Comitialis.*

P. 216, 13. *ὀλεθρίη μὲν ἡ πρωτίστη κατάπτωσις*] Ita quidem et *Hippocrates* statuit, si multus ac crassus fuerit

pituitae fluxus: κῆν μὲν τὸ ῥεῦμα πολὺ εἶ, καὶ παχὺ, αὐτίκα ἀποκτείνει. Cuncta enim symptomata, quae in paroxysmo eius morbi apparent, adscribit *Hippocrates* frigidae pituitae in calidum sanguinem praeterfluenti.

P. 216, 16. καὶ ἐν τοῖσι καταγέγραπται ἡ ἐπιληψίη] Celsus *lib.* 3. *cap.* 23. morbum comitialem intra 14. dies acutum esse posse testatur; at si illud spatium excesserit, acuti vim deponere, et si manet curandum exinde, pro diuturno.

P. 217, 1. ἢν γὰρ ὑπερβάλλῃ τὴν ἀκμὴν] Vide *Aphoris.* 7. *sect.* 5. et *Aphoris.* 45. *sect.* 2. item sententiam 4. *part.* 1. *lib.* 6. *Epidem.*

P. 217, 2. συγγηρᾷ (ξυγγηρᾷ) τε καὶ ξυναποθνήσκει] 237
Ita Hippocrates *Aphorismo illo septimo sect.* 5. ex quo sequi videtur, eum morbum comitialem, qui non sua sponte flexu aetatis curatur, insanabilem esse, contra quam experientia docet. Distinguendum itaque est, quemadmodum Galenus *com. ad citatum locum* 6. *Epidem.* Quibus videlicet non in prima statim aetate, ipsaque in infantia, sed paulo adultioribus morbis comitialis accidit, his in causa est aliquod peccatum aut in victu, aut quidpiam aliud externum: hique a Medico curandi sunt, non exspectata commutatione aetatis: idem vero, si pueros illico propter humiditatem corripiat, adveniente aetatis mutatione, citra operam Medici cessat.

P. 217, 15. καὶ ξὺν παντὶ τείνηται οἱ ὤψ] M. S. ξύμπαν τιταίνηται. recte. Sic *in curatione cardiacorum*, πόδες ξυντιταίνωνται.

P. 217, 17. ὡς μὴ διαστρέφηται τὰ ἤθεα] Scribe τὰ ἰθέα· rectae partes.

P. 218, 4. φύσας δὲ διεξίουσι τῆσδε τῆς νούσου παῖδες] In margine Editionis *Turneb.* notatum ex M. S. διεξιοῦσθαι, et pro παῖδες παιδίοισι. ex qua scriptura veram expiscari non difficile est. Scribendum enim est διεξεῶσθαι, cuius thema ὠθέω pello.

P. 218, 5. παιδίοισι] Deest aliquid, nempe ἄκος *remedium;* aut quid simile. Patet ex Crassi versione: *fluctuum autem excretio huiusce morbi in pueris medela est.*

P. 218, 7. χαλκοῦ κερ. ᾱ] In margine eiusdem libri reperio, κέρα, id est, κεράτιον, *siliqua;* est autem mensurae genus pendens quatuor grana; *Kirat* Arabibus dicitur; sed videtur post χαλκοῦ, deesse vox κεκαυμένου. Nam aes ustum est, quod praescribit. Verumtamen cum paulo post idem Medicamentum praescribens, χαλκὸν simpliciter appellet; non est quod quicquam deesse putemus. Aeris usti

igitur quatuor grana cum parte una cardamomi ex mulsa propinat ad vomitum ciendum: quam eius facultatem tradit et Dioscorides *lib. 5. capite proprio: κινεῖ δὲ καὶ ἐμέτους μετὰ ὑδρομέλιτος ποθεὶς, ἢ ἐκλειχθεὶς σὺν μέλιτι.*

Ad Caput VI. *περὶ Θεραπείας τετάνου.* *De Curatione Rigoris.*

P. 219, 1. *κῆν θέρεος ῇ*] Scribe *θέρος.*

P. 220, 1. *διδόναι ὧν μελικρήτου παχέος, ἀκρητεστέρου*] Phrasis elliptica nostro auctori familiaris; subaudiendum enim est *τὶ* vel quodpiam eiusmodi nomen, a quo iste genitivus regatur. Quod *μελίκρατον* id est *mulsam* iis, qui tetano laborant, imperat, more facit veterum Medicorum; qui eo aegros, quibus victu tenui opus esset, cibabant; ut videre est apud *Hippocratem*, pluribus locis; et praesertim in libro *de victu in acutis.* Ubi distinguit duplex melicratum: unum *ἄκρητον, meracum;* alterum *ὑδαρὲς, aquosum.* Nunc *Aretaeus*, quod *Hippocrates ἄκρητον* appellat, ipse *παχὺ ἀκρητέστερον* vocat: distinguitur etiam melicratum apud Hippocratem *eodem loco*, in *ἑφθὸν καὶ ὠμὸν*, hoc est, in coctum et crudum, quorum eandem vim censet. Ibidem *Hippocrates* notat, mulsam vulgo existimatum vires prorsus profligare, et promptam mortem afferre. Quod ipse non probat, et falso creditum ostendit, hacce occasione: quod scilicet, qui sibi mortem inedia consciscerent, sola mulsa uti solerent. Verum id non faciebant, ut citius morerentur; sed contra, ut lentius, ac sensim sine sensu. Mulsa enim, ob mel admistum, multo amplius nutrit quam simplex aqua: sed aliorum ciborum comparatione, tenue et imbecillum praebet nutrimentum: unde qui ea tantum utatur, paulatim vires sibi attenuari sentiat; donec iis subinde labefactis atque prostratis, ad summam imbecillitatem et mortem deveniat. Verba *Hippocratis* adscribere libet: *κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται· ἐκρήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος· τὸ δὲ οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει. ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην.*

P. 220, 2. *καὶ πτισάνης χυλοῦ σὺν μέλιτι*] *Πτισάνης χυλὸς* i. e. *ptisanae succus*, aliud ab ipsa ptisana: nam haec ipsum est hordeum purgatum atque elixatum, ita ut sorberi possit. Fuit enim *πτισάνη ῥόφημα*, velut citato loco

expresse *Hippocrates* docet: *εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ.* succus autem ptisanae colatura hordei ita elixi fuit. Quod si ptisana ipsa et mulsa aeger aleretur, plurimum referret utrum prius daretur: nam post ptisanam mulsa epota, (ut ibidem *Hippocrates* ait) *πλησμονῶδες ἂν εἴη, καὶ φυσῶδες, καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀξύμφορον.* Id est, *inflat, et replet, atque hypochondriis inutilis est.* Eadem vero prius exhibita, iuvat potius, quam laedit.

P. 221, 1. *τάσδε μὲν γὰρ ὁμίχλης ἐπαναφορὴν ἀνίησι ἀτμῶν*] *Τάσδε* adverbialiter ut *ὄλυμπονδε* apud Homerum; *ad coelum:* ad *eos* enim, supple, *sensus.* Fomenta ex rebus calidis et odoratis, nisi magna urgeat necessitas, ne admoveantur capiti, monet: quod ea sensus obnubilent, nervos repleant. Respexit ad *Aphoris.* 28. *sect.* 5. *γυναικείων ἀγωγὸν, ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη. πολλαχοῦ δὲ καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη, ἂν ἦν εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίει.*

P. 221, 4. *μὴ σφόδρα βαρυόδμῳ μιῇ*] Vox *μιῇ* videtur *παρέλκειν.*

P. 221, 5. *ἐν διπλῷ ἐγγείῳ*] *Ἀγγείῳ.* 238

P. 221, 6. *κέγχρος γάρ*] De Milii facultate ad partes fovendas, vide Galenum 12. *Method.* Ubi id genus fomenti, omnium et levissimum esse et maxime siccans; tum, quod ab eo exspirat, innoxium esse, morsusque expers testatur: tamen id ob gravem odorem, et vapores in fovendo capite suspectum habet *Aretaeus.*

P. 221, 9. *τὸ δὲ γὰρ τὸ χωρίον*] Priorem capitis partem intelligit, et ad *βρέγμα* refert; quod plerique omnes *sinciput*, sed inscite appellant. Nam *βρέγμα* proprie pars illa est capitis, qua excurrit sutura, *sagittalis* dicta; constatque duobus ossibus, quae retro sutura lambdoide, antrorsum coronali, superius sagittali, inferius squammiformi comprehenduntur; ut Galenus docet libro *de ossibus ad Tirones.* Idque nomen ei impositum volunt, quod sub iis ossibus cerebrum humidissimum, atque amplissimum exstat. Ego ab usu Medico potius traherem, quo *ἐμβροχαὶ irrigationes capitis*, ea potissimum parte, ob cranii tenuitatem et raritatem administrari soleant. At vero sinciput totam anteriorem capitis partem, nempe et faciem atque aures significare, ex *Censoriarum Legum paginis* probari potest; quibus sincipita verrina coenis interdicebantur. Nihil enim in sincipite verrino sapidi, praeter rostrum et aures. Ex quo quidem concludit I. C. Scaliger, *com. ad lib.* 1. *hist. de Anim.* sinciput Antiquos pro dimidio capite usurpasse; quasi *scincipit*, scissum caput, extrita una litera: neque

tam opponi occipiti, quam toti capiti. Quod et innuit adagium: *frons occipite prior:* frontem enim, non sciniput, occipiti opposuerunt veteres. Ex quo patet nugari And. Laurentium, dum *lib.* 10. *cap.* 2. sciniput, quasi summum caput dictum putat. Haec eo annotare visum est, ne quem *Crassus* falsum habeat; qui ad hunc locum, *βρέγμα*, communi errore sinciput vertit; cum anteriorem capitis partem deberet. Ceterum *Aretaeus* in fovendo capite, tendonibus, qui in occipitio sunt et posteriori parti usque ad verticem, remedia adhiberi vult; non ultra autem ad *bregma* usque extendi debere, quod ex ea parte cerebri, quae sub bregmate est, sensuum omnis facultas descendat. In quo quidem antiquam *Galeni* opinionem sequitur. Attamen recentiores Anatomici ipsa *αὐτοψίᾳ* inducti sunt; ut posterius cerebrum, qua in medullam spinalem desinit, ut omnium nervorum, sic sensuum ac motuum originem statuerent. Quod et *Hippocrates* fortasse voluit, hoc effato, quod exstat in *lib. de ossium natura: νεύρων ἔκφυσις ἀπὸ τοῦ ἰνίου ἄχρι παρὰ ῥάχιν ἐστί.*

P. 221, 13. *τὴν κεφαλὴν πλήσεις ἀτμῶν τοῦ λίνου τοῦ σπέρματος*] Frustra nunc monet, si fotus iret usque ad bregma, fore ut caput seminum lini vaporibus impleretur: quorsum enim attinet, qui id genus seminis, ne ad usum fomenti adhibeatur iam supra interdixerit.

P. 221, 15. *ἔστω δὲ φειδὼ πολλὴ τῆς φλογός*] Ita affigi cucurbitam debere autumat, ut parum flammae intus accendatur; et rationem affert: quia *ἡ ἀμφίθλασις, contusio*, quae circum in corpore aegri fit ab labris seu oris instrumenti, dolorem et convulsionem excitare potis est: qui effectus non est, (ut Dialecticorum voce utar) immediatus, contusio enim non statim ob magnam flammam accidit, sed propter insignem tumorem, quem eiusmodi flamma excitat: magna enim potentius humores ad superficiem attrahit, quam mediocris.

P. 222, 5. *ὀλέθριον μὲν καὶ δυσέλπιστον· ἀρήγειν δὲ χρή*] Videntur haec contraria esse ei praecepto, quod dat Cornelius Celsus *lib.* 5. *cap.* 26. *Est prudentis hominis, primum eum, qui servari non potest, non attingere; nec subire suspicionem eius, ut occisi, quem sors ipsius peremit.* Quod idem Galenus monitum dat *Com. ad Aphoris.* 29. *sect.* 2. *οὐ χρὴ κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, ἀλλ' ἀφίστασθαι, δηλονότι προσαγορεύσαντα μόνον ἐς ὅ, τι τελευτήσει τὸ νόσημα.* Id est, *non oportet iis, quos iam morbus afflixit prostravitque, adhibere manus: sed ii, exitu morbi praenuntiato relinqui debent.* Verum haec, quae de sinistro

morborum eventu decernuntur, ut et alia pleraque non ita accipienda sunt, quasi aliter fieri impossibile sit; sed ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: qua praefatione fere pericula iudiciorum temperat *Hippocrates*, sicut vocibus *fortasse*, et *quandoque* Avicenna: quem ob crebriorum eorum adverbiorum usum quidam haesitabundum appellant. Sed et illud considerandum est, quod ait Hippocrates, *Aphoris.* 19. *sect.* 2. nempe in morbis acutis non esse plane certas mortis aut salutis praedictiones. Quo fit, licet morbus lethalis videatur, experienda nihilominus sint remedia: eoque maxime, quod, ut notat *Averrois*, monstra etiam in morbis nonnunquam contingunt.

P. 222, 10. *καὶ πολλὸν τέγξει πύον*] Alii *πῦος* legunt, quod idem est. Deest porro verbum *ποιεῖ*, aut aliud simile: nam *τέγξει* verbum non est, sed nomen in dandi casu; ideoque scribenda ultima syllaba sine diphthongo, sic *τέγξι*, *Ionice.*

P. 222, 11. *ἔστω ὧν λιβανωτοῦ τῆς μάννης*] Adverte primo formam praescribendi apud *Graecos*, *ἔστω* pro eo, quod nos dicimus, *accipe.* Tum horum Medicamentorum, quae hic praescribuntur, quantitatem non definiri, praeter quam Medici consuerunt et fieri convenit. Quare vocem, quae eam mensuram significet, deesse suspicor; fortassis, *ἀνὰ*, quae nota aequalis portionis: maxime cum ratio syntaxeos requirat aliquam vocem pro regimine horum Genitivorum.

P. 222, 18. *ὅτι καὶ τὰ ῥίγεα τὰ ἀπὸ τῶν ἑλκέων κα-* 239
κοήθεα] In eo *tetano*, quem vulnera excitant, prospiciendum imprimis censet, ne rigores ab ulceribus maligni sint. Videtur respexisse ad illud Hippocratis *in Coac. ῥῖγος ἀπὸ τῶν ἀγγείων, ἢ ἀφ' ἑλκέων.* Quamquam *Duretus* ad eum locum, *ἕλκεα* accipit pro *vomica* nondum pus vomente; et per *πρόληψιν* sententiam interpretatur.

P. 223, 6. *εἰ δὲ εὐπορίη ὀποῦ τοῦ σιλφίου τοῦ ἀπὸ τῆς κυρήνης*] Si, inquit, copia fuerit liquoris *Cyrenaici.* Atqui tempore *Plinii* iam, imo et *Strabonis*, id medicamentum in ea terra non reperiebatur, ut ipse testatur *lib.* 17. et Plinius *lib.* 19. *cap.* 3. ita scribens: *multis iam annis in ea terra* (Cyrenaica Provincia) *non invenitur: quoniam Publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni Principi missus est.* Haec ille. Hic igitur locus est, quo Aretaeus *Neronis* temporibus superior probari possit, qui copiam liquoris Cyrenaici posse suppetere existimet: sed de his supra in prooemio satis.

Ceterum multa hic possem de illo liquore; sed nolo exscribendis, quae in Graecorum monumentis de ea re scripta exstant, farcire centones; cum ea passim legentibus obvia sint. Scribonius Largus, qui *Tiberii* tempore floruit, *lib. de compos. medic. cap.* 67. *Laser Cyrenaicum si poterit inveniri.*

Ad Caput VII. *περὶ Θεραπείας συνάγχης.* *De Curatione Anginae.*

P. 224, 7. *ἡ δὲ ἑτέρη ξύμπτωσίς ἐστι τουτέων*] Hanc speciem *δεινοτάτην* appellat Hippocrates 3. *Progn. cap.* 5.

P. 224, 10. *τῇδε γὰρ καὶ ὠκέως θνήσκουσι*] Nempe eodem die, secundo item, ac tertio, et quarto ex Hippocrate, *eodem loco.*

P. 224, 13. *τῷδε ὡς ἀποσπᾶσθαί τι τῶν χυμῶν ἀπὸ τῶν παρισθμίων*] Multo ulterius clysmatum facultatem extendit, quam vulgo fieri posse persuasum est. Quippe vel ab ipsis tonsillis humores anginae posse eorum usu detrahi autumat: cum tamen ultra crassa intestina non penetrent. Atque in eo quod *coecum* appellatur, valvulam exsistere, quae per sedem infusa sistat, ne superius adscendant, existimet Andreas Laurentius *lib.* 6. *hist. anat. quaest.* 14. Quod ex *Galeno* etiam colligi potest, qui *lib.* 5. *Methodi cap.* 5. clysteres intestinis crassis medendis proprie accommodatos dixit: verba eius haec sunt: *ὀργάνοις γοῦν ἐνίοτε χρώμεθα, διὰ τὴν ἰδιότητα τοῦ μέρους, ἄλλοις μὲν ἐπὶ μήτρας, ἄλλοις δὲ ἐπὶ κύστεως, ἄλλοις δὲ ἐπὶ τῶν παχέων ἀπάντων ἐντέρων. εἰς ταῦτα μὲν γὰρ διὰ κλυστῆρος, εἰς μῆτραν δὲ, διὰ μητρεγχύτων, τῶν ἐπιτηδείων τι φαρμάκων ἐνίεμεν.* Idemque *lib.* 4. ait, tenuium intestinorum ulceribus ad medelam, quae per sedem infunduntur, non sufficere: sed et quae per os sumuntur adhibenda esse, ob nimiam scilicet eorum distantiam. Demum Avicenna *lib.* 3. *fen.* 16. *tract.* 4. *cap.* 11. *Et scias quod enematis aequalis quantitatis iuvamentum non consequitur intestina superiora.* Quod si enematis virtus non perinde valet ad vitia tenuium intestinorum, quod ad ea non pertingat: quanto minus humores e faucibus detrahere poterit? Possumus ad id respondere: per se quidem enema non quicquam valere supra crassa intestina: attamen per accidens, successione videlicet ei quod vacuatur, ex remotissimis etiam partibus materias deturbare posse. Quod enim effectus enematum longe transcendat metam crassorum intestinorum, satis *Galenus* ostendit; cum in com. ad *librum* 4. *de victu in acu-*

tis, latus affectum in pleuritide clystere expurgari posse censet: quod ut omnibus pateat, ipsius verba adscribam: *ἢν δὲ ἀσθενέστεροι, φησὶν, εἶναί σοι δοκοῦσιν, ἢ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ κατὰ τὴν φλεβοτομίαν ἀφαιρεθέντος αἵματος, ἢ καὶ ἄλλως, ἀντὶ τοῦ καθαίρεσθαι, κλυστῆρι χρῶ διὰ τρίτης ἡμέρας. χαλασθέντος γὰρ τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς φλεβοτομίας, ὅσον ὑπολείπεται κατὰ ποιότητα μοχθηρὸν, τῶν νοσαζόντων χυμῶν. τοῦτο διὰ τῶν κλυστήρων ἐκκενοῦσθαι βούλεται.* Mox addit, *πρόδηλον δέ ἐστι, ὅτι σκοπὸν ἔχει, οὐ μόνον ὑπάγειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς, ἀλλὰ καὶ τὸν πεπονθότα τόπον ἐκκαθαίρειν.* Id est, *Si vero imbecillior, inquit, aeger tibi esse videbitur, vel propter sanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamvis rationem, purgationis vice clysterem tertio quoque infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiosum superest, id per clysterem evacuari iubet. Quod autem scopus illi sit, non solum alimenti excrementa subducere, verum et locum affectum expurgare, palam est.* Accedit *Avicennae* testimonium, scribentis *lib.* 1. *fen.* 3. *Doct.* 5. *cap.* 17. valere enema etiam in attrahendo superfluitates a membris principalibus superioribus. Quae verba *Gentilis* interpres de eo enemate exponit, cui admista sunt cathartica; ut Agaricum, Cassia, Rhabarum, Hiera. Atque iuxta hanc expositionem dicemus, non de quolibet enemate, sed solum de purgante hunc locum *Aretaei* accipiendum esse. Quod sane videtur innuere, cum duplex clysmatum genus distinguit, unum *ξύνηθες*, hoc est, *familiare*, quo deturbetur stercus ex intestinis; alterum, quo humorum pravorum portio quaepiam e remotissimis partibus revelli possit. Haec igitur esto solutio propositae dubitationis.

P. 224, 15. *ἔσται ὦν ἀλλὰ μήτε ἀκρητεστέρη*] Quaedam 240
hic desiderantur; sed quae suppleri non possint, nisi ope cuiusdam optimi M. S. qui ubi sit nescio. Fortasse vox *ἱερὴ* hic locum habebat: *ἔσται ὦν ἱερὴ, ἀλλὰ μήτε ἀκρητεστέρη*, sed desino: namque hic fateor, *Davus sum, non Oedipus*.

P. 225, 3. *οὐκ ἀγεννὲς δὲ καὶ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν*] Contra Aetius *Tetrabibl.* 2. *serm.* 4. *cap.* 47. auferre autem sanguinem parce, usquequo animi defectio sequatur: citius enim animo linquuntur, et alias sane ex refrigerationibus et animi defectione perfacile materia a faucibus ad pulmonem defertur, et inevitable periculum infert. Sed illud, *μέχρι*, explicat *Aretaeus:* mox enim addit; *μὴ μέντοι λειποθυμέειν*, quo significat mittendum esse confertim sanguinem usque ad animi defectum, verum exclusive, ut

loquuntur: nempe tantam fieri evacuationem, ut non multum absit quidem aeger ab animi defectu, non tamen in eum incidat.

P. 225, 4. *ξὺν τῇ πληγῇ ἐξέθανον*] In ipsa vacuatione.

P. 225, 5. *ἢ δεσμοῖσι σφυρῶν σφίγγοντες*] Et hic quaedam deesse arbitror. De his extremorum deligationibus plura post, in *curatione αἵματος ἀναγωγῆς.*

P. 225, 8. *ἐλατήριον δὲ τοῖσδε τῶν ἄλλων καθαρτηρίων κρέσσον*] Id et ex verbis *Dioscoridis* colligi potest, ubi de Elaterio agit: *ἀρίστη δὲ τοῖς δυσπνοοῦσιν, ἡ δι' αὐτοῦ κάθαρσις.* Angina enim laborantes ob faucium coarctationem, atque inflammationem, difficulter spirant. Verumtamen *Hippocrates* non in ipso morbo, sed post ad alterius morbi praeservationem elaterium adhibebat. Verba eius sunt *lib.* 3. *de morbis*, ubi de curatione anginae: *ἐπειδὰν δὲ ἀφῇ ἡ νοῦσος, καὶ σιτίων γεύηται, ἐλατηρίῳ νέῳ καθῆραι, ἵνα μὴ ἑτέρῳ κακῷ περιπέσῃ.*

P. 225, 11. *τῶδε γὰρ ἄμφω τὰς κοιλίας καθαίρει*] Quas dicit *κοιλίας* ventres, venae sunt et arteriae: ita enim eam vocem accipit Hippocrates *Aphoris.* 15. *sect.* 1. *αἱ κοιλίαι χειμῶνος.* etc. et in ea sententia *sect.* 4. *lib.* 6. *Epid. οἱ θερμοκοίλιοι, ψυχρόσαρκοι, καὶ λεπτοὶ, οὗτοι ἐπίφλεβοι καὶ ὀξυθυμότεροι.* non enim iis assentior, qui *θερμοκοιλίοις* intelligunt, qui ventriculum calidum habent: non enim homines eo praecalidi et biliosi et iracundi, quos hic notat *Hippocrates*, ventriculum necessario aliis calidiorem habent, immo fortasse minus; sed sanguinis conceptacula. Atque ut calidiorem ventriculum habeant, certe non solum, sed multo magis venas et arterias. Quare etiam, vasa illa debere illo effato intelligi palam est.

P. 225, 13. *ἀνακλάσαντα τὴν γλῶσσαν, τέμνειν τὰς ἐν αὐτέῃ φλέβας*] Ita et *Hippocrates*, citato loco: *καὶ τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ.* Atque id remedium, quam sit efficax ad levandam anginae suffocationem, ostendit Galenus *in comm. ad librum* 4. *de victu in acutis*, hac sententia: *ἄνευ δὲ φαρμάκων αἱ ὑπὸ τὴν γλῶτταν φλέβες ἐντεμνόμεναι, τὴν ἐν τῇ φάρυγγι φλεγμονὴν ἐκκενοῦσιν.* Verumtamen ne temere eiusmodi venae secentur, cautio est: non enim statim secandae, neque prius quam aliarum venarum sectione corpus sanguine levatum fuerit; alioqui periculum est, ne, secta lingua, humores ab aliis partibus ad loca superiora trahantur. Qua de re praeclare disputat Matthaeus Gradus *part.* 1. *pract. de aegrit. gutturis;* ubi de venae sectione in eo affectu loquitur. Sed nec differendum id auxilium est; verum eodem die, non multo post

sanguinem e brachiis detractum, adhibendum est. Quia praeceps morbus est, qui remediorum procrastinationem non exspectet. Quam ob causam Alexander Trallianus *libro* 4. ubi de sanguinis missione in eo morbo agit, testatur se urgente malo, venam mane aperuisse; diluculo linguae subiectas secuisse: et vesperi ex cremore ptisanae lacrymam scammoniae exhibuisse.

P. 226, 1. *ξὺν ῥόδοισι τοῖσι πετάλοισι*] Duo substantiva absque coniunctione non apte coniungi docent Grammatici. Quare legendum fortasse *ῥόδων τοῖσι πετάλοισι.* non tamen muto, quoniam et infra *τῆλις, τὸ ἄλφιτον foenugraeci farina* pro *τήλεως ἄλφιτον.*

P. 226, 9. *ἢ κυνῶν κόπρον προσεπιπάσσειν*] Stercus caninum pro Angina commendat Galenus *libro* 10. *de simpl. medic. fac. capite proprio.*

P. 226, 14. *καὶ τῇ βησασᾳ*] Ita Syri rutam agrestem appellant. Dioscorides *lib.* 3. *cap. περὶ πηγάνου ἀγρίου· καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ ἄρμαλα· σύροι βησασᾶ.*

P. 226, 15. *καὶ τῇ διὰ τῶν χελιδονίων*] Subaudi, *συνθέσει, compositione.* Vim hirundinibus propriam inesse, ad anginam curandam et praecavendam, testatur et Cornelius Celsus, *lib.* 4. *cap.* 4. ita scribens: *vulgo audio si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari, servatumque ex sale, quum is morbus urget, comburi, carbonemque eius contritum in aquam mulsam (quae potui datur) infriari et prodesse.* Galenus *lib.* 11. *de simpl. fac. οὐδ᾽ ἐφ᾽ ὧν εἶπον μόνον ζώων, ἀλλὰ καὶ τῶν χελιδόνων ἐχρήσαντο πολλοὶ, καίοντες, καὶ τῇ τέφρᾳ μέλι μιγνῦντες, εἶτα διαχριόντες τοὺς κυναγχικούς.* Recentiores non pullos, sed nidos ipsos hirundinum emplastris miscent. Varias *διὰ χελιδόνων* compositiones vide apud Scribonium Largum *cap.* 67. et Aetium 2. *Tetrabibl. serm.* 4. *cap.* 47.

P. 227, 2. *ἢ πτισάνης χυλῷ ἢ τράγου*] Tragus fruticis genus: fructum fert uvae acinis similem, facultatis adstringentis, ex Dioscoride *cap.* 4.

P. 227, 3. *ἐπὶ δὲ τῆς μετὰ ξυμπτώσιος συνάγχης*] Quae proprie *κυνάγχη* dicitur.

P. 227, 9. *ἀτὰρ ἠδὲ ἐξογκέει*] Lego *ἥδε.* et est pronomen demonstrativum, quod refertur ad *θερμασίῃ.* Sed et calor tumorem in collo efficit.

P. 227, 12. *τὴν ἀρτηρίην ἔταμον ἐς ἀναπνοήν*] Impro- 241
bat eos qui asperam arteriam secant ad aërem introducendum in periculo suffocationis: quae operatio *λαρυγγοτομία* Graece dicitur, Barbaris *subscannatio.* De qua vide *Aponensem*, qui eam defendit, *different.* 188.

Ad Caput VIII. *περὶ Θεραπείας τῶν κατὰ κιονίδα παθῶν.* *De Curatione vitiorum Columellae.*

P. 228, 11. *σταφυλήν τε καὶ κιονίδα*] Scribe *κίονα*: nam *κιονὶς* nomen est partis. Hic affectum praeter naturam intelligit, qui mox *κίων* appellatur.

P. 228, 16. *τῇδε καὶ σταφυλὴν ἐπίκλησιν*] Huius appellationis meminit et Aristoteles *lib.* 1. *hist. de Anim. cap.* 11. *ἔσω δ' ἄλλο μόριον σταφυλοφόρον, κίων ἐπίφλεβος, ὃς ἐὰν ἐξυγρανθεὶς φλεγμήνῃ, σταφυλὴ καλεῖται, καὶ πνίγει.* Hippocrates et *γαργαρεῶνα* appellari hunc affectum tradit *libro περὶ παθῶν. ἢν δὲ ἡ σταφυλὴ κατακρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, ἔνιοι δὲ τοῦτο καλέουσι γαργαρεῶνα.* quod et posuit Aretaeus *lib.* 1. *ὀξέων παθῶν.* Sed videre operae pretium est verba *Hippocratis*, quibus hunc ipsum affectum describit *libro* 2. *de morbis*, quia inde *Aretaeum* apparet sumpsisse, quae hic dicit: *ἢν σταφυλὴ ἐν τῇ φάρυγγι γένηται, ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν, ὕδατος· καὶ γίνεται στρογγύγος τὸ ἄκρον, καὶ διαφανής.* et supra *eodem libro, σταφυλὴ δὲ γίνεται, ὅταν ἐς τὸν γαργαρεῶνα καταβῇ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς· καὶ καταχρήμναται καὶ γίνεται ἐρυθρός. ἢν δὲ πλείων χρόνος γένηται, μελαίνεται. μελαίνεται δὲ ὧδε· ἐπίφλεβός ἐστιν ὁ γαργαρεὼν παχέης. καὶ ἐπὴν φλεγμήνῃ θερμαίνεται.* etc. ubi vides *ἐπίφλεβος γαργαρεὼν*, ut *κίων ἐπίφλεβος*, eo loco *Aristotelis*, quem superius laudavi. Theodorus *venae applicatum* exponit. Scaliger *eum qui venae insideat*; recte. At Cornarius male *venosum* hic interpretatus est. Porro mirum videri possit nullam hic Chirurgiae mentionem factam in curatione eius affectus; cum praesertim *Hippocrates* eam adhibeat, et ipse Aretaeus *lib.* 1. *ὀξέων παθῶν*, id genus auxilii tutum ibi affirmet his verbis, *τάμνειν δὲ πάντα ἀσινέα.*

Ad Caput IX. *περὶ Θεραπείας τῶν κατὰ φάρυγγα λοιμικῶν παθῶν.*

De Curatione Pestilentium in Faucibus morborum.

Pestilentium in tonsillis affectuum nomine intelligit ulcera maligna et serpentia in iis partibus, quae ab *Hippocrate νομαὶ* appellantur, in *libro περὶ ὀδοντοφυΐας· Λοιμὸς, pestis* quicquid multos eodem tempore interficit ex Galeni *Com.* 3. *in* 3. *Epid.* Eiusmodi autem malum, et necessario ea natura est, ut serpat perfacile, et ab uno ad alium transeat. Ex quo patet propriam pestis rationem esse

id, quod dicitur *contagium*. Nam et Virgilius ignem *pestem* dixit, qui cito se diffundat.

P. 230, 18. *φαρμάκοισι δὲ πυρὶ ἰκέλοισι*] Quod genus sunt, quae *καυστικὰ* dicuntur, alumen, cadmia, chalcitis, et complura alia ex mineralibus. Reliqua huius capitis plana sunt, neque expositione egent.

Ad Caput X. *περὶ Θεραπείας Πλευρίτιδος.* *De Curatione morbi Lateralis.*

P. 232, 3. *Οὐκ ἀμβολῆς καιρός*] In morbis acutis non esse procrastinationi locum, recte monet: cum enim acuti morbi definiantur a Galeno *com. ad Aphoris.* 23. *sect.* 2. qui magnitudinem habentes brevi ad summum vigorem perveniunt: *τὰ ὀξέα νοσήματα, μεγάλα τέ ἐστι, καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπειγόμενα, διὰ ταχέων·* ipseque Hippocrates *Aphoris.* 7. *sect.* 1. dicat, morbum peracutum *αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχειν· extremos protinus labores afferre:* satis intelligitur, quantum sit periculum remedia protrahere iis in morbis, qui, ubi cesses, aegrum statim in extremum capitis discrimen adducant. Quod Galenus *citato loco* luculenter declarat, hac sententia, quae non parum hunc *Aretaei* locum illustrat, ideo adscribenda: *ὅτι δ' ἀνάγκη διὰ τὸ μέγεθος τῶν νοσημάτων, καὶ τὴν σφοδρότητα τῶν συμπτωμάτων ἢ νικηθῆναι διὰ ταχέως τὴν δύναμιν, ὥστ' ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ὁρμήσασαν, εἰ μὲν κρατήσειεν ὧν προὔθετο, κρίσιν ἀγαθὴν, εἰ δὲ κρατηθείη, κακὴν ἐργάσασθαι, πρόδηλον παντί. Quod vero necessarium sit morborum magnitudine et symptomatum vehementia urgente, aut cito virtutem succumbere, ita, ut moriatur aeger; vel strenue ad mali expulsionem impetu sumpto, ubi superior fuerit, bonam crisim, aut eamdem victam, malam facere, nemo est qui dubitet.* Haec igitur causa est, cur in peracutis morbis non sit procrastinandum.

P. 232, 6. *ξυνεπείγει ἐπὶ τὸ κακίον*] Dolor membranae succingentis in peius urget, qui novos subinde humores ad partem affectam trahit, atque ita auget inflammationem: inflammatio autem febrem, et difficultatem respirationis.

P. 232, 7. *βῆχες κλονέουσαι τὸν θώρηκα*] Altera causa 242
praecipitis mali. Quia tussis thoracem et caput, irrequieto motu agitans, aegroti vires fatigat, et exsolvit: cui malo prompte occurrendum.

P. 232, 11. *μὴ κατ' ἴξιν τῇσι ἑτέρῃσι πλευρῇσι*] Iis qui ex ciborum ac potuum repletione dolorem lateris contra-

xerunt, inedia diei interposita, iubet sanguinem detrahi cubito; non eo qui e directo respondet lateri affecto, sed ex opposito: et rationem addit: κρέσσον γὰρ ἀπωτάτω ἄγειν, *praestat enim e maxima distantia trahere.* Quoniam ita demum revulsio intelligitur, si ad partem remotam et oppositam, qui in fluxu est humor revocetur: quod sane fit in ipsa parte opposita et distanti vena incisa: ut videre est apud Galenum *libello de hirudin. revulsione* etc. ubi observatis corporis sex dimensionibus, quas Philosophus distinguit *lib.* περὶ ζώων πορείας *cap.* 2. nempe sursum et deorsum; ante et retro; dextrum et sinistrum; quibus ipse hanc sesygiam intro et extra adiungit; semper inter oppositas differentias revulsionem instituit. At vero idem huius legis, quam ipse promulgavit, oblitus, in pleuritide venam e directo laborantis lateris secandam censet; hoc est, in eodem latere, non autem oppositam, ut ex eius verbis patet, quae habet in *lib. de curat. per sanguinis missionem, cap.* 16. τὸ μέν γε κἀπὶ τῶν πλευριτικῶν, ἡ κατ' εὐθὺ τοῦ πάσχοντος πλευροῦ φλεβοτομία, τὴν ὠφέλειαν ἐνεργεστάτην ἐπεδείξατο πολλάκις· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἀντικειμένης χειρὸς, ἢ πάντως ἀμυδρὰν, ἢ μετὰ χρόνον. Ubi animadvertendum est, *Galenum* non negare venae sectionem, quae in opposito fit latere, prodesse; sed parum et obscure, et post tempus. Cum recentiores factiosi Arabicae Medicinae osores, ac, ut recte eos *Scaliger* appellat, destructores literarum, non modo nihil iuvare, sed multum incommodare contrarii lateris venae sectionem, vociferentur; tum in *Avicennam* contumelias velut e plaustro passim effundant. Qui tamen non in ea est opinione; sed *Aretaeum* inter Graecos, gravissimum rei Medicae auctorem, in *Hippocratis* Libris apprime versatum, et quod caput est, in artis operibus exercitatissimum (quod signorum in morbis apparentium tam acutae, tam accuratae descriptiones indicant, tum etiam remediorum tanta experientia, quibus rebus omnes antiquos longe superavit) suffragatorem habeat. Sed nec quae in adversum afferunt magni ponderis sunt, quae scilicet tam acute, tam nervose repercussit vir ingenio et doctrina singulari praeditus *I. C. Scaliger,* in illis eruditissimis atque acutissimis commentariis, quos in *lib. Hippocrat. de Insomniis* edidit: ut facile appareat eos *Hippocratis* et *Galeni* auctoritate potius, quam ratione fretos, has turbas excitare. Una tamen distinctio mihi in hac re pernecessaria videtur; nempe initio detrahendum esse sanguinem ex opposito latere, si sanguis in universo corpore redundet, quod Graeci πληθώραν appellant: sin minus, ex

eodem latere iuxta sententiam *Hippocratis* et *Galeni*. Eo enim casu maxime periculum esse potest a sanguine de novo in partem affectam influente, si multitudine nullo modo imminuta e latere affecto vacuetur: quod periculum quale sit, demonstratione lineali et Geometrica ostendit *Scaliger*, eo loco. Cuius haec conclusio est: venam eiusdem lateris non modo humorem non tollere; sed etiam trahere ad locum male affectum. Haec, inquam, ratio valet, ubi subest redundantia humorum; non simpliciter et absolute. Nam et si sanguinem superfluum ad partem vacuatam attrahi valde rationi consentaneum est, non tamen sequitur, sanguinem, qui modum non excedit, eodem modo ad latus, unde vacuatur, attrahi: quantumvis maiore copia contineatur in eo spatio corporis, quod est inter latus oppositum, et illud quod vacuatur. Nam partes quidem quod superfluum est ab se facile dimittunt. Ceterum mediocrem sanguinem, ut amicum et familiarem retinent, nec sibi temere sua bona eripi patiuntur. Quare, ut dixi, ea opinio de mittendo sanguine statim ex opposito latere non valet; nisi cum sanguis per universum corpus redundat. Quod fortasse innuit *Aretaeus*, cum eam notat Pleuritidem, quae a repletione ciborum et compotationum ortum habuerit. Quoniam, qui ingluviei dediti sunt, plenitudinem facile contrahunt.

P. 232, 13. περιπνευμονίην γὰρ ἐπιφοιτῆσαι κίνδυνος] Ne sanguis in pleuritide usque ad animi defectionem mittatur, ob hanc maxime rationem deterret, quod hac re soleat pulmonum inflammatio contrahi, dum materia a latere in vicinum pulmonem commigrat: idque ob humorum refluxum ad internas partes, quem natura viribus collapsis facere solet: cui accedit pulmonis conditio, qui substantia sua rara et spongiosa, humores undecumque prompte attrahit.

P. 232, 15. τῆς ἐκτὸς ἀφαιρεθέντα θέρμης τε καὶ τάσιος] Humores ait τῆς ἐκτὸς θέρμης *externa caliditate* atque extensione destitutos intro refugere. Ubi quaerendum, quam caliditatem externam intelligat? nam potius internam dicere debuit; nempe naturalem: Nam ea sane privantur humores in lipothymia, quae nihil est aliud quam resolutio et defectus virium: vires autem a spiritibus et calore nativo non distinguuntur. Et certe *Aretaeus* alium calorem non intelligit, quam naturalem. Sed nimirum is calor, etsi ratione originis, et quia praecipuis corporis partibus ceu habitus inhaeret, *internus*, naturalis, insitus vere praedicatur: tamen, prout motu arteriarum per universum am-

bitum partesque extimas corporis fusus est, *externus* dici
243 potest; eius scilicet comparatione, qui cordi et aliis visceribus ac vasis corporis perpetuo inhaeret: sicut partes ipsae, quae in ambitu corporis sitae sunt, et oculis patent, respectu viscerum, exteriores dicuntur; licet illis interioribus non minus sint animali innatae et propriae. Addit vero et *τάσιος,* quae vox intensionem significat, qua etiam humores per animi defectiones privantur: quia calore et spiritu deficiente non possunt amplius ad extrema corporis extendi. Hunc enim motum habent a spiritibus, qui omnia in corpore impellunt, ob eam causam *τῶν ὁρμώντων* nomine ab *Hippocrate* appellati. Crassus tamen non *τάσιος,* sed *σπάσιος* videtur legisse: ita enim vertit: *humores enim exteriori caliditate attractioneque privati* etc. Sed non est, quod vulgatam lectionem mutemus: cum rationi apprime consentaneam esse, ex iis quae diximus constet.

P. 232, 15. *πνεύμων δὲ μανός τε καὶ θερμὸς, καὶ ἐς ἑλκὴν δυνατώτατος*] Raritas substantiae et calor, sunt res aptae ad trahendum: Calor quidem, ut causa efficiens tractionis; raritas vero ut id, quod recipit humorem. Hincque est quod spongiosae et molles particulae, lien, pulmo, glandulae, humores facile ebibunt, iuxta hanc sententiam *Hippocratis* in libro de *veteri Medicina: τὰ δὲ σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον σπλὴν, πνεύμων, καὶ μαζοὶ προσκαθεζόμενα μάλιστα ἀναπίοι, καὶ σκληρυνθείη, καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα ὁ πνεύμων.*

P. 233, 1. *αἱ τοῦδε διαδέξιες οὐ μάλα περιγίνονται*] Quae a latere in pulmonem transeunt vitia, haud esse mitia recte asserit: quia ab ignobiliore parte in nobiliorem *μετάστασις* non potest non esse periculosa. Idque de peripneumonia pleuritidem sequenti expresse docet Hippocrates, *sect.* 7. *Aphoris.* 11. *ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη, κακόν.* In *Coac.* tamen *praenot.* 22. paulo aliter sentire videtur; dum ait, pulmonum inflammationes, quae ex lateris dolore per metastasim nascuntur, iis quae initio et per se exsistunt, tutiores esse: *τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστᾶσαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἀσφαλέστεραι.* Verum haec loca, si recte perspiciantur, minime inter se pugnant. In illo *Aphorismo,* de Pulmonis Inflammatione loquitur, quae Pleuritidi accidit *κατ' ἐπιγένεσιν*: in *Coacis,* de ea, quae *κατὰ μετάστασιν,* et morbi in alium mutationem, efficitur. Est autem id discrimen inter *ἐπιγένεσιν* et *μετάστασιν,* quod in illa, priori morbo adhuc vigente, novus supervenit ob materiae copiam et propagationem: *μετάστασις* autem dicitur, cum morbo uno cessante, alter

exoritur, sicut ex die nox; ob materiae totius translationem ab una parte in aliam. Facile autem apparet multo maius esse periculum, cum morbus unus materiae pravae redundantia atque extensione alium de novo sibi adsciscit, quam cum translata penitus materia, ab uno loco in alium, unus ibi exstinguitur, alter illic accenditur.

P. 233, 9. ἔλαιον ϑέντα μαλϑακόν] Non temere epithetum hoc μαλϑακὸν, hoc est, *molle*, apposuit *Aretaeus*: Cur tamen ita statuerit, quaerendum amplius est: Nam profecto oleum esse humidum sive molle (si quidem et liquori haec vox accommodari potest) satis vulgo intelligitur, ut verbis opus non fuerit: sin quod Philosophus docet 4. *de affectionibus mistorum*, aliud humidum, aliud molle: pro olei peculiari conditione accipiendum erit; et fortassis pro viscido et lento; aut certe pro μαλϑῶδες, a voce, μάλϑα, quae ceram emollitam significat.

P. 233, 12. καὶ ἡ φλεγμασίη ἐξώκειλε] Deest adverbium ἔξω, vel ἐς τὰ ἔξω, quod restituendum est. Ita enim legendum esse liquet ex contextu.

P. 233, 13. τὸ δ' ἐστὶ ἔνδον αὔξησις] Ita, inquit, interdum vitium ad partes extimas convertitur, ut inhaerere in iis partibus videatur: quod tamen non ita est; sed nihilominus intus affectus latet, licet propter incrementum extra se propagatione diffundat.

P. 233, 15. ἐν τροφῇ γὰρ κείσεται τὰ φάρμακα] Sententia est Hippocratis *lib.* περὶ τροφῆς. ἐν τροφῇ φαρμακείη ἄριστον ἐν τροφῇ φαρμακείη.

P. 234, 2. πτισάνη προκεκρίσϑω] Ita et Hippocrates *libro de victu in acutis*, ubi Ptisanae eximias dotes, tam copiose et facunde explicat, ut ab ea integrum illud volumen olim περὶ πτισάνης vulgo citaretur, ut videre est apud *Athenaeum*.

P. 234, 8. προσηνὲς δὲ τὸ λεῖον αὐτῆς] Hippocrates, *citato loco*: τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ ξυνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισϑηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον etc.

P. 234, 16. ἀγαϑοὶ δὲ καὶ τράγοι] τράγος e frugum est genere, sicut βρῶμος; de quibus vide Dioscoridem *lib.* 2. Item Plinium, *libro* 18. *cap.* 10.

P. 234, 17. ἐπίσχεσιν, κάϑαρσιν πλευρῶν μᾶλλον, ἢ οὐρῆσαι] Scribe ἐπισχέσαι κάϑαρσιν πλευρῶν, deleta virgula.

P. 235, 1. ἄριστος δὲ καὶ ἄρτος ξηρὸς κοπεὶς κρησέρῃ σεσησμένος] Nihil aliud vult *Aretaeus*, quam quod Aetius 2. *Tetrabibl. serm.* 4. ubi de eodem morbo: ut scilicet micae panis tenuissimae ex aqua mulsa eis dentur. Nam multa

ex *Aretaeo* transcripsisse *Aetium*, patet. Ipse Aretaeus *libro sequenti de curatione* ὀξέων *cap.* θεραπεία αἵματος ἀναγωγῆς· eamdem rem sic praescribit: ἄρτος ὀπτὸς κατάξηρος κοπεὶς, ἠδὲ καὶ ἐς ἄλητον σεσησμένος. Ad panem lotum haec pertinere videntur, cuius parandi modum hoc loco tradit *Aretaeus*; nempe eum exsiccari debere, deinde contundi, tum incerniculo transmitti, postremo aqua maceratum denuo exsiccari ac compingi; quod posterius tamen
244 non expressit, quod id satis notum esset. Aut fortasse scripserat, et postea Librariorum incuria praetermissum est. Locus igitur hic notatu dignus est: quia pauci ex veteribus admodum eius praeparationis rationem docuerunt. Quippe *Galenus* panis ipsius mentionem facere contentus fuit, omissa parandi ratione. Post tamen *Oribasius* eam ex *Antylli* instituto prodidit *libro* 4. *collect.* et ex eodem *Aetius*; Deinde Avicenna *lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 572.

P. 235, 15. ἄριστον δὲ τῶν ἀρτιτόκων ὠῶν δοθῆναι ἐκπυρὸς ἀπύρων] Crassus vocem ἐκπυρὸς divisim legit, cum ita verteret: *Sed mirifice prosunt ova nuper a gallina edita ex igne igne carentia.* Verum cum ex iis, quae sequuntur pateat, hunc ova recens exclusa praescribere, et a matre calentia, sine alia coctione; quod et vox ἀπύρων significat: cur eiusmodi ova ἐκ πυρὸς ἄπυρα appellet, miror. Nisi innatum animalis calorem, πυρὸς nomine, intellexit; ut aliquando *Hippocrates,* atque etiam *Aristoteles,* et maxime in *lib. de respiratione,* ubi calorem nativum ψυχικὸν πῦρ appellat: quomodo etiam et *Theophrastus*, et plerique omnes antiqui usurpant. Atque ita πῦρ in his vocibus πυρὸς et ἀπύρων aequivoce accipiendum esset, scilicet, et pro vitali calore, et pro elementari, quo in culinis utimur. Id adeo, ut fieret in verbis figura et argutia, quam ut puto, ὀξύμωρον Grammatici appellant *acutam stultitiam,* ova ex igne sine igne: eiusmodi enim verborum lusus amant Iones. Verumtamen existimavi olim pro ἐκπυρὸς legi posse ἐκπυῤῥὸν, ovi *rufum,* ut *Vitellus* intelligeretur: quod hunc ita *Aetius* appellet, περιφραστικῶς in *libro* scilicet 3. *cap.* περὶ κλυσμῶν, ubi enema prascribit hisce verbis: χαμαιμήλινον δὲ ἔλαιον, καὶ ὠοῦ τότε πυρὸν καὶ τὸ λευκόν· etc. nam πυῤῥὸν ibi non πυρὸν legi debere palam est, estque vitelli ovi periphrasis. De utraque Lectione iudicent Docti.

P. 236, 2. καὶ ῥητίνης τῆς ξηρῆς τῆς ἀπὸ πίτυος ἐμπάσσειν] ῥητίνη, *resina* in genere duplex a *Dioscoride* distinguitur, *lib.* 2. una humida, altera sicca: humida rursus triplex; πιτυΐνη, πευκίνη, κυπαρισσίνη, sumpta ap-

pellatione ab arboribus, quae ipsam emittunt, nempe pinu, picea, et cypresso. Siccae autem differentiae hae traduntur: *στροβιλίνη*, *ἐλατίνη*, *πευκίνη*, *πιτυΐνη*, quod ex pineis nucibus, abiete, picea, et pinu petantur. Plinius *libro* 24. *cap.* 6. ubi de resinis: *summae species duae, sicca et liquida: sicca e pinu et picea fit; liquida, e therebintho, larice, lentisco, cupresso.* Quae verba ita accepit *Brasavolus*, ubi de resinis agit, quasi e pinu et picea siccam tantum resinam provenire dicat *Plinius;* cum ait, *Plinium* in resinarum historia dissentire a *Dioscoride:* sed non ita est. Etsi enim resinam siccam ab iis arboribus prodire dicit, attamen humidam ab iis quoque exire non negat: sed siccam dixit, ut distinguat ab aliis arboribus, quae humidam tantum fundunt. In quo ipse *Brasavolus* magis culpandus est, qui inter arbores humidam resinam fundentes, lentiscum numeret; cuius resinam, mastichen dictam, vere esse siccam nemo nescit. Vide *Matthiolum in* 1. *Diosc.*

P. 236, 3. *ὅκως τὸ θεῖον κρέσσον εἴη*] Quaedam hic desiderari coniicio. Sed ea ex M. S. Codicibus solum restitui possent.

P. 236, 7. *συῶν ἐγκέφαλοι*] Suillum cerebrum diligenter assum, vel in albo iure legitime elixum, porro et anetho iniectis dabat quoque *Galenus* iis, quorum vires attenuatae erant ad eas instaurandas. Vide eum *lib.* 12. *Meth.*

Ibid. *ὀπτοὶ μὲν ξὺν τῷ ἐπιπλόῳ*] *ἐπίπλοον* nomen est membranae fundo ventriculi adhaerentis, quae quod intestinis innatet, id cognomentum accepit: hac, cum sit adiposa, involvebant iocinora animalium frixa, quo essent opimiora; ut *Philetaeus* docet apud *Athenaeum* in *tertio.* Ad quem modum et cerebrum Suis assum omento involutum apponebant: quod tamen *Aretaeum*, in Pleuriticorum victu, probasse non verisimile est. Quis enim acute febricitantes nidorulento cibo, et aegre impleri patiatur? Quare mutilum esse hunc locum dubitandum non est. Et nisi me valde coniectura fallit, scripserat *Aretaeus*, *ὀπτοὶ μὲν ξὺν τῷ ἐπιπλόῳ κνισσώδεες· ἄνευ δὲ τουτέου ἄκνισσοι.*

P. 236, 8. *ἢν δ᾽ ἄκερχνος ἔῃ*] Nomen compositum a *κέρχνος*: qua voce *Hippocrates* faucium asperitatem et strepitum in pulmone significat, Galeno teste, in *Exegesi.*

P. 237, 3. *ξυμμίσγοντα μήκωνος τῆς σαρκὸς ἑνηψημένης*] Quam hic carnem papaveris appellet, non satis planum est: nisi capita eius herbae intelligat, quas *κωδίας* vocat Dioscorides *lib.* 4.

P. 237, 4. *καὶ μάννης ἄλιτον ἐμπάσσειν*] Manna thuris intelligenda est, quae a *Dioscoride*, *Galeno*, et aliis

Graecis *μάννη λιβάνου* dicitur: ita autem appellantur micae, quae e thureis glebis resolvuntur. In quo non parum hallucinatus est *P. Crinitus*, putans; quam *Dioscorides* *μάννην λιβάνου* appellet, eamdem esse illi, quae mellis genus est, et ad purgandum leniter alvum usurpari solet. Ita enim scriptum ab eo est *lib.* 25. *cap.* 7. *de honesta disciplina.*

P. 237, 9. *καὶ κάγχρυς*] De quo vide Dioscoridem *lib.* 3. *Cornarius* Aetii interpres ad 2. *Tetrabibl. serm.* 4. *cap.* 68. ubi multa ex *Aretaeo* exscripta leguntur, *Canchry* semen rosmarini interpretatur. Quod non est intelligendum de nostro rosmarino, qui *coronarius* dicitur; hic enim sterilis est: sed de alia specie ferulacei generis, cuius semen *κάγχρυς* et *κάγχρυ* proprie dicitur. Scribitur et *κάχρυ* vel *κάχρυς* sine *γ*.

245 Ibid. *ἢν δὲ καὶ ψυχρῶν τῶν τόπων*] Per *τόπους* partes intelligendae sunt, quibus cataplasmata imposita sunt: in quibus si frigus intus sentiatur, acetum affundi iubet. Habet enim acetum calorem non obscurum; et in cataplasmatis iis, quae Sinapismi dicuntur, vim Sinapi suscitat.

P. 237, 13. *θάλψιες ἐν κυρβασίῃσι*] *κυρβασία* genus est pilei Persici, qui aliter Tiara dicitur, et Cidaris. Pollux, *τὴν δὲ κυρβασίαν, καὶ κίδαριν, καὶ πῖλον καλοῦσι.* Ita et Galenus in *Exegesi.* Suidas in *hac voce*, et Scholiastes Aristophanis *in avibus.* Hic vero accipit *Aretaeus* pro sacco, in quo semina includuntur ad fomenti usum; fortasse ob similitudinem figurae. Nam pilei genus istud oblongum erat, et complicari poterat, teste eodem Scholiaste Aristophanis ibidem: *ἔστι δὲ αὕτη* (inquit) *κατὰ προειπόμενον, τιάρα· τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος, καὶ ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν, τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ὀρθήν.*

P. 238, 17. *οἱ γὰρ ἐκ τῆς συντήξιος ἰχῶρες*] Humiditates, quae e salibus liquatis distillant, *ἰχῶρες* appellat: quod iis similes sunt, quae e malignis ulceribus prodeunt. Ita enim appellat Celsus *libro* 5. *cap.* 26. *ἰχὼρ tenuis, subalbidus ex malo ulcere exit*, etc. Ipse *Aretaeus* mox ubi de vulneribus per scarificationem factis expurgandis agit: *οὐ γὰρ αἷμα ἡ τροφὴ, ἀλλὰ ἰχὼρ ἐκρέει.* De hac voce plura nos in nostro tractatu de *Lacrymis lib.* 1.

P. 239, 9. *θεῖον τοῦ ἀπύρου*] Sulphur ignem non passum deligit; quia id optimum est, ut expresse ait Dioscorides *lib.* 5.

P. 239, 11. *ἔχειν ὧν χρὴ κεραμεοῦν κοῦφον*] Vasis descriptio est pro fomento, atque ipsum vice cucurbitae la-

teri dolenti applicari iubet cum magna flamma; non ut corpus tangat, sed interposito aliquo spatio, ne flamma exstinguatur: eiusmodi sunt, quae φακοὺς κεραμέας infra appellat *libro 2. therap. cap. de curatione Ilei.*

P. 239, 16. *ὡς μὴ διασβεσθείη τῇ πνιγί*] πνὶξ suffocatio: *πνιγεὺς* vero operculum est quoddam, quo carbones suffocantur. Aristoteles *lib. de Iuvent. et Senect. cap. 5. παράδειγμα δ' ἐκ τούτου λαμβάνειν ἐστὶ τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν καταπνιγομένων ἀνθράκων. ἂν μὲν γὰρ ὦσι παραπεπωμασμένοι τῷ καλουμένῳ πνιγεῖ συνεχῶς, ἀποσβέννυνται ταχέως.* Allusit fortasse *Aretaeus.*

P. 239, 18. *τὴν κάτω ἰητρείην*] Ita elegantissime appellat *enema*, et *μητρέγχυτα.*

P. 240, 5. *πινέριον ξὺν μέλιτι ἑψηθὲν ἐς σύστασιν*] In Editione *Henischii* ad marginem *πικέριον,* quod idem esse ac butyrum, supra docuimus. Quam lectionem esse probam liquet ex *Aetio*, qui in curatione pleuritidis, butyrum quoque recens cum mellis et terebinthinae aequalis partibus decoctis, pro pilulis, sub lingua tenendis, commendat; quod hinc mutuatum esse nullus dubito. Quo fit ut suspicer fortasse et terebinthinam ab *Aretaeo* positam in hocce eclegmate, et eam vocem postea intercidisse.

P. 240, 11. *καὶ πρὸ τῆς ἄρσιος*] Usitatior est vox composita *πρόσαρσις* pro cibo, qui offertur, sicut et *πρόσαρμα;* quibus vocibus passim utitur Hippocrates. Attamen et simplex nomen idem significare nihil vetat.

P. 240, 12. *κνίδης καὶ λίνου τοῦ σπέρματος*] Eandem compositionem videre est apud Aetium, *citato loco;* nisi quod simplicium mensurae non congruunt.

P. 240, 13. *καὶ κώνου τοῦ κοκκάλου*] Non satis constat, quid per has voces intelligat; ipsas ne nuces pineas, quae et *στρόβιλοι* vocantur, quae propria est notio huius vocis, *κῶνος*: an interiores nucleos, qui soli esculenti sunt: quos *Galenus πυρήνους στροβίλων* appellat *lib. 6. de compos. Medic. in bechicarum Antipatri recensione:* et simpliciter *πυρήνους* in libro *εὐποριστῶν*: in *descriptione eclegmatis bechici, πυρήνων ἤτοι στροβίλων*· Graecis autem et propria voce *πιτυΐδες* dicuntur, ut ex verbis *Dioscoridis* patet: *πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης.* Nam et *κώνους,* hoc est nuces pineas locum habuisse in compositionibus medicamentorum, ex verbis *Plinii* colligi potest, quae scripta sunt in *libro* 23. *cap.* 8. *Nuces pineae, quae resinam habent, contusae leviter, additis in singulis sextariis aquae ad dimidium decoctae, sanguinis exscreationi medentur.* Et postea nucleorum nu-

cis pineae facit mentionem paulo infra. Immo *στροβίλους* et *κώνους* non modo pineas nuces, sed etiam nucleos ipsos a *Graecis* appellatos fuisse *Dioscoridis*, et *Galeni*, et *Plinii* etiam testimonio constat. Nam quae *περὶ στροβίλων* scribit *Dioscorides*, nucleis manifeste congruunt: *στρόβιλοι*, inquit, *καὶ καθαροὶ ἐσθιόμενοι, ἢ μετὰ γλεύκεος καὶ σικύου σπέρματος πινόμενοι.* etc. Nam enim nuces ipsae esculentae sunt, sed interiores nuclei. Tum autem *Plinius* dum eum locum in historiam transferret, quas facultates strobilis tradit *Dioscorides*, nucleis ipse assignavit. Ex quo patet *στροβίλους* nucleos pineae nucis interpretatum fuisse. Quod et amplius confirmatur iis, quae in *eodem capite* addit *Dioscorides:* postquam enim *στρόβιλοι καθαιρόμενοι* quid praestare possent, docuit; postea de integris strobilis ita agit: *ὅλοι δὲ στρόβιλοι ἀπὸ δένδρων πρόσφατοι θλασθέντες ἐν γλυκεῖ, καὶ ἑψήματι, ἁρμόζουσι παλαιαῖς βηξί.* etc. Sed et *Simeon Sethi*, *στροβίλους* accepit pro fructibus *lib. de alimentis cap.* 8. *οἱ κοκκονάριοι ἤτοι στρόβιλοι· ὁ τοιοῦτος καρπός* etc. *στρόβιλοι* autem iidem, qui *κῶνοι.* ut *Galenus* docet scribens *lib.* 2. *de alim. fac.* quos Antiqui Graeci *κώνους* vocarent, a recentioribus Graecis *στροβίλους* postea esse appellatos. Ut igitur huic Disceptationi finem imponam, existimo et nostrum *Aretaeum* hic *κώνους* et *κοκκάλους* pro nucleis sumpsisse. Quoniam eos proprie pectoris morbis convenire testatur *Dioscorides*, citato loco. Galenus *lib.* 8. *de simpl. med. facultatibus;* et reliqua turba Medicorum.

246 P. 240, 16. *μυστίλη μίη*] Quid sit *μυστίλη*, supra docuimus.

P. 241, 1. *λίτρα μίη*] Melius in dandi casu *λίτρᾳ μίῃ*.

P. 241, 4. *ψυχρὸν δὲ ὕδωρ ὁκόσοι τῶν ἰητρῶν*] Eos improbat, qui frigidam pleuritide laborantibus propinant: merito, utpote quae *ἀνακάθαρσιν* impediat: frigus enim humores densat, vias adstringit, coctionesque impedit, et peculiariter pectori inimicum est: ut ex *Aphoris.* 24. colligi potest; et expresse docet Celsus *lib.* 4. *cap.* 6. ubi de Pleuritide agit: *utendum* (inquit) *cibis potionibusque calidis, vitandum frigus.* Et *Trallianus* de victu item pleuriticorum tradens; *aqua tepida,* inquit, *pleuriticis semper exhibenda.*

P. 241, 9. *ἰδέη τις ξυνδρομῆς*] Vox haec Empiricorum, qui ita multorum signorum concursum appellabant; ex quibus, qui esset corporis status, cognosceretur; nempe *πληθωρικὴν συνδρομήν·* cum omnia, quae plenitudinem humorum indicant, in eodem corpore reperirentur. In editione

Henischii ante vocem *ἰδέῃ*, asteriscus est, quae mutilae aut corruptae scripturae nota est: et sane aliquid desiderari arbitror. Sed exspectandum auxilium a M. S. Cod.

P. 241, 12. *ἀλλὰ καὶ πνεῦμά κοτε ξυνιστὰν ἐν πλευρῷ*] Ita et Aetius 2. *Tetrabibl. ser.* 4. *cap.* 68. ubi de notha pleuritide: non alienum ab hoc loco est, quod de quadam falsa pleuritide observat Amatus Lusitanus *centur.* 7. *curat.* 72. in qua scilicet dolor esset extensivus in exteriore parte thoracis, difficilis in partem decubitus, febris continua, tussis sicca, et qua nihil effatu dignum exspueretur. Hanc autem Pleuritim refert in abscessum exteriorem phlegmaticum degenerasse; quo aperto, non multo post aeger mortem oppetierit.

AD LIBRUM SECUNDUM
CURATIONIS MORBORUM ACUTORUM.

Περὶ Θεραπείας πνευμονίης.
De Curatione Pulmonariae.

Ita pulmonis inflammationem vocat *Aretaeus*, quam Medici communiter *περιπνευμονίην*· Hippocrates *libro de internis affectionibus*, alio flexu *πνευμονίδα* nominavit. Ita enim hanc vocem *Foesius* interpretatus est.

P. 243, 5. *εἴτ᾽ ἄμφω*] Supple *φλέβας*.

P. 244, 2. *ἢν γὰρ ἐξ αἵματος αἱ προφάσιες ἔωσι*] Causas perstringit, quae pulmonis inflammationem faciunt: sunt autem hae, sanguis, pituita, spuma; quas et causas tradit *Hippocrates*, citato libro; *φλεγμονὶς δὲ γίνεται ἀπὸ τῶν δὲ μάλιστα. ὁκόταν ὁ πλεύμων αἷμα ἑλκύσας ἐφ᾽ ἑωυτὸν, ἢ φλέγμα ἁλμυρὸν μὴ ἀπῇ πάλιν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ ξυστραφῇ, καὶ ξυμπαγῇ.* Ob has vero venae sectionem esse necessariam ostendit: quia si sanguis causa est, per eam vacuatur; sin alii humores, sic quoque ea benefacit: quod corpore vacuato, meatus pulmonis liberiores reddat, ad usum respirationis. Est proinde quod miremur, hanc ab *Hippocrate* esse praetermissam in eo libro; ubi eius morbi curationem tradit.

P. 244, 7. *διαχρίοντα τὴν ἕδρην λίτρῳ*] An balanum intelligit ano inserendum, ad flatus ducendos?

P. 244, 9. ἀντὶ δὲ τῆς φλεβοτομίης] Enema acre, ubi sanguinem mittere non licet, vicem supplere docet *Aretaeus;* quod et Galenus testatur *lib.* 5. *Method.* qui matronae cuidam, quae sanguinem e pulmonibus reiiciebat acrem, clysterem imperavit: quod ei venam nollet incidere, propter inediam; quam per quatriduum passa fuerat.

P. 244, 11. ἢ ῥητίνῃ δέ] Scribendum, ἢ ῥητίνῃ δὲ, *aut resinae,* in dandi casu, praecedente coniunctione disiunctiva ἢ.

P. 244, 12. κολοκύντης δὲ τῆς ἀγρίης αἱ σάρκες αἱ εἴσω] Pulpam interiorem Colocynthidis, quam *Hippocrates,* ἐντεριωνὴν vocat, pro enemate, aqua incoqui iubet: in qua decoctione eximie cavendum est, ne qua particula eius, cum liquore in alvum penetret: nam ea inhaerescens intestinis, ulcus in iis insanabile crearet. Quod accidisse *Guillelmo Pelisserio* viro eruditissimo atque clarissimo testatur Pierius *lib.* 2. *de Literatorum infelicitate;* cum scelerati Pharmacopolae culpa catapotia ex male trita colocynthide sumpsisset. Quare, ut in medicamentorum praeparationibus exactissime conteratur monet Avicenna *lib.* 2. *tract.* 2. *cap. de Colocynthide. Et oportet* (inquit) *ut in eius contritione ad summum perveniatur: pars enim minima eius in sensu, quum invenit humiditatem, inflatur, et adhaeret partibus stomachi, et involutionibus intestinorum, et apostemat.* Idem et *Serapio* confirmat apud *Mesue.*

P. 245, 11. δι' ὑμέρης] δι' ἡμέρης.

P. 245, 15. ἢν δὲ ἐν ἀκμῇ τῆς πνιγός] Medicus suae famae consulere debet, neque committere ut in morbi extremo impetu et desperatione quicquam remedii admoveat; ne eum interfecisse credatur, quem sua sors peremit.

247 P. 246, 3. αὐστηρὸν δὲ πτισάνης ὁ χυλός] Non est dubium, quin σιτηρῶν legi debeat pro αὐστηρὸν, quod et ex *Crassi* versione patet: dicunt autem *Graeci* σιτηρὰ, quae nos *Cerealia,* aut frumentacea.

P. 246, 6. κακὸν γὰρ περιπνευμονικοῖσι φῦσαι] Flatus iis, qui inflammatione pulmonum laborant, vehementer nocere recte iudicat: Nam iis distenta hypochondria et ventriculus, premunt pulmones: aut si iidem pulmonum substantiam occupent ac distendant, meatus animae angustiores reddunt, atque ita augent suffocationem.

P. 246, 7. οἶνος ποτὸν ἢν ἄπυροι ἔωσι] Vinum concedit peripneumonicis, si febre careant, quod sane rarum est, ut febris pulmonum inflammationem non comitetur. Inter signa namque, quibus ea cognoscitur, febrem ponit Galenus *lib.* 4. *de loc aff. cap.* 9. ὅτ' ἂν δὲ τῇ μετὰ στενοχωρίας τε, καὶ βάρους, δυσπνοίᾳ, πυρετὸς ὀξὺς συνεισβάλλει, φλε-

γμονὴ τὸ πάθημά ἐστι τοῦ πνεύμονος. Quin ipse *Aretaeus* id dicit supra *lib. 2. de causis et signis acut.* ubi de eodem morbo agit: *ἥδε ἐστὶν, ἣν καλέομεν περιπνευμονίην, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος, ξὺν ὀξέϊ πυρετῷ.* Attamen interdum hunc morbum sine febre esse haud absurdum est; quo casu vinum concedit, idque eiusmodi, quod non multam habeat adstrictionem; ne pulmonum augeant obstructionem. Caeterum eo morbo laborantes vinum cupide expetere docet Aristoteles *in 27. sect. probl. 4.* et causam addit, quia ob internum fervorem vehementer sitiunt: vinum autem licet natura calidum, sitim magis sedet, quam aqua: propterea quod magis penetrat, et partes sitientes potentius humectat quam aqua; quia non solum est potus, sed et alimentum.

P. 246, 12. *θώρηξ δὲ ἐσκεπάθω*] Scribe *σκεπάσθω.*

P. 246, 13. *τὸ διὰ τῆς λημνηστίδος*] Huius compositionis Galenus mentionem facit *lib. 6. de sanit. tuend. τοῖς δι' εὐφορβίου καὶ λημνήτιδος, ἣν ἀδάρκην τε, καὶ ἄδαρκον ὀνομάζουσιν, ἐχρῶντο φαρμάκοις.* Ubi *λημνῆτιν* appellat quod alii *λήμνηστιν.* Qua et voce utitur *libro 1. de compos. medic. κατὰ τόπους: καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἡ λημνῆτις οὐδενὸς τούτων δεύτερον·* etc. Est autem *λήμνηστις*, vel *λημνῆτις* salsugo quaedam in paludibus proveniens, unde nomen, ubi arundinibus et herbis adhaerens invenitur.

Ad Caput II. *περὶ Θεραπείας αἵματος ἀναγωγῆς.* *De Curatione Sanguinis Reiectionis.*

P. 247, 1. *πᾶσαι δὲ ἐξ ἀναγωγῆς αἵματος οὐκ εὐήθεες*] Deest vox *φοραί. αἵματος φορῆς* supra *lib. 2. cap. 1. de causis et signis acutorum morborum:* et hic paulo infra *αἵματος γὰρ ἡ φορή.* Versus finem; *ἐς δὲ τὰ τοιάδε εἴδεα τῆς φορῆς.* et rursus paucis interiectis: *ἢν μὲν ὦν ξυνεπείγῃ ἡ φορή. ἐξ ἀναγωγῆς* autem idem valet, atque per superiora. Namque *ἀναγωγὴ* Medicis proprie accipitur pro sanguinis e pulmonibus reiectatione, quicquid reclamet Hofmannus *lib. 5. Var. Lect. cap. 22.* ubi inepte grammaticatur, ut supra ostendimus eo loco.

P. 247, 4. *οὐδ' ἢν ἀπὸ θώρηκος, ἢ πνεύμονος, ἢ στομάχου, ἢ ἥπατος τῶν κινδυνωδέων*] Reponendum hic adverbium *μόνον*, quod desideratur, ut sequens exceptiva declarat, *ἀλλὰ κἢν ἀπὸ κεφαλῆς.* Sed et sententia id postulat: neque enim tantum, si a thorace aut pulmone, aut stomacho aut hepate (supple sanguis fertur) periculosum est; sed et si a capite, quae sanguinis eiectio magis innocua.

P. 247, 11. σηκὸν ἐπίπεδον] Σηκὸς proprie dicitur stabulum ovium et caprarum; tamen et pro domo accipitur, ut hic.

P. 247, 12. ἐρεθιστικὸν γὰρ αἱ σείσιες] Motu et concussione humores quosvis irritari ad eruptionem ex *Aphorismo* 14. *sect.* 4. colligi potest: quo *Hippocrates* iubet, eos qui Veratrum sumpserunt, moveri, quo scilicet vomitum sibi magis provocent: ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν. etc. Ad quae verba Galenus in *commentario* annotat, corpus ut quiete in eodem statu servatur, ita a motu immutari atque alterari: ἡσυχία μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταστάσεως φυλάττει· μεταβάλλει δὲ καὶ ἀλλοιοῖ τὸ σῶμα κίνησις. Addit *Hippocrates*, ibidem, exemplum a navigatione, in qua quidem corpus a motu perturbari plane perspicitur: vomunt enim qui navigant, non odore maris, ut quidam putant, sed agitatione navis; ut docet Galenus *in Commentariis.*

P. 247, 13. μὴ κάρτα εἴκουσα] *Lectus non admodum cedens corpori.* Amant circuitiones *Iones:* nam uno verbo μαλακὴ dicere poterat, pro qua voce definitionem posuit. Nam Aristoteles *molle* ita definit *libro de mistorum affectionibus:* μαλακὸν δὲ τὸ ὑπεῖκον. Sed addit τῷ μὴ ἀντιπεριΐστασθαι, hoc est, ut ipse explicat, κατὰ τὸ ἐπίπεδον, quod omisit *Aretaeus,* quia non id agebat: et mollis lectus satis intelligitur, qui cedat prementi. Lectum autem non probat iis, qui sanguinem per os reiiciunt, qui valde sit mollis, et in quo profundius corpus mergatur, qualis plumeus est; quod talis nimio plus quam satis est calefaciat. Itaque mox addit ἄθερμος.

P. 248, 3. τὴν ἐπ' ἀγκῶνι κοίλην] Eam intelligit, quam *Hippocrates* τὴν εἴσω φλέβα, *venam internam* appellat *Libro* 4. *de victu in acutis,* et ἀγκῶνα metonymice, in *tertio*
248 *Epid.* ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔτεμον. *Basilicam* vulgo nominant.

P. 248, 7. ἡ δὲ ἀνωτέρη τῆς δέ] Per venam superiorem, *cephalica* sive humeraria intelligenda est; aut quae ex ramis internae et humerariae coniunctis efficitur. *Nigram* Arabes appellant, quam venam superiorem negat se videre, cur potius in eo affectu secari debeat, quam basilica, quandoquidem utraque unius eiusdemque venae, quae a brachio descendit, hoc est, axillaris rami propago est.

P. 248, 8. ὥστε οὐδένα μέζον] Scribe οὐδὲν μέζον.

P. 248, 9. αἴδριες γὰρ τῶν ἀποσχίσιων] Improbat eos, qui venas brachii certis visceribus respondere volunt; quos ait ignorare divortia et propagationes venarum: quoniam quae ab eadem vena propagines scinduntur, eamdem ha-

bere ad vacuandam opportunitatem, consentaneum est. Qua quidem sententia aperte *Galeno* *ὁμόσε χωρεῖ*, ut dicitur: qui referre utra ex iis venis secetur pro situ partium affectarum; neque promiscue secandas esse expresse asserit in libello *de curat. per sanguinis missionem*: quem locum, quoniam prolixior est, adscribam ita ut a *Fuchsio* Latine est conversus. *In oculorum itaque doloribus tum humeraria vocata vena, tum quae ex ea derivata est, in gibbero incisa, manifestum celeriter commodum afferunt: laborante autem latere, aut pulmone, aut septo transverso, aut liene, aut iecore, aut ventriculo, quae per alas ad gibberi iuncturam pertingit; secanda vero tum maxime interior erit. Quod si non ea, quae ab ipsa deducta, in iuncturae flexura apparet: Cognovisti sane paulo ante ab humeraria vena deduci praedictam, connectentem ipsam. Tres enim hi sunt mittendi ex gibbero sanguinis loci; interior, exterior, medius. Interior igitur, in quibus partes, quae infra collum sunt, laborant, utilis est. Exterior vero quibus partes quae supra collum sunt, ut facies, aut caput, male afficiuntur. Medius locus interdum utrasque habet diductas venas, in anteriorem manus partem protensas, ac deinde hic coeuntes: interim vero statim in ipso iuncturae flexu in unum mutuo congredientes nonnunquam manifestam earum alteram, obscuram vero alteram. Proinde ubi vena laboranti parti propria obscurior exsistit, et ad mediarum aliquam accedis, conare eam quae a propria derivatur, potius incidere. Accidit autem ibi et quae inferiores sunt gibberi iunctura, eas nimirum quae in cubito sunt, secare nihil impediat, non apparentibus iis quae in gibbero sunt: atque harum quidem eas quae in rectum sunt laborantium partium. Porro tam perspicuam saepe celeriter utilitatem quae in rectum fiunt laborantium partium venae sectiones afferunt, ut et qui laborant, et familiares ipsorum saepe numero obstupescant.* Haec Galenus. Quorum locorum collatione, *Aretaei* (inquam) et *Galeni* nonnulla iis, qui sagacius talia odorantur suspicio fieri potest, *Aretaeo* eam opinionem *Galeni* de peculiarium venarum sectione innotuisse quidem, usque adeo tamen improbabilem visam, ut hic dedita opera confutandam putarit.

P. 248, 9. *ὅσοι στομάχῳ καὶ ἥπατι ξυνῆψαν τὴν ἄνω*] Per *τὴν ἄνω* *humerariam* seu Cephalicam intelligit: per *τὴν κάτω*, quam *basilicam* vulgo appellant, quam stomacho et iecori respondere liquet, non autem humerariam, ex paulo ante citatis *Galeni* verbis. Quare pro *τὴν ἄνω* *τὴν κάτω* scribere convenit.

P. 248, 10. *ἢν δὲ ἀπὸ πνεύμονος ῥέῃ*] Et male hic *πνεύμονος* pro *σπληνὸς* legitur: de incisione enim eius venulae, quae inter minimum digitum et medium, qui *Graecis παράμεσος* dicitur, sinistrae manus sita est, loquitur: quam spleni vacuando, non autem pulmoni dicatam esse, ex *Paulo Aegineta*, *Avicenna*, et aliis discimus; sed maxime ex *Aetio*, qui *Tetrabibl.* 1. *serm.* 3. *cap.* 15. ita scribit; *quod si splen patiatur, venam inter anularem, et parvum digitum manus seca, aut in cubito internam.*

P. 248, 14. *τῃ ὧν πλέονι πρὸς τρισὶ δακτύλοις*] Mendosa lectio haec, quam sic emendo: *τί ὧν πλέον, εἰ πρὸς τοῖσι δακτύλοις.* etc. Quam igitur maiorem utilitatem capiet, si quis ipsam iuxta digitos, non autem in cubito secet. Sententia autem plana est. Quemadmodum enim supra eos ut venarum distributionis ignaros redarguit, qui quum sanguis e pulmonibus reiicitur, superiorem puta humerariam venam secare malunt, quam internam cubiti; siquidem et illa e ramo axillari descendit: sic nunc iis succenset, qui ad lienis affectus mediam inter medium et minimum digitum sinistrae manus pertundunt, ceu non haec ab ea, quae in cubito est, propagata sit. Sic est *Aretaei* sententia de his venis, quam nunc recentiores sequuntur, praesertim qui Anatomiae impensius student. Attamen aliud in venis praeter agnationes et propagationes spectandum fortasse est: et in venis ab eodem ramo fruticantibus discrimina occulta a situ et rectitudine reddi, haud absurdum est, ut quidam surculi visceribus certis respondeant; quod *Galeno* placuisse patet ex libro illo de *curat. per sanguinis missionem.* Ubi somniis quibusdam se admonitum testatur, ut arteriam inter indicem et pollicem sitam tunderet. Par enim ratio est salvatellae, et illius arteriolae: sic ergo ille scribit: *προτραπεὶς ὑπὸ τινῶν ὀνειράτων δυοῖν ἐναργῶς μοι γενομένων, ἧκον ἐπὶ τὴν ἐν τῷ μεταξὺ λιχανοῦ τε καὶ μεγάλου δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀρτηρίαν ἐπέτρεψά τε ῥεῖν ἄχρις ἂν αὐτομάτως παύσηται τὸ αἷμα, κελεύσαντος οὕτω τοῦ ὀνείρατος. ἐῤῥύη μὲν οὖν οὐδ᾽ ὅλη λίτρα· παραχρῆμα δ᾽ ἐπαύσατο χρόνιον ἄλγημα, κατ᾽ ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ἐρεῖδον, ἔνθα συμβάλλει τῷ διαφράγματι τὸ ἧπαρ.*

249 P. 249, 5. *ἀρήγειν δὲ καὶ δεσμοῖς ἄκροις ποδῶν*] Ita est usus omnium fere, qui Medicinam faciunt; ut ad sistendum sanguinem per nares aut os erumpentem, extrema corporis arctis vinculis comprehendant. Quod tamen *Asclepiadi* non placuisse refert Cornelius Celsus *libro* 4. *cap.* 4. ubi de tussi agit: *Erasistratus horum crura quoque et fe-*

mora, brachiaque pluribus locis deligabat: id Asclepiades adeo non prodesse, ut etiam inimicum esset, proposuit. Etiam *Scribonius* auctoritate eiusdem *Asclepiadis* adversus eum usum disputat in libro *de compos. Med. cap.* 83. ubi ad eum ipsum affectum remedia proponit: quibus tamen argumentis respondere haud difficile est.

P. 249, 8. *ἡ διάσφυγξις*] *γρ. διάσφιγξις*, deligatio.

P. 249, 9. *ἔρια μὲν πινόεντα οἰσύπῳ ἀπὸ τῆς ὄϊος*] Sufficiebat dixisse *ἔρια πινόεντα*· quae *οἰσύπου*, hoc est, *lanae succidae* circumlocutio est. Quo fit ut suspicer illa *οἰσύπῳ ἀπὸ τῆς ὄϊος* non esse Auctoris; sed glossema ad oram paginae notatum ab aliquo studioso, in textum postea traductum esse. Et sane paulo inferius *ἔρια πινόεντα* nominat: neque quicquam praeterea addit ad oesypum significandum.

P. 249, 14. *τῆς ἀκακίης ἢ ὑποκυστίδος ξηρῶν τῶν χυλῶν*] Scribe *ὑποκιστίδος* per *ἰῶτα*, Acacia spina est in *Aegypto* nascens, quae fructus inclusos siliquis fert lupinis similes: e quibus succus expressus siccatur in umbra ad usus medicos; praecipua ei vis stipandi atque adstringendi. *Dioscorides περὶ ἀκακίας, τὸν δὲ καρπὸν ὥσπερ θέρμον ἐν λοβοῖς κείμενον, ἐξ οὗ καὶ ἐκθλίβεται τὸ ἐγχύλισμα ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ.* Quod igitur is succus in umbra exsiccaretur, ea causa *ξηρῶν χυλῶν* dicit *Aretaeus.* De eodem succo *Nonnus* e posterioribus Graciae Medicis *cap.* 1. *διαλύων ἀκακίας καρποῦ τῷ ἀφεψήματι· τοῦτ' ἔστι τῶν λεγομένων ἀκανθῶν κερατίων.* Hypocistidis eadem facultas, quae Acaciae.

P. 249, 15. *τὸ ὀμφάκιον ὄξεϊ λυθέν*] *Nonnus* una voce *ὀξυφάκινον* appellat pro *ὀξυομφάκινον*.

P. 250, 1. *ψύξαι καὶ ξηρῆναι*] Lege *στύψαι, stipare* et comprimere.

P. 250, 13. *μίσγειν δὲ καὶ συμφύτου τῆς ῥίζης*] Hanc etiam radicem pro eo affectu commendat *Scribonius Largus*; et a nonnullis *inulam rusticam*, ab aliis *alum gallicum* nominari auctor est *cap.* 83. *de compos. Med.* Ubi et animadvertit, ei qui eam radicem comedat, eo die cavendum esse ab aceto; ne degustet, quod huius radicis effectum resolvat: quae observatio sagacibus ingeniis magnum scrupulum iniiciat, mirantibus quid sit, quamobrem acetum, cum ipsum stypticum sit, eandem symphyti facultatem minuat, quam potius augere deberet.

P. 250, 14. *βραβύλων ἀγρίων ῥίζας ἑψεῖν*] Quid sit *βράβυλον* docet *Athenaeus* ex Clearcho Peripatetico *lib.* 2.

nempe hoc nomine pruna a *Rhodiis* et *Siculis* vocari, unde *Theocritus:*

"Ορπηκες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε.

Item:

"Οσον μῆλον βραβύλοιο.

Addit nomen iis inditum ab effectu, quia alvum laxant: τὰ δὲ βράβυλα, φησὶ, ὅτι εὐκοίλια, καὶ τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα. tum formam et saporem declarat in hunc modum: ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀκρόδρυον μικρότερον μὲν τῇ περιφορᾷ τῶν κοκκυμήλων, τῇ δ' ἐδωδῇ τὸ αὐτὸ, πλὴν ὀλίγον δριμύτερον. *Crassus* interpres *Aretaei* βράβυλα a Graecis dici proprie *Damascena* posuit in versione: quod a *Theocriti* Scholiaste, aut *Suida* accepisse videtur; qui vocem βράβυλον ita exponunt. Sed et magnum Etymologicum βράβυλα exponit δαμασκηνὰ, postea tamen βράβυλα ait dicta esse *Damascena* κατ' ἐξοχὴν, quod pruna meliora eo loco proveniant; quod falsum puto: quia neque *Athenaeus*, neque *Dioscorides*, neque ipse *Galenus* tacuisset: in eodem errore *Hadrianum Iunium* in *Nomenclatore* versatum comperio. De prunis autem sylvestribus, agit quae προῦμνα ab *Asiaticis* suo tempore dicta fuisse *Galenus* testatur, *libro* 2. *de vi alimentorum*, qualia profecto *Damascena* non sunt. Ceterum haec quae de prunis dicta sunt, parum ad rem producta intelligo: cum Aretaeus βραβύλων, *prunorum agrestium* radices ad cataplasma conficiendum incoqui iubeat. Ex quo patet, non fructus, sed arborem ea voce intelligi voluisse. Atque ita βράβυλον non fructum tantum, sed et arborem significabit. In Editione *Henischii* notata haec vox est asterisco, et ad marginem e regione ῥαβύλων pro βραβύλων legitur.

P. 250, 15. καὶ κόμμιος] Hac voce, cum simpliciter ponitur, vulgata gummi genera intelligi debent, quorum vim esse siccantem atque emplasticam *Galenus* docet *libro* 7. *de simpl. facultatibus.* Nam si ex iis quodpiam eximium, et usu efficacius requiratur; ut quod e iunipero et tragacantho accipitur, id non simpliciter, sed cum epitheto adiuncto effertur, gummi iuniperi, tragacanthae. Ceterum Fuchsius *lib.* 1. *de compos. Med. cap.* 12. notat, quod nunc gummi Arabicum vocamus, concretum ex acacia Aegypti spina liquorem, veteribus gummi absolute appellatum fuisse.

P. 251, 1. χρὴ γὰρ καὶ τοῖσι κάμνουσι χαρίσασθαι] Ita et visum Hippocrati *lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *sent.* 7. αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρίως δρᾷν ἢ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύῃ, ἄλλαι, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ εὐανάληπτα, οἷον τὸ ψυχρὸν ὅκου τοῦτο

δεῖ· ἄλλαι, εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθὴς, τῷ νοσέοντι· κουρὴ, ὄνυχες, ὀδμαί. id est, *in his aegrotantibus gratificandum est, ut scilicet cibus et potus pure conficiantur,* 250 *puraque sint quaecumque viderint, et mollia quae tangunt: Aliae quae non magnopere laedant, et facile reparabilia sint, veluti frigida, ubi ea opus est. Pari ratione introitus, sermones, figura, vestitus, tonsura, ungues, odores, aegro grata sint.* Partem igitur hanc, quae odores spectat, quibus aegro morigerandum censet *Hippocrates,* non solum de ipsius Medici odoribus accipere oportet; ut ne quid oleat, quod possit aegrum offendere, puta allium, aut vinum, ut *Galenus* interpretatur: sed et de aliarum rerum odore, quae circa aegrum sunt, aut ei offeruntur. Qua mente *Aretaeus* epithematis aliquid suaveolens admisceri praecipit, quo aeger medicamentum minus aspernetur.

P. 251, 2. *ἐκτὸς θετὰ ἄκη*] Vulgo externa medicamenta appellamus.

P. 251, 5. *ἢ τὸ ῥέον παχῦναί τε καὶ πῆξαι ὡς μὴ διαῤῥέῃ*] Verbum *διαῤῥέειν,* de sanguine e venis fluente usurpat, sicut et de quocunque alio humore accipi potest: nam *διαῤῥέειν* est *diffluere:* quae significatio omnium rerum fluxum comprehendit: fere tamen Medici istud verbum de alvi fluxu usurpant, quem simpliciter *διάῤῥοιαν* appellant. Ceterum triplicem rationem sistendi sanguinis tradit, prout sunt causae fluxum efficientes: primum ut vasorum tunicae, quibus sanguis continetur, densentur, atque constipentur: cum scilicet earumdem raritas in causa est: 2. ut ipse sanguis densetur, figaturque, ne possit fluere, etiam si viae pateant: 3. ut sanguis in sede pristina contineatur, ne ab una parte in alia transfluat.

P. 251, 10. *διαῤῥέει γὰρ ὡς ὑδρεῖον νέον οὐθὲν τῇσι ἀραιώσεσι*] Apparet vocem *οὐθὲν* corruptam esse, cum sententiae minus congruat. Pro ea igitur legerem, *δευθὲν,* quod valet *irrigatum,* madefactum. Venam enim ita rarefactam, ut per tunicam sanguinem transfluere sinat, comparat situlae novae, quae aqua impletur, ut mos est, ut humore imbuatur: nam initio diffluit, postea ubi aquam imbibit, eam continet. Sumpta autem ea similitudo est ab *Hippocrate*, qui in libro de *internis affectionibus* eadem utitur: *ὥσπερ ὑδρεῖον νέον διαπηδᾷ, παλαιούμενον στέγει· οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ διΐει τὴν τροφὴν, καὶ ὑποσταθμὴν ἴσχει ὥσπερ ἀγγεῖον.*

P. 252, 1. *ἀτὰρ ἠδὲ τῆς θέρμης ποιέειν*] Supple *πάγον*: recte calorem ipsum figendum, atque cogendum censet: nam calor est, qui sanguinem fluidum reddit, ita do-

cente Hippocrate *libro περὶ ἀρχῶν*· haec sunt verba: *τὸ δὲ ὑγρὸν ψυχρὸν ἐὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρὸν διὰ τοῦτο*: et mox: *τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ, ὑγρόν ἐστι τὸ αἷμα.* Quod de causa efficiente intelligendum est: nam materialis, ipsa est aqua; quae in mixtione excedens terreas partes, mistum totum fluidum reddit, sicut ipsa est: ut in nostro tractatu de lacrymis diximus, ubi causas fluoris humorum nostrorum altius scrutamur.

P. 252, 2. *ὀξύκρητον μὲν ὢν τοῖσι ἀραιοῖσι ἱκανὸν ἐς στύψιν*] *Ὀξύκρατον* mistum est aquae et aceti, ut et mulierculis notum est. Hanc plerique Latine *poscam* dici autumant. Et apud Graecos auctores, *ὀξύκρατον*, *poscam* vertunt; ut *Linacer* in sua interpretatione *lib. Method. Medend.* Quod non improbo, cum ita voce hac *Celsus* et *Plinius* utantur. Sed id tamen animadversione iudico dignum, quod Petrus Bellonius *lib.* 2. *obser. cap.* 98. poscam esse oxycratum negat, veterumque poscam *zythum* esse probat auctoritate *Suetonii*, qui in *Vitellio* tradit *Asiaticum* eius libertum fugitivum, *Capuae* deprehensum fuisse poscam vendentem: quem oxycratum in sua taberna venale habuisse non putat verisimile. Verum et aliam potionem similem zytho, poscae nomine appellatam fuisse, ut concedamus, fieri etenim potest: attamen, quin veteres poscae nomine oxycratum intellexerint, non est quod dubitemus, post *Celsi* et *Plinii* auctoritatem. Et videtur, duplicem fuisse poscam, unam simplicem, quae eadem atque oxycratum fuit; alteram compositam, cuius duas species tradidit Aetius *Tetrabibl.* 1. *sermone* 3. Communis autem, qua utebantur, et nunc in *Asia* passim utuntur, parari consuevit farinae subactae in vase aeneo excoctae portione in aquam coniecta: quae deinde sine igne bulliat, atque despumet, ut eo loco tradit *Bellonius*. Haud absimilis fuit illa potio, quam *Maro* describit in *Georgicis*:

— — — et pocula laeti
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.

Fuit haec posca Scythicarum Gentium. Eam olim militibus assignatam, atque inter cibos Castrenses habitam testatur *Spartianus* in *Adriano*. Simeon Sethi in libro *de alimentis*, ei potui, quem *φοῦκας* dictum ait, interpretes autem poscam vertunt, eadem tribuit, quae zytho *Dioscorides*. Ex quibus intelligi potest non unam fuisse rationem poscae conficiendae; atque hoc nomine, *posca,* multa et varia potuum genera comprehendi.

P. 252, 3. *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἷμα ἄκρητόν ἐστι τὸ ῥέον*] Sufficere ait, contra venarum rarefactionem, uti oxycrato: eo quod neque sanguis ipse, qui per venarum oscula effluit, sincerus sit, sed sero multo dilutus, qui *ἰχὼρ* proprie dicitur. Quae ratio, quid ad Oxycrati usum pertineat, non sane perspicio; nisi id vult, ea ratione ostendere, non multum patere illa oscula venarum, per quas sanguis fluat: quia qui effluit tenuis et aquosus est, et per exiguos mea- 251
tus subire potest: exiguis autem meatibus stringendis *oxycratum* sufficere potest.

Ibidem. *ἀλλὰ τοῦδε ἰχώρ*] Sanguinem aquosum et tenuem *ἰχῶρα* appellat; quo modo et *Aristoteles*, qui hunc definit *ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μή πω πεπέφθαι, ἢ τῷ διωῤῥῶσθαι. Celsus* vero aliter accipit, pro humore tenui, subalbido, qui ex maligno ulcere exit, maximeque ubi nervo laeso inflammatio secuta est. Plura de *ichoribus* in nostro libro *de Lachrymis.*

P. 252, 6. *ἢ κεράτων ἐδωδίμων ἕψημα*] Lege *κερατίων*, id est, *siliquarum.* Recte autem addit *ἐδωδίμων*, ut distinguat a siliquis, seu fructu acaciae, qui teste Galeno *lib.* 1. *κατὰ τόπους, κεράτια ἀκάνθης* vocantur. Sunt *κεράτια ἐδώδιμα*, siliquae arboris cuiusdam, quibus inest facultas exsiccans, atque adstringens, teste Dioscoride *lib.* 1. et Galeno *lib. simpl. fac.* Est autem vilissimum hoc edulium et pravum: unde idem Galenus *lib.* 2. *de vi alimentorum*, satius fore ait, si a regionibus Orientalibus, in quibus nascitur, ad nos non importetur. Atque hoc fortasse est genus siliquae, quo adolescens ille prodigus, cuius fit mentio in Evangelio, in extrema inopia ventrem implere cupiebat, invidens porcis, quibus ii fructus, ut vilissimi, ad satietatem proiiciebantur.

P. 252, 14. *ἢν δὲ κρέσσον ἡ ξυμφορὴ τῷδε γίγνηται*] Scribe *κρέσσων*, per *ω*, si malum praevaluerit.

P. 252, 15. *καὶ λίθον τὸν ἐξ ἁλὸς κουράλιον*] Lapidem marinum vocat *corallium.* At *Theophrastus* non lapidem, sed quasi lapidem appellat *libro περὶ λίθων;* cuius haec verba sunt: *τὸ γὰρ κουράλιον* (*καὶ γὰρ τοῦθ' ὥσπερ λίθος*) *τῇ χρόᾳ μὲν ἐρυθρὸν*, etc. et mox ei calamum Indicum lapidescentem similem esse natura testatur: *τρόπον δέ τινα οὐ πόῤῥω τούτου τῇ φύσει, καὶ ὁ Ἰνδικὸς κάλαμος ἀπολιθώμενος.* Quibus ex verbis patet, hunc non esse plane lapidem; sed quiddam medium inter lapides et plantas: unde a quibusdam *λιθόδενδρον* fuisse appellatum testatur Dioscorides *libro* 5. *τὸ δὲ* (inquit) *κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον·*

στεῤῥοποιεῖσθαι δὲ, ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυσθῇ, ἔξαλον γινόμενον· καὶ βαπτόμενον, ἤτοι πηγνύμενον, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ὑμῖν ἀέρος. Quem locum obiter emendo voce *βαπτόμενον,* pro qua *βλαπτόμενον* lego, *offensum* ab aëre. Ita et *Ovidius* Coralium e virgis natum canit, quae sanguinis *Gorgonei* tactu diriguissent. Qua fictione eius fruticis naturam poëtice adumbravit; vide hunc *libro.* 4. *et* 15. *Metamorphoseon.* His *Plinius* subscribit *lib.* 32. *cap.* 2. ubi et illud notat; Coralium in Persico mari *Iace* appellari. Sunt et versus *Orphei,* illius qui de Magicis expiationibus scripsit de Coralio, idem testantes:

Χλωρὴ γὰρ βοτάνη πρῶτον φύει, οὐδ' ἐνὶ γαίῃ,
Ἤνγε φυτῶν ἴσμεν στερεὴν τροφὸν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ,
Ἀτρυγέτῳ, ἵνα φυκί', ἵνα βρύα γίνετ' ἐλαφρά.

Et ibidem infra:

Οὐδέ τ' ἔην οἴσασθαι, ἐπεὶ στερεὴ λίθος ἦεν
Ἐκ δ' ὄλεσεν βοτάνης ὑγρὸν δέμας, ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Οὐλομένης πάμπαν βοτάνης οὐκ ὤλεσεν εἶδος.

Sed de corallii natura nimis multa. De facultate addo, idem esse adstringens et refrigerans: ideoque ad sanguinis exspuitiones utile remedium; quod hic *Aretaeus* docet, et *Dioscorides* citato loco. Quidam et id ipsum berberorum succo solutum propinant dysentericis: quo remedio se usum felici successu testatur Langius *libro* 2. *epistol. medic.* 49.

P. 252, 16. *δυνατωτέρη δὲ τῶνδε τὸ ῥίον ἢ ῥίζα*] *ῥίον* appellat, quod alii *ῥᾶ, ῥέον* et *ῥέον ποντικὸν,* et *ῥίζην ποντικὴν,* id est, *radicem Ponticam* vocant; *Dioscorides, Galenus, Paulus Actuarius. Celsus* quoque *radicem Ponticam;* Plinius *rhacoma, libro* 27. *cap.* 12. nisi mendum est, et *rha* simpliciter scripserat *Plinius;* cui voci postea syllabae illae vitio accesserint. Hac radice utebantur veteres, ubi adstringere meatus et comprimere fluentem sanguinem, aut partem aliquam confirmare volebant: ut et *Aretaeus* aperte testatur sequentibus verbis, quibus facultates eius explicat: *δυνατωτέρη δὲ τὸ ῥίον ἢ ῥίζα, ἐμψῦξαι, ξηρῆναι, στύψαι, τὰ πάντα ποιῆσαι.* Unde apparet eum recentioribus Graecis, *Paulo Actuario,* et *Nicolao Myrepso* antiquiorem fuisse: quoniam his primum, istud, quo utimur, *Rheum,* quod ex *India* defertur, et bilis purgandae facultate pollet, innotuisse constat: licet fortasse istud a *Rhapontico* veterum non distinxit, ut credit *Matthiolus* in 3. *Dioscoridis.* Nam si *Aretaeus* illud purgans cognovisset; non opinor simpliciter *Rheum* ad medendam sanguinis *ἀναγωγὴν* praescripsisset; sed aliquam distinctionem adhibuisset: neque etiam illud in censu adstringentium

medicamentorum posuisset. Fuit igitur illud Antiquorum *Rheum* diversum ab eo quod habemus, ad quos a *Ponti* regionibus, quae supra *Bosphorum* sitae sunt, afferri solebat; unde ipsum vocabatur *ponticum,* sola vi adstringendi praeditum; quum nostrum aut ex *Barbaria,* aut ex *India,* seu Indiae finitimis locis, nempe *Sinarum* tractu petatur: quae causa est, cur ipsum Mesue *rhaved sceni* appellet: cui vis purgandi inest haud imbecilla, qualem suo *Rheo* nulli veterum tribuerunt. *Manardus* in epistolis scripsit primum ex posterioribus Medicis Averrois *rhabarbarum* in 252
numero Catharticorum habuisse: quod miror virum tam doctum scripsisse, siquidem, ut dixi, *Paulus ex Aegina,* qui *Averroe* antiquior fuit, hanc vim *rhabarbari* purgantem videtur agnovisse, cum *lib.* 1. *cap.* 43. ait terebinthinam olivae quantitate sumptam ante somnum, alvum mediocriter laxare; potentius vero, si ei aliquantum *rhapontici* adiiciatur. Nisi ita intellexit, *Averroim* primum ex *Arabibus* Medicis fuisse, qui hanc *rhabarbari* vim cognovit. Ex his patet, eos frustra laborare, qui *rhaponticum,* veterum idem nostro illi Indico specie contendunt; et discrimen omne quod in iis observatur, a locorum diversis naturis esse repetendum. Quae opinio fuit *Manardi*, *epist.* 2. *lib.* 6. *Ruelii*, *Aloysii Mundellae* in *examine simplicium,* et aliorum, quas tam strenue *Matthiolus* et *Fuchsius* confutarunt; ut de hac re amplius disputare superfluum sit. Ceterum mire in hac planta *Albertus* hallucinatus est *lib.* 6. *de plantis tract.* 1. *cap.* 32. primum quidem, quod de *Rhapontico* antiquorum loquens *rhabarbarum* appellavit; quae et Interpretum *Avicennae* et *Serapionis* stupiditas fuit. 2. Quod lignum esse putet: postremo quod ipsum a primo et secundo climate importari dicit. Cum regio in qua *rhaponticum* provenit, sit ferme in septimo climate: talis enim est *ponticarum* regionum situs. Verum non mirum si in eo lapsus est, qui quae de eo medicamento scripsit, ab *Avicenna* sumpsit (hic autem *rhabarbarum* arborem appellat) vir in philosophia perfectus, sed omnium medicamentorum imperitus.

P. 253, 4. *τότε ὅλως ἐν ἐκείνῃ*] Aut subaudiendum est *ἀναγωγῇ*, aut legendum *ἐκείνης*, supple *διαβρώσεσι*.

P. 253, 6. *καὶ τοῖσι δεχομένοισι*] Supple, *στύψιν ἐμποιέειν*.

P. 253, 9. *ἔκτεινε γάρ κοτε τουτέων τι τῷ πλήθεϊ*] Aliquot ponit medicamenta ad venas ferruminandas, si quando disruptae fuerint, nempe Coriandrum, leporis aut hoedi coagulum; quorum ne nimia quantitas sumatur monet: quo-

niam copiosius sumpta nonnunquam interficiunt. De Coriandro testatur Dioscorides *lib.* 3. *πλεῖον δὲ ληφθὲν κινεῖ τὴν διάνοιαν ἐπικινδύνως· ὅθεν δεῖ φυλάττεσθαι τὴν πλείονα καὶ συνεχῆ χρῆσιν αὐτοῦ.* Sed et apud eundem *libro* 6. in numero venenorum recensetur, et *μανίαν furorem* inducere dicitur, qualem vinum plerisque potulentis solet, *μετ' αἰσχρολογίας* a quo non parum dissentit *Avicenna* scribens *libro* 2. succum eius ad *ξιιι.* sumptum necare per tristitiam et syncopim, quae symptomata furori et petulantiae prorsus contraria sunt: uter verus sit, penes expertos esto iudicium. Est etiam coagulum leporis aut hoedi periculosum maiore copia sumptum: quod et *Dioscoridi* innuit scribens eius potu mulieres abortire; tum de omnibus pronuntiat, commune iis esse, ut dissipata cogant, coacta dissolvant: *κοινῶς δὲ πᾶσα πιτύα πήσσει μὲν τὰ διαλελυμένα· λύει δὲ τὰ συνεστῶτα.* Nam quae coacta sua vi dissolvunt, veneni haud dubie in corporis substantia dissolvenda effectum habent, si alia quae dissolvant non reperiant.

P. 253, 11. *μὴ μεῖον μὲν ἡμικύαθον*] Scribe, *ἢ μία κύαθος* ex M. S.

P. 253, 13. *καὶ γῆ ἀρίστη σαμία*] De his glebis vide Dioscoridem *libro* 5. Galenus *lib.* 6. *de compos. Med. κατὰ τόπους, μίλτον σαμίαν* appellat, quia rubra est.

P. 253, 14. *καὶ ἀστὴρ κάρτα λευκός*] Non haec quadrant iis, quae de earum glebarum differentiis tradit *Dioscorides*, qui *asterem* terrae *Samiae* speciem censet: quod et *Galenus* aperte indicat: *σάμιον ἀστῆρα* appellans *lib.* 6. *de compos. Med. κατὰ τόπους cap.* 4. *περὶ αἵματος ἀναγωγῆς.* Noster autem seu genere distinctas separat: prius enim *Samiam* terram seorsim memorat, deinde *eretriam*, tum deinde *asterem.*

P. 254, 1. *σιραίῳ τῷ κρητί*] *Siraeum* appellant Graeci mustum decoctum; quod si ad tertiam usque mensurae partem fiat, *sapa;* si ad dimidiam, *defrutum* Latinis dicitur. Galenus ab Asiaticis *ἕψημα* appellari scripsit *lib.* 1. *de alimentis cap.* 13. *et lib.* 7. *de med. comp. κατὰ τόπους cap.* 1. ubi et notat *σιραῖον* quoque appellari: id etiam dicit in *libro de victu attenua. cap.* 12. *τὸ τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα decoctum ficuum* ab aliis Graecis dici, neque inter eos convenire, utrum *σιραῖον* sit vinum decoctum, an ficuum *ἀφέψημα.* Quam vocem ait eorum esse qui Attica dialecto utuntur. Ibidem *Galenus* ad arteriae et pulmonum affectus, *γλυκὺν κρητικὸν* celebrat: quod Cornarius *passum Creticum* interpretatur: nec multum a Siraeo differt: cuius *Iuvenalis* meminit *Satyr.* 14.

Quis gaudes pingui antiquae de litore Cretae,
Passum, et municipes Iovis advexisse lagenas.

P. 254, 3. *ἢν μὲν ὦν ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, ἅπαξ τῆς ἡμέρης*] Haec et sequentia in hac periodo, alio ordine scripta sunt, quam oportet: quod ut pateat, totam adscribere placet: *ἢν μὲν ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, ἅπαξ τῆς ἡμέρης πρὸ τῆς προσάρσιος δοτέον· ἢν δὲ μὴ καὶ δὶς καὶ τρίτον ἐς τὴν ἑσπέρην.* Id est, *si profusio* sanguinis *urget: semel in die ante cibi assumptionem dandum: sin minus, et secundo et tertio sub vesperam.* Quis non videt contra fieri debere, scilicet si sanguinis reiectio urgeat, bis et ter dari debere, nempe amylum ad liniendam arteriam, et sanguinem spissandum; de hoc enim loquitur: sin minus, sufficere, si semel in die ante Cibum detur? Haec sane mens *Aretaei*, haec sententia. Quocirca ita ut ratio postulat, legemus, si sic legamus: *ἢν μὲν ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, καὶ δὶς καὶ τρίτον ἐς τὴν ἑσπέρην· ἢν δὲ μὴ ἅπαξ τῆς ἡμέρης πρὸ τῆς προσάρσιος δοτέον.* Ceterum quod ait *Aretaeus*, *ἢν ξυνεπείγῃ*, *si* malum *urgeat*, quid sit declarat Galenus 253
lib. 7. de compos. Med. κατὰ τόπους cap. 2. *ὀνομάζω δὲ κατεπεῖγον, τὸ δεόμενον βοηθείας μείζονος.*

P. 254, 7. *γίγαρτα*] *Vinacea* Crassus vertit inconsulte. Nam vinacei seu vinacea sunt proprie quae Graeci *στέμφυλα* appellant, nempe *τὰ στερεὰ λείψανα τῆς σταφυλῆς, ἐπειδὰν ἐν τοῖς ληνοῖς ἐκθλιβῇ πᾶς ὁ χυλὸς αὐτῶν.* id est, *quae ex uvis restant, postquam in proelis omnis ipsarum succus expressus fuerit*, ut definit Galenus *lib.* 2. *de vi alimentorum.* Quod aperte indicant haec Plinii verba de lora *cap.* 10. *lib.* 14. *Non possunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram maceratis aqua vinaceis.* Ubi per *vinaceos* haud dubie idem quod *Galenus* intellexit, uvarum acinos expressos et siccos; ex quibus aqua maceratis Lora conficiebatur. Vox autem *γίγαρτον* et in plurali *γίγαρτα*, semen est uvae, granum scilicet illud solidum et lignosum, quod in medio est acini: ut ex eodem *Galeno* discimus *citato loco*, ubi *ῥαγὸς*, hoc est, acini uvae anatomen instituit: *ἡ γάρ τοι τῶν ῥαγῶν οὐσία σύνθετός ἐστιν ἔκ τε τῆς οἷον σαρκὸς αὐτῶν καὶ τῆς παρεσπαρμένης κατ' αὐτὴν ὑγρότητος, ἐξ ἧς ὁ οἶνος γίγνεται, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι γιγάρτων τε καὶ τοῦτ' αὐτὰ πάντα περιέχοντος ἔξωθεν ὑμενώδους σκεπάσματος.* Id est, *Nam acinorum substantia composita est ex ipsarum velut carne et humore, qui per carnem est dispersus, ex quo fit vinum: praeterea ex seminibus, atque ex membranoso tegumento, quod omnia haec extrinsecus circumambit.* Eodem

modo vinaceos accipit Varro *lib.* 3. *de Re rust. cap.* 11. *Pabulum iis (anatibus) datur triticum, ordeum, vinacei, uvae etc.* non enim verisimile nucleos ex acinis uvae dari in pabulum. Item *lib.* 1. *de re rust. cap.* 54. ubi uvas in dolia plena vinaceorum iubet contrudi, ad eas diutius servandas. Qui tamen et expressos acinorum folliculos pro vinaceis ibidem appellat in tradenda Lorae conficiendae ratione. Quae notio vinaceorum, etsi vera est, et usitatior: attamen acinum vinaceum pro *γιγάρτῳ* scio *M. Tullium* posuisse in libro *de Senectute*.

P. 254, 8. *καὶ ἰδίῃ ἑκάστου καὶ ξυνῇ*] Scribe *ἕκαστον*, seorsim unum quodque ex mixtim.

P. 254, 9. *τὰ δὲ μέντοι καὶ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἔχειν*] Hinc *ὑπογλωσσὶς* dicitur eiusmodi compositio.

P. 254, 10. *ἀτὰρ καὶ κόμμι ξὺν τῷ φυτῷ καὶ πράσον, τῆς ἀκάνθης τὸ δάκρυον*] Corruptum esse hunc locum, et quidem insigniter, nemo non videt: nam gummi *ξὺν τῷ φυτῷ*, hoc est, cum planta, et spinae lacrymam praescripsisse *Aretaeum* quis credat? quorum nominum cum illud sit commune omnium plantarum, hoc omnium spinarum, nihil quicquam his peculiare designatur, quod in usum Medicum venire possit. Quod cum palam sit, superest, ut veram scripturam ex his corruptis reliquiis instaurare conemur. Arbitror igitur *Aretaeum* scripsisse *ἀτὰρ καὶ κόμμι ξὺν τῷ ξυμφύτῳ, καὶ τράγου τῆς ἀκάνθης τὸ δάκρυον.* Cuius emendationis ratio nunc reddenda est. Primum pro *φυτῷ*, quod nomen, ut dixi, generale est, lego *ξυμφύτῳ*, quae herbae appellatio est Medicis apprime cognitae: cuius vis praecipua in adstringendo et cogendo versatur, ut *Dioscorides* docet. Haec enim tanta est, ut si carnibus minutatim dissectis incoquatur, omnia frusta in unum conglutinet, velut ibidem tradit *Dioscorides.* Quare huius factam hic mentionem in censu eorum, quae sanguinem e venis pulmonis fluentem cogunt, densant, comprimunt, haud absurde opinor coniectamus. Praeterea vero pro *πράσον τῆς ἀκάνθης*, non minus felici, ut quidem arbitror, coniectura lego, *τράγου τῆς ἀκάνθης*, *spinae hirci lacryma:* Ita enim Iones pluribus dictionibus huius herbae nomen exprimunt, quam alii una voce *τραγάκανθαν* appellant. Quod Ionibus esse familiare; a *Corintho Grammatico* animadversum est: cuius rei aliquot exempla subiungere operae pretium est: pro *Πελοπόννησος* igitur, nomen dividentes *Πέλοπος νῆσος* dicunt: pro *αἴγαγρος, αἴξ ἄγριος*: et ne a nostro auctore abeamus, apud eum similia exempla passim occurrunt: ut infra in *lib.* 1. *θεραπ. χρονίων παθῶν in curat. melan-*

choliae: οἶνος καὶ μέλι, μίξιος παλαιῆς, quod alii dicunt οἰνόμελι, καὶ σελίνου τοῦ ἐν ταῖς πέτραις ὁ καρπός. Item *capite sequenti eiusdem Libri*, καὶ σελίνου τοῦ καρποῦ τοῦ ἀγρίου τοῦ ἐν ταῖς πέτραις, et sic passim.

P. 254, 12. τροχίσκων, τῶν διὰ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης] Trochiscos ex *Aegyptia spina* appellat, qui in gummi, vel succo acaciae arboris in Aegypto (ut docet *Dioscorides*) nascentis conficiuntur.

P. 254, 13. καὶ ἑτέρου δι᾽ ἠλέκτρου] Pastillum ex electro, hoc est, succino, Arabes de *Carabe* appellant; cuius compositionem tradit Mesue in *Antidotario* 8. *distinct. de Trochiscis.* Quae sit autem succini natura, pridem a viris doctissimis constitutum est: species nimirum bituminis, quod aquis supernatat, et ad ripas *Eridani* statis temporibus eiectatur. De qua re plura vide apud *Plinium, Georgium Agricolam, Matthiolum*, et alios. Vis eius est, sistere fluxiones, praecipue stomachi et alvi, secundum *Dioscoridem.*

P. 255, 2. τροφαὶ ποικίλαι] Ut Medicamenta, ita cibos debere esse varios censet, contra multorum opinionem, qui horum varietatem noxiam, et morborum parentem esse putant: in quibus est *Aristoteles*, cuius haec sententia exstat in *sect.* 1. *probl.* ποικίλη τροφή, νοσῶδες· ταραχώδης γὰρ, καὶ οὐ μία πέψις. quem sequitur Plinius *lib.* 11. *cap.* 53. ita scribens: *homini cibus utilissimus simplex: acervatio saporum pestifera, et condimenta etiam perniciosiora.* De 254
qua re etiam videndus Macrobius *lib.* 7. *saturn. cap.* 4. quo loco *Disarius* multa adversus multiformem alimoniam disputat. Ex recentioribus autem *Montanus* Veronensis Medicus, sua aetate percelebris, id effatum protulit *in* 66. *consultatione: De cibis imprimis generalis illa regula sanciatur, in valetudine tuenda; cibum seu obsonium simplex, atque unum esse oportere, ac ut mea quidem fert sententia, deterius est uti ciborum laudabilium etiam ac salubrium varietate, quam unico, utcumque etiam sit pravus.* Quam controversiam Ficinus *lib.* 2. *de stud. sanit. tu. cap.* 18. sic componendam censet: corpus ex variis compositum, variis nutriendum esse alimentis, verum non eadem mensa. Deinde ut id vere de sanis dicatur, tamen alia est ratio aegrorum, qui illa ciborum varietate melius reficiuntur propter voluptatem, quae una cum appetitu excitat naturam, et vires naturales: propter quod *Hippocrates* dicit in *Aphorism.* 38. *sect.* 2. paulo deteriorem cibum aut potum, sed iucundiorem, melioribus sed ingratis esse praeferendum: ideoque voluptati etiam aliquid concedendum est, modo non magna inde noxa accidat: quam in-

dulgentiam *χάριτα ἀβλαβῆ gratiam innocuam* noster appellat infra *lib.* 1. *χρον. cap.* 1. Sed et illud considerandum est, si ea alimenta sumantur, quae habeant qualitates morbi curationi accommodatas, adhuc utiliorem fore eorum varietatem; non ut ea simul ingerantur, quod perturbationem afferret, sed ut suo quodque loco sumantur: quia sic nulli nimis assuescit Natura, et dum singula ut nova subinde accipiet, eorum qualitatibus magis afficietur.

P. 255, 3. *ἀτὰρ καὶ τὰ φάρμακα ἐν τροφῇ*] Supra in *curatione pleuritidis* eamdem sententiam posuit, quam, ut ibi animadverti, mutuatus est ab *Hippocrate*. Eiusdem meminit et Galenus *lib.* 1. *de aliment. facult. cap.* 1. et de iis alimentis intelligit, quae vim aliquam purgantem substantiae alibili admistam habent; ei similem, quae in Scammonia, colocynthide, veratro, et id genus aliis deprehenditur. Quo sensu et Celsus accepit *lib.* 2. *cap.* 12. *Ubi* (inquit) *febres sunt, satius est eius rei causa cibos, potionesque assumere, qui simul et alant, et ventrem molliant.* Quibus verbis praefatam sententiam *Hippocratis* enarrasse videtur.

P. 255, 5. *Οὔτε ἣν μὲν οὐ μούνη ἐς ἰητρείην ἀρκέῃ, μὴ μούνῃ χρέεσθαι διὰ τὸν κόρον ῥηΐδιον*] Ad verbum: *neque si quidem non unus cibus ad medicationem sufficit, non uno propterea uti ob satietatem facile est.* Quibus verbis cum nulla subsit idonea sententia, corruptum esse hunc locum putandum est. Ita ergo hunc restituo: *οὔτε ἢν μίη μούνη ἐς ἰητρείην ἀρκέῃ, μίῃ μόνῃ χρέεσθαι.* etc. Id enim vult *Aretaeus*, neque si unus simplex cibus ad medicandum sufficiat: propterea si uno simplici ut facile esse, propter aegri stomachum, qui eodem alimento cito satiatur.

P. 255, 6. *καὶ γὰρ κατὰ ποικίλα εἴκειν*] Crassus pro *εἴκειν* legit; *ἥκειν* a verbo *ἥκω*, quod est, *eo*, vado: ita enim vertit, *sed per varia eundum.* Ego deesse quaedam arbitror, quae supplenda ex MSS. melioribus.

P. 255, 8. *θέρμη γὰρ, αἵματος πρόκλησις*] Idcirco Hippocrates *Aphoris.* 23. *sect.* 5. *ἐν τουτέοισι δὲ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.*

P. 255, 9. *χόνδροι πλυτοί*] Vide supra.

P. 255, 12. *θύμβρη ἁλσὶ ἡδυνθεῖσα*] Tymbra genus herbae est vulgo cognitae, quam Latini *satureiam* appellant: facultate est non mediocriter calida. Quare si per se sanguinis reiectio spectetur, non ei aptum est remedium: sed contra non parum noceat calore insigni quo pollet. Verumtamen per accidens prodesse potest, tum grumos sanguinis in pulmonibus effusi dissolvens, (nam Thymus cui

facultate est par, teste *Dioscoride* id facit, *αἵματος θρόμβους διαλύει*) tum alios humores crassos, si qui ibi inhaereant, tenuante, quo fiant *εὐαναγωγοί.* quod et thymo tribuit *Dioscorides.* Non meris enim adstringentibus et glutinantibus in tali affectu utitur *Aretaeus,* sed Medicamenta miscet: vel denique propter illos cibos adstringentes et glutinantes, concoctuque difficiles, ut iis admista coctionem eorum iuvet, ne cruditates exsistant, quae in eo affectu, ut mox notat, summe cavendae sunt. Simeon Sethi *lib. περὶ τροφῶν cap. περὶ θρύμβου,* ita enim *satureiam* vocat, *συνεργεῖ τε περὶ τὴν πέψιν τῆς τροφῆς,* et paulo post *καὶ διὰ τὸ πεπτικὸν εἶναι ταῖς τῶν τροφῶν δυσπέπτοις προσπλέκουσι τοῦτόν τινες.*

P. 255, 16. *τοῦ χυλοῦ ἔστω φειδώ*] Parce succo plantaginis utendum monet, iis qui sanguinem e pulmonibus reiiciunt; quia et difficile coquitur, et gustui ingratus est: minime autem iis danda sunt, quae coctu difficilia sint, ut mox dicit.

P. 256, 5. *ἐν φαρμάκῳ τροφῇ*] Scribe *τροφὴ* in recto casu.

P. 256, 13. *καὶ φὰρ τὸ τυῤῥηνικόν*] Far genus est frumenti, atque etiam cibus ex eo paratus, quo priscos *Romanos* usos primum fuisse testatur Plinius *lib.* 18. *cap.* 8. Asclepiades apud *Galenum lib.* 9. *de compos. Med. κατὰ τόπους cap.* 3. far idem esse quod *ζειὰν Graecorum* existimavit in quadam compositione pro hydropicis, ita scribens: *φάρους ὃ καλοῦσι ζέαν ἀληλεσμένου.* etc. Sed est tamen eorum id discrimen, quod *ζέα* est genus illud frumenti, ex quo far conficiebatur, quod *κατ᾽ ἐξοχὴν semen* dicebatur.

P. 257, 3. *ἢν δὲ πρήσηται μέν*] Scribe *πρήσσηται,* a *πράττω* facio, exsequor. Et Ionice *πρήσσω.*

P. 257, 4. *ἐς τἀναντία ἐκ προσαγωγῆς*] Sententia est Hippocratis 6. *Epidem. sect.* 1. *ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν.* Vide et eumdem *Aphoris.* 51. *sect.* 51. Sed et noster *sequenti cap. in curatione cardiacorum* id ipsum 255
docet his verbis: *ἐλέγχει γὰρ τὴν φύσιν τὸ ἀθρόον.*

P. 257, 5. *καὶ μηδὲν ἄγαν*] Dictum est unius a septem Sapientibus, puto, *Chilonis Lacedaemonii:* ita enim Aristoteles *lib.* 2. *Rhet. cap.* 12. licet Ausonius *Cleobulo* adscribat. Alii tamen huius sententiae auctorem citant *Sodamum* quemdam, et patet ex Epigrammate, quod olim in *Tegea* scriptum legebatur:

Ταῦτ᾽ ἔλεγεν Σώδαμος ἐπηράτου ὅ μ᾽ ἀνέθηκεν,
Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Vide Scholiastem Euripidis in *Hippolyto* mastigophoro. Respexit etiam *Aretaeus* ad haec verba *citati Aphorism.* καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.

P. 257, 6. χρὴ δὲ σαρκοῦν ἤδη τὸν ἄνθρωπον] Ita et Hippocrates praecipit *lib. de internis affectionibus*, huius morbi curationem tradens: εἶτα ἀνακομίζειν ὡς μάλιστα, ὅκως ἂν ἥκιστα λεπτὸς ᾖ· πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην νοῦσον οὐ ξυμφέρει λεπτὸν εἶναι.

Ibid. καὶ τὰς ὠτειλὰς ἐς τὸ πιηρὸν ἄγειν] Manuscriptus Codex habet, ἐς τὸ πωροῦν ἄγειν, *ad callum ducere*, quae lectio probata est. Dioscorides *lib.* 1. *cap.* 112. κάταγμα πωροῖ.

Ad Caput III. περὶ Θεραπείας καρδιακῶν. *De Curatione Cardiacorum aut Syncopae.*

P. 257, 13. Ἐν συγκοπῇ μάλα χρὴ τὸν ἰητρὸν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν] Hippocrates generatim *initio Prognost.* τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. Recte autem *Aretaeus* in Syncope potissimum providentiam esse necessariam censet: propterea quod is morbus, ut est acutissimus, ita illico hominem, nisi parata adsunt remedia, praecipitem rapit. Quare ut ea, quibus subveniri potest, prompta habeantur, convenit Medicum Syncopim futuram non ignorare.

P. 257, 15. συνεργὰ ἔνσεο] In editione *Henischii* ἔνεσω, et ad oram paginae ἔνστεο. An legendum ἐνστήσῃ in futuro medio *insistes*.

P. 258, 1. Οὐ παλίσσυτος δὲ φύσις λυθεῖσα] Hoc Philosophi ita enuntiant, *a privatione ad habitum non datur regressus.* Quod ab Aristotele sumptum, qui ita sciscit in Categoricis: ἐπὶ τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως ἀδύνατον εἰς ἄλληλα μεταβολὴν γενέσθαι. Cui similis sententia I. C. Actio semel exstincta non reviviscit amplius *l. si unus §. sed si pactum ff. de pactis.* Non tamen hoc verum de omni privatione: tenebrae enim nihil aliud in aëre, quam lucis privatio; a quibus tamen quotidie datur ad habitum reditus; dum aër denuo pulsis tenebris illustratur. Quae sit autem ea privatio, a qua ad habitum non reditur, docte explicat Rodolphus Goclenius *probl. Logic. part.* 1. *problem.* 66. quem vide.

P. 258, 7. ψυχρὰ δὲ τὰ ἔξω] Genus Causi notat periculosissimum, quem proprio nomine Medici λιπυρίαν πυρετὸν appellant, in quo extremis frigentibus, interna uruntur: de quo *Aphorismus* 48. intelligendus est: ἐν τοῖσι μὴ

διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψην ἔχῃ, θανάσιμον. Galenus hanc caloris inaequalitatem hinc proficisci putat, quod viscera in eo morbo inflammentur: quo fit, ut universus e toto corpore sanguis ad partem laborantem trahatur. Idem tamen Galenus in *Commentario ad eum Aphorismum* in Causo etiam simpliciter dicto, si sit malignus, profunda corporis exuri, cute inalgescente, asserit, licet nulla subsit viscerum inflammatio.

P. 258, 15. *εἴδεται γὰρ τὰ εἴσω πάντα σημήϊα*] Mire perplexus locus, et cuius sensum non facile quisquam eliciat; si ita legatur ut scriptus exstat in excusis codicibus. Neque vero Manuscripti quicquam opitulantur: ex quo corruptum eum esse suspicari licet: Atque si locus coniecturae est, ita posset legi: *ἥδε γὰρ τὰ εἴσω πάντα σημαίνει.* Haec enim (lingua) omnia interna significat, id est humores, qui intus dominantur; et alludit ad hanc sententiam *Hippocratis*, quae est in 5. *sect. lib.* 6. *Epid. γλῶσσα οὖρον σημαίνει· γλῶσσαι χλωραὶ χολώδεες.* etc.

P. 259, 2. *ἢ φλεγμασίης τι ὑποχόνδριον, ἢ ἥπατος μέγα διασημαίνῃ*] Lege *ἢ φλεγμασίη τις ὑποχονδρίου, ἢ ἥπατος μέγα διασημαίνῃ·* sic ut vox *μέγα* adverbialiter sumatur.

P. 259, 5. *ἐλέγχει γὰρ τὴν φύσιν τὸ ἀθρόον*] Vide quae superius notavi, cum similem eiusdem sententiam exponerem.

P. 259, 9. *γάννυται γὰρ ἡ φύσις*] Sententia elegans, qua ostendit naturam priorum abiectione, novorum autem adiectione delectari. Quod et *Hippocrates* innuere videtur, cum *Aphorism.* 3. *sect.* 1. dicit *εὐεξίας*, id est, bonas corporum habitudines non manere *ἐν τῷ αὐτέῳ* posse, neque prorsus conquiescere. Quod explicans Galenus *in Commentario* ita scribit. Quum enim semper natura coctionem alimenti, distributionem, in sanguinem mutationem, adiectionem, agglutinationem, et assimilationem moliatur, quando nihil adiici potest solidis corporis partibus, et refertae venae non habent iam quo distributum alimentum recipiant: tum necessario periculum adfertur, ne aut vas aliquod rumpatur, aut suffocato calore nativo mors sequatur repentina. His igitur verbis *Galenus* declaret, quemadmodum Natura non conquiescat; quia novas semper coctiones alimentorum molitur; quae deinde partibus adiungat: quod nutritio et 256
incrementum appellatur. Ratio autem huius rei *ἄμεσος* haec est, quia, quam naturam appellamus, ipse est calor innatus; qui semper agat in aliquam materiam, eamque al-

teret, necesse est: non potest autem in eandem diu agere; quia actio inter contraria versatur. Ubi igitur materia perfecte alterata est a calore, et ad finem naturae propositum pervenit, cessat contrarietas; et propterea nova quaerenda est materia oontraria, quam calor alteret, atque assimilet. *Ficinus* haud absimili sensu de Venere *libro* 2. *de sanit. tuen. cap.* 15. *Haec ergo quae nova semper est, nova semper affectat; odit vetera, facta destruit, unde construat facienda.*

P. 259, 13. ἐπεὶ ταῖσι αὐτέῃσι περιόδοισι, αἵτε φύσιες κρίνουσι] Mortem in eadem morborum tempora ac circuitus incidere, quibus natura ipsos morbos iudicat, asserit ex mente Hippocratis, qui id *lib.* 2. *Epidem. sect.* 6. docet hac sententia: ὅσα θνήσκει, ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ, καὶ γονίμῳ μηνὶ καὶ γονίμῳ ἔτει. nam ibi γόνιμος ἡμέρη dicitur, quo natura morbos utiliter et perfecte iudicat. Quod et ex Crisis definitione a *Galeno* tradita intelligi potest: qua dicitur ὀξύῤῥοπος ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγίειαν ἢ θάνατον. Nam dicens mutationem esse ad sanitatem aut morbum, satis indicat eodem motu naturae aut aegrum servari, si natura vincat, aut mori, si eadem succumbat.

P. 260, 3. ἐς τὴν δευτέρην ἐπίπλασιν] Crassus: *et post cucurbitulae secundam affixionem;* Inconsulte plane. Id enim vult *Aretaeus* nonnullis post cucurbitulae admotionem, vinum exhibendum ad sanguinem liquandum pro secunda cucurbitae affixione. Praepositio εἰς idem valet quod πρὸς, *ad*, et finem denotat.

P. 260, 5. καὶ ἐπὶ τῇ σικύῃ] Crassus: *et in cucurbitulae usu;* neque hoc bene. Nam et hic praepositio ἐπὶ, cum dativo, ut saepe apud Graecos, idem valet quod μετὰ, *post.* Nam (inquit) vel post cucurbitulae administrationem, metuenda est sanguinis immoderata effluxio; quam voce ἀμετρίης designavit. Idcirco licet iam cucurbitula semel affixa fuerit, et de sanguine detractum: tamen parcendum vino est, ne sanguis eius calore commotus, cum rursus cucurbita affigitur, immoderatius feratur cum periculo aegrotantis.

P. 260, 12. ἀβαρὲς ἐς κεφαλῆς] Scribe ἀβαρέες.

P. 260, 14. ἄρτων θερμῶν νεοπέπτων] Odores rerum alentium recte praescribit cardiacis et animo deficientibus, atque imprimis panum calentium, quibus fertur *Democritus* spiritum labentem triduo sustinuisse rogatu sororis, ne sua morte *Cereris* sacra interpellaret, ut est apud Laërtium, *in eius vita.* Athenaeus autem paulo diversius rem hanc narrat *lib.* 2. et mellis odore vitam prorogasse ait:

δεηθεισῶν τῶν οἰκείων γυναικῶν μὴ ἀποθνήσκειν κατὰ τὴν πανήγυριν, ὅπως ἑορτάσωσι, πεισθῆναι, κελεύσαντα, μέλιτος ἀγγεῖον παρατεθῆναι. etc. De hoc et *Marsilius Ficinus* sic tradit, *libro* 2. *de sanit. tu. cap.* 18. *Commemorare vobis iterum placet, Democritum iam iam exspiraturum, ut obsequeretur amicis, spiritum ad quatriduum usque olfactu calentium panum retinuisse; ulterius etiam, si modo placuisset, spiritum servaturum. Sunt et qui dicunt, id mellis odore fecisse. Ego, si modo usus est melle, existimo illum mel vino liquefactum, calentibus panibus infudisse.* Sed et *Aretaeo* cum panum calentium odorem laudaret, vini odorem esse praetermissum merito aliquis miretur, et potius aceti meminisse: cum natura vini tam apta sit ad vires vel solo olfactu recreandas: de cuius odore supra in curatione phreniticorum ita scripsit: ἡδὺς μὲν ὀσφραίνεσθαι ἐς ἡδονήν. De recreatione virium per odores habemus et sententiam Hippocratis *in lib. de alimento:* ὁκόσοι (inquit) ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον· ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης δι᾽ ὀσφρήσιος. Quod non ita accipiendum est quasi odores ipsi per se vires corpori addere possint, cum sint qualitates: sed quod id per accidens praestare possint ratione spirituosae substantiae alimentorum, cui tanquam proprio subiecto inhaerent.

P. 261, 1. καὶ ἡδεῖα, κῆν μικρὸν χεῖρον ἔῃ] Alludit ad *Aphoris.* τὸ σμικρῷ χεῖρον. etc.

P. 261, 3. ἡ νοῦσος ἀμφύει] M. S. ἀμφύνει. alii legunt ἐμφύνει.

P. 261, 8. ἠδὲ τὴν κύστιν] Cur una cum capite vesicam praemuniri atque confirmare velit priusquam vinum offeratur, non plane intelligo. Fortasse κοιλίην.

P. 262, 1. ὀλισθηρὰ ἔσεσθαι γίγνεσθαι] Verbum ἔσεσθαι videtur παρέλκειν.

P. 262, 5. πλατὺς δὲ ὡς ἥκιστα] Παχὺς, legendum esse nemo non videt. Celsus *lib.* 3. *cap.* 19. ubi huius affectus curationem tradit: *si verendum est ne deficiat, tum et intrita ex hoc (vino) et hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue, meracum.* etc. Sed et noster mox ὁκόσοι τε ἄλλοι νησιῶται λεπτοί.

P. 262, 6. ἰταλῶν δὲ, σουρεντῖνος] Vinum *Surrentinum* inter ea recenset Galenus *lib.* 12. *Methodi,* quae suapte natura austera sunt et adstringentia: cuiusmodi complura ibi enumerat; *Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum:* quae omnia in *Italia* proveniunt. Ob id ea iis reficiendis, qui in syncopen incidissent idonea habita; praesertim *Surren-*

tinum: quod, ut ibidem notat *Galenus,* cum mediocriter adstringat, tum calidius ceteris, tum iucundius est. De Surrentinis vinis Plinius *lib.* 14. *cap.* 6. in hunc modum prodit: *Item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxime probata, propter tenuitatem, salubritatemque. Tiberius Caesar dicebat, consensisse Medicos, ut nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum. C. Caesar, qui successit illi, nobilem vappam.*
257 Ex quo intelligitur illud vinum non fuisse valde suave et iucundum potu, sed austerum potius et adstringens.

P. 262, 7. φουνδανὸς (φύνδανος)] Genus vini, de quo *Plinius,* citato loco: *iuncta his praeponi solebant Calena, et quae in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.*

Ibid. φαλερῖνος] Plinius eodem loco ait, *primam nobilitatem fuisse Caecubo in palustribus populetis nascenti, sinu Amyclano; secundam, Falerno agro, et ex eo maxime Faustiano;* tum paucis interiectis addit: *nec ulli in vino maior auctoritas: solo vinorum flamma accenditur.* Tria eius genera esse, *austerum, dulce, tenue,* ibidem mox tradit. Quibus ex verbis patet, vinum *Falernum* quoddam austerum fuisse, quod puto hic imperari ab *Aretaeo:* de hoc et illud *Iuvenalis* accipiendum est:

— — tristissima ruga
Cogitur in frontem velut acri ducta Falerno,

Acri enim pro *austero* positum eo loco arbitror. Galenus tamen *libro de cibis boni et mali succi,* Falernum mediocriter dulce asserit.

Ibid. ἡ σιγνῖνος] Vinum hoc insigniter austerum, ideoque medicaminibus adscriptum fuisse testatur Plinius *citato libro* 14. *cap.* 6. *Nam quod Signiae nascitur, austeritate nimia continendae utile alvo, inter medicamina numeratur.* Ob id *Aretaeus* addit: εἰ μὴ σφόδρα στύφῃ. nisi vehementer *adstringens* fuerit.

P. 262, 10. πρὸ τῆς κρίσιος] Nomen κρίσιος, hic non significat motum illum naturae subitum, quo morbus finitur, ut fere accipitur; sed motum morbi, qui aliter παροξυσμὸς, latine *accessio* dicitur: quo sensu usurpavit Hippocrates *Aphorismo* 19. *sect.* 1. ut animadvertit *in Commentario.*

P. 262, 12. ὄκως ἐς ἄκος δίψος] Lege ἐς ἄκος δίψεος.

P. 262, 13. προυπερηρεῖσθαι δὲ χρή] Corrupta nisi fallor, haec scriptio est: lege προυπερερείδεσθαι, supple σιτίῳ, priusquam vinum offeras, prius cibo suffulciendum est. Lucretius: *cibus ut suffulciat artus.*

P. 263, 2. *καὶ οἶνος ἐών*] Lege *καὶ οἶνος ὤν. et vinum igitur.*

P. 263, 7. *καὶ τὸν ἰητρὸν ἔπεσι μὲν παραφάσθαι*] *παραφάσθαι* verbum est *πολύσημον*: nam et *admonere, suadere, hortari* significat, ut apud *Homerum ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου· bona est socii admonitio:* significat et *decipere blando sermone*, ut apud eumdem *Homerum* in Cesti Veneris descriptione *Iliad. ξ'. ἐνθ' ἐνὶ μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐνδ' ὀαριστὺς, Πάρφασις ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.* Hic vero significat *solari*, quod interdum praestare debet Medicus, ut aegri animum iacentem erigat, et in meliorem spem adducat: a qua utilitate multum *Callianax* Medicus discessit, qui, referente Galeno *in* 6. *Epid.* aegro interroganti, num moreretur, respondit *Homeri* verbis:

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σεο πολλὸν ἀμείνων.

P. 263, 9. *καὶ τῇ ἄλλῃ ἰητρείῃ ἐνεργοῦ χρέεσθαι*] Legendum ut MSS. habent *ἐνεργῷ*.

P. 263, 12. *ξὺν ἀλόῃ. καὶ μαστίχῃ*] Post *ἀλόῃ* virgula, post *μαστίχῃ* vero punctum scribatur.

Ibid. *κηρωτὴ δὲ ξὺν νάρδῳ πεποιημένη*] Scribe *κηρωτῇ*, et *πεποιημένῃ* in dandi casu.

P. 263, 16. *ἀλφίτοισι εὐώδεσι*] Polenta odorata: ita Latini hordei tosti farinam vocabant, cui alicuius condimenti admistione odorem conciliabant. Addebant autem vicenis hordei libris ternas seminis lini, et coriandri selibras, ut est apud Plinium *lib.* 18. *cap.* 7. qua ratione odorata efficiebatur. Cuius conficiendae modos varios Plinius *ibidem* observat. Hesychius, *ἄλφιτον, τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς ἢ σίτου ἄλευρον πεφυρμένον.* Ita igitur vocabant tosti hordei farinam, ad differentiam eius quae non tosti hordei: quae Graecis *ὠμὴ λύσις*, hoc est, cruda farina dicitur; cuius frequens usus fuit in veterum Medicina et libris: simpliciter etiam *ἄλευρον κρίθινον* vocat Scholiastes Nicandri in *Alexipharm.* ad haec verba *Nicandri ἦια κριθάων νεοθηλέα* exponit *ἄλευρον κρίθινον* et *ὠμὴν λύσιν.*

P. 264, 2. *εἰς φύρησιν ξυντεθέν*] Lege *ξυντεθέντα*, in accusativo singulari, et punctum post hanc vocem notetur.

P. 264, 3. *ὀμφάκιον ἀκμαῖον*] Crassus vertit *succus*, quem Graeci *omphacium* vocant, cum maxime acerbus est: mihi videtur, aliter accipiendam esse hanc vocem *ἀκμαῖον*, nempe pro *εὔκαιρον, opportunum, tempestivum*, et iis quae sequuntur vocibus aeque respondere.

Ibid. *ῥοὸς τὸ ἐδώδιμον*] *ῥοῦς ῥοὸς* quid sit satis notum est ex *Dioscoride* et aliis. *Sumach*, officinae appel-

lant: et est arbuscula fructus ferens perquam adstringentis saporis: sed hanc nihil ad hunc locum spectare indicat sequens epithetum, *τὸ ἐδώδιμον*. nihil enim ea planta habet esculentum. Quare pro *ῥοὸς*, *ῥοᾶς*, vel Ionice *ῥοιᾶς* legendum suspicor, qua voce Graeci *malum punicum* appellant: nam ita *ῥοᾶς τὸ ἐδώδιμον* intelligemus grana interiora punici mali, quae sola edi possunt.

P. 264, 8. *εἰ δὲ εἴη αὔρη βορέου ψυχρὴ ἐπιπνείουσα*] Haec et sequentia verba *Homeri* sunt, qui *Iliad. Ξ.* Sarpedonis ex vulnere *λειποψυχίαν* in hunc modum describit:

258 — — *περὶ δὲ πνοιὴ βορέαο*
Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.

P. 264, 9. *ἔστω δὲ καὶ εἰς λειμῶνας*] Quidam MSS. *λειμένα* habent nonnihil corrupte pro *λιμένας*, sed hanc lectionem sequentia redarguunt; *πηγὰς καὶ κελαρύζοντας ὀχετοὺς*, id est, *fontes et susurro discurrentes rivos:* quae res magis pratis quam portubus conveniunt.

P. 265, 2. *καὶ παιπάλη δὲ τοῦ σώματος τὸ ἀραιὸν ἐμπάσσειν*] Celsus *libro* 3. *cap.* 19. in eo casu quemlibet ex via pulverem iniicit, si alia desint.

P. 265, 6. *καὶ γύψον ὀπτήν*] Idem Celsus: *si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso. etc.*

P. 265, 12. *καὶ τῷ καστορίῳ καὶ νίτρῳ καὶ κάχρυ κηροῦ σμικρὸν ἐντήκοντα*] Hic locus ita legendus est: *καὶ νίτρῳ, καὶ κάχρυϊ· κηροῦ σμικρὸν ἐντήκοντα.* Cui Lectioni *Crassi* versio adstipulatur.

P. 265, 13. *ὡς ποθίζει τὸ χρίσμα*] *Ποθίζει* Ionice, id est *προσίζει.* sed post vocem *χρίσμα,* notetur punctum.

P. 265, 15. *ἄλειμμα ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεσθαι*] Scribe *ποιέεται, facit;* aut si placet infinitivum, non *ἄλειμμα,* sed *ἀλείμματι* legi consentaneum est.

P. 265, 16. *ἀτὰρ καὶ βολβοὶ ὠμοί*] Bulbos pedibus applicatos laudat ad evocandum calorem; quos et Celsus *libro* 3. in eiusdem affectus curatione contritos applicat, sed toti corpori, idque ut vinum in stomacho contineatur, ex eoque toti corpori calor, venisque vis redeat.

P. 266, 10. *εὐσταλὴς, ἄτονος*] Lege *εὔτονος.*

P. 267, 4. *ἐξίτηλον γάρ*] Crassus vertit, *tenue est enim ac fluxile eiusmodi lac:* quae si vera est interpretatio, satius fuerit legere *ἐξίτητον,* quod est, facile egrediens, ut est apud Hesychium: Nam *ἐξίτηλον* potius accipi solet pro *evanescente,* et inutili, ut initio Historiae Herodoti: *ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται.* Nisi quis aliter vertendum putet quam *Crassus* vertit, et *ἐξίτηλον* eo loco non fluxile, sed evanidum, ut alibi

semper, intelligatur, et ἐξίτηλον referatur ad γάλα ὄνου παλαιοτόκου, quod ibi prohibet *Aretaeus;* non autem ad γάλα μὴ παλαιοτόκου. Sicut si dicam, dandum esse vinum aegroto non vetus, hoc enim nimium calefacit. Pronomen demonstrativum, vetus vinum indicat, non illud quod vetus non est: quam veram esse huius loci expositionem non dubito.

Ad Caput IV. περὶ θεραπείας χολέρης. *De Curatione Cholerae.*

P. 267, 8. ὕδατος εὐκρήτου ῥυμφαίνειν] Aquam temperatam appellat, quae mediocriter calida est, quam egelidam una voce dicere licet, exemplo *Celsi,* qui vinum *egelidum* dixit pro tepido, *libro* 3. *cap.* 19. quo modo et *Catullus* accepit in illo: *Iam ver egelidos refert tepores:* et *Ovidius* hoc versu, apud *Senecam* auctorem controversiarum: *et gelidum Boream, egelidumque Notum.* Horatius Graecorum aemulator, *in carmin. lib.* III, 19. *v.* 6. dixit: *quis aquam temperet ignibus.*

P. 267, 17. ὁ πᾶς παλαιὸς σῖτος] Σῖτον pro *stercore* posuit exemplo *Hippocratis,* qui ita usurpat hanc vocem 4. *Epidem.* ἐπεὶ δὲ (inquit) ἐλθούσης ἕλμινθος ὑποπαχείης, καὶ σίτου ὀλίγου. etc. Iterumque *ibidem,* καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη μέχρι δεκάτης. Ex Latinis etiam *Celsum* Hippocratis imitatorem, cibum pro stercore posuisse reperio in Praefatione Librorum de re Medica: *naturales* (inquit) *actiones appellant, per quas spiritum trahimus, et emittimus cibum.* Etiam Aristoteli hic loquendi modus placuisse videtur; cum faeces τροφὴν ἐξικμασμένην appellavit *sect.* 4. *problem.* 27. tametsi enim non simpliciter τροφὴν appellat, sed ἐξικμασμένην, hoc est, *exsuctae humiditatis privatione sicciorem,* non tamen non etiam τροφῆς, hoc est, alimenti vocabulo usus est.

P. 268, 3. ἐπίσχῃ τὴν παλίῤῥοιαν] Παλίῤῥοιαν, id est, *recursum,* aestum appellat bilis motum per superiora erumpentis.

P. 268, 16. ὡς ῥηϊδίως χυθεὶς τῇ φύσι συνέξειν ἐῤῥῶσθαι] Crassus non satis apte ita vertit: *ut facile diffusum naturae ad sanitatem recuperandam opem ferat.* Sic autem vertendum: ut facile diffusum per habitum confirmare valeat. Nam φύσις nonnunquam idem valet quod ἕξις, *habitus.* Quod ad verba attinet, haec quidem corrupta esse nemo non videt: emendare autem haud facile: mihi videtur non incommode sic posse legi; ὡς τῇ χύσει τὴν φύσιος ἕξιν ῥῶσαι. Sed haec coniectura est; de qua docti iudicent.

P. 269, 15. *καὶ κάτωθεν ὀμφαλοῦ τρέπειν*] Hoc verbum *τρέπειν* videtur *παρέλκειν*.

P. 269, 17. *κίνησις ὤρης εὔπνοος*] MSS. *αἰώρης*· recte. Est autem *αἰώρη gestatio*, seu lectus pensilis, quo aegroti blande agitantur. Genus est exercitationis corporis.

P. 270, 1. *καὶ εὔσφυκτον τὸν νοσέοντα θήμεναι*] Scribe *θέμεναι*.

P. 270, 17. *θέρμη δὲ καὶ πάντα ἀναιρῇ καὶ τὰ ἄκρα ἀδικῇ*] Cum hic de morbi declinatione loquatur, quo tempore Symptomatis mitescentibus natura recreatur, et calor nativus, qui cruciatu afflictus intro confugerat, ad extrema corporis diffundi incipit, quod optimum signum est: neque intelligi possit quomodo calor tunc rediens partibus exter-
259 nis iniuriam inferat, qui contra partes omnes fovet, tuetur, vegetat: mendum in hac voce *ἀδικῇ* cubare, pro certo existimandum est; quod mendum facile eluitur, legendo *τὰ ἄκρα διήκῃ, extrema pervaserit*. Sed et praecedens verbum *ἀναιρῇ* vitiosum est; in quo mihi *Io. Tarini* doctissimi viri, et Regii eloquentiae Professoris Clarissimi vehementer placet coniectura, qui mihi olim, cum eum de hoc loco consulerem, *ἀναῤῥέῃ* legendum respondit.

P. 271, 1. *δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἢ τρίτῃ λύσαντα*] Legendum sine dubio, ut quidam MSS. codices habent, *λούσαντα*. Quam lectionem notavit *Henischius* ad oram suae editionis.

P. 271, 4. *ἀγαθὸν ἐν τοῖσι τουτέοισι εὐπρεπέα εὑρέσθαι φυγήν*] Quam hic fugam honestam intelligat; aliis considerandum relinquo.

Ad Caput V. *περὶ θεραπείας εἰλεοῦ*. *De Curatione Volvuli.*

P. 271, 10. *οἱ δ' ἐν εἰλεῷ πόνοι, ὑπερβολῇ θανάτου ἔρανται*] Si hanc lectionem sequamur, ad verbum sic vertendum erit: *dolores vero in Ileo prae excellentia mortem amant:* qua forma dicendi usum esse *Aretaeum* non arbitror. Quis enim sic loquatur: dolores mortem amant? Itaque *Crassus* sic maluit reddere: *aliqui vero in volvulo ob cruciatus acerbitatem mortem expetunt;* qui tamen frustra *aliqui* de suo apposuit. Ego minima interpolatione veram lectionem exhibeo: *οἱ δ' ἐν εἰλεῷ, πόνων ὑπερβολῇ, θανάτου ἔρανται*: *ubi οἱ ἐν εἰλεῷ* non ita vertendum ut Crassus *aliqui in volvulo:* sed sic; qui autem *εἰλεῷ* laborant. Phrasis Graeca est ut *οἱ ἐν ἀξιώματι Magistratus.*

P. 271, 11. *σμικρότερόν τι γίγνεσθαι τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος*] Medicum pro remedio accipi, et neutro coniungi

generi, rarum est, et mendi suspectum. Fortasse *ἰητήριον* aliquis legendum putet. Sed nihil mutandum: Medicum morbo minorem dici, nota locutio est, etiam apud Latinos.

P. 271, 17. *τὸ θνήσκειν τοῖς μὲν ὧδε πνέουσι εὐδαιμονίη*] An *ὧδε πονέουσι*? sed nihil mutandum. Quod ad sententiam attinet, ex horto Epicuri, atque eorum certe, qui omnia homini morte exstingui arbitrabantur, neque post obitum, malo ulli aut bono locum esse profecta videtur. In quorum opinione dixit Aristoteles *φοβερώτατον πάντων ὁ θάνατος· πέρας γάρ· καὶ οὐδὲν δοκεῖ τῷ τεθνεῶτι, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι.* At contra dicebat *Epicurus* minime mortem metuendam, quae omnia finiat; miseris etiam expetendam, quae malorum sensum omnem adimat. Notum est argumentum, quo inferebat nihil ad nos mortem pertinere. De quo quidem vide Gellium *lib.* 2. *cap.* 8. Sed neque *Socrates* longe ab ea opinione abhorrere videtur, in *Apologia* sub finem: ita namque apud iudices disputat; ut mortem nihil mali habere, imo expetendam esse ostendat, sive anima sit immortalis, sive mortalis. Eodem spectant *Aeschyli* versus:

Ὡς οὐ δικαίως θάνατον ἔχθονται βροτοὶ
Ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν.

Imo idem apud *Plutarchum* in *consolatione ad Apollonium* exclamat; *ὦ θάνατε παιὰν, ἰατρὸς μόλοις· mors Paean, Medicus accedas.* et Plinius *lib.* 7. *cap.* 55. contra animae immortalitatem disputans: *perdit profecto ista dulcedo credulitasque praecipuum Naturae bonum, mortem* etc. Quid autem istos memoro, cum et in sacris literis similes reperiantur sententiae, ut Ecclesiastici *cap.* 41. *O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti* etc.

P. 271, 18. *τῷ ἀρχιητρῷ δὲ οὐ θέμις πρήσσειν*] Vox *ἀρχιητρὸς* non significat Medicum Principis: sed nobilem Medicum, ut recte vertit *Crassus.* Cum enim dicat non licere *ἀρχιητρῷ* mortem aegro deplorato afferre, si id nomen pro Medico Principis accipias, sequetur aliis Medicis id licere, quod absurdum dictu et impium. Quocirca reiicienda omnino opinio est Hieronymi Mercurialis, qui *lib.* 4. *Var. Lect. cap.* 1. pluribus contendit *ἀρχιατρὸν* proprie esse Imperatoris, Principisve, atque familiae regiae Medicum, hoc est *ἄρχοντος ἰατρὸν,* non *ἄρχοντα ἰατρῶν.* Ita quidem acceptum olim fuisse id nomen sub Caesaribus, ut notat, haud plane inficias iverim, sed hanc propriam fuisse eius acceptionem. Id vero esse falsum cum ex aliis ad eandem formam fabricatis nominibus, *ἀρχιτέκτων, ἀρχιμάγειρος, ἀρχέτυπος* patet, tum ex his verbis *Aretaei,*

quae, ut dixi, de Imperatoris Medico recte accipi non possunt. Quem locum si vidisset *Mercurialis*, aut certe in memoria habuisset, fortasse non ita absolute de huius vocis acceptione pronuntiasset, certe non debuisset. Quod autem ibidem addit, idcirco ante Imperatores id nomen in usu non fuisse, quod nondum Medicus Principis creatus esset: quomodo ipsi in mentem venerit nequeo satis mirari: qui non putet *Persarum* Reges et aliarum gentium Medicos proprios habuisse. Non ei tunc, cum id scribebat in mentem veniebat, *Philippi* Medici *Alexandri Magni*, de quo sic scribit Curtius, *libro* 3. *Erat inter nobiles Medicos e Macedonia Regem secutus Philippus natione Acarnan, fidus admodum Regi, puero comes et custos salutis datus:* Non *Pyrrhi* Regis *Epirotarum* Medici, de quo ha-
260 bemus in historia Romana: non *Erasistrati*, qui fuit Medicus *Seleuci* regis unius e successoribus *Alexandri;* non *Ctesiae* Regis *Artaxerxis*, ac familiae eius Medici ordinarii, ut ex his *Plutarchi* verbis, in *Artaxerxe* initio, colligi potest: *ἀλλὰ τὸν Κτησίαν οὐκ εἰκὸς ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως* (Artaxerxis) *παρ' ᾧ διέτριβε θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα, ἔτι καὶ μητέρα, καὶ παῖδας*: Non *Cleopatrae* Aegypti Reginae Medici, cui *Olympus* nomen fuit, quem historiam illius temporis scripsisse auctor est Plutarchus in *Antonio*. Non denique *Euphorbi*, Iubae Mauritanorum Regis Medici, qui *Antonii Musae* Medici frater fuit, et *Euphorbio* medicamento, cuius inventor fuit, nomen indidit. Floruisse enim hunc Regem ante Caesares palam est, etsi *Augusti* etiam tempore.

P. 272, 2. *καρηβαρέῃ νωθρῇ εὐνᾶσθαι*] Hoc narcotica medicamenta efficiunt, quae stupefaciendo spiritus sensum adimunt, atque ita efficiunt ne dolor sentiatur. Miserum sane auxilium, quod naturam, ne patiatur, evertit: sed ad istud tamen confugiendum est, cum dolores insanabiles saeviunt dies noctesque. Et satius est nullum esse sensum quam esse in cruciatum. Sic *M. Agrippa* (inquit Plinius *lib.* 23. *cap.* 1.) supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, unius Medicorum portentosa scientia, ignorante Divo *Augusto*, tanti putavit usu pedum sensuque omni carere: dummodo et dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus, in acerrimo impetu morbi.

P. 272, 3. *ἐπὶ διαφορῇ*] Crassus legit *ἐπὶ διαφθορῇ* quod probo.

P. 272, 14. *ἔστω δὲ καὶ πυρίῃ φακῶν τῶν κεραμήων, ἢ χαλκέων*] *φακὸς κεραμεὺς* et *χαλκεὺς* genus est vasis

Medici, quod repletum decoctis herbarum calidis aut oleo, corpori admovetur pro fomento. Hesychius: φακός· σκεῦος ἰατρικόν. Hippocrates *libro de natura muliebri*; φακοὺς ὀστρακίνους appellat. Et Galenus *in Exegesi*, ἀσκοὺς κεραμεῖς, οὓς καὶ πυριατοὺς, καὶ φακοὺς ὀνομάζουσι. Quae verba emendat Gorraeus in *definit. med.* et πυρίας φακωτοὺς, *fomenta lenticulata* mavult legere. Invenitur et φακωτὸν πυριατήριον apud *Hippocratem*. Utque Graeci φακοὺς, ita Celsus *lenticulas* dixit.

P. 272, 16. πρὸς τοῖς ξὺν οἶσι] Lege una voce ξυνοῖσι, *communibus*.

P. 273, 3. πάντη γὰρ ἄν τις πάντα πόνον ξυμφέροι] Scribe πάντα πονῶν, omnia faciens.

P. 273, 5. καὶ τοῦ σίνωνος] Non habemus in nostris Libris *Dioscoridis*, aut aliorum, qui de materia Medica scripserunt, herbam huius nominis: ex quo suspicio esse posset hunc locum esse corruptum; veram lectionem esse σίσωνος. De qua herba Dioscorides *lib.* 3. Caeterum in quodam Codice excuso *Aldinae Editionis*, ad oram exaratum eleganti manu reperi σίνωνος, pro σίσωνος: quam lectionem, ut et aliae multae, quae ibidem adscriptae sunt ad oras paginarum, ex collatione MSS. expressam, dubium non est. Et apud Galenum *lib.* 9. *de compos. Medic. κατὰ τόπους cap.* 4. in catalogo colicorum medicamentorum, *Sinonis Syriaci* et *Hispani* non semel mentio fit.

Ibidem. φαρμάκων τῶν ἀνωδύνων τινὰ]. Anodyna, dolorem sedantia proprie dicuntur, quae blando calore, partiumque tenuitate evacuant, digerunt, rarefaciunt, extenuant, concoquunt, et aequabile reddunt, quicquid in partibus dolore vexatis, aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multitudine peccantium tenuibus spiramentis infarctorum, aut etiam vaporosi, crassi, vel admodum frigidi spiritus exitum commodum non invenientis, inhaesit, atque inclusum est. Ita enim definit Galenus *lib.* 5. *de simpl. fac. cap.* 19. quae id faciant primo ordine debere esse calida, et tenuis substantiae.

P. 273, 7. τὸ δι' ἐχιδνῶν φάρμακον] *Theriacam Andromachi* intelligit, qui primus *Damocratis* Antidoto carnes viperarum miscuit, ut testatur auctor, *libro de Theriaca ad Pisonem:* quo probatur certissime *Aretaeum* Neronis tempore, cuius *Andromachus* iste, Archiater fuit, antiquiorem non esse. Sed de aetate *Aretaei* satis multa diximus in praefatione.

P. 273, 12. τοῦ κακοῦ τὰς ἐντάσιας, τροφὴ διεξάγουσα] Post ἐντάσιας, punctum aut comma signandum est, et

delendum illud quod est post διεξάγουσα, virgula appingenda.

P. 273, 13. κογχαρίων] Crassus: *Ostreorum parvorum insigni pulchritudine praeditorum.* Sufficiebat parvorum ostreorum: quod de pulchritudine eorum addit, superfluum est, et fortasse falsum. Porro κογχάρια appellat, quae *Aristoteles* ὀστρακόδερμα· (huius enim esse hanc vocem, testatur *Galenus*) ita dicta, quod pro cute tegumentum solidum habeant instar testae: quod genus sunt, murices, purpurae, buccinae, chamae, ostreae, μύακες, id est, *mituli*, quos fortasse *Aretaeus* per diminutivum κογχάρια designavit: quorum omnium id commune esse docet Galenus *libro* 3. *de vi alim. cap.* 33. ut alvum subducat salso illo succo, quod in carne continent.

P. 273, 16. κοχλίαι ἄκρως ἑφθοί] Atqui Limaces perfecte excoctos ventrem non subducere, sed potius sistere notat Galenus *lib.* 3. *de alimentis cap.* 3. quem locum latine, utpote prolixum ponam: *Quod si huius animalis carne, ut cibo solo esculento, uti velis; ubi prius in aqua elixaris, in aliam aquam transferas, in qua rursus elixabis: tum demum condies, ac tertio elixabis usque dum caro tota intabescat. Hoc enim modo praeparata, alvum quidem sistet, sed alimentum corpori dabit non contem-*
261 *nendum.* Ad quod dicendum est, *Aretaeum* ita coqui perfecte cochleas intelligere, ut in ipsa coctione earum succus non abiiciatur, quod facit *Galenus*, sed in eo carnes usque ad ultimum coquantur.

P. 274, 1. ἢ τελλίνης] In genere ostreorum τέλλιναι ponuntur, quas in *Canopo* multas nasci, cum *Nilus* augetur, testatur Athenaeus *lib.* 3. duasque earum facit species βασιλικὰς, et ποταμίας. id est, *regias* et *fluviatiles*: Illas per alvum facile reddi, et satis nutrire: has esse dulciores: deinceps vero de mitulis, qui μύες et μύακες dicuntur, disputat: quod ideo annotare visum est mihi, quia Sarracenus *in Scholiis suis ad librum* 2. *Dioscoridis*, Athenaeum erroris insimulare ausus est, quod *Tellinas* cum Romanorum *mitulis*, quos μύας seu μύακας Graeci vocant, easdem esse crediderit: quam castigationem iniustissimam esse patebit ei, qui locum hunc *Athenaei* legere non gravabitur.

Ad Caput VI. περὶ θεραπείας τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ὀξέων παθῶν.

De Curatione acutorum Iecoris vitiorum.

P. 274, 11. *ἐν ἥπατι τοῦ αἵματος ἡ γέννα*] Haec in opinione *Galeni* et aliorum *Galeni* doctrinam sectantium. Aliter hisce temporibus recentiores Anatomici, qui sanguinis omnis generationem cordi tribuunt.

Ibid. *καὶ ἐς τὸ πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ ἀφειψή*] Et corruptum esse hunc locum et mutilum indicat cum Asteriscus in Codice Graeco post articulum *τοῦ*, tum vox nihili, *ἀφειψή*, pro qua in Codice Menteliano, *ἀφε* scriptum est, relicto spatio. Quibus ex vestigiis et vera lectio elici potest, et suppleri quod deest. Sic igitur lego: *καὶ ἐς τὸ πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ αἵματος ἄφεσις.* Atque inde (e iecore) sanguinis in totum corpus emissio. Haec emendatio nec *Crassum* fugit, ut patet ex eius versione.

P. 274, 12. *καὶ τὸ ξύμπαν ἧπαρ ὁκοῖον αἵματος πάγος*] Ita et *Galenus* passim.

P. 274, 18. *ὁ δὲ τῆς τροφῆς εἴσρους, ἐς τὸ ἧπαρ ἔτι μίμνει*] Non recte post *εἴσρους* virgula appicta est.

P. 275, 1. *ἑτέρη γὰρ ὁδὸς τῆς τροφῆς ἐς τὸ πᾶν σκῆνος*] Satis difficilis hic locus est, cum obstructis vasis, per quae sanguis e iecore satiato redundat in alias corporis partes nihilominus per alias vias sanguinem in corpus universum a ventre et intestinis diffundi ac distribui posse autumat. Quod sane inspectioni Anatomicae adversatur. Nulla enim ex venis iis, quae ventriculum et intestina alluunt, in totum corpus quicquam deducere potest. Eiusmodi enim venae propagines sunt eius trunci, quem ab officio Graeci Medici metaphorica voce, *πύλας* dixere: quod nomen ab antiquo quodam Viro et Naturae perito ei impositum fuisse censet Galenus *libro* 4. *de usu partium.* Caeterum portarum propagines omnes intra ventriculum et intestina, et lienem et omentum consumi, neque omnino partes peritonaeo contentas excedere, convenit inter auctores. Qui igitur fieri potest, ut a ventriculo et intestinis alimentum citra hepatis commeatum in omne corpus feratur? Nisi de vaporibus alimentorum intellexit *Aretaeus*, quod tamen et absurdum dictu: non sunt enim hi alimentum, nisi per accidens, propter motum caloris sursum; certum autem alimentum proprios habet meatus a Natura destinatos, per quos distribuatur.

P. 275, 4. *ἀποσιτίη μὲν τὰ πρῶτα*] Victus hic omnium tenuissimus in extreme acutis morbis est omni abstinere

cibo, modo vires ferre possint, teste Galeno *comm.* 1. *Aphoris.* 7. ubi haec verba *Hippocratis* exponit: καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ etc. ἐν τούτοις τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρῆσθαι, φερούσης τῆς δυνάμεως, καὶ ἀσιτίαν παντελῆ. etc. Notandum interim hanc vocem, ἀποσιτία, fere semper apud *Hippocratem* et *Galenum*, accipi pro *inappetentia ciborum* ut in *Aphoris.* 17. *sect.* 4. ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμός: ubi Galenus *in Comment.* ἡ μὲν ἀποσιτία (inquit) τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῇ ἀνορεξίᾳ. Hinc et illud in 1. *Epid. sect.* 1. ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διετέλεον. Ubi *Galenus* distinguit inter ἀσίτους, et ἀποσίτους, aitque ἀσίτους a Graecis appellari eos, qui cibos omnino appetentia non sumunt, quia appetentia carent: ἀποσίτους vero, qui cibos quidem sumunt, sed quos sumpsere, fastidiunt et aversantur. Hic tamen *Aretaeus* posuit ἀποσιτίαν pro ἀσιτίᾳ, quod novum est.

P. 275, 6. τὰ ἐν τῷ ἤπατι στήθεα] Quid sint hic hepatis στήθεα me latet: στῆθος quidem praeter vulgatam significationem in pede agnoscunt Anatomici; et saxa sub aquis latentia στήθεα Graeci dixerunt, quae Latini *Aras*, ut Maro 1. *Aeneidos;* sed haec nihil ad iecur: corrupta igitur vox haec. Alii aliter alia divinent; στείνεα a στεῖνος στείνεος vel στενὰ *angustias;* ut apud Dioscoridem *lib.* 6. *capite de lacte coagulato* ἐνιστάμενον γὰρ ἐπὶ τὰ τοῦ στομάχου στενά. etc. Aut σίνεα *nocumenta.* An σταῖτα a σταῖς σταιτὸς, quod est farina triticea aqua subacta; ita quidem ut metaphorice hoc nomine pituitam crassam et lentam iecoris viis impactam atque infixam intelligamus.

P. 275, 13. καρποῦ δάφνου ἑψήματος] Rescribe δαφνίνου.

P. 276, 1. δυσεπίσχετος ἡ ἀπὸ τῶν ζώων αἱμόῤῥοια]
262 Hirudines timet, quod ab earum morsu sanguis difficulter sistatur: quod et ex Galeni verbis in libro *de hirudinibus, revulsione. etc.* colligi potest: *ubi* (inquit) *deciderint, si sanguis cum impetu erumpat, linteum aceto imbutum imponito.* etc. Sed et alia pericula ab iis cavenda sunt; virus videlicet, nisi praecipua in iis legendis diligentia adhibeatur. Interdum etiam accidit, ut dum avelluntur, capita sua seu denticulos in carne defixos relinquant: *quae causa* (inquit Plinius *lib.* 32. *cap.* 10.) *vulnera insanabilia facit, et multos interimit, sicut Messalinum e Consularibus Patriciis, cum ad genua admisisset.*

P. 276, 2. κἢν ἄδδην πιὸν ἐκπέσῃ τὸ θηρίον] Plinius, citato loco: *decidunt satietate, et pondere ipso sanguinis detractae, aut sale adspersae.* Galenus et cinere insperso

ipsarum ori, decidere tradit: saepius tamen sponte nimio sanguine graves decidunt. Unde illud Horatii *in arte:*

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

P. 276, 3. *νέρθεν γὰρ ἕλκει τό νῦν*] Alienum plane ab hoc loco adverbium temporis *νῦν*. Scribe *ἰὸν virus.* Postquam hirudines deciderunt, cucurbitulam affigi iubet; ut si quid virulenti relictum sit trahatur. Galenus, *μετὰ δὲ τὸ ἀποπεσεῖν, σικύα χρὴ τὸ ἰῶδες ἐξέλκειν.*

P. 276, 10. *τὸ διὰ τῶν σπερμάτων*] Medicamenti *ἐπὶ τῶν σπερμάτων* Galenus meminit *lib.* 5. *method. med.* in curatione adolescentis, qui ex tussi sanguinem reiectaverat: cuius se auctorem non obscure testatur; *ἡμέτερον nostrum* appellans. Haec sunt verba: *εἰς ἑσπέραν ἔδωκα τὸ διὰ τῶν σπερμάτων, ἡμέτερον φάρμακον.* quo ex loco certissime demonstratur *Aretaeum* Galeno esse posteriorem, qui Medicamentum a *Galeno* excogitatum praescribat, ut docui in Praefatione.

P. 276, 11. *καὶ ἔνθα ἡ σάμψυχος*] Scribe *ἢ* disiunctiva. Observa *σάμψυχος* in flexu masculino: cum in neutro *Dioscorides,* et alii usurpent.

P. 276, 12. *ἢ τὸ μελίλωτον*] An intelligit *emplastrum de Meliloto ?*

P. 276, 17. *οἵπερ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσι*] Nisi benigne haec verba exponantur, pro falsis explodi oportebit: ita enim sonant, quasi velit *Aretaeus* proprios esse et directos meatus ab hepate ad renes: quod esse falsum nemo nescit: venae enim *emulgentes* dictae, non a iecore, sed a cava nascuntur, et mediante hac a iecore.

P. 277, 7. *ὁκόσα μοι ἐπὶ κωλικοῖσι λελέξεται*] Ait se dicturum post de Medicamentis pus moventibus in curatione colicorum: verum hanc partem nobis invidit vetustas cum aliis multis magni huiusce Scriptoris.

P. 277, 8. *ὅκως μὲν τάμνειν*] Aut deest textui verbum *χρὴ,* aut subaudiendum est.

Ad Caput VII. *περὶ θεραπείας νωτιαίας φλεβός.* etc.

De Curatione acuti morbi dorsalis Venae et Arteriae.

P. 277, 11. In Titulo *καὶ ἀρτηρίης ὀξείας νούσου*] Scribe, Ionico flexu, *ὀξείης.*

Ibid. *νωτιαίαν φλέβα*] Dorsi venam appellat *Hippocrates;* et alii Medici *κοίλην, cavam* appellant, quae secundum dorsi longitudinem protenditur, eique incumbit. Hippocrates libro *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* in plurali *κοι-*

λους φλέβας appellat, quarum magnum morbum describit, et renum morbo contrahi asserit.

P. 277, 16. σφυγμὸς παλμώδης ἐν ὑποχονδρίῳ] Hippocrates *in* 1. *prognost.* ubi de conditione hypochondriorum tradit, pulsum in hypochondrio, censet turbationem aut delirium significare: εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην. Quod et repetit in *Coacis praenotionibus*, quam sententiam priorem exponens Galenus; in quibusdam exemplaribus, non σφυγμὸς sed παλμὸς legi testatur; in pluribus tamen σφυγμός. Quod considerans doctissimus *Aretaeus*, utrumque nempe σφυγμὸς παλμώδης posuit. Addit ἠδὲ τοῖσι μεταφρένοισι, ea scilicet parte dorsi, quae ad septum transversum sita est; seu, ut *Rufus* in partium hominis nomenclatura definit, quae est inter dorsum et lumbos: quod et ipsum signum est vehementis inflammationis; utpote ipsius arteriae magnae, quam ἀόρτην vocant, iuxta spinam sitae pulsatio, quae nec ipsum aegrotantem fallit; ut *Galenus*, citato loco, testatur his verbis: ἤτοι γε ὡς συνὼν ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς (σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ) ἢ καὶ κατὰ τὴν ῥάχιν ἀρτηρίας τῆς μεγάλης ἡ αἰσθητὴ κίνησις τῷ κάμνοντι.

P. 278, 1. τῆς μὲν γὰρ φλεβὸς ῥίζωσις ἧπαρ] Nempe venae magnae, quae *cava* dicitur. At Hippocrates *lib.* περὶ τροφῆς, in genere dixit, omnium venarum radices esse in hepate. ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, etc. sententia est galeata, qua *Galenus* passim munit se, quoties certamen de hac re initurus est cum Peripateticis.

P. 278, 7. μὴ ἀθρόον, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς] Uno verbo ἐπαφαίρεσιν Graeci appellant.

P. 278, 9. ἔνθα ἡ διάφυσις τῆς ἀρτηρίης] Scribe διάσφυξιν τῆς ἀρτηρίης: non enim hic agitur de interstitio, aut re quapiam intercurrente interpositaque, quae notiones huius vocis διάφυσις traduntur; sed pulsationis arteriae, quam supra inter morbi, de quo agit, symptomata commemoravit.

P. 278, 17. καὶ ἐς πρόκλησιν] Coniunctio παρέλκει.

263 P. 279, 1. τῷ διὰ τῆς λημνηστίδος] Repone disiunctivam ἢ τῷ etc.

P. 279, 2. κάρτα γὰρ ψυχρὰ αὐτῶν τάδε γίγνεται] Numero febrium duo omnino memorantur, in quibus extrema ita frigent, ut partes internae urantur: nempe ardens febris perniciosa, quae καῦσος dicitur; et λειπυρίας. quarum altera ex pulmonis, ventriculi, et iecoris erysipelate originem habet: altera ex partium internarum viscerumque inflammationibus. Malignas autem admodum esse Lipyrias testatur Galenus *com.* 4. *Aphorism.* 48. quo Apho-

rismo generatim declarat *Hippocrates*, quam horrendae sint febres, in quibus non intermittentibus externa corporis frigent, interna autem flagrant: *ἐν τῇσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσι, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψην ἔχῃ, θανάσιμον.*

P. 279, 4. *πάντων δὲ κράτιστον σικύη, καὶ κιννάμωμον, ἤν τις εὐπορῇ*] Corruptam esse hanc scripturam fatebitur, qui mecum diligentius animum advertet. Hic enim remedia praescribit *Aretaeus* urinae ciendae idonea, quorum postquam nonnulla proposuit *Meum, Asarum, Absynthium*, quibus et nitri aliquid inspergi iubet: mox omnium praestantissimum esse censet *σικύην καὶ κιννάμωμον.* De *Cinnamomo*, quod efficaciter urinam provocet, *Dioscorides*, et ceteri omnes, qui de simplicium viribus scripserunt, consentiunt. *Cucurbitam* autem in ea re esse praecipuam, a nemine unquam proditum. Quare mendosam esse illam vocem *σικύη* minime est dubitandum. Quid autem eius loco potissimum substituam, quod cum Cinnamomo comparari possit, cogitanti mihi nihil aptius occurrit, quam *κύμινον*, cuius vis in ciendis urinis nota est: scripturae autem ratio non multum a *σικύη* diversa est, apparetque pravae huic scripturae occasionem hinc datam, quod huius vocis, *κύμινον*, prima tantum elementa remanserant *κύμ*, reliquis deletis. Tum litera *μ* ob similitudinem in *η* degeneraverat. Ita cum imperiti librarii *κύη* legerent addita syllaba, *σικύη*, fecerunt.

P. 279, 5. *γάλα τοῖςδε καὶ τροφὴ καὶ φάρμακον*] Non sine causa miretur aliquis, lac acutissime febricitantibus, nec certe mitius, quam in causo, praescribi hic ab *Aretaeo*, et ut alimentum et ut Medicamentum: cum *Hippocrates*, cuius doctrinam multis locis sequitur, lac febricitantibus non esse dandum expresse asserat *Aphoris.* 64. *sect.* 5. *γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι κακόν· κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι·* et *ibidem* paulo infra: *ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι.* quibus verbis lac, licet phthisicis utile, prohibet, si valde febricitent. Rationem huius sententiae reddit Galenus *in Commentario*, quia ab omnibus causis calidis lac in nidorem celerrime vertitur: ex quo concludit, merito iis qui acute febricitant lac noxium censeri. Neque obstat, quod ibi affert *Aretaeus*, lacti inesse vim aliquam refrigerandi; ideo esse aptum igni intus grassanti exstinguendo: non enim exstinguit, sed potius accendit, quia facile aduritur, et in nidorem vertitur. Sed hinc eum tueri possimus, quod non merum lac ita acute febricitantibus propinat, sed dimidia aqua temperatum: in duos enim

lactis cyathos unum aquae iniici iubet. Sed et *νεοτόκου*, hoc est, recens foeti animalis imperat, quod quidem et frigidius, et magis humidum est.

P. 279, 6. *ἔνδον ὁκοῖόν τι πυρὸς εἰλευμένου*] Ad oram MS. *Claromontani* adscripta haec noto, *συστρεφομένου*· quae eadem et in *Menteliano*, sed glossema arbitror: nihil mutandum.

P. 279, 7. *τῆς τροφῆς γλυκείης*] Supple *δέονται*, id est, dulci alimento egent. Imo alimentum dulce aestuosis visceribus suspectum, quia facile in bilem vertitur. Fortasse *ὠκείης* legendum est; alimento quod cito alat: quale ardenter ex interiorum inflammatione febricitantibus necessarium videtur ad reficiendas vires; quae facile, ut superius posuit, in syncopen labuntur. Possumus tamen *γλυκείης* legere prout excusum est, si per hanc vocem intelligamus non formalem, ut loquuntur, dulcedinem, sed salsi, acris, amari, et aliorum eiusmodi saporum privationem: quo sensu *γλυκὺ Graeci* appellant, quod est *ἄποιον*, ut aqua dulcis, quae salsa non est: vel dulcedinem intelligit modicam, qualem lactis; de lacte enim loquitur.

Ibid. *ἀτὰρ ἠδὲ ἐν ὀλίγῳ ὄγκῳ πολλή*] Scribendum *πολλῆς*.

P. 279, 9. *εὐπορείσθω δὲ νεοτόκου*] Cum tria lactis genera proponat *Aretaeus*, ut ex his quae posterius addit verbis patet, *τρίτον δὲ αἰγός*· mutilum esse hunc locum fatendum est, et nomen animalis deesse, ex quo lac sumatur. Sane *Crassus* cum id vidisset, aut meliorem nactus Codicem, *γυναικὸς* legendum existimavit, ut eius versio indicat: *Esto autem mulieris, quae proxime peperit.*

P. 279, 14. *καὶ πάντα*] Malim adverbium *πάντῃ*· nisi sit *πάντα* adverbium hoc loco.

P. 279, 16. *κατάκλισις ὄρθιος*] Editio *Henischii* ad oram paginae habet, *ὄρθριος*, hoc est, decubitus matutinus, seu antelucanus ab *ὄρθρος*, quod primum diluculi punctum significat. Sed nihil mutandum: *κατάκλισιν ὄρθιον* vocat, et praecipit hic, ut causo laborantibus accommodatam; nempe eum decumbendi modum in quo aeger erecta cervice et parte superiori corporis sedenti est similior quam decumbenti.

P. 280, 1. *ἠδὲ λουτρὸν, ἢν οὗτος ὑπεκκαυθῇ*] In editione *Henischii* ad oram paginae, *οὕτως*, scriptum est, sed nihil mutandum; sudores gestatione proliciendos, et si vehementius ille (aeger) succensus fuerit, balneo esse opus censet.

P. 280, 2. *οὐ γὰρ κρίσεσι τάδε τὰ πάθεα λύεται*] Attamen Lipyriam febrem cholera superveniente, magna sci- 264
licet et vehementi, bilis sursum deorsumque eruptione solvi, ab *Hippocrate* scriptum est.

Ad Caput VIII. *περὶ θεραπείας τῆς κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξείας νούσου.*

De Curatione acuti morbi in Renibus.

P. 280, 10. *πίμπλαται γὰρ ἡ τῶν νεφρῶν κοιλίη ὑπὸ πλημμυρίης*] Ita est sententia veterum, cavos esse renes; quorum auctoritatem potius, quam *αὐτοψίαν* secutus *Gorraeus* in definitionibus Medicis, renes ita describit: *renes sunt partes carnosae, durae, densae, concavae.* etc. At recentiores Anatomici, qui profunda corporis humani altius atque accuratius scrutati, in quibus est *Andreas Laurentius,* nullos in renibus humanis sinus observari testantur.

P. 280, 11. *τόδε μέν τοι, καὶ ἐπὶ λίθων γίγνεται, ἢν φύῃ*] Mutat numerum primo *λίθων* mox in singulari *ἢν φύῃ μέζων τῆς εὐρύτητος.* Ita Terentius *in Eunucho:*

— Eunuchum porro dixti velle te,
Quia solae utuntur his Reginae.

Rursum in eadem fabula:

Adeo ne homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eumdem esse.

P. 280, 15. *ὅκως ἢ μὴ ξυνήσωνται*] Scribe *ξυστήσωνται,* ne colligantur, concrescant, supple *lapides.*

P. 280, 17. *ἢν ἐνστάσιες λίθων ἔωσι*] *ἔνστασις* apud Aristotelem 8. *Topic.* exceptio est seu obiectio, qua respondens utitur contra disputantem: unde *ἐνίστασθαι* passim apud eumdem, cui respondet Ciceronianum verbum *resistere;* hic infarctum significat: quo sensu et Dioscorides usurpat *lib.* 6. ubi de lacte, cui admistum fuit coagulum: *ἐνιστάμενον γὰρ ἐπὶ τὰ τοῦ στομάχου στενὰ τεθρομβωμένον πνίγει. Infarctum enim stomachi angustiis cum fuerit coagulatum strangulat.* At Crassus pro ipsa concretione accepit: *Si* (inquit) *calculi iam conflati sunt.* Haud absque errore, ut patet, *ἐνστάσιας* profecto hic appellat *Aretaeus,* quas paulo *σφηνώσιας.*

P. 281, 2. *κωλύῃ τις ἡλικίη*] Mallem legere *τί.*

P. 281, 3. *ἀλλὰ σφηνώσιες τῶν λίθων χαλῶνται*] Sententia elegans, qua ostenditur, quomodo sanguinis missio calculorum infarctus leviores reddat: quoniam scilicet vacuata vasa laxantur ceduntque lapidi haerenti: atque ita

minus eo laeduntur, quae antea humore distenta premebant, et premebantur.

P. 281, 6. ἡ κυπρίνου] Cyprini olei, quod scilicet ex *Ligustri* arboris floribus conficitur. Nam ligustrum Graeci κύπρον vocant. Auctor Dioscorides *lib.* 1. his verbis: τὸ δὲ σκευαζόμενον ἐξ αὐτοῦ (ἄνθους) χρίσμα κύπρινον, θερμαντικὸν γίνεται, καὶ μαλακτικὸν νεύρων. Ex quo patet non esse plane verum quod cecinit Maro *Eclog.* 2.

Alba Ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nam et flores, quos per alba ligustra intelligi notant Grammatici, atque etiam Turnebus *lib.* 30. *advers. cap.* 14. flores, inquam, ligustri, ipsi etiam leguntur, et in usum Medicinae veniunt. Sed quis non videt pastorem esse, qui haec dicit; quem de florum usu medico falsum esse, et ita induci, optime, et ex decoro fecit *Virgilius.*

P. 281, 16. ἢν μὲν οὖν ἄποροι ἔωσι] Ad oram paginae in editione *Henischii* ἄπωροι, ἢ ἄπυοι, quam posteriorem lectionem sequutus est *Crassus*, et vertit, *si non suppurent.* Recte: nam quae paulo post sequuntur ei lectioni consona sunt: ἢν δὲ πῦον τρέπηται. Proprium etiam phlegmones suppurare, qua de re hic agit.

P. 282, 5. ἁπλαὶ μὲν οἷον] Scribe ἁπλᾶ, refertur enim ad φάρμακα.

Ibid. καὶ πριονίτης] Scribe πριονιτίς: est enim nomen feminini generis. Sunt qui hanc herbam *asplenium* interpretentur; hoc est, *Ceterac* officinarum, quod folia in modum serrae incisa habeat, quos *Crassus* sequitur. *Prionitidis* herbae meminit Al. Trallianus *lib.* 8. *cap.* 4.

P. 282, 6. ὄξεϊ ἐδωδίμῳ] Acetum opinor esculentum appellat, quo utimur in cibis condiendis: ut distinguat ab eo quod medicatum est, ut *scillitico.* De aceto esculento verba sunt Plinii: *Aceti nequitiae virus inest ad multos usus necessarium, et sine quibus vita mitior degi non possit.*

P. 282, 7. ποικίλαι δὲ τῆς βιστίμου καλευμένης] Scribe ποικίλα, supple φάρμακα: deinde loco genitivi, τῆς βιστίμου καλευμένης scribe, ἡ Βιστίμου καλευμένη supple ἀντίδοτος· quae sit autem ista compositio, quisve ille *Bistimus* fuerit, neminem hactenus quaesiisse non mirum est. Quis enim hactenus *Aretaeum* excussit? immo quis nisi obiter legit? Porro huius non hic tantum mentio fit, sed et sequenti libro χρονίων *in curatione melancholiae,* et libro 2. in *curatione Gonorrhaeae:* quibus locis non βιστίμου per ἰῶτα, sed per ἦ, βηστίμου, nomen illud scriptum est; huiusque compositionis, ut affinis, cum *Andromachi*

Theriaca, et *Mithridatis* antidoto, mentio fit: ad oram tamen mei Codicis ex M. S. exaratum habeo *κιστίμου* pro *βιστίμου*: quo suspecta sane mihi fit huius nominis prolatio: tum autem quia nullibi in veterum monumentis quem- 265
quam hoc nomine appellatum reperio. Apud Galenum quidem *libro* 10. *de simpl. fac. cap. περὶ χολῆς*, ubi de trochiscorum oculis utilium compositione agit, *Bitini* trochiscum nominat, *βιτίνου* enim lego, non ut excusum est *βιτῖνος*. Galeni verba haec sunt: *μίγνυσι δὲ τοῖς μὲν ὀνομαζομένοις κυκλίσκοις τε καὶ τροχίσκοις, οἷος ὅτε τοῦ ἀνδρωνός ἐστι καὶ Πολυείδου, καὶ Πασίωνος, καὶ ὁ βιτῖνος*. quare fortassis *βιτίνου* scripserat *Aretaeus*. Licet enim Bitini illa compositio, quam citat *Galenus*, ad oculos pertinet: tamen hunc ipsum, et ad alios usus, compositionem istam, de qua agitur, paratam habuisse, non absurdum est. Idem Galenus *libro* 10. *de Medicam. compos. κατὰ τόπους*, inter nephritica medicamenta *Biennitae* cuiusdam antidotum commemorat: *ἄλλη ἡ τοῦ βιεννίτου* (supple *ἀντίδοτος*) *φάρμακον ἐπιτετευγμένον, ἀνώδυνον, χρήσιμον καὶ νεφριτικοῖς, καὶ πρὸς τὰς περὶ κύστιν ἑλκώσεις, καὶ λίθους θρύπτει, καὶ πηλὸν ἀπουρεῖν ποιεῖ*. An igitur hic *βιεννίτου* legendum pro *βιστίμου*, videant eruditi.

P. 282, 8. *καὶ κοσκίνου τοῦ θηρίου*] *Crassus* ad hunc locum; et bestia quae *coscinos*, id est, cribrum dicitur: atqui nulla est bestia quae *κόσκινος*, hoc est, *cribrum* dicatur. Lege ex MSS. *Claromontano*, et *Menteliano*, *σκίγκου*. Scincus genus est lacerti, *quem nonnulli*, (inquit Plinius) *terrestrem Crocodilum dixerunt, candidiore tantum et tenuiore cute*. Addit; *praecipua tamen differentia dignosci a Crocodilo, squamarum seta a cauda ad caput versa*. Ubi *Seta* perperam legitur pro *serie*. Horum maximum *Indicum*, deinde *Arabicum*, afferri salsos: praecipuum usum ad provocandum veneris appetitum, quod et *Dioscorides* tradit *lib*. 2. ubi quatuor Scincorum differentias facit; unum *Aegyptium*; alterum *Indicum*; tertium, qui in *Erythra* nascitur; quartum, qui in *Lydia Maurusiadis*; vel ut emendat *Saracenus*, ex veteri exemplari *Sambuci*, in *Lybia Mauritaniae*. In Antidota quoque nobilia addi, idem *Plinius* et *Dioscorides* testantur; quod et ex hoc loco *Aretaei* perspicue patet, qui Theriacae Antidoto adiungit et eam quae ex Scinco paratur.

Ibid. *καὶ ὁκόσαι τε δοκέουσι ἔμμεναι τῇ πείρῃ*] Deesse vox *κράτισται*, quam redde: ad ea autem quae deinceps sequuntur *κράτισται αἰῶραι τοῖςδε*, repone particulam *καί*, *κράτισται καὶ αἰῶραι τοῖσδε*.

P. 282, 12. *οὐδ᾽ ὄναρ δοκέειν τοῦ πόνου εἰθεσμένοι*] Deest hic vox *ὥστε*, opinor, nimia Librariorum festinatione omissa, quam repone: ita certe contextus postulat; *ὥστε οὐδὲ ὄναρ.* etc. Vox quoque *εἰθεσμένοι*, mendo non caret: recta enim lectio est: *τοῦ πόνου αἰσθόμενοι.* Sententia et contextus, ita esse legendum, clamant: *ita ut ne per somnium quidem dolorem sensisse videantur.*

P. 282, 13. *ὡς ἐξ ἀφύκτων κακῶν τὴν ψυχὴν καταμελέα λύονται*] Locus mire depravatus; et, nisi ab quopiam M. S. auxilium accedat, depositus.

Ad Caput IX. *περὶ θεραπείας τῶν κατὰ τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.*

De Curatione acutorum Vesicae Affectuum.

P. 283, 2. *νεῦρον γὰρ πλατὺ ἡ κύστις*] Non ad vivum, quod aiunt unguem resecandum est, quod hic de vesica pronunciat *Aretaeus*, hanc esse nervum latum. Non enim proprie nervus dici potest vesica, neque e nervis orta: cum eos proprie nervos intelligamus, qui e cerebro originem habent, quod de vesica dici non potest. Verumtamen nervus quodammodo dici potest, ob similitudinem, quae eam inter et nervos intercedit: ob quam certe similitudinem, inter partes nervosas ponitur.

P. 283, 3. *νεφροὶ δὲ ὁκοῖον αἱμάλωψ τῆς ἥπατος ἔασι ἰδέης*] Recte renes, quos iecori similes facit, ceu *αἱμάλωπα,* hoc est, *grumum sanguinis* esse dicit: nam supra de iecore ita pronuntiavit: *καὶ τὸ ξύμπαν ἧπαρ, ὁκοῖον αἵματος πάγος.* nam *αἱμάλωψ*, et *αἵματος πάγος*, una eademque res.

Ibid. *ἀλλὰ καὶ αἰνότατοι καὶ οἴκτιστοι*] Postquam dixit vesicae dolores esse auctiores, tamen et renum gravissimos esse asserit.

P. 283, 4. *ἔνθα μάλιστα*] *Homeri* verba sunt ex *Iliad. ν.*

— — *ἔνθα μάλιστα*

Γίγνετ᾽ Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι.

Crassus per vocem *Ἄρης*, quod *Martis nomen est*, simpliciter intelligit mortem: *unde mors* (inquit) *cum maximis cruciatibus miseris mortalibus ingruit.* Sed fortasse praestat *ferrum* intelligere, quod ad liberandos renes interdum corpori adhibetur: quod et mox expresse dicit.

P. 283, 5. *τάμειν ὧν αὐτίκα κενεῶνα*] Haec quidem ad renes pertinent: mox enim vesicae affectus redit: confuse autem admodum. Nam cum quatuor memoret, quibus vesica pariter et renes affligi solent; inflammationes, ulcera,

calculos, obstructiones meatuum a sanguine coagulato; postea ad renum dolores curandos, *κενεῶνα*, hoc est, laterum mollitudinem ferro aperiri iubet; nec dicit in quo potissimum affectu ex quatuor memoratis id fieri debeat: utcumque tamen ex eius verbis colligi potest, cum dolores renum ait 266
gravissimos esse, et maxime miserabiles, ideoque statim *κενεῶνα* incidi iubet. Cum enim cruciatuum acerbitas calculum ureteribus impactum satis declarat; idque etiam iliorum incisio testatur; ea enim regione ureteres utrinque siti sunt.

P. 284, 5. *θηρινὸς ἢ σκυβαλίτης*] A *Galeno θηραῖος* et *σκυβελίτης* haec vina appellantur, libro *περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας*. Sunt autem haec vina crassa admodum et dulcia: Galenus *ibidem πάντων δ' οἴνων κοινόν ἐστιν, ὅσοι γε μὴ πάνυ παχεῖς εἰσι καὶ λίαν γλυκεῖς, ὥσπερ ὁ θηραῖός τι καὶ ὁ σκυβελίτης.* etc.

P. 284, 6. *ἄριστον δὲ τέττιγες*] Ita et *Dioscorides* memoriae prodidit *libro* 2. *τέττιγες ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσι.*

P. 284, 9. *ξὺν τοῖσι τέττιξι ἀφειψῆσι*] Scribe *ἀφειψήτοισι.*

P. 284, 11. *τῷ ὀργάνῳ τῷ καθετηρίῳ*] Ita dicitur instrumentum cavum, et altera parte recurvum: quo in vesicae cervicem immisso, suppressa urina educitur; calculus etiam an in vesica exsistat, cognoscitur. Huius apud *Celsum* descriptio haec est *libro* 7. *cap.* 26. *Ergo aeneae fistulae fiunt, quae ut omni corpore ampliori, minorique sufficiant, ad mares tres, ad foeminas duae Medico habendae sunt. Ex virilibus maxima decem et quinque est digitorum: media duodecim: minima novem. Ex muliebribus, maior novem: minor sex. Incurvas vero esse eas paulum, sed magis viriles oportet, laevesque admodum.* Crassus *oriculario specillo* Latine convertit: quo eodem instrumento, quae in aurem praeter naturam inciderunt, educantur. Ceterum apud Hippocratem *libro* 2. *de morbis mulierum καθετῆρος* nomine, significatur etiam *τὸ στρεπτὸν μοτάριον*, hoc est, *lineamentum tortum*, quod ulceribus inditur; ut exponit *Galenus* in *Exegesi.*

P. 284, 15. *τάμειν τὴν τριχάδα*] In Editione *Henischii*: *τάμνειν τὴν τὸ ὑπὸ κάτω τῆς βαλάνου τρεχάδα*, quae lectio redundat: nam haec verba *ὑπὸ κάτω τῆς βαλάνου*, non exstant in Editione *Turnebi*, quam sequimur; et merito: quando haec glossematis vice ad oram libri ab aliquo studioso notata fuisse apparet, quae *Henischius* parum prudenter in textum transtulit. Sed et vox *τριχαδα*

mendi mihi suspecta, vel manifesta potius, omninoque legendum, *πλιχάδα*. Quae emendatio praedicto etiam glossemate confirmatur: est enim *πλιχὰς, τὸ ὑποκάτω τῆς βαλάνου*: *pars sub glande virili;* quamquam non proprie glandi, sed toti pudendo subiecta ea pars; illud scilicet interstitium, quod inter femina est ad perinaeum pertingens. Rursus de humani corporis partium nominibus: *βουβῶνες δὲ αἱ ἀρχαὶ τῶν μηρῶν· τῶν δὲ μηρῶν τὰ μὲν εἴσω μέρη παραμήρια· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων πρὸς τὸν περιναῖον πλιχάδες.*

Ad Caput X. *περὶ θεραπείας ὑστερικῆς πνιγός.* *De Curatione Vulvae Suffocationis.*

P. 285, 7. *προσιόντων γυναικηΐων ἔξω*] Non potest stare haec lectio, cuius ut vitium magis pateat, totam periodum exhibere operae pretium est: *ἢν μὲν ὦν τῶν ἄνω τι λυπῇ προσιόντων γυναικηΐων ἔξω· ὦν δὲ κατὰ στόμα τι ἂν εἴη, ὀπίσω χάζεται.* haec ad verbum sonant: *si igitur quid eorum, quae supra sunt, molestiam facessat, accedentibus pudendis extrorsum: si vero aliquid iuxta os* (*vulvae*) *fuerit, retrocedit.* Quae quam sint absona, nemo non videt: mihi autem non magna interpolatione haec posse restitui videntur, si sic legamus: *πρόσεισι* (supple *ὑστέρη*) *τῷ γυναικηΐῳ ἔξω*: id est *accedit* (*uterus*) *ad pudendum extrorsum.* In verba *πρόσεισι* deperditur litera *ε*, (quo quid facilius) remanserat *πρόσισι*, et coniunctis in unam duabus dictionibus *προσίσιτων*, ex quo imperiti homines *προσιόντων* fecerunt. Haec depravandae scripturae, nisi fallor, occasio.

P. 285, 10. *ποτὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ*] Superius *libro* 2. *de causis et signis acutorum cap.* 11. uterum dixit prope animal esse alterum in animali: *γυναικήϊον ἄγχιστα ζωῶδες,* et paulo post, *ὁκοῖόν τι ζῶον ἐν ζώῳ.* ad quem locum nos vide.

P. 285, 11. *ὅκως νηὸς λαίφεα*] Eadem similitudine utitur *citato loco.*

P. 285, 12. *καὶ γὰρ προπετεστέρη τῷ πάθεϊ καὶ τῷ ὄγχῳ τοῦ αὐχένος*] Aliter *βάθεϊ,* quae lectio in *Henischiana* Editione ad oram signata est. Ego nihil muto.

P. 285, 14. *ἢν μὲν ἐς πόδας ἔξωθεν*] Post hanc vocem *ἔξωθεν* asteriscus est in Editione *Henischii,* et ad oram e regione.

P. 285, 16. *ἢν μὴ τὼ πόδε φλεγμήνῃ ἡ γυνή*] Ait, quibus uterus ex hysterico affectu foras decumbit, difficul-

ter posse ambulare, in latus vel supinam decumbere, nisi pedes mulieris phlegmone laborent. Quae exceptio quorsum spectet, non satis perspicio: ceu vero ad eas functiones, nempe decubitum in hanc vel illam partem, et maxime incessum, expeditior futura sit mulier, si etiam pedes inflammatione tententur; quo quid absurdius dici potest? Corruptum igitur esse hunc locum oportet, atque unius elementi nempe *κ,* iactura: quod si reponas ante *ἢν,* plana fiet sententia: *κἢν μή.* Igitur scribendum: *Est autem difficile mulieri sic viribus uti, ut aut incedere, aut in latus decumbere, vel supina possit; etiamsi* (inquit) *nulla in pedibus eius inflammatio exsistat.*

P. 285, 17. *ὡς ὀξύτατα μὲν τὸν ἄνθρωπον*] Scribe *τὴν ἄνθρωπον*: foeminam scilicet.

P. 285, 18. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ φθάνει πονέειν τε, καὶ βοᾶν τοὺς παρόντας κικλήσκειν ἀρωγούς*] Non prius labo- 267
rat mulier quam suffocetur: ideoque vociferari, ac familiares, qui auxilium ferant, vocare non potest. Ante igitur has voces *τοὺς παρεόντας,* coniunctio, quae hic deest, reponenda est; nempe *καὶ τοὺς παρεόντας.*

P. 286, 3. *τοῖς ἐν τουτέοισι*] Scribe *τοὺς,* eos qui eiusmodi rebus intersunt, Medicum vocare oportet, cum aegra loqui non possit.

P. 286, 10. *λύχνου φλογὸς ἐσβεσμένης*] Tam intolerabilis est utero is odor, ut *Aristoteles,* eo accepto, mulierem interdum abortire scribat *libro* 8. *cap.* 24. *ἐκβάλλει δὲ ἵππος κύουσα ὀσμὴν λύχνου ἀποσβεννυμένου· συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἐνίαις κυούσαις.* Ubi obiter legendum moneo *ὀσμῇ,* loco accusativi istius *ὀσμὴν,* qui unde regatur, non apparet. Plinius *lib.* 7. *cap.* 7. *Miseret atque etiam pudet aestimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo: cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu.* Quod si verum est, potius metuendum ab eiusmodi foetore existimarem: ne eius perceptione uterus magis affligeretur.

P. 286, 11. *πρὸς τῷ κακώδει, καὶ τὰ νεῦρα ψυχθέντα θάλπειν*] Haec ad Castorium, quod proxime positum est, refert *Crassus* in sua interpretatione; et pronomen relativum *ὃ,* vel *τὸ* Ionice videtur legisse: quod praeter foeditatem odoris, nervos etiam refrigeratos calefacit.

P. 286, 13. *καὶ τοῖσι προσθέτοισι εὐώδεσι ἐς τὴν χώρην ἐπιβλητέον τῆς ὑστέρης*] Pro *εὐώδεσι*, mallem *εὐώδεα* in accusandi casu, propter verbum *ἐπιβλητέον.*

P. 286, 14. *μύρῳ ὁκοῖον ἂν ἔῃ προσηνές*] Mihi et *μύρον* placet legere.

P. 286, 16. *καὶ τὸ διὰ τῶν φύλλων τοῦ μαλαβάθρου*] Celeberrimum est Malabathrum in veterum monumentis, ex quo unguenta pretiosa parabant ad ungendos capillos, ut ex his verbis *Horatii* patet:

— coronatum nitentes
Malobathro Syrio capillos.

Est autem vox *μαλάβαθρον*, qua Graeci utuntur, deflexa per corruptionem a *Tamalapatra*, quo nomine hanc plantam *Indi* appellant. Arabes *Cadegi Indi*, id est, folium Indum; Folium etiam *κατ' ἐξοχὴν* vocabant: unde et unguentum ex eo paratum *foliatum* dicebatur. Galenus *lib.* 8. *Methodi cap.* 5. *οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰ τῆς τρυφῆς ἕνεκα τῆς διατεθρυμμένων γυναικῶν σκευαζόμενα μύρα ταυτὶ τὰ πολυτελῆ, χρήσιμα πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις τῆς γαστρός· ὥσπερ ἔοικεν ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς εὑρεθέντα, καὶ τὰς προσηγορίας ἔχειν ῥωμαϊκάς. ὀνομάζεταί γέ τοι σπικάτα τε καὶ φουλιάτα.* Ubi *φουλιάτα* unguenta sunt, quae ex folio Malabathri parabantur, quicquid nonnulli contra garriant, qui *spicatum* et *foliatum* nardini unguenti species faciunt, idque tantum differre, quod illud ex spica nardi fieret, istud ex eiusdem folio. Tametsi *Plinii* se auctoritate tuentur, qui Nardinum et Foliatum idem putat *lib.* 13. *cap.* 1. eiusque descriptionem hanc tradit: *Nardinum sive foliatum constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo.* Caeterum de natura eius plantae, unde Malobathrum sumitur, non convenit inter Auctores. Dioscorides *libro* 1. folium esse tradit sine radice, paludibus, instar lentis palustris, innatans: quem Plinius sequitur *libro* 12. *cap.* 27. Qui tamen aliud Malobathrum Syriacum describit longe ab illo diversum, nempe arboris folium: *Dat* (inquit) *malobathrum Syria, arborem folio convoluto.* etc. quod quidem genus *Malabathri* solum verum est, alterum vero fabulosum, si recentioribus credimus.

P. 287, 1. *τοῦ δένδρεος τοῦ ἰνδικοῦ*] Malobathrum genus esse *Indicae* arboris contra *Dioscoridem* recte *Aretaeus* dicit: cui sententiae suffragatur *Nicolaus Monardis* Medicus Hispalensis *libro de simplicibus medicamentis*, testis omni exceptione maior; utpote qui in ipsa *India* medicinam exercuerit: *Non* (inquit) *aquis innatat hoc folium, lentis palustris modo, ut scripsit Dioscorides lib.* 1. *cap.* 11. *et hunc sequutus Plinius lib.* 12. *cap.* 26 *quibus impositum est in huius descriptione: sed nascitur in procera arbore procul ab aquis, cum multis aliis locis, tum in Cambaya.* Addit folium eius arboris simile esse mali Medicae folio,

angustius tamen, per extremum colore viridi, tribus per longitudinem excurrentibus costis, (qua nota facile dignoscitur) odoratum, Caryophyllos, quodammodo redolens, non tam vehementis odoris, ut nardus, aut macis; neque tam subtilis et acuti, ut est canella. Quae notae cum tam insignes sint, tam distinctae, miror *Scaligerum* virum diligentissimum, *exercitat.* 140. negare ausum *Malobathrum* revera exsistere in natura, aut unquam exstitisse. *De Malobathro* (inquit) *veteres somniarunt. Qui enim omnes Arabias, universas Indias penetramus, hodie, nusquam folium illud mirabile compertum habemus.* Caeterum *Arrianus* in *periplo maris Erythraei* triplex Malobathri folium tradit; unum amplius, quod *ἁδρόσφαιρον* dicatur; alterum mediae magnitudinis, *μεσόσφαιρον* dictum; tertium minimum, quod *μικρόσφαιρον* cognominetur: ibidemque rationem, qua reperitur et colligitur ab illis gentibus, scitu haud iniucundam ponit, quam hic transcribere non necesse est.

P. 287, 3. *τοῖς γυναικείοισι χώροισι*] Ita et Latini muliebres locos honeste appellant. Virgilius, *genitale arvum.*

Ibid. *ἣν δὲ ἔγχυτον ἐκ τῶνδε ξυστῇ, ἐγχεῖν τῇ ὑστέρῃ*] Medici una voce *μητρέγχυτα* vocant.

P. 287, 4. *διαχρίειν δὲ καὶ τὴν ἕδρην φυσέων ἀγωγά*] 268
Aut aliquid in hoc contextu desideratur, aut male *ἀγωγὰ* scriptum est pro *ἀγωγοῖς*.

P. 287, 10. *ἢ ἀνδρὸς εὐαφοῦς*] Crassus vertit *viri bene tenacis manibus.* Rectius: *viri manibus tactu non asperis, neque duris.*

P. 287, 14. *φυσῇν δὲ ἐς οἷά γε ῥινῶν στρουθίου ῥίζης*] Editio Henischiana ad oram habet *οἷακε* pro *οἷά γε*, quod et vitiosum est. Lege, *κοῖλά γε ῥινῶν, cava narium.*

P. 287, 15. *ἢ τοῦ κάστορος*] Si vera haec lectio est, ipsum animal posuit pro parte animalis, *μετωνυμικῶς.* Nam veteres illi putabant Castorium medicamentum esse testes ipsos animalis.

P. 287, 17. *προσβάλλειν δὲ καὶ πρὸς, ἐς ῥάχιν*] Dictionem hanc *πρὸς* ut redundantem eiicio, nisi *ὄπισθεν* scripserat *Aretaeus.*

P. 288, 2. *τὴν ἐπὶ τῷ κτενὶ οἰκευμένην φλέβα*] Ad oram paginae Editionis *Henischii*, *φερομένην* scriptum est: quam lectionem expressit *Crassus.* Sane absurdum est, venam sub pube sitam secare velle, quae nulla istuc est insignis, e qua sanguis multus, ut vult, educi possit: nec tamen *φερομένην* *Aretaeum* scripsisse puto, quod a scriptura nimium discrepat; sed quod propius est *ἱκνευμένην.*

P. 288, 4. ξὺν ἐμποιήσι ἐς ἀνάκλησιν] *Crassus* ita vertit, ac si ἐμποιήσουσι scriptum esset, aut ita scribendum sit; capillorum evulsiones, ut mulier ad se redeat, simul benefacient: quo sensu non erit ξὺν praepositio, sed adverbium, id est, *una, simul pariter.* Non ausim tamen eam lectionem praestare, propterea quod verbum hoc ἐμποιέω nusquam reperio nisi cum nomine, ut θέρμην ἐμποιέειν. Cogitaveram ξὺν ἐμπονήσι, *cum dolore,* quod cum capillorum vulsione convenit.

Ad Caput XI. περὶ θεραπείας σατυριάσεως. *De Curatione Satyriasis.*

P. 288, 11. ξὺν ἐπιθυμίῃ καὶ λύπῃ ἀφροδισίων] Mallem ξὺν λύπῃ καὶ ἐπιθυμίῃ.

P. 288, 15. ἐπὶ παῤῥησίῃ τοῦ πτώματος] An truncata dictio pro ξυμπτώματος.

P. 288, 16. ἡ ἀκυρίη τῆς ξυνουσίης] Lege ἀκορίη, *inexsaturabilis coëundi libido.*

P. 289, 6. ταράχου δὲ γνώμης καὶ ἀταξίης ἔκκαυμα] Haud dubie ὑπέκκαυμα legendum, quod *fomitem* significat. Qua voce Hippocrates ad alimentum significandum utitur, quod sit fomes caloris innati. Vide *Aphoris.* 14. *sect.* 1. Aristoteles ὑπόκαυμα eodem sensu usurpat.

P. 289, 16. ἄρτῳ ξὺν ἀρνογλώσσαν χυλῷ τῇ βοτάνῃ] Rescribe τῆς βοτάνης, ut referatur ad ἀρνογλώσσου, vel quod verius puto, καὶ τῇ βοτάνῃ addita copula, ut intelligamus panem praecipi sum succo Plantaginis, atque ipsa herba ad cataplasma.

P. 290, 4. δριμὺ δὲ πᾶν] Deest aliquid, nempe εὐλαβέεσθαι, aut quid simile.

P. 290, 15. τροφαὶ ἄτροφοι] Videtur inesse his verbis contradictio, ut scilicet alimentum non alat; sed figura est; ut ἀπύρηνα mala, non quae nullos, sed exiguos habent nucleos: ἄποδες hirundines a brevitate pedum. Ad hunc modum et δῶρα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος.

P. 191, 1. οἶνος γάρ] Vini potestates brevi admodum et tereti orationis filo complexus est. Primo (inquit) vinum est θάλψις τῶν νεύρων *calefacit nervos:* propter spiritus, qui statim nervos subeunt, et calefaciunt. Quare et immoderate sumptum eosdem debilitat, et pueris convulsiones affert. Addit μάλθαξις δὲ ψυχῆς animum mollire, quia videlicet sanguine aucto universum corpus humectat, atque ita eam partem, in qua est τὸ θυμοειδὲς non parum relaxat, quo fit ut bene poti in omnem lasciviam solvantur. Quod et *Homerus*, omniscius vates, probe intellexit. Nam

cum *Hecuba* Hectori filio a pugna redeunti ad obiurgandum *Paridem* vinum ipsi bibere ad vires reficiendas his verbis suaderet:

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Ipse vinum sumere recusat, ne eo potu robur atque animum amittat: atque ita Matri respondet:

Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα, πότνια μήτηρ,
Μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Id est, *ne mihi affer, o Mater, vinum, ne me prorsus debilem reddas, roborisque et virtutis obliviscar.* Iram autem, et animi impetum intelligit, quam vini largiore potu mitescere nemo non in se experitur. Hanc huius loci solutionem, inter alias, proponit Scholiastes; quam ut magis probabilem ipsius verbis subiicere libet: *δυνατὸν δὲ καὶ οὕτως λύειν τὸ προκείμενον· ὅτι τὸ μένος διχῶς νοεῖται· καὶ ἐπὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς, καὶ ἐπὶ δυνάμεως. ἡ μὲν οὖν ἑκάβη, φύσει τὴν δύναμιν τοῦ πιόντος τὸν οἶνον αὔξειν λέγει· ὁ δὲ μαραίνεσθαι τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν τοῦ πιόντος λέγει ὑπὸ τοῦ οἴνου· ὥστε μὴ κινεῖσθαι ἐναντίως.* Plura in eandem sententiam afferri possunt. Nam et eo sensu Horatius *Ode ad Bacchum* canit:

Tu lene tormentum ingenio admoves 269
Plerumque duro.

Eodem et spectant *Nilei* versus de vino, quos citat *Galenus*, libro, *quod animi mores sequantur temperamentum corporis:*

— — *ὅς ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι,*
Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκε.

Favet et verbi notatio; *μέθυ ἀπὸ τῆς μεθέσεως*, *a remissione animi* dictum esse testatur *Philo: ἀπὸ τῆς μεθημοσύνης, Eustathius: μέθυ* (inquit) *ὁ εἰς μεθημοσύνην ἄγων οἶνος.* Addit *Aretaeus ἐπανάκλησις ἡδονῆς*, *vis revocandi voluptatem;* qui alius est vini effectus. *Galenus*, libro, *quod animi mores etc. λύπας ἁπάσας καὶ δυσθυμίας κουφίζει οἶνος πινόμενος.* Varro:

Vino nihil iucundius mortalibus cluit,
Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.

Notum et illud est in Proverbiis Salomonis: *Date siceram moerentibus, et vinum his qui amaro sunt animo: bibant, et obliviscantur egestatis suae, et doloris sui non recordentur amplius.* Item 3. *Esdrae cap.* 3. inter vini potentiae argumenta, id quoque ponitur, *quod omnem mentem convertit in securitatem et iucunditatem, et non meminit omnem tristitiam, et debitum*, etc. Praeterea vinum dicitur *γονῆς γένεσις·* quia sanguinem auget, ex quo semen conficitur: omnium enim, quibus vescimur, vinum facillime in

sanguinem vertitur, utpote quod minima mutatione egeat, ut in sanguinem mutetur; ut *Galenus* pluribus locis testatur. Additur postremo *καὶ πρόκλησις ἀφροδισίων,* quod vinum Venerem provocet: Philosophus *sect.* 30. *probl.* 1. *οἶνος ἀφροδισιαστικοὺς ἀπεργάζεται, καὶ ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι.* Quam vim ei inesse ibidem autumat, quia natura est calidum simul et flatuosum, quibus rebus libidinem excitari palam est. *Nolite,* inquit Apostolus, *inebriari vino, in quo est Luxuria.* Adde Plinium *lib.* 14. *cap.* 22. Caeterum *Apulei* verba *in* 2. *Metam.* mire verbis *Aretaei* congruunt: *Ecce* (inquit ad Fotidem) *Veneris hortator, et armiger Liber advenit ultro: vinum istud sorbeamus hodie omne; quod nobis restinguat pudoris ignaviam, et alacrem vigorem libidinis incutiat.* Sed et *Aristophanes,* quantum sit libidinis fomentum atque irritamentum vinum abunde ostendit, cum vinum Lac Veneris appellat:

Ἡδύς τε πίνειν οἶνος Ἀφροδίτης γάλα.

EX LIBRO I.

DE CURATIONE MORBORUM DIUTURNORUM.

AD PROOEMIUM.

In prooemio monet, non esse differenda remedia morborum diuturnorum; quoniam in acutis, nisi mature subveniatur, mors occupat: sic diuturni morbi procrastinatione insanabiles evadunt; qui tandem aut aegrum conficiunt, aut miseris modis usque ad mortem exercent. Fit etiam interdum, ut morbus levior in graviorem et perniciosum mutetur: ac qui primo expers periculi videbatur, ea deinceps proferat vitia, ex quibus mors sequatur. Quae scire Medicum atque aegrotum pariter interest. Hunc, ne pudore aut etiam metu remediorum morbum dissimulet; illum, ne manibus insinuatis sedeat, dum morbo occurrendum est: quibus rebus vitia ita invalescunt, ut postea evelli non possint. Nunc verba inspiciamus.

P. 293, 1. *χρὴ ὧν μήτε τῶν νοσέοντα σιγῇ ἢ αἰδοῖ τοῦ ἐλέγχου τῆς νούσου*] Lege *σιγῇν,* sublata sequente par-

ticula disiunctiva ἢ, in quam litera ν addita linea degeneravit: *non oportet* (inquit) *aegrotum silere morbi verecundia* etc. Hieronymus ad illud *Ecclesiast. cap.* 10. 11. *Si mordeat serpens in silentio, etc.* ait; *quod ignorat Medicina non sanat.* Consonum et illud Maronis in 3. *Georgicorum: Alitur vitium, crescitque tegendo:* tum alia passim apud Auctores, in eundem sensum. Maxime vero dignus memoratu *Heliodori* auctoris *Αἰθιοπικῶν* locus, *lib.* 4. quo Praefatio haec *Aretaei* tota, paucis verbis, comprehenditur: *πάθος γὰρ ἅπαν τὸ μὲν ὀξέως γινωσκόμενον, εὐβοήθητον· τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον, ἐγγὺς ἀνίατον. Τροφὴ γὰρ νόσων, ἡ σιωπή· τὸ δὲ ἐκλαλούμενον εὐπαραμύθητον.*

Ad Caput II. *περὶ θεραπείας κεφαλαίης.* *De Curatione Cephalaeae.*

P. 293, 11. *καὶ τῶν ἀμφὶ τῶνδε νούσων*] Fortasse legendum est *τῶν ἀμφὶ τήνδε*, supple *κεφαλήν*.

P. 293, 16. *μέζω γὰρ προσεπιγίγνεται ἄκεα*] Coniunctio illa causalis *γὰρ* videtur *παρέλκειν*.

P. 293, 17. *πρόσθεν δὲ δυοῖν ἡμέραιν, οἶνον πιπίσκειν*] Vereor ne desit quiddam: quia non satis rationi consentaneum videtur, quod hic praecipit, ut scilicet vinum biduo ante aeger bibat, quod quidem calido spiritu, quem exhalat, caput haud dubie repleret, atque ita morbum au- 270
geret: existimo itaque negationem *μὴ*, quae excidit, reponendam esse.

P. 294, 1. *ἄριστον δὲ μὴ ἰσάπαξ*] Plane vitiosus hic locus est, quod et Asteriscus indicat, post *ἰσάπαξ*, in *Henischiana* Editione: in qua et ad oram *ὧν* scriptum est; ceu ita legi debeat: *ἄριστον δὲ μὴ ἰσάπαξ· ὧν δὲ ἡ δύναμίς τε ἀνέχηται*, etc. Tametsi huic lectioni congruit *Crassi* interpretatio: *verum non semel totum detrahere magnopere expedit. Porro quorum vires copiosam sanguinis detractionem patiuntur, his ipsis continuo morbus discutitur.* Qui profecto sensus haud absurdus: Attamen si, ut mox subdit, per unam venae sectionem multo confertim detracto sanguine morbus illico tolli potest; non video cur optimum sit non semel detrahere. Immo longe optimum est semel multum detrahere, modo id quod dicit, vires ferant: prompta enim curatio caeteris partibus optima semper censetur. Qua certe ratione adducor, ut credam absolute *ἄριστον δὲ ἰσάπαξ*, deleta negativa particula, legendum esse.

P. 294, 6. *ἀπάγει γὰρ μάλιστα ἥδε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς*] Quod *hiera* humores pravos potissimum e capite detrahat, testatur et Galenus *lib. de compos. Med. κατὰ τόπους cap.* 1. qua idcirco idem ad emendandas alopecias se uti solitum tradit: *τοὺς γὰρ τοιούτους* (alopecia laborantes) *καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἡ διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερὰ καθαίρειν πέφυκεν*, inquit, eo loco.

P. 294, 10. *τάμνειν φλέβα τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ τὴν ὀρθήν*] Hippocrates quidem venam recta in frontem excurrentem iis, qui posteriore capitis parte dolerent, ad revulsionem secabat: de qua re agit *Aphoris.* 68. *sect.* 5. Aretaeus vero simpliciter ad caput exonerandum hanc ipsam venam incidi imperat.

P. 294, 11. *τὸ δὲ πλῆθος ὅσον κοτύλης*] *Κοτύλη* genus est mensurae liquidorum apud *Atticos*, capiens Italicas uncias novem mensurales, quae ad ponderales reductae, septem et dimidiam valent. Sed et Cotylam pro libra in usu medico quandoque acceptam testantur haec *Galeni* verba *lib.* 4. *de sanitat. tuenda. ἐμβαλλέσθω δ' εἰς τὰς εἴκοσι καὶ πέντε κοτύλας μόδιος Ἰταλικὸς τοῦ σπέρματος τῆς ἐλάτης, οὐσῶν δὲ τῶν κοτυλῶν Ἰταλικῶν, ἃς δὴ καὶ λίτρας ὀνομάζουσιν.*

P. 294, 16. *ἔστε πλῆθος ὀλκήν*] Scribe *πλήθεος*.

P. 295, 4. *παράγεται γὰρ τῷ ἀντιτρόχῳ*] Strenue hic hallucinatus est *Crassus*, qui instrumentum nescio quod, *ἀντίτροχον* dictum, ad arterias adducendas somniavit; cum vocem, *ἀντιτρόχῳ* corruptam esse non animadverteret, vel certe emendare non posset. Non enim *ἀντιτρόχῳ* (quae vox aliena plane huic loco) sed *ἀντιτράγῳ* scribendum est: quo nomine quemdam in temporibus locum iuxta aures *Graeci* designarunt. Quod ut planum fiat, Rufi e *lib. de hominis partium nomenclaturis*, verba, quibus partium, quae in auribus, et locorum adiacentium proprias appellationes tradit, referre operae pretium est: *ὦτα καλοῦνται αἱ ἐπαναστάσεις αἱ ἐξ ἑκατέρου μέρους τῶν κροτάφων πρὸς τοῖς τέρμασι πεφυκυῖαι. ὧν τὰ μὲν τρήματα, πόροι ἀκουστικοί, δι' ὧν ἀκούομεν· τὰ δὲ ἐκκρεμῆ καὶ σαρκώδη, λοβοί· τὰ δὲ χονδρώδη καὶ ἀνωτάτω πτερύγια. ἕλικες δέ, τὰ ἐντεῦθεν συνάπτοντα τὴν περιφέρειαν. ἀνθέλικες δέ, τὰ ἐν μέσῳ ὑπαίροντα μετὰ τὴν ἕλικα παρὰ τὴν κοιλότητα. κόγχη δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος κοῖλον· τὸ δὲ ἀπεναντίας τῆς κόγχης ἔξαρμα παρὰ τὸ πέρας τοῦ κροτάφου τράγος. τὸ δὲ ἀντικρὺ τούτου παχυτέρας τῆς ἀνθέλικος, ἀντίτραγος.* Quo ex loco patet *ἀντίτραγον* significare partem temporum eam, quae ipsi *τράγῳ* e directo respondet.

P. 295, 6. *ἐπικέαται καὶ ἕτεραι ἑκάστῃσι κάρτα λεπταί*] Crassus: *adiacent* et aliae singulis auribus oppido tenues: ceu vero vox *ἑκάστῃσι, πρὸς τὰ ὦτα*, hoc est, ad aures, referri possit: nam *ἑκάστοισι* scribi deberet. Caeterum *Aretaeus* non auribus singulis, sed arteriis maioribus, quas ante et pone aures sitas dixit, singulis adiacere alias tenues, his verbis ostendit. Quare *ἑκάστῃσι φλεψὶ* subaudiendum est.

P. 295, 7. *ὁ δὲ τρόπος ἐν τῇσι χειρουργίῃσι λέλεκται*] Hinc patet *Aretaeum* scripsisse libros de *arte Chirurgica;* qui cum bona parte horum, quos illustramus, interciderunt magno rei Medicae detrimento, quae tam eximiis monumentis privata est.

P. 295, 8. *μετὰ δὲ τὸ ἄκος κεφαλαίῃσι*] Scribendum videtur *μέγα ἄκος*, non *μετὰ ἄκος*, et pertinet ad ea quae dixit de arteriis temporum secandis: quam sectionem magnum ait esse remedium cephalaeae, comitialis morbi, et omnium denique capitis graviorum affectuum.

P. 295, 9. *κεφαλαίῃσι καὶ ἐπιληψίῃ*] Scribe *ἐπιληψίῃσι* in numero plurali.

P. 295, 13. *στρούθιος ἡ ῥίζα*] Dioscorides et alii Graeci *στρούθιον* appellant; quare *στρουθίου* videtur legendum: nisi si et *στροῦθις* alio flexu dicitur. Non pauca enim nomina varie apud Graecos flectuntur, ut nomen *πρῖνος*, quod significat Ilicem, cum per tertiam declinationem communiter flectatur: attamen interdum per quintam, *πρῖν πρινός*: veluti in iis *Simonidis versibus*, quos citat *Plutarchus* in *Theseo*: *Φοινίκεον ἱστίον ὑγρῷ πεφυρμένον πρινὸς ἄνθει ἐριθάλλου.* Quare nihil muto. Caeterum hanc herbam lanariam Latini appellant, quod ea ad sordes lanarum eluendas uterentur. Columella *lib.* 2. *Oves Tarentinae lanaria herba lavari debent, ut tonsurae praeparentur.*

P. 295, 14. *κάστορος τοῦ ὄρχιος*] Deest quid: fortasse *τὶ*, aut *μέρος τι*. Quidpiam de teste Castoris. Putabant veteres illi Castoreum medicamentum e testibus fibri animalis accipi: quod testantur haec verba Hippocratis *libro περὶ ἀφόρων de sterilibus: καὶ πιπίσκειν τὸ δίκταμνον, τὸ κρη-* 271
τικὸν ἐν οἴνῳ. εἰ δὲ μὴ, καὶ τὸν καστόριον ὄρχιν. Id et *Iuvenalis* aperte testatur de Castore ita scribens:

— — *cupiens evadere damno*

Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Plinius *libro* 32. *cap.* 3. spectabilis naturae potentia in his quoque, quibus et in terris et in aqua victus est, sicut et fibris, quos *Castores* vocant, et *Castorea*, testes eorum.

Postremo et Galenus *Castorium* testes esse affirmat *lib.* 11. *de simpl. facul.* ὄρχεις κάστορος, ὀνομάζουσι καστόριον. Caeterum diu est, quod recentiorum diligentia antiquae huius opinionis errorem patefecit: ex quo *Rondelentius*, vir in rerum naturalium investigatione solers et diligens, singularique doctrina praeditus, dissecto Castore, praeter testes, qui parvi substrictique sunt, et adhaerentes spinae; vesicas binas, seu folliculos in inguinibus ad instar testium sitos reperit: in quibus liquor ille virosus, qui *castoreum* dicitur, continebatur. Qua experientia patuit falsum esse, quod de Castore ab Antiquis proditum est; hunc metu Venatorum persequentium testes sibi mordicus in fuga praecidere; siquidem hi intra corpus latent spinae adnexi: tum etiam quod iisdem creditum est, Castoreum medicamentum, ipsos esse animalis testes. Nam liquor ille remediis expetitus, in iis, quos dixi, folliculis naturaliter continetur, non in testiculis. Quamquam nec veteres id ignorasse videntur: quod enim non sibi testes amputent, *Sestium* Medicinae diligentissimum docuisse, Plinius, *citato loco*, testatur: liquoremque hunc medicatum in praedictis vesicis contineri, non in testibus, innuere videtur *Dioscorides*, quum ait; divisa pelle, liquorem illum, mel colore et consistentia referens, excipi: δεῖ δὲ διελόντας τὸ δέρμα κομίσασθαι σὺν τῷ περιέχοντι ὑμένι, τὸ ὑγρὸν ὂν μελιτῶδες: idemque ex Plinii verbis, quae *citato libro et capite* scripta sunt, colligi potest: postquam enim figmentum illud, de testium amputatione, *Sestii* auctoritate, explosit, subdit: *adulterari autem renibus eiusdem, qui sint grandes: cum veri testes parvi admodum reperiantur. Praeterea ne vesicas quidem esse, cum sint geminae, quod nulli animalium: in his folliculis inveniri liquorem, et asservari sale.* Quibus verbis negat vesicas esse, nempe urinarias, quia sint geminae, quod nulli animalium: unicum enim omnibus animalibus urinae conceptaculum: esse igitur folliculos sui generis ei liquori excipiendo dicatos. Mirum autem est *Baconem Verulamium*, tam curiosum Naturae investigatorem, ignorasse quid esset *Castorium*, quod sane verba eius in *Cent.* 7. *exper.* 693. *sylv. syl.* indicant: *parte quoque bestiarum* (inquit) *putrefactae* (*uti Castoreum et Moschus, quae subtilissimas partes habent*) *huc referendae.*

P. 296, 12. τῷ τῆς ἐκπνοῆς πνεύματι κλύζειν] Impulso ad tonsillas humore, collum extendendo, ipso exspirationis spiritu colluere: uno verbo γαργαρίζειν dicere poterat; sed more *Ionum*, multorum verborum circuitione uti maluit, ac propria voce omissa, rationem ac modum oris colluendi.

P. 297, 2. *αἷμα τῆς ῥινὸς ἔνδον ἀφαιρέειν*] Post verbum *ἀφαιρέειν*, punctum scribendum est.

P. 297, 3. *τὸ ὄργανον κατειάδιον εὔμηκες*] Vox haec *κατειάδιον*, nullibi, quod sciam, reperitur. In meo Codice Editionis *Turnebi*, apposita est sursum haec nota .s. quae nota poni solet in iis, de quibus dubitatur, utrum tolli debeant, nec ne; ut docet Isidorus *lib.* 1. *Etym.* Quare de ea voce non multum est laborandum. Si cui tamen placet eam retinere, quid per eam intelligi debeat, in quodam libro, manu exaratum, ad oram paginae inveni *εἶδος ὀργάνου εἰς τὸ λῦσαι τὰς τῆς ῥινὸς φλέβας.* *genus instrumenti ad solvendas narium venas:* quod et ex contextu satis perspicuum est.

P. 297, 6. *τάμνειν τὰ νεῦρα ἐς ὀδόντα*] Olim vitiosam esse hanc vocem, *νεῦρα,* existimavi; quod ea pars pennae, quam incidi denticulatim iubet, nervi nomine posse appellari non videbatur: nihil enim commune habet cum nervo, praeter fortasse colorem, qui eius ut nervi albus est, *πλεῦρα* autem legebam, *latera pennae.* Quae coniectura necdum mihi displicet: verum tamen nihil censeo mutandum. Etsi enim proprie haec pennae pars nervus non est, tamen propter quamdam similitudinem, quia colore et flexibilitate in animali nervosum quiddam prae se fert: praeterea membranulis quibusdam et fibris nervosis obsita est, quarum ratione nervorum nomine *Aretaeo* designare hanc visum est: postremo quod *Aretaeus* non haec ad vivum unguem resecat, ex aliis iam animadvertimus. Illud vero *ἐς ὀδόντα*, non plane mihi rectum videtur; mallem *ἐς ὀδόντας* in plurali, propter sequentem vocem, *ὄκως πριστῆρα*: vult enim secari pennae calamum in modum serrae: at serra non uno, sed multis constat dentibus.

P. 298, 3. *πυρίῃσι καυτήρων*] *Πυρία* vel Ionice *πυρίη* dicitur, quicquid corpori admotum ipsum calefacit, atque igne incendit, *ἀπὸ τοῦ πυρός.* Itaque et fomentum, et ferrum ignitum, quod *καυτὴρ* appellatur, *πυρίας* nomine intelligi potest.

P. 298, 13. *κατὰ τὴν στεφάνην*] *στεφάνην* appellat, quam Anatomici *ῥαφὴν στεφανίαιαν* appellant.

P. 298, 16. *κὴν ἐπὶ πᾶσι μέν*] Redundat istud *κ.* eo igitur expuncto lege *ἤν.*

P. 299, 2. *ἢν δὲ ἐκ προσαγωγῆς ἕωσι*] Deesse aliquid videtur.

Ibid. *γυμνάσια ὀρθά*] Ita appellat exercitationes, quae 272
recto corpore adhibentur, ad distinctionem earum, quae

prono corpore fiunt, ut *ἀλίνδησις*. Cuiusmodi exercitationes iis, qui caput infirmum habent, non conveniunt.

P. 299, 5. *κεφαλῆς δὲ ἐς μέσον*] Crassus, *ἐς μέσον* pro *μεταξὺ* accepit; vertit enim *medio tempore*.

P. 299, 8. *ὡς τὸ ξύνθετον, τὸ διὰ τῆς λιμνήστιδος*] Huius compositionis, quae ex Adarce, Euphorbio et Pyrethro constat, et a rubore, quem in cute excitat, *φοινιγμὸς* vulgo appellatur, meminit Galenus *libro* 6. *de sanitate tuenda.*

P. 300, 1. *ὀσπρίων κάκιστον κύαμος*] Habet enim, ut ait *Cicero*, inflationem magnam; ut is cibus difficulter in ventriculo coquitur; ac capite crassis vaporibus oppleto molesta somnia excitat: quare cum omnibus id genus leguminis insalubre est, tum praecipue iis, quibus caput infirmum est.

P. 300, 2. *πίσοι (πισσοὶ) ὠχροὶ, καὶ δολιχοὶ*] Crassus nomen Graecum posuit *ochri*, plerique omnes *ervilias* interpretantur; de quo tamen Medici litigant. *Manardus* quidem vir doctissimus, *epistola* 3. *lib.* 1. erviliam putat esse *δολιχὸν Theophrasti*, quem Galenus *phaseolum* et *lobum* appellat; Theodorus *siliquam*; Serapio *Lubiam.* Contra *Matthiolus* erviliam distinguit a phaseolo, hancque genus esse pisi Graecis, *ὠχρὸς* dictum, censet: cui et subscribit *Cornarius*, vertens apud Hippocratem in *libro de diaeta ὠχροὺς ervilias, δολιχοὺς* vero *phasiolos.*

P. 300, 7. *καὶ οἱ ξὺν ἁπλοῖσι ζωμοῖσι*] Iuris, quod Graeci *ζωμὸν* appellant, duplex fuit genus apud Antiquos; unum simplex, alterum operosius ex multis tragematis et aromatum deliciis confectum, quod *καρυκείαν* vocabant; de quo mox *Aretaeus.* Simplex item, aut album, aut nigrum: prioris illius *Galenus* passim meminit; cuius et conficiendi rationem tradit *lib.* 2. *de compos. Med. κατὰ τόπους cap.* 1. ubi remedia persequitur, quibus dolor capitis ex ebrietate, et meraci potu ortus curatur. Praescribens enim iis, ad victum, Gallorum testiculos et alas, saxatiles pisces, et pullos columbarum; iubet eos cibos in albo iure concinnari: sunt haec eius verba: *ἑψῆσθαι δὲ πάντα ταῦτα χωρὶς γάρου καὶ οἴνου, κατὰ τοὺς λευκοὺς, καὶ ἁπλοὺς ζωμοὺς, ἐν οἷς ὕδωρ ἐστὶ μόνον μετ' ἐλαίου καὶ ἀνήθου, βραχέως πράσου τὴν ἕψησιν παρεσχημένον, ἐπεμβαλλομένων ἁλῶν ὀλίγων, οὐκ εὐθὺς τοῦ ἑψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἤδη πως γένωνται τακεροί.* id est: *haec vero omnia citra garum et vinum, in albis et simplicibus iusculis coquantur, in quibus aqua sola cum oleo, et anetho, ac modico porro, cocturam perficiat, modico adiecto sale, non*

statim in principio cocturae, sed cum iam aliquo modo flaccida facta fuerint ac victa. Ius autem nigrum, quod item illis Antiquis frequenti in usu fuit, praesertim *Lacedaemoniis*, ut testatur Cicero in *S. Tusculana*, et Plutarchus in *Lycurgo*, et in *Apophthegmatis*. Fieri solitum ex sanguine, et *σειραίου*, hoc est, sapa seu defruto testatur Langius *epistola* 58. *lib.* 1. Quos igitur *ἁπλοὺς* intelligat *Aretaeus*, ex dictis perspicuum est.

P. 300, 7. *καλοὶ γὰρ καὶ οἱ ἐν τῇ καρυκείᾳ καρποί*] Praeter ius illud simplex, fuisse aliud quoddam exquisitius iam ostendimus. Id autem genus *Graeci καρυκείαν* vocabant, *Lydorum* inventum, fiebatque ex sanguine ferarum, et aliis scitamentis. Hesychius: *καρύκη. περίεργος ζωμὸς, βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος, καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον·* et mox: *καρυκεία, ἡ ἡδύτης τῶν ζωμῶν, ὀψοφαγία.* Item *καρυκείαις μαγειρεύμασιν, ἀρτύμασι, ταραχαῖς.* De *καρυκείᾳ* vide Plutarchum in *Sympos.* et Athenaeum *lib.* 4. ubi versum *Achaei Eretriensis* affert ex *Alcmaeonis* poëmate Satyrico, quo *Delphos καρυκοποιοὺς* per contumeliam appellat, ceu nimiae luxuriae deditos:

Καρυκοποιοὺς προβλέπων βδελύττομαι.

Idemque *lib.* 12. Lydos huius condimenti inventores praedicat, *καρύκην* autem alio flexu nominat: *πρῶτοι δὲ Λυδοὶ, καὶ τὴν καρύκην ἐξεῦρον.* etc. Ex his et *Suidas* in *καρυκείᾳ. ἡ ἡδύτης τῶν ζωμῶν*: et mox *καρύκη ἔδεσμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον· βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἐδεσμάτων.*

P. 300, 11. *νεοσφαγῆ δὲ ἀλέκτορος*] Deest aliquid, nempe *ἀγαθὰ*, vel quid simile. Cui punctum aut comma appone.

P. 300, 12. *πτηνῶν ἡ φάσσα*] Postquam gallos gallinaceos memoravit, deinceps ex avium genere quas maxime probet, subiungit ceu Galli Gallinacei sub *πτηνῶν,* hoc est, avium genere non comprehendatur. Fortassis ea ratione est impulsus; quod galli gallinacei et gallinae, licet revera sint *πτηνὰ,* (habent enim alas) attamen ob pondus corporis, et quia domesticae sunt, raro alis utuntur ad volandum; quemadmodum et anseres, anates, et meleagrides.

P. 300, 13. *συῶν τὰ ἄκρεα*] Nempe *ἀκροκώλια*, *extremae partes*, ut pedes, quos *Galenus*, ptisanae elixae incoctos, commendat, *libro* 3. *de vi aliment. cap.* 4. et alibi passim.

P. 300, 15. *γάλα καὶ τυροὶ κεφαλαλγέες*] Hippocrates *Aphoris.* 64. *sect.* 5. *γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι κακόν.*

P. 301, 6. *στύψιος ἔχειν*] Scribe *στύψιός τι ἔχων.*

P. 301, 6. *τράγημα πᾶν κεφαλαλγές*] *Τραγήματα* ἀπὸ τοῦ *τραγεῖν*, ab *edendo* ita dicta *κατ᾽ ἐξοχὴν*, propter voluptatem: dicuntur et *πέμματα*, Latine *bellaria*, ut ex
273 *Varrone* discimus apud Gellium *lib.* 13. *cap.* 11. *Bellaria, ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt: πέμμασιν enim et πέψει, societas infida.* Ubi quae sint bellaria *Gellius* deinceps declarat hisce verbis: *quod Varro in hoc libro dixit bellaria, ne quis fortasse in ista voce haereat, significat id vocabulum, omne mensae secundae genus: nam quae τραγήματα Graeci aut πέμματα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellarunt.* A quo non multum dissentit *Galeni* expositio in *libro* 1. *de vi alimentorum cap.* 34. *ὀνομάζω δηλονότι τραγήματα, τὰ περὶ τὸ δεῖπνον ἐσθιόμενα, καὶ ἐπὶ τὸ πίνειν ἡδονῆς ἕνεκα.* Fere autem bellaria erant semina variarum stirpium, legumina etiam fricta eorum loco apposita; ut Phanias in libris plantarum testatur apud *Athenaeum: τραγήματος ἔχει χώραν ἁπαλὰ μὲν, ὦχρος, κύαμος, ἐρέβινθος· ξηρὰ δὲ ἑφθὰ καὶ φρυκτὰ σχεδὸν τὰ πλεῖστα.* Idem *libro* 2. *cap.* 14. *σησαμίδας* refert *ἐκ μέλιτος καὶ σησάμου πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. lib.* 14. *cap.* 14.

P. 301, 7. *πλὴν φοίνικες πάσης ἰδέης*] Suspecta mendi mihi haec Lectio videri potest tam dissona aliis auctoribus *Dioscoridi, Galeno, Simeoni Setho* pronuntiasse *Aretaeum* de fructibus Palmarum; qui omnes uno ore testantur, eos fructus capitis dolorem creare. Galenus *lib.* 2. *de alimentis: δύσπεπτοι δέ εἰσι, καὶ κεφαλαλγεῖς, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον ὄντες ὑγροί τε, καὶ γλυκεῖς, καὶ ξηροὶ, καὶ στύφοντες.* et paucis interiectis: *οἱ δὲ φοίνικες, δύσπεπτοί τέ εἰσι καὶ κεφαλαλγεῖς, πλείονες βρωθέντες.* Id est, *Palmae si largius sumantur, omnes concoctu sunt difficiles, et capiti dolorem afferunt.* Quae verba, etsi restrictionis vim habent, ceu non capiti palmulae simpliciter noceant, sed si copiosius edantur: attamen nec alii fructus, qui tragematum nomine censentur, opinor, dolorem capitis creant, si parce sumantur: neque id *Dioscorides*, et *Galenus* in eo fructu potissimum animadvertissent. At enim vero cum Aretaeus *infra in curatione vertiginosorum cap.* 3. eandem sententiam iisdem verbis repetat; non quicquam hic temere mutandum: potiusque existimandum est, non fuisse *Aretaeum* ita addictum aliorum placitis, ut ab iis nunquam sibi licere discedere arbitraretur; nisi vim peculiarem ad caput offendendum haberent.

P. 301, 12. *αἰώρη μακρὰ νήνεμος ἀνήλιος τῇ κεφαλῇ*] Supple *ἀρίστη* vel *προσηνής*. Gestationem (id enim Grae-

cis *αἰώρη* significat) capite dolentibus utilem esse docet, si tranquillo coelo, nec in sole adhibeatur: cuius remedii ratio ad propositum, ut melius percipiatur, sciendum est ex Aetio *tetrabibl.* 1. *serm.* 3. *cap.* 6. plures esse gestationis differentias, pro earum rerum diversitate, in quibus homines gestantur: quarum praecipuae hae commemorantur; lectus pensilis, fulcra mobilia iuxta angulares pedes habens; lectica; currus; navis; equitatio, quae et ipsa gestationis est genus: quarum profecto gestationum non eadem vis censeri debet. Quae enim curru fit, non parum corpus concutit, ut diuturnos morbos commovere possit: qui etiam equitant non solum ab equo, sed et ex se moventur. Navigatio, si tranquillo mari et iuxta terram fiat, lenissima est: si autem in alto, vehementissima; varias etenim et maximas mutationes affert: non enim corpore tantum, qui ita gestantur, vehementius agitantur, sed etiam animo; dum pro diverso maris statu, spe, timore, tristitia, laetitia afficiuntur, et modo in tranquillitate gaudent, modo ex tempestate periclitantes pavent, et ad ultimam desperationem aguntur. Qui omnes motus, dum ita miscentur, eas in corpore mutationes excitant, quae veteres morbos facile depellant. Proinde non quamlibet gestationem, sed quae mitissima est, capitis morbis medendis esse accommodatam, recte *Aetius*, eo loco, docet.

P. 301, 13. *κακὸς γὰρ αὐτέῃ ὁ σείριος*] Videtur *Aretaeus σείριον* pro Sole ipso accipere: siquidem scribens, gestationem debere esse *ἀνήλιον sine sole,* hoc est, fieri in loco solis radiis non exposito, hac ratione, quia Sirius capiti noxius est; igitur Sol et Sirius idem. Non solus porro ita ea voce usus *Aretaeus,* sed et alii, ut videre est apud *Hesychium;* qui eodem nomine non modo Solem, sed et omnia astra antiquis dicta notat, his verbis: *Σείριον, κυνὸς δίκην, Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα.* Vide et *Suidam* in hac voce. Dicebant et *σεὶρ σειρὸς* pro *sole:* saepius tamen et magis proprie *σείριος* stella est in ore canis coelestis, *Arato* auctore in *phaenomenis:* ubi canem coelestem describit:

— *ἡ δέ οἱ ἄκρη*
Ἀστέρι βέβληται δεινῷ γένος.

Scholiastes: *ἡ ποικίλος* (*κύων*) *διὰ τὸν ἐπ' ἄκρας αὐτοῦ τῆς γέννος, ὃς ἰδίᾳ σειρὸς καλεῖται παρ' ὅσον σέσηρεν αὐτοῦ τὸ φῶς, καὶ ἔστι πορφυρίζον ἐκ τοῦ παλμοῦ τῆς λαμπηδόνος.* quibus verbis etymon deducit *ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι* ab *hiatu* oris propter copiam luminis, quod aperto ore evomere videtur; ut mox subdit, explicans haec verba

Uu 2

Arati de eodem Sirio: ὅς ῥα μάλιστα ὀξέα σειριάει· σειριάει οὖν, ἀντὶ τοῦ τὸ φῶς ἀφίησι σεσηρότως. etc. Est igitur Sirius stella splendidissima omnium fixarum in canis maioris constellatione posita: ubi os designant, quae et *canis*, nomine totius constellationis, et *canicula*, ut ab ea distinguatur, interdum et προκύων, licet minus proprie, dicitur: quam Ptolomaeus *libro* 8. magnae constructionis, in hunc modum describit: ὁ ἐν τῷ στόματι λαμπρότατος καλούμενος κύων ὑπόκιῤῥος. Oriri cum Sole Cancrum ingrediente, auctor est citatus Scholiastes; Aponensis, in quinto gradu Cancri; Servius vero, 8. Calendas Iulii: quo no-
274 mine eum castigat Bodinus *com. ad* 3. *lib. Oppiani* κυνηγετ. ut qui existimaverit eumdem esse ortum Caniculae et Sirii: *nam* (inquit) *Sirius oritur Non. Iulii, id est* 23. *gradu cancri: procyon vero gradu* 10., *id est, octavo calendas Iulii.* Sed de his hactenus.

P. 301, 14. ὁμιλίη γυναικὸς κεφαλῇ, νεύροις, κακὸν ἐπίσπαστον] Ἐπίσπαστον κακὸν dicitur, quod quis sibi sponte sua accersit: quam locutionem ab *Homero*, ut plerasque alias sumpsit *Aretaeus*, qui, ultimo Libro *Odyss.* aliquem sic loquentem inducit:

Καὶ νῦν ὧδε γένοιτο πίθεσθέ μοι ὡς ἀγορεύω.
Μὴ ἴομεν, μή πού τις ἐπίσπαστον κακὸν εὕρῃ.

Ubi *Eustathius* ἐπίσπαστον κακὸν exponit αὐθαίρετον. Eodem sensu dixit Plautus in *Amphit. Act.* 1. *Scen.* 1. *Illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo.* Nunc sententiam consideremus: cum venerem capiti et nervis inimicam esse dicat, id quomodo verum sit, paucis explicandum est. Ratio haec esse videtur, quod una cum semine magna spirituum ex omni corpore vis excernitur: quibus quidem spiritibus calor vitae, et potestas omnis consistit: cum autem cerebrum non sit admodum calidum suapte natura, sed potius frigidum, consequens est, ut dispendium caloris nativi maxime sentiat, ac praeter modum refrigeretur: ex quo humores, si qui sint in eo superflui, crudiores fieri necesse est. Quod autem ea sit coitus conditio, auctorem habemus Aristotelem *in* 4. *sect. probl.* 19. ubi quaerit, cur libidinosis pili palpebrarum defluant: cui quaestioni sic satisfacit: αἴτιον δὲ, ὅτι καταψύχει τὰ ἄνω ἡ λαγνεία, ὀλίγαιμα ὄντα, ὥστε οὐ πέπτει τὴν τροφὴν ὁ τόπος. Praeterea concussio corporis in venere obeunda, spiritibus commotis atque excalefactis, humores pravos ac vapores ad extremas partes quoquo versum diffundit: ex qua re capitis dolores augeri contingit. *Coitus,* (inquit Avicenna *libro* 4. *fen.* 7. *tract.* 3. *cap.* 7.) *movet materias ad*

exteriora, et excitat vaporem calidum, putridumque venientem ad partem superficiei cutis. Idem *libro* 3. *fen.* 19. *tract.* 1. *cap. de nocumentis coitus: Et coitus perducit corpus ad caliditatem fumosam extraneam.* Duplici igitur nomine Venus capite dolentibus fugienda est: et quia caput debilitat, et quia vapores fumosos excitat.

P. 302, 5. ἐλλεβόρῳ χρέεσθαι] Elleborum, ut extremum remedium, proponit contumacis, et aliis remediis invicti capitis doloris. Quod de candido Elleboro intelligendum est: hoc enim ad exstirpandos penitus morborum radices potentius, capiti etiam liberando aptius testatur Plinius *lib.* 25. *cap.* 1. hisce verbis: *nigrum alii (elleborum) entom on,* (lege *ectomon*, ut apud Hippocratem *lib.* 1. περὶ γυναικ. et Galenum *in exegesi*) *vocant: alii polyrrhizon: purgat per inferna. Candidum autem vomitione, causasque morborum extrahit, quondam terribile, postea tam promiscuum, ut plerique studiorum gratia ad pervidenda acrius, quae commentabantur, saepius sumptitaverint.* Galenus quoque *Com. ad particul.* 5. *sect.* 1. *lib.* 6. *Epid.* ἐλλεβορίζειν μὲν, ἐὰν πάνυ χρόνιον ᾖ τὸ πάθος, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, μοχλείας δεόμενον, εἰς ταῦτα γὰρ ἐλλεβόρῳ χρώμεθα.

Ad Caput III. περὶ θεραπείας σκοτωματικῶν. *De Curatione Vertiginosorum.*

P. 303, 17. μελέτησι γὰρ χρὴ τοῦ στομάχου ἐμέειν] De praeparatione corporis ad purgationem per Elleborum est Aphorismus 13. *sectionis quartae:* ubi *Hippocrates* generatim docet, iis, qui non facile per superiora purgantur, corpus copiosiore alimento humectandum esse, priusquam Elleborum sumant. Quod et Cornelius Celsus *lib.* 2. *cap.* 13. confirmat his verbis: *quisquis daturus erit (Elleborum album) id agere ante debet, ut accepturi corpus humidum sit.* Sed et *lib.* 6. *Epid. sect.* 5. idem Hippocrates lavacrum ad maturandum Ellebori effectum imperat: ἐλλέβορον πιόντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν ἐθέλῃς, λούειν, ἢ φαγεῖν. Addit Hippocrates, *citato illo Aphorismo;* et quietem ad id utilem esse: non quod quies per se humectet, sed quia per accidens, quatenus acceptam ab alimentis humiditatem non discutit; ut *Galenus* declarat in *Commentario.* Idem *Com. ad particul.* 5. *sect.* 1. *lib.* 6. *Epidem.* exponens haec verba τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, et quae sequuntur: εἴρηται δὲ καὶ τὸ μὲν λεπτύναι περὶ τῶν χυμῶν· τούτοις γὰρ προσήκει λεπτύναι. τὸ δὲ ἁπαλύναι περὶ τῶν στερεῶν. ἑκάτερον γὰρ χρήσιμον ἐπὶ τῶν τὸν ἐλλέβορον ληψομένων, εἰς τὸ τῆς

καθάρσεως ἀκίνδυνον. Id est, *quod autem λεπτύναι*, id est, *attenuare, dictum est, ad humores spectat: hi enim eiusmodi sunt, ut attenuari possint: at ἁπαλύναι, hoc est, mollire, de solidis accipiendum est: utraque autem res utilis est iis, qui elleborum sumpturi sunt, quo tutius celebretur purgatio.* Nam ut deinceps narrat, si humoribus non prius attenuatis, aut laxatis iis partibus, quarum opera fit vomitio, neque ita comparatis, ut intentionibus, atque vellicationibus obsequantur, detur Elleborus; periculum erit, ne aut purgandus ob crassitudinem humorum suffocetur, aut convellatur, aut, duritie instrumentorum, vas aliquod intus rumpatur.

P. 304, 3. *ἐλλεβόρου δὲ δόσιες πλεῦνες*] De dosi Ellebori passim apud Antiquos. Paulus *lib.* 7. *cap.* 10. imbecillioribus drachmas duas exhibebat ad summum in succo ptisanae, aut alicae, aut quapiam altera sorbitione: mini-
275 mum vero drachmam unam: *ἐπὶ μὲν τῶν ἀσθενεστέρων χυλῷ πτισάνης, ἢ ἄλικος, ἢ τοιούτου τινὸς* L *β' τὸ πλεῖστον· τοὐλάχιστον δὲ, μίαν τοῦ ἐλλεβόρου συνεψήσας δὸς πιεῖν. Mesue* autem dosim eius definit *a chirat.* VI. *usque ad* $\frac{1}{3}$ *drachmae unius*, vel usque ad drachmam unam. Arabum autem *kirat* pendet 4. grana, teste *Guaynerio.*

P. 304, 4. *ἐς μέγεθος ἄμης*] Quid sit *ἄμης* in recto casu, declarat Scholiastes Aristophanis in *Pluto* ad eum versum:

Ἄμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονί.

Ibi Scholiastes, *ἄμης εἶδος πλακοῦντος γαλακτώδης.* Hesychius quoque *ἄμητες πλακοῦντος εἶδος.* Vide et Pollucem *lib.* 6. *cap.* 11. et Suidam *in hac voce*, et Athenaeum *lib.* 2. Fuisse autem hanc placentam mole exiguam oportet, utpote cuius magnitudine metiatur *Aretaeus* Ellebori dosim. Sunt tamen, qui non *ἄμης*, sed *σησάμου* hic legant, quantitate sesami seminis scilicet: quae quidem lectio verior videtur. Nam si placentam proposuisset *Aretaeus, ἄμητος* scribendum erat in gignendi casu.

P. 304, 7. *μυστίλαι δύο*] Quid sit *μυστίλη*, supra abunde a nobis declaratum est.

Ibid. *τῆς δὲ ποιήσιος*] Confectionis modus, quo scilicet decoctum ellebori paratur.

P. 305, 4. *ὕπνος πουλὺς, κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη*] Deest vox, *κακὸν*, statim post *πουλὺς* restituenda: *ὕπνος πουλὺς κακόν· κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη.*

P. 305, 6. *ἀτμῶν πλημμύρα ὄκνος ἁπάσης πρήξιος*] Scribe in dandi casu *ὄκνῳ ἁπάσης.* nisi quis malit *ἀτμῶν πλημμύρα* in recto casu, etc. Dicit somnum prolixiorem

capitis sensus obstupefacere; tum multitudine halituum, qui per somnum collecto intus calore sursum attolluntur, quibus caput repletur; et consequenter nervi, qui ad sensoria propagantur; tum etiam ipsa functionum cessatione: quae ratio *Hippocratis* sententiae est consentanea, qui *in libro κατ᾽ ἰητρεῖον* usum vigorem addere: otium vero contra tabefacere ait: *χρῆσις κρατύνει, ἀργίη δὲ τήκει*. Similis sententia est *Platonis* a *Galeno* citata *libro et capite ultimo de loc. aff. τὴν μὲν ἡσυχίαν, ἐκλύειν λέγων· τὴν δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις ἔργοις διατριβὴν, αὐξάνειν τὴν ῥώμην*. Quod omnibus animae facultatibus commune esse ibi statuit *Galenus*, ut scilicet intermissione propriarum functionum languescant; usu autem vigeant. Nam et visum diutius feriando obtundi, ac plane aboleri, multorum calamitas docuit: qui cum diu in tenebris inclusi fuissent, caeci tandem evaserunt. Observatum et iis animalibus, quae Graecis *φωλεύοντα* dicuntur, ex longo secessu in terrae latibulis, ita debilitari visum, ut certis rebus postea sibi mederi necesse habeant. Ita enim serpentes adventu veris e foveis exeuntes paene coeci, visus aciem longo terrae situ obtusam foeniculo admoto recuperare tradit Nicander *in Theriacis:*

— — ἠδ᾽ ἵνα ποίη
Πρῶτα κυϊσκομένη σκιάει χλοάοντας ἰάμνους.
Τῆμος, ὅτ᾽ αὐαλέων φολίδων ἀπεδύσσατο γῆρας
Μῶλυς ἐπιστείχων, ὅτε φωλεὸν εἴαρι φεύγων
Ὄμμασιν ἀμβλώσσει. μαράθου δὲ εἱηχύτος ὄρπιξ
Βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησι.

P. 305, 9. *εὐπαραγωγὸς (εὐπαράγωγος) ἡ γνώμη*] Crassus non bene: *mentem labefactat*, supple, *vigilia.* sic enim vertendum est: mens facile decipitur, aberrat, exhaustis scilicet instrumentis a longa et superflua vigilia. Est autem in hoc contextu *σολοικοφανές*· nam postquam dixit *ἀγρυπνίη δὲ ἄπεπτον, ἄτροφον., καματηρὸν τῷ σκήνεϊ, ἄθυμον*, subdit, *εὐπαράγωγος ἡ γνώμη*, cum debuisset *εὐπαραγωγὸν τῆς γνώμης.*

P. 305, 10. *ξύμφορος δὲ ὁ μέτριος ἐς τὴν τροφῆς οἰκονομίην*] Etsi supra *ὕπνος* posuit; ad quam vocem haec referantur: tamen cum multa interiecta sint, ut quae modo de vigiliae nocumentis dixit, existimarem et *ὕπνος* hic legi debere, *ξύμφορος δὲ ὕπνος* etc.

P. 305, 11. *ἐς τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίην*] Probe per somnum alimentum distribuitur; quia tunc calor intus collectus, vegetiorque, per universas corporis partes, quodam refluxu, se diffundit: cuius signum est, quod tunc sudores

maxime exeunt, cum caetera excrementa cohibeantur: quia habitus corporis, appulsu alimenti, humectior fit. Unde Poëta dixit:

— *fessos sopor irrigat artus.*

Quibus verbis, distributionem alimenti in corporis membra omnia fieri, intellexit; hoc namque modo artus irrigantur. Quam mentem doctissimi Poëtae Grammatici non perspexerunt.

P. 305, 12. *πρόνοια καὶ ἐπιμονή*] Haec verba quorsum spectent, ingenue fateor, me non videre: nisi magnopere fallor, vitio huc intrusa. Sane *Crassus* interpretatione dignatus non est.

P. 305, 13. *διαπνοῆς γὰρ ἡ μέζων αἰτίη, κοιλίη*] Quia cum alvo probe respondente, reliquum corpus melius perspirat.

P. 305, 17. *κατάστασις τοῦ πνεύματος*] Ita vocat respirationis augendae modum, formamque ac legem observandam in tempore definito exercitationis, quae ambulando atque exspatiando sumitur.

276 P. 305, 18. *ἀναφωνέειν χρὴ, τοῖσι βαρέσι φθόγγοισι μᾶλλον χρεόμενον ἠχέειν*] Prave hic legitur *ἠχέειν.* legendum autem, *ἢ ὀξέσι,* res ipsa et contextus docet. Vociferari oportere ait utentem gravibus potius sonis, quam acutis. Si legas *ἠχέειν,* nullus fuerit sensus.

P. 306, 1. *ὀξέες γὰρ, κεφαλῆς διαστάσιες*] Haec nocumenta, quae ab acuta vociferatione provenire dicit, ex eo exsistunt, quod qui acute clamat, magis spiritum comprimit: magis autem comprimit, quia, ut vox acuta reddatur, spiritum vehementius impelli oportet. Vocis namque acumen celeritate motionis definit *Aristoteles.* Quare ut vehemens et citus fiat motus aëris per arteriam, labore opus est, et spiritus compressione ad vehementiam impulsionis. Spiritus porro compressionem ea mala afferre posse, quae memorat, manifestum est.

P. 306, 8. *ἢν μὲν ὦν ἐν ἔθει ἔωσι ἀρίστου*] Antiquo more receptum non erat, ut omnes meridie se implerent, ut nunc facimus: sed modesti homines pauxillum quid cibi sumebant, ut de *Augusto* refert *Suetonius;* qui ne bibere quidem interdiu curabat, sed iis potius utebatur, quae sitim levarent, ut perfuso aqua frigida pane. etc. *Aristophanes, σοὶ δὲ μελήσει, ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον, λιπαρῶς χορεῖν εἰς δεῖπνον,* notat *Suidas in Δεκάπουν σκιὰν,* et vespertinum tempus exponit, quo ad coenam loti et uncti conveniebant: *περὶ ἡλίου τροπάς φησι τοῦτ᾽ ἔστι, τοῦ ἡλίου ἡ σκιὰ ὅταν δέκα ποδῶν, ἤγουν, ὅτε γίνεται*

ὀψινόν. Plura vide apud Mercurialem *lib.* 4. *variarum cap.* 17. quin vitio olim datum, si quis largius pranderet, liquet ex *Suetonio:* qui de *Domitiano,* ut illi peculiare narrat, eum lavasse de die, et prandisse ad satietatem. Eiusmodi homines ἀριστηταὶ, quadam nota intemperantiae, dicebantur. Hippocrates, *lib. de aëre, loc. aquis,* ubi Medico, hominum, ad quos accesserit, vivendi rationem esse explorandam monet, his verbis utitur: πότερον φιλοπόται, καὶ ἀριστηταὶ, καὶ ἀταλαίπωροι. Ita et observatum fuisse apud Hebraeos colligo ex his *Eccl.* verbis: *Vae tibi Terra, cuius Rex puer est, et cuius Principes mane comedunt.*

P. 306, 10. κεφαλῇ καὶ χεῖρες, καὶ αἱ τῶνδε τρίψιες] Non placet κεφαλῇ in dandi casu, scribe κεφαλὴ καὶ χεῖρες. Praeterea deest aliquid, supplendum ex M. S. melioribus.

P. 306, 11. ἐπὶ δὲ τοῖσι οἷον πρηέως] Editio *Henischii* habet οἵτ' πρηέως, sed praestat legere, ut est in Editione *Turnebi.*

P. 306, 13. κεφαλὴν τρίβεσθαι ὄρθιον, ἑωυτέου μέζονι ὑπέχοντα] Vult fricari recto ab aliquo, qui proceriori sit corpore; ita ut aeger stans inferior sit. Infra *cap. de curat.* ἐπιληψίης: κεφαλὴ ὀρθίη τετρίφθω. *Crassi* interpretatio plane inepta est: *postea suum ipsius caput erectum fricato diutius hunc laborem sustinens.* Hic enim ὑπέχειν non significat *sustinere,* sed *subesse, inferiorem esse,* alio scilicet maiori. Quoniam recto alicui caput, nisi ab homine proceriore, fricari non possit: nam si is qui fricat minor est aut aequalis, non facile poterit. Si cui porro haec lectio non placet ut perplexa valde et dubia; fortasse in melius sic, parva mutatione, convertatur; scribendo ἑωυτέου μέζον ὑπερέχοντα, *in maius se ipso caput attollentem:* ut intelligamus, aegrum ad idoneam frictionem caput rectum extenso collo ita attollere, ut se ipso maior videatur. Sed neque hoc commentum placet.

P. 306, 14. ἐς τραχήλου πρήσιας] Crassus legit χρήσιας, et male: rectum est πρήσιας, *inflationes:* aitque exercitationes ad colli inflationes et manuum δίωσμον, *dispulsionem,* conferre, si scienter fiant. Quod autem violentis corporis motibus collum infletur, patet experientia: et ratio monstrat, quia, compresso spiritu, venae et arteriae omnes, et maxime quae in collo sunt, intenduntur. Puto autem aliquid desiderari, propter adverbium hocce εὐπαιδεύτως, fortasse πραττόμενα vel συντελούμενα.

P. 306, 17. κακὸν δὲ σφαῖρα μικρή τε καὶ μεγάλη] Pilae lusus inter genera exercitationum corporis censetur;

cuius valde antiquum esse usum, *Agallis*, mulier *Corcy-*
raea, Grammaticam professa, censuit, scribens, huius au-
ctorem fuisse *Nausicaàm* Alcinoi filiam, argumento, quod
Homerus solam ex Heroidibus pila ludentem inducat *Nau-*
sicaam; alii tamen aliter de inventione censuerunt. Nam
Dicaearchus hanc *Sicyoniis,* Hippasus *Lacedaemoniis* ad-
scripsit; ut in primo tradit *Athenaeus*, de quo et librum
scripsisse *Timocratem Lacèdaemonium* testatur. Quatuor
porro pilarum genera *Graecis* celebrata: *μεγάλη σφαῖρα,*
μικρὰ, κενὴ, καὶ κώρυκος, teste Oribasio 6. *collectaneo-*
rum. Apud *Latinos* haec fuerunt genera: follis ex aluta
vento repleta: pila trigonalis, vel, ut *Isidorus* appellat,
trigonaria, qua inter tres luditur; et pila paganica, vulga-
ris scilicet, quae fiebat ex corio pluma repleto. Arenariam
addit *Isidorus*, qua in grege, dum ex circulo adstantium
spectantiumque emissa, ultra iustum spatium pilam excipere,
ludumque inire consueverunt. Haec de pilarum differentiis,
et ludo, quem laudat *citato loco* Athenaeus, ob cervicis
agitationes vehementes, et crebras: sed verba ipsius prae-
stat adscribere, ut mendum, quod fugit *Casaubonum*, tol-
lam: *τὸ δὲ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν, φαι-*
νίνδα ἐκαλεῖτο, ὃ ἐγὼ πάντων μάλιστα ἀσπάζομαι· πολὺ
δὲ τὸ σύντονον καὶ καματηρὸν, τῆς περὶ σφαιριστικὴν
ἁμίλλης, τό τε κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον. Men-
dum est in his vocibus, *πολὺ δὲ τὸ σύντονον.* Primum ete-
nim vox, *πολὺ*, cum verbo *ἀσπάζομαι* coniungi debet,
affixa commatis nota: deinde expunctis *δὲ τὸ*, scribendum
διὰ τό. Arbitror autem hanc mendam, ut leviorem, a *Ca-*
saubono esse neglectam. Sed et *Galenus* ludum parvae pi-
277 lae adeo probavit, ut de eo volumen conscribendum pu-
tarit: ubi quidem in eius laudibus ponit, quod pila una
omnes corporis partes aptissime exerceat, ipsumque etiam
visum, quod ludenti attentissime observandum sit, quo di-
lapsura sit pila, ne in illius apprehensione aberret: ideo-
que ipsa oculis sequenda sit. Quin etiam sollicitudine ipsa
de recte obeundis ludi rationibus, animum exerceri idem
existimat. Id tamen genus exercitationis malum censet *Are-*
taeus, non simpliciter, sed iis, qui vertigine laborant; cuius
sententiae rationem subiungit sequentibus verbis.

P. 307, 1. *τῆς γὰρ κεφαλῆς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν αἱ*
δινήσιές τε καὶ ἐνστάσιες] Qui pilae operam dat, motus
eius omnes acies inconniva observare debet, ut semper
praesto sit, quocumque illa cadat. At haec intentio et mo-
tio oculorum vertiginosis inimicissima est, ut quae ipsa
vertiginem excitet: dum spiritus primum, qui in oculis

exsistunt, una cum re, quae conspicitur, moventur; deinde, propter continuitatem atque consensum, cum iis qui in cerebro. Neque aliunde accidere arbitror, ut nonnullis fluviorum in declive labentium conspectus vertiginem excitet.

P. 307, 2. *τὸ ὀξὺ μὲν πᾶν, ἐς τὰ σκέλεα*] Supple *ἄριστον*, omnis exercitatio vehemens cruribus prodest, et omnia roborat.

P. 307, 9. *πίεσις τῆς κεφαλῆς*] Editio *Henischii* ad oram, *πιέξιες*.

P. 307, 10. *προπόσιες ὕδατος πόσι ἢ οἴνου ὑδαρέος*] Vox *πόσι* in Editione *Henischii* inclusa est parenthesi, ( ) et merito, ut quae omnino redundet.

P. 307, 12. *ἔμβαμμα, εὐστόμαχον*] *Ἔμβαμμα* Latine *intinctum* dicimus; liquorem scilicet simplicem, vel ex pluribus rebus compositum, cui cibos intingimus ad excitandum appetitum.

P. 307, 13. *ἀβαρὲς δὲ κεφαλῇ διὰ θύμου, ἢ θύμβρης, ἢ σινήπιος*] Quod laudat sinapi pro intinctu, ut minime caput gravans, cum *Alexandro Tralliano* non sentit, qui *lib.* 1. *cap.* 15. *ἔμβαμμα ἐκ σινήπιος* negat aptum esse comitialibus: quod licet vim incidendi habeat, tamen non nihil caput repleat.

P. 307, 15. *τάριχος ὡραῖον*] Genus quoddam salsamenti *ὡραῖον* fuisse nuncupatum discimus ex Athenaeo *libro* 3. non tamen, quodnam istud fuerit, explicat, neque nominis rationem declarat. Gorrhaeus *in definitionibus ὡραῖα* eadem esse, quae et *κύβια* dicantur, existimat, hoc est, partes Thynnorum caudae propinquae; has enim *κύβια* a figura *cubi* appellabant. Ex quo intelligitur, in eius sententia *ὠραῖα* pro *οὐραῖα παρὰ τὴν οὐρὰν* fuisse nuncupata: hinc est quod *ὠραῖον* pro *salsamento* acceptum scribit absque aspiratione. Verum hunc falli manifestum est: nam in omnibus Libris excusis *ὡραῖον*, genus salsamenti, cum denso spiritu scriptum est: et praeterea *τάριχος ὡραῖον* aperte a cybio distinguit *Icesius* apud Athenaeum *lib.* 3. *Ἰκέσιος δ' ἱστορεῖ οὐκ εἶναι εὐεκκρίτους κοιλίαις, οὔτε πηλαμίδας, οὔτε τὰ ὡραῖα.* Id est, *Icesius tradit neque Pelamidum cybia, neque oraea salsamenta facile alvo reddi.* Quippe ex Pelamide minore *κύβια*, sicut e maiore *θύννια*, *Gorrhaeo* ipso teste, fiebant. *ὡραῖον* igitur *τάριχος* idem est, ac *καίριον tempestivum*, quod scilicet in Vere conficiebatur. Hesychius: *ὡραῖον, καίριον, καὶ τὸ ἱερεῖον, τὸ θῦμα τὸ καθ' ὥραν· καὶ ὁ τάριχος ὁ κατὰ τὸ ἔαρ συντιθέμενος.*

P. 308, 4. *τὸ δεῖπνον σιτῶδες οἷον* [*ἴτριον*] Duplex *Galeno* est *ἴτριον*, nempe *ῥύημα* et *λάγανον* *lib.* 1. *de Alim. Fac. cap.* 4. Quae cum multis de causis improbet *Galenus;* sunt enim crassi succi, alvum cohibent, viscera obstruunt: nihilominus proponi ab *Aretaeo* in coenam vertiginosorum putandum est: quod minime cerebrum offendant, flatibus aut exhalationibus, siquidem optime fuerint confecta.

P. 308, 9. *τῷ πλήθει δὲ τεκμαίρεσθαι*] Locutio satis inusitata, si nullum hic mendum est: nam *πλῆθος τεκμαίρεσθαι* Graeci dicunt pro *quantitatem coniectura assequi.* Sic apud *Hippocratem, τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμήρασθαι,* cum accusativo rei, de qua coniecturam facimus.

Ibid. *λαγῶς καὶ τὰ θηρευτὰ δέ*] Particula *δὲ* videtur *παρέλκειν.* Sed fortasse mutilus locus est, et scripserat *Aretaeus ἢν εὔπορα, si suppetant:* mox enim subdit de gallina *ἀλεκτορὶς εὔπορος, καὶ ξύμφορος.*

P. 308, 10. *τράγημα πᾶν κεφαλαλγὲς πλὴν φοίνικος*] Vide supra ad caput *περὶ κεφαλαίης.*

P. 308, 12. *εὖ τοῖσι ἤδη πεμμάτων εὔπεπτα*] Hic locus et mendo deformis est, et laborat ab interpunctione: primum ante haec verba scribi debet: tum autem comma, quod post has voces, *εὖ τοῖσι* positum, dele omnino: postremo pro his, *εὖ τοῖσι ἠδὲ*, lege *εὐθετήσει δὲ,* quod verbum his *πεμμάτων εὔπεπτα* respondeat.

Ad Caput IV. *περὶ θεραπείας ἐπιληψίης.* *De Curatione morbi Comitialis.*

P. 309, 1. *ἐφ᾽ ἑκάστης ὑπομνήσιος*] Crassus hanc vocem *ὑπομνήσιος* in vulgata significatione accepit, et vertit: *quoties eius in mentem venit.* Sed hoc loco *ὑπόμνησις* vi-
278 detur accipi pro ipso *παροξυσμῷ* sive *accessione,* propterea quod morbi accessio, de ipso morbo aurem vellit, eumque in memoriam et sensum revocat, qui exstinctus videbatur; ob quam causam et *ἐπισημασίας*, hoc est, *significationis* nomine indigitatur.

P. 309, 6. *ξυνομαρτεῖν δὲ τὴν ἰητρείην τῇ ῥαστώνῃ τῆς φύσιος*] Crassus *ῥαστώνην τῆς φύσιος* vertit, *naturae facilitatem*, quod non plane improbo. Est enim *ῥαστώνη* facilitas: sed tamen aptius, meo quidem iudicio, ad rem erit, si *naturae opportunitatem* aut *levationem* vertamus. Nempe eam corporis mutationem intelligit, quae aetatis flexu fit in adolescentibus, et caloris naturalis *ἐκλάμψει* aliquando morbi pertinacissimi causas discutit. Hanc supe-

rius *part. patholog. lib.* 1. *χρον. cap. δ.* *εὐτυχίην* appellavit.

P. 309, 8. *ἢν γὰρ ἡ ξυνήθης τῷ κακῷ δίαιτα*] Praeter aetatis mutationem, victus etiam mutatio morbum comitialem depellit. Quae omnia *Hippocrates* brevi sententia in hunc modum est complexus *aphor.* 45. *sect.* 2. *τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισι ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης καὶ τῶν τόπων καὶ τῶν βίων ποιέουσι.*

P. 309, 13. *ἠδ᾽ ἀμφὶ τὰς καθάρσιας· φλεβῶν τῶν ἐπ᾽ ἀγκῶνος*] Laborat hic locus ab interpunctione, atque insuper mutilus est. Post *ἀμφὶ τὰς καθάρσιας*, claudenda est periodus, vel certe commate distinguenda: dehinc restituenda est vox aliqua, quae cum hac *φλεβῶν* iungatur, nempe *τομὰς incisiones*, aut quaepiam similis.

P. 309, 14. *μετώπου τῆς ὀρθίας*] Mallem *τῆς ὀρθίης* Ionice, supple *φλεβός*.

Ibid. *σικύης*] Scribe *σικύην*, refertur enim ad *ἀμφί.*

P. 309, 17. *καθάρσιας δὲ ποιέεσθαι ἐξοχέας*] Scribe, *ἐξεχέας;* ut infra in Phthisis curatione *ἐξεχὲς γάλα*, *lac eximium, excellens.* Nunc ad rem: Excellentes purgationes humorum in morbo comitiali censet, quae *hiera* perficiuntur: cuius ope Galenus *lib.* 5. *de loc. aff.* testatur se Grammaticum quemdam a morbo comitiali liberasse, ter eum quotannis purgando eiusmodi Medicamento.

P. 310, 1. *καὶ τῆς κεφαλῆς τοῖσι ἄγουσι φλέγμα*] Ordo est; *καὶ τοῖσι φλέγμα τῆς κεφαλῆς·* sed amant *Iones* hyperbata.

P. 310, 5. *πῦρ φέρειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν*] Nempe *πυρωτικά.*

P. 310, 7. *ἔστ᾽ ἂν μήνιγξ τῶν ὀστέων ἀποστῇ*] Crassus vertit, *ab ossibus recesserit;* imo *abscesserit* per putrefactionem.

P. 310, 8. *τερέτρῳ χρὴ περικόπτειν τὰ γυμνά*] Rationem curandi Epilepticos per chirurgiam tradit, quae eiusmodi est: calvariam carnibus nudatam, terebra in circuitum incidi eo usque iubet, donec pars comprehensa sponte avelli possit, et membrana ossis, quae *pericranios* dicitur, nigra conspiciatur: quod contactu aëris necessario accidit: quae postquam putrefacta fuerit, ac purgatum a Medico ulcus, ad Cicatricem perductum fuerit, tum vero homo evadit liber a morbo.

P. 310, 15. *πίνειν γάλα ἐς τὴν τῆς κύστιος φυλακήν*] Antequam phoenigmi ex Cantharidibus corpori applicentur, praemuniendum esse aegrum adversus earum maleficium, lactis per triduum potu, optime consulit: alioqui tanta est

earum potentia, ut vel admotae, nedum devoratae, vesicam exulcerent; quemadmodum pluribus exemplis compertum est. Matthaeus Gradus, 1. *part. pract. de aegritudinibus Cerebri in curatione paralysis*, testatur, quemdam Chirurgum *Papiae* derepente sanguinem minxisse, quod in loculis cauterium ex cantharidibus confectum haberet: quam fuisse causam sanguinei mictus, ex eo appàruit, quod nulla alia evidens causa praecesserat; quodque ex Medicamento abiecto, statim homo liber ab eo symptomate evasit. Consimilem Historiam narrat *Barthol. Montegnana*, inter Medicos *Italiae* clarus, quemdam scilicet nomine *Franciscum Braccam*, civem *Paduanum*, cum genu cantharides applicuisset, plus pondo quinque Librarum sanguinis eminxisse: idemque malum iis accidisse, qui ad unguium leprosorum *ψώραν*, vel scabritiem tollendam, easdem pollici pedum alligassent. Caeterum non immerito Langius *lib.* 1. *epist.* 47. Cossinii Equitis Romani historiam emendat, quem Plinius *lib.* 29. *cap.* 4. refert a Medico, quem ex *Aegypto* accersiverat, ad Lichenem, quo erat affectus, curandum, cantharidum potu interemptum fuisse: quod scilicet ad eiusmodi cutis vitia nemo bibendas Cantharidas offerat, sed extrinsecus corpori applicet. Unde externa potius Cantharidum applicatione, quam potu, eum Equitem interfectum fuisse, probabili admodum coniectura iudicat. Caeterum de lactis facultate, ad retundendam vim Cantharidum, testatur Scribonius Largus *cap.* 189. ubi remedia ad Cantharidas tradit: *adiuvantur* (inquit) *cum saepius reiecerunt, passo cum oleo poto, vel omni lacte, sed debent plurimum eius sumere.* Nicander etiam in *Alexipharm.* lac cum per Clysteres in alvum infundi, tum potari praecipit:

Πολλάκι δ᾽ ἐν κλυστῆρι νέον γλάγος ὀιὸς ἀμέλξας
Λύζε. τὰ δ᾽ ἤλιθα γαστρὸς ἀφόρβια κεινώσειας.
Ἄλλοτ᾽ ἀλυσθαίνοντι ποθὲν γάλα πῖον ἀρήξει.

P. 310, 16. *κανθαρίδες γὰρ, κάρτα σίνονται κύστιν*] Quibusdam venenis vim esse in certas corporis partes, tam veteres quam recentiores Medici testantur: Lepus enim marinus, teste Galeno *lib.* 1. *de compos. Med. κατὰ γένη, cap.* 1. pulmonem solum exulcerat, de qua re *Io. Gorraeus* fuse disputat in sua ad *Rondeletium* Apologia. Cantharides
279 vesicam, multa et cerebro peculiariter nocent, ut solanum somniferum, hyoscyamus, opium, venenum rabidi canis, et alia id genus mentem turbantia: at iecori privatim infestum virus elephantiasis et venereae luis; tum autem herba illa, quae sanguinem, sumpta per alvum, vacuabat, cuius meminit Galenus *lib. de purgantium medic. facult. cap.* 4. Sunt

et quae genitalia sic debilitant, ut sterilitatem inducant: auctor Cardanus *lib.* 3. *de venenis.* Harum proprietatum causas assignare certas, difficillimum arbitror; quoniam ad ipsam rerum formam atque essentiam pertinent: formae autem rerum in alto Naturae sinu abstrusae sunt. Sennertus quidem Germaniae Medicinae lumen eximium, qui theoricam Medecinae partem imprimis excoluit, *lib.* 6. *pract. part.* 5. *cap.* 1. hanc difficultatem explicare aggressus, nihil aliud praeter insignem veneni cum certa parte *ἀντιπάθειαν* adducit: alii qualitatem occultam, proprietatem totius substantiae causantur: quae quidem verba, non minus atque id quod quaeritur, obscura. Ausus est tamen *Cardanus* manifestam horum effectuum causam profiteri, *in primo de rerum varietate cap.* 1. Ibi Cantharides vesicam potissimum exulcerare censet, duabus rationibus: primo quod ciendae urinae naturalem vim habeant; quod iis cum aliis Medicamentis diureticis commune: deinde quod substantiae suae ratione exulcerare valeant; ut pote quae sint ex iis Medicamentis, quae *escharotica* dicuntur. *Quid ergo* (inquit) *mirum, si Cantharides communi ratione, qua omnia, quae urinam movent, urinam cieant et agitent? Alia communi ratione exacuant, et exulcerent, quod e numero sint escharoticorum Medicamentorum? et rursus quod ab urinae acredine, nullum membrum tentari praeter vesicam et penem possit, epotis cantharidibus statim et solam affici vesicam?*

P. 310, 17. *ἢν δὲ τὰ μέσα εἰσάγῃ τὴν αἰτίην*] Quid per *τὰ μέσα* intelligat non obscurum est; viscera videlicet illa, quae a situ *hypochondria* dicuntur: vel totam illam regionem, in qua sunt portae dictae, et qui ab iis ductus feruntur; ubi et focum febrium intermittentium Medici constituunt.

P. 311, 13. *κάστορος ὄρχις πινόμενος ἐν μελικρήτῳ*] De Castoreo Medicamento, et quid sit in animali, supra abunde diximus: nunc illud animadvertendum, quod propinat Castoreum Comitialibus, nulla adhibita causarum distinctione: cum tamen eiusmodi esse possit epilepsia, cui Castorei potus vehementius noceat quam prosit; si nimirum ab acri quopiam humore proveniat, cerebrum vellicante: tunc enim calida et tenuis substantiae Medicamenta, quale est imprimis Castoreum, eam causam augeant potius quam minuant. Et *Galenus* eos Medicos reprehendens, qui promiscue Castoreum ad tremores aut convulsiones, aut singultus usurpant, expresse pronuntiat; si singultus a siccitate aut acrium humorum morsu provenerit, tale medica-

men esse fugiendum: *εἰ μὲν ὑπὸ πλήθους τοῦτο πάσχοιεν οἱ κάμνοντες ἐπὶ τὴν τοῦ καστορίου χρῆσιν ἥκε, διὰ ξηρότητα δὲ καὶ κένωσιν, ἢ δι᾽ ὑγρῶν δριμέων δῆξιν εἰ συσταίη, φεῦγε τὸ φάρμακον.* Et si vero de singultu id dicit, tamen et morbo comitiali et aliis eumdem *διορισμὸν* debere accommodari, palam est: uno enim proposito exemplo, reliqua, quae sunt eiusdem rationis, intelligenda sunt.

P. 311, 14. *ὁκόσα τε ποικίλα φάρμακα*] Et quotquot varia Medicamenta sunt, hoc est, composita: nam *ποικίλα* intelligit, quae ex variis simplicibus Medicamentis constant.

Ibid. *ἡ διὰ τῶν θηρίων ποικίλη*] Auctor, *libro de Theriaca ad Pisonem*, de ipsa loquens: *καὶ γάρ ἐστιν ὡς οἶδας ποικιλίαν ἔχουσα τοῖς μίγμασι, καὶ πολυειδῆ τὴν χρῆσιν ἐν τοῖς ἔργοις.* Est autem periphrasis *theriacae* in his verbis, *ἡ διὰ τῶν θηρίων ποικίλη*, supple *ἀντίδοτος*· cuius circuitionis ratio aperienda est. Sed prius notandum est, nomen *θηρίον*, licet generale est, omnem feram significans; tamen speciatim pro iis animalibus accipi, quae morsu aut ictu virulento pestem hominibus inferunt: qualia una voce *δάκετα* Graecis dicuntur, quod sane veterum Medicorum scripta testantur, qui id genus Medicamentorum, quibus homines adversus eiusmodi pestes muniantur, aut iam icti, et periclitantes liberantur, *θηριακὰ* dixerunt; quo nomine poëma elegantissimum *Nicandri* exstat. Ab his differunt *ἀλεξιφάρμακα*, quae venenis intra corpus assumptis, proprie subveniebant; cum theriaca iis potissimum, quae eius generis animalium morsu insinuant, medeantur. Dioscorides in *praefat. lib. 7. καὶ ὁ μὲν* (*λόγος*) *περὶ τῶν ἰοβόλων προσαγορεύεται θηριακός· ὁ δὲ περὶ τῶν θανασίμων, ἀλεξιφάρμακος*: ubi per *θανάσιμα* intelligit venena, quae per os sumuntur. Tum hoc discrimen insinuat Scribonius Largus *lib. de comp. med. cap.* 163. ita scribens: *ut sis tutus, etiam si quando rus secesseris, ponam Theriacarum compositiones, id est, ad serpentum morsus atque ictus medicamenta.* Ad hunc modum et vox, *bestia*, cum sit nomen generis, tamen ad venenosa animalia designanda interdum contrahitur a *Cicerone*, ut in primo de Divinatione: *mirari licet quae sint animadversa a Medicis herbarum genera, quae radicum ad morsus bestiarum.* Quod et *Turnebus* animadvertit *lib. 5. advers. cap.* 20. quo ex loco *Ciceronis* apparet, huic voci *θηρίον* sumptae pro animali virulento, respondere Latinam, *bestia.* Ita etiam hanc vocem accepisse videtur Prudentius in *Hamartigenia;* ubi serpentem describens, his verbis utitur: *bestia sorde carens,* etc. Plinius *lib.* 10. *cap.* 1. de terrestribus anima-

libus usurpat, prout distinguuntur ab avitio genere: *sequitur* (inquit) *natura avium, quarum grandissimi, et pene bestiarum generis struthiocameli* etc. Sed et apud *Plautum* in Captivis: *sus terrestris bestia est.* Tum adhuc strictius eandem vocem usurpari interdum constat pro *vipera;* quod 280
praesens *Aretaei* locus declarat: *τὴν διὰ τῶν θηρίων ποικίλην*, supple *ἀντίδοτον.* Ubi vocem *θηρίων*, pro *ἐχιδνῶν* haud dubie accipit. De theriaca enim *Andromachi* loquitur, qui, ut refert auctor de *Theriaca ad Pisonem*, princeps theriacae, Antidoto carnes viperarum admiscuit. Qua de causa *Andromachus,* ut ibidem proditum, hanc compositionem Antiquis *γαληνὴν*, *ἱλαρὴν* et *εὔδιον* dictam, ipse a *θηρίων*, hoc est, viperarum carnibus illi admistis *Theriacen* nuncupandam putavit. Non quia non etiam veteribus *Theriace* diceretur; sed quia his a facultate adversus virulentos bestiarum ictus sic vocabatur: quae postea a carnibus etiam viperarum commixtis id nomen habuit. Hinc et apud Barbaros *Arabum* Medicorum Interpretes *Thyrum* pro vipera legas, voce per corruptionem a Graeca *θηρίον* deflexa. Elephantes etiam *θηρία κατ᾽ ἐξοχὴν* dici, notat *Suidas* in *Collectaneis;* ubi et commune virulentarum bestiarum nomen id fuisse docet: *θηρία οἱ ἐλέφαντες· θηρία καὶ τὰ δάκετα, ἔχιες, φαλάγγια, ὄφιες.*

P. 311, 15. *καὶ ἡ Μιθριδάτεω ἐπιποικιλωτέρη*] Ex his verbis patet plures fuisse compositiones *Mithridatis* nomine celebratas. Nam quae affertur a *Sereno Samonico,* nemo *ἐπιποικιλωτέρην*, hoc est, magis variam, pluribusque ex rebus conflatam dixerit, quam Theriaca ipsa esset: cum haec ex numeroso et exquisito apparatu simplicium medicamentorum constet; cum illa Antidotus pauca admodum contineat, ipso *Samonico* teste, his versibus:

Bis denum rutae folium, salis et breve granum
Iuglandesque duas, terno cum corpore ficus:
Haec oriente die parco conspersa Lyaeo
Sumebat. etc.

Quae profecto, ut ille ait, vilis synthesis est, nec digna quae cum *theriaca Andromachi* comparetur. At enimvero aliam fuisse Antidotum *Mithridaticam* operosiorem, atque locupletiorem, ex *Plinio* discimus *lib.* 29. *cap.* 1. ita scribente: *Mithridaticum Antidotum ex rebus* LIIII. *componitur, interim nullo pondere aequali, et quarumdam rerum sexagesima denarii unius imperata:* cum idem *lib.* 23. *cap.* 8. illam Antidotum *Mithridatis* a *Samonico* traditam descripsisset: ex quo perspicue apparet, multas huius nominis compositiones olim exstitisse. Sed et *Galenus* in libro

de Antidotis, multo plures eodem nomine insignes ex variis auctoribus collectas recenset: quarum optimae censendae sunt, quas ibidem tum ab *Andromacho*, tum ab *Antipatro* concinnatas memoriae prodidit.

P. 311, 16. πίνειν δὲ καὶ τὴν βηστίνου] Quae fuerit haec compositio non liquet, ac ne de auctore quidem, cuius nomen in his libris varie scribitur βιστίμου, κιστίμου, βηστίνου· ut quae vera sit lectio difficile sit statuere; sed hoc parum nostra interest.

P. 312, 2. καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν εὕροις ἐν τοῖσδε τῶν δυνατωτάτων] In Theriaca *Andromachi*, et *Mithridatis* antidoto exquisitiora quaeque medicamenta et valentiora miscuerunt veterum Medicorum solertissimi: ut nullum esset venenum tam atrox, cui non resisteret, excepto tamen napello, quem unum vim theriacae eludere scripsit *Averrois* in *tractatu de Theriaca*. Hinc nomina illa praeclara, quibus a Graecis illis magistris ornata est: γαληνὴν enim dixere, a tranquillitate, quam, dspulsis morborum procellis, affert; item ἱλαρὴν, quod homines restituta valetudine hilares reddat; εὔδιον quoque, quod ceu nubibus depulsis, animis serenitatem inducat. *Nicolaus*, teste *Gentili*, Commentariis ad *Avic.* Theriacam appellabat Dominam Medicinarum. Nec minus eleganter, auctor libelli de *Theriaca ad Pisonem* hanc ipsam compositionem, πῦρ καθάρσιον vocat: quod huius vi pestis seminaria non minus potenter exstingui existimaret, quam illis ignibus, quos *Hippocrates* adversus pestem ab *Aethiopia* ingruentem accendisse fertur. Ex quo quidem aestimare licet, quae sit praestantia huius compositionis; quae venenorum atrocissimorum immanitatem infringere, ac penitus exstirpare valeat. Nec immerito quidem in tanto delectu medicamentorum nobilium, quae singula quadam substantiae proprietate viscera omnia conservare, et corroborare possunt, tam singularis fuit Medicorum in ea compositione solertia; qua de re locum insignem *Alexandri Aphrodisaei* e primo *problematum* Libro proferre non erit alienum: non est vero necesse hic censum habere medicamentorum, quae Theriacam ingrediuntur: satis sit ad declarandas eius vires illud posuisse pro Coronide, quod *Galenus* se animadvertisse testatur *lib. de plenitudine*; vasculum videlicet stanneum, in quo recondita erat Theriaca, spiritu et vapore medicamenti in tantum fuisse distentum, ut pellis quo involutum erat una cum vinculo rumperetur, ipsum autem vasculi latus curvaretur: ἔναγχος γοῦν ἀγγεῖον κασσιτέρινον εἰς τοσοῦτον διεφυσήθη πρὸς τοῦ περιεχομένου κατ᾽ αὐτὸ φαρμάκου τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν, ὥστε

καὶ τὸ περικείμενον αὐτῷ δέρμα, καὶ τὸ σχοινίον, ᾧ κατέδητο, ῥαγῆναι καὶ τὸ πῶμα κυρτωθῆναι.

P. 312, 3. *λόγος ὅτι καὶ γυπὸς ἐγκέφαλος*] In remediis morbi comitialis cerebrum vulturis haberi asserit: alii vero eiusdem iecur et cor posuerunt, ut refert Plinius, *lib.* 30. *cap.* 10. *Iecur* (inquit) *vulturis tritum cum suo sanguine ter, septenis diebus potum; cor pulli vulturini ad alligatum, sed et ipsum vulturem in cibo dari iubent, et quidem satiatum humano cadavere. Quidam pectus eius bi- 281
bendum censent, et in cerrino calice.* Cerrinum calicem vocat, e *Cerro*, quae species est glandiferae arboris, confectum.

P. 312, 4. *καὶ αἰθυίης ὠμῆς κραδίη*] *Galenus* huius facultatis mergi avis, *in libris simplicium Medic.* non meminit, sed alterius, quam eiusdem ventriculo inesse vulgo sit creditum; nempe iuvandae coctionis: quod tamen inane esse promissum ipse testatur *libro* eius tractationis *undecimo.*

P. 312, 5. *ἐνοικάδεοι γαλεοὶ βρωθέντες*] Ad oram paginae in Codice MSS. *Claromont.* et *Menteliano*, exaratum fuit *νυμφίτρας*, quae vox nauci est. Porro *ἐνοικαδέους γαλεοὺς* exponit Crassus *feles domesticos.* Quod tamen animal communiter Graeci *γαλεὴν*, et vel *γαλῆν* vocant: quo etiam nomine *mustelam* significant. Ex quo aliquis non temere coniiciat, hoc loco mustelas potius quam feles proponi ab *Aretaeo*, inter remedia comitialis morbi: est enim et mustelarum genus quoddam domesticum. Accedit huic coniecturae, quod ab aliis utrumque mustelae genus in eorum numero ponuntur, quae illi morbo medentur, teste Plinio, *lib.* 30. *cap.* 10. Idemque *Galenus* ex aliorum commentariis tradit: mustelam videlicet arefactam et potam comitialibus prodesse. Caeterum haec et alia eiusmodi remedia, quae nulla certa ratione certis morbis assignantur, doctis et elegantibus Medicis non valde probantur: quae ita contempsit *Galenus*, ut neque sanguinem testudinis, neque arietis sibi unquam experiundum putarit: haec vero, quae deinceps ponit, detestabilia et impia.

P. 312, 6. *ἐθεασάμην δὲ ἀνθρώπου νεοσφαγέος ὑποθέντας φιάλην τῷ τρώματι,* etc.] Huius abominabilis remedii, si modo remedium dicendum est, meminit et Celsus *lib.* 3. *Quidam* (inquit) *iugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo sese liberarunt: apud quos miserum auxilium, tolerabile miserius malum fecit.* Idem *Plinius* testatur et detestatur, in prooemio *lib.* 28. *Sangui-*

nem gladiatorum bibunt, ut viventibus poculis comitiales morbi (curentur) quod spectare facientes in eadem arena feras quoque horror est. At Hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum spirantemque una ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas sit humana. Alexander Trallianus *lib.* 1. Gladiatoris occisi panniculum cruentum comburi, eiusque cinerem vino mistum, septies aegro dari efficacissimum tradit, idque insigni experimento saepe esse compertum. Non solum autem morbum comitialem, sed et alios sanguine humano curarunt. Aegyptii quidem Reges, si quando elephantiasi correpti essent, solia humano sanguine temperari iussisse ad Medicinam eam, idem Plinius refert *lib.* 26. Item ex *Orpheo* et *Archelao*, sanguine hominis ex quacumque parte emisso, efficacissime anginam illini. A qua re non multum abest inventum *Marcilii Ficini*, ad refovendam senectutis maciem; ut scilicet sanguis e corpore adolescentis sani et optimi habitus, aperta ipsius vena, sugatur calidus et spirans a decrepito, sicut faciunt hirudines.

P. 312, 11. *ἧπαρ ἀνθρώπου φαγεῖν*] Scribonius Largus in *lib. de compos.* ubi tradit remedia ad comitialem morbum cap. 17. ita scribit: *Item ex iocinore gladiatoris iugulati particulam aliquam novies datam consumant;* moxque addit: *quaeque eiusdem generis sunt extra Medicinae professionem cadunt: quamvis profuisse quibusdam visa sunt.* Quibus verbis nefanda eiusmodi remedia ab arte repudiat, atque exterminat: non enim id prudenti Medico solum spectandum est, ut morbum depellat; sed et quibus modis id praestet, nempe iis quae legitima sunt, religiose prospiciendum est: ne eorum impietatem sequatur, qui ad magicas artes, et malorum geniorum imposturas confugiunt: quod impius ille *Theophrastus Paracelsus* defendere ausus est. Est enim Medicina Dei Optimi Maximi munus praestantissimum, cui nihil cum nefariis artibus commune esse potest. Scelus est profecto, quicquid naturam, cuius Deus est auctor, violat: humanum autem sanguinem ac viscera ab homine devorari, non minus contra naturam hominis censeri debet, ac si homo in feram vertatur. Itaque praeclarum illud *Plinii* de istiusmodi Medicorum propudiis, semper in memoria habendum est: *Procul a nobis, nostrisque literis absunt ista: nos auxilia dicemus non piacula: vitam quidem non adeo expetendam censemus, ut quoquo modo trahenda sit. Quisquis es talis, aeque moriere, etiam cum obscoenus vixeris, aut ne-*

fandus. Et noster *Aretaeus* ibi in eos, qui pro recuperanda valetudine talia experiri sustinent, exclamat; ὦ τῆς παρεούσης μεγάλης ἀνάγκης, τλῆναι κακὸν ἀκέσασθαι μιάσματι κακῷ. Admiratur enim quemquam reperiri, qui ulla morbi violentia aut mortis metu induci possit, ut sibi medeatur polluendo se.

P. 312, 14. νῦν δὲ χρὴ οὐδὲν ὑπερορῆν] Alludit ad verba Hippocratis in 6. *Epid. sect.* 42. μηδὲν εἰκῆ μηδὲν ὑπερορᾶν.

P. 312, 15. ἣν δὲ βλάπτοντα μηδέν] Scribe ἢν δὲ μὴ, cum virgula. Expressit *Hippocrati* cum illud in primo quidem *Epidem. sect.* 2. ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο, ὠφελέειν, ἢ μὴ βλάπτειν. *Duo in morbis Medico spectanda sunt, primum ut prosit; deinde si non prodest, saltem ne noceat.*

P. 313, 11. ἀσθενέστερος γὰρ ἑδραῖον ἱστάναι τὸ πνεῦμα] In comitiali morbo cerebrum semper est affectum, vel κατ' ἰδιοπάθειαν, vel κατὰ συμπάθειαν, admodumque debile est, ut omnes partes morbosae: hinc fit, ut spiri- 282
tus animales, quos naturaliter continet, ad sensuum functiones, minus possit regere: quod regimen in eo consistit, ut eos intendat, firmosque ac immotos contineat coram iis, quae extrinsecus obiiciuntur: Ita enim oportet ut species rerum aptius recipiantur atque infigantur, quo interior facultas recte de illis rebus iudicet. Quod enim recipit et iudicat, tum demum recte recipit et iudicat, si quietum atque immotum fuerit.

P. 313, 16. ἐνόντων τῶν ἄκρων ἀφ' ἡμιτυμβίου] Crassus hanc sententiam ita reddidit: *Ad haec exercitationes manuum fiant extremis sudario ex crudis linis confecto involutis.* Quae extremorum involutio in manuum exercitatione, quorsum spectet, non satis intelligo. In MS. Bibliothecae *Claromont.* non ἀφ' sed ἀμφ' ἡμιτυμβίου notatum ad libri marginem reperi.

P. 314, 3. κεφαλὴ ὀρθίη τετρίφθω] Locum huic similem tentavimus supra, in curatione σκοτωματικῶν, quem vide.

P. 314, 8. χρὴ ὀξυθυμίην ἀόργητον ἐμποιέειν] In nonnullis morbis utilem esse excandescentiam testatur *Hippocrates*, quam et expresse imperat *lib.* 2. *Epid. sect.* 4. ad excitandum calorem naturalem, et sanguinem fundendum: ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα, καὶ ἐγχυμώσιος. Hic vero praescribitur ab *Aretaeo* comitiali morbo detentis, ad calorem pituitosis humoribus oppressum exsuscitandum, crassosque humores

tenuandos, maxime qui in capite fixi sunt; inde enim morbus pendet. Quod autem id Ira praestare possit, docet Hippocrates 6. *Epidem.* hac sententia: *ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ τὴν καρδίην καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτὰ, καὶ ἐς κεφαλὴν, καὶ τὰ θερμὰ καὶ τὸ ὑγρόν.* Quibus verbis docet, per irae efferventiam, calorem et humorem ad caput attolli: idque *Galenus* in eius sententiae enarratione confirmat; scribens, iracundiam vehementer nocere iis, quibus cor et caput, aut naturali intemperie aut adscitia calidiora sunt: utilem autem et provocandam iis, quos frigidi affectus male habent, aut quibus caput natura est frigidius: *χρήσιμος δὲ* (inquit) *τῶν εἰρημένων ἡ γνῶσις, εἰς τὸ ποτὲ μὲν φυλάττεσθαι τὴν ὀξυθυμίαν, ποτὲ δὲ αὐτὴν ἐπιτηδεύειν· φυλάττεσθαι μὲν, ὅταν ἡ καρδία, καὶ ἡ κεφαλὴ θερμότεραι τοῦ προσήκοντος ὑπάρχουσι κατὰ φυσικὴν δυσκρασίαν, ἤ τι πάθος θερμὸν ἐπίκτητον· ἐπιτηδεύειν δὲ ἐν τοῖς πάθεσι ψυχικοῖς, καὶ τῇ φύσει ψυχροτέρᾳ κεφαλῇ.* Ex quibus patet, cur *Aretaeus* comitiales ad iram concitari velit: affectus enim is frigidus est, et frigidioris temperaturae soboles, praesertim in capite, quod morbi illius sedes. Caeterum quod *ὀξυθυμίην* vult esse *ἀνόργητον*, eget consideratione: aliud nimirum est *ὀργὴ*, aliud *ὀξυθυμίη*. Prior illa concitatio est appetitus irascibilis ex dolore iniuriae illatae cum appetitu vindictae, ideoque in virum fortem cadens: posterior, impetus est praeceps ex minima causa, levibus et infirmis ingeniis accidens, ut pueris et mulieribus, de quibus illud *Terentii* in *Hecyra*:

Pueri inter sese quàm pro levibus noxis iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illae mulieres sunt ferme, ut pueri levi sententia.
Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc consciverit.

Quibus versibus apprime Comicus excandescentiam puerorum et mulierum expressit. Atque haec naturae frigidioris censetur et *δυσδιαφορήτου* teste Galeno *com.* 2. *ad lib.* 1. *Epid.* quo loco *τοὺς ὀξυθύμους* magnopere discrepare ait ab animosis et robustis, quos *θυμώδεις* et *ἀνδρείους* Graeci vocant. *Foesius* tamen ad *lib.* 2. *Epid.* inter eos affectus non adeo magnum statuit discrimen, neque differre, nisi penes *magis* et *minus*: cum *ὀξυθυμίην* ceu gradum ad iram ac viam definit, perinde ac si excandescens aliquis, nondum irascatur, sed ad irascendum

moveatur: cui suffragari videtur Scholiastes *Aristophanis* in *ranis* ad illum versum:

Καὶ μὴ πρὸς ὀργὴν σπλάγχνα θερμαίνῃς κότῳ.

Ubi exponens multa vocabula, quibus modi irae designantur, *θυμὸν* definit *ὀργὴν ἐναρχομένην, iram incipientem:* ceu *ὀξυθυμία* ipse sit *θυμὸς,* cum additione tamen celeritatis. Interim aliter vocem, *θυμὸς*, ab aliis scimus accipi, pro *iracundia* scilicet, sive habitu irascendi; sicut *χολὸν* pro actu, atque ipso motu: ita enim *Scaliger* in *com. ad historias de animalibus.* Ego, ut huic disceptationi finem imponam, existimo, *ὀξυθυμίην* id est, *excandescentiam*, esse asperam offensionem omni ex re non congruente. Ut enim corpus laedentium occursu graviter movetur, qui motus dolor dicitur; sic et animus ab iis, quae ipsi non conveniunt. De qua re *Vives* accurate disputat *lib. 3. de anima cap. de offensione.* Hanc igitur offensionem, sive excandescentiam comitialibus prodesse censet *Aretaeus;* quod sanguinem attenuet, diffundat, corpus calefaciat: iram autem improbat; quod haec propter opinionem iniuriae illatae, tristitiam coniunctam habeat, eamque corpori afferat perturbationem, quae ipsa per se epilepsiam creare possit: certe hac, si vehemens sit, accessionem illico induci certum est.

P. 314, 15. *ὁκόσα κοῦφα ᾖ φύσι*] Carnium, quibus in victu utimur, levitatem duobus aestimat, natura, et concoctione: natura quidem leves censentur, quae non multum, neque crassum praebent alimentum; quod carnibus volatilium generatim tribuit Galenus *lib. 3. de vi alim.* quod non absolute, sed comparando, cum gressilium animalium carnibus intelligendum esse monet: coctione vero 283
leves censentur, quae perfacile a naturali calore vincuntur.

P. 314, 16. *πλὴν νήσσης*] E censu volatilium, quae carnium levitate probantur, anates eximit, et merito: quippe, quarum carnem duriorem esse quam turdorum, aut merularum, aut parvorum passerum, scribat *Galenus.* Easdem et mali succi esse testatur Avicenna *lib. 1. fen. cap.* 15. et carni vaccinae atque equinae proximas facit: *exemplum* (inquit) *spissi multi nutrimenti, mali chymi, caro vaccina, caro anatis, et caro equina.* Idem *lib. 2. tract. 2. Anatis carnem morari in ventriculo, gravemque esse testatur: si tamen concoquatur, caeterarum avium carnibus potentius nutrire.*

Ibid. *καὶ τῇ πέψει ὅκως λαγωοί*] Leporum carnem concoctu censet facilem *Aretaeus;* esto: At *Galenus* san-

guinem ex illa crassiorem gigni docet *lib.* 3. *de Aliment. fac. cap.* 2,

P. 314, 17. *οἷον πόδες*] Scribe *ὑῶν πόδες;* Ita enim et *Crassus* legit.

P. 315, 4. *θριδακίνη ἐφ᾽ ὥρᾳ*] *ὥρα* proprie significat eam partem aestatis, qua fructus fugaces dicti maturi sunt; ut Cerasa, pyra, ficus, et alia eiusmodi, qui inde *ὡραῖοι,* ducta appellatione a tempore, quo proveniunt, Graecis nominantur: nempe eam partem, in cuius medio Canicula oritur, constatque haec diebus ferme quadraginta, ut definit *Galenus.* Cui tempori succedit *ὀπώρα,* pars posterior aestatis, huicque *φθινόπωρον.* Eo igitur tempore, permittit comitialibus *Aretaeus* lactucas crudas, alio tempore non parum frigiditate atque humiditate nocituras: tunc vero propter coeli aestum et siccitatem non inutiles.

Ibid. *σίκυος δὲ καὶ πέπων*] Cucumerem et peponem comitialibus concedit, sed parva quantitate, et *μεσφὶ γεύσεως*, ita ut tantum gustentur, idque aestate: peponis autem nomine is fructus intelligendus est, quem et melopонem et melonem vocabant, qua et voce usos veteres liquet ex catalectis veterum Poëtarum in mensium pictura:

Augustum penitus torret Phaëthontius ardor
Quem recreat fessum Gillo, facella, Melo.

Ad quem tamen locum scribens *Scaliger*, hunc melonem negat nostrum esse melonem, praestantissimum fructum; quem veteribus omnino ignotum fuisse censet. Hanc autem duabus rationibus confirmat: prima est, quod melones veterum in generibus cucumerum fuerint: altera, quod onerosos eos stomacho scribat *Plinius.* Denique nihil eorum, quae veteres Melonibus et peponibus suis tribuerunt, melonibus nostris convenire, quibus et omnis ambrosia, et nectar cedat, licet: haec igitur *Scaliger*, dicto loco. Sed pace tanti viri dixerim, fallitur, ipseque et eum secutus *Casaubonus*, notis in *Albinum Capitolini.* Ut enim scite animadvertit *Nonnius Antverpiensis*, cucumeris nomen apud veteres generale fuit, sub se velut species, cucurbitas, pepones, melopepones, et cucumeres comprehendens: quod patet ex voce *σικύα*, quae *cucurbitam* significat, voce a *σίκυος,* quae cucumerem sonat, deducta. Hinc factum est, ut veteres *cucumeris* nomine nostros melones describerent: quod patet ex iis, quae de cucumere scribit Plinius *lib.* 19. *cap.* 5. quae de melone nostro accipienda, nemo nisi protervus neget: *Cartilaginei* (inquit) *generis extraque terram est cucumis, mira voluptate Ti-*

berio Principi expetitus: nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus; rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocantibus. Quibus ex verbis satis perspici potest, eam cucumerem, quem ait tantopere *Tiberio* expetitum, ut quotidie in mensis habere vellet, multo gustui suaviorem fuisse, quam qui nobis eo nomine noti sunt. Nisi forte putamus Principi illi tam insulsum fuisse palatum, ut nostros cucumeres, qui fatuo sunt sapore, in deliciis haberet: alias pro ea re coniecturas vide apud eundem *Nonnium.* Caeterum pepones et melopepones eosdem esse fructus censemus, licet *Galenus* eos distinguere videtur propriis capitibus, de utroque agens *lib.* 2. *de alim.* Verum illud discrimen solius figurae fuit, quod melopepones malis forma similes essent, hoc est, rotundiores; sicut *Plinius* his verbis indicat: *Ecce cum maxime nova forma eorum* (cucumerum, de his enim agit) *in Campania provenit, mali cotonei effigie; forte primo natum ita audio unum: mox semine ex illo genus factum, melopeponas vocant.* De nostro melone haud dubie sunt haec verba *Aristophanis*, citata ab Athenaeo *lib.* 1. ubi de vino *pramnio* agit:

Τὸν Ἀθηναῖον δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι
Σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν
Οὔτε πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις
Συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν,
Ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

Illud praeterea considerandum est, cum pepones in genere cucumerum habiti sint, quod quidem omnes fatentur, videri non sinceram scripturam *σίκυος δὲ καὶ πέπων*, quod ad verbum est *cucumis vero et pepon;* quibus verbis cucumeris nomen commune simul et speciei proprium, ceu rerum genere differentium ponuntur: mea coniectura est, scripsisse *Aretaeum* sine coniunctione, *σίκυος δὲ πέπων*: 284
quomodo et Hippocrates *lib.* 7. *Epidem. in Histor. Clovingi Abderitani: ἐδίδοτο σίκυον πέπονα.*

P. 315, 8. *καὶ γὰρ τὸ πρῆγμα τῆς νούσου φέρει τὰ σύμβολα*] Ira et libido fugienda, quod eae res morbi comitialis notas ac symptomata habeant: *σύμβολα* igitur posuit pro *συμπτώματα*, ut supra in curatione *σκοτωματικῶν: τὰ δὲ μέντοι βάρεος καὶ ἤχων καὶ μαρμαρυγῶν ἐστι αἴτια, τῆς νούσου τὰ ξύμβολα:* ceu irati et coëuntes similes sint iis qui insultu epileptico quatiuntur: namque illis, ut comitialibus, spuma circa os, et indecora corporis

iactatio. Atque ut verbis Senecae dicam, ex *lib.* 1. *de ira cap.* 1. *Spiritus coactus ac stridens articulorum se ipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque et parum explanatis vocibus sermo praeruptus.* etc. Tum autem utrisque caligo mentis: privatim vero, qui in concubitu sunt, quemdam convulsionis modum patiuntur. Qua de causa *Hippocrates*, vel potius *Democritus*, coitum *μικρὰν ἐπιληψίαν* appellabat: de qua re supra *lib.* 1. *de causis et signis morborum diuturnorum cap.* 2. nonnulla annotavimus.

P. 315, 9. *ἀπάτη δέ τις ἔς τε μετεξετέρους ἰατροὺς συνουσίης*] Eos Medicos reprehendit, qui pueros investes hoc morbo laborantes, ad immaturam venerem compellebant: quod viderent eos convalescere, qui primum per aetatem coire coepissent: quorum inscitiam atque errorem deinceps redarguit.

P. 315, 10. *ἡ τῆς φύσιος ἐς ἄνδρα μεταβολή*] Virgilius:

Mox ubi iam firmata virum te fecerit aetas.

Virum fieri intelligimus, cum pubes erumpit, et semen: quod circa quartum et decimum annum contingit, teste Aristotele *lib.* 5. *histor. de Animal. cap.* 14. ubi de aetate, qua homo incipit coire, et notas virilitatis proferre, ita scribit: *αἱ δὲ ἡλικίαι τοῖς ὀχεύουσιν, αὐτοῖς μὲν πρὸς αὐτοὺς τοῖς γένεσι τοῖς πλείστοις σχεδὸν κατὰ τὸν αὐτὸν γίνονται χρόνον, ἐὰν μή τι προτερῇ, ἢ διά τι τερατῶδες πρᾶγμα, ἢ διὰ βλάβην τῆς φύσεως. τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις ἐπισημαίνει κατά τε τὴν φωνῆς μεταβολήν, καὶ τῶν αἰδοίων, οὐ μόνον μεγέθει, ἀλλὰ καὶ εἴδει· ἐπὶ τῶν μαστῶν ὡσαύτως· μάλιστα δὲ τῇ τριχώσει τῆς ἥβης. ἄρχεται δὲ φέρειν τὸ σπέρμα περὶ τὰ δὶς ἑπτὰ ἔτη· γεννητικὸς δὲ περὶ τὰ τρὶς ἑπτά.* id est, *aetas vero accommodata ad coitum quaeque suo in genere plurima ex parte fere tempus idem sortitur: nisi qui praematuret, et aut aliquam ob rem monstrosam, aut ex detrimento naturae, et vitio anticipet. Res igitur homini innotescit, tum vocis mutatione, tum etiam testium, non magnitudine tantum, verum etiam specie, quemadmodum mammis etiam declaratur: sed praecipue ortu pilorum pubis. Semen enim ferre incipit circiter annos bis septem, sed vim genitalem recipit circa annos ter septem.* Vide et *lib.* 7. *hist. cap.* 1. ubi et de notis quibus se prodit virilis aetas. Caeterum eo flexu aetatis epilepsiam curari a natura in pueris testatur Hippocrates 6. *epid. sect.* 1. hac sententia, ad quam haud dubie respexit *Aretaeus*: *αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες*

ἅμα ἥβῃ, ἐστὶν οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας. Quem locum *Galenus*, et alii interpretes ad eam quae caloris effulgentis beneficio contingit morbi comitialis curationem pertinere putant. Enimvero eius libelli, qui *Medicus* inscriptus est, auctor, de epilepsia scribens, eum *Hippocratis* locum videtur subindicasse: *ἴαται δὲ τὸ πάθος ἐπὶ μὲν τῶν πρὸ ἥβης παίδων ἡ φύσις ἐκλάμψασα περὶ ἥβην, καὶ κρίσιν τοῦ νοσήματος ἐργασαμένη τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ ἀναξηράνασα τὰ αἴτια.* Vide et *Aphoris. 7. sect. 5. et Aphoris. 45. sect. 2.* sed et Plinius *lib. 28. cap. 4.* id ipsum testatur: *multa* (inquit) *genera morborum primo coitu solvuntur, primoque foeminarum mense: aut si non id contingat, longinqua fiunt, maximeque comitiales.*

P. 315, 11. *μετεβιάσαντο τὴν παίδων φύσιν ἀώρῳ ξυνουσίῃ*] Qualem violentiam in filio *Dionis* exercuit *Dionysius* iunior, Siciliae tyrannus; cui, ut refert *Nepos*, puero priusquam pubes esset, scorta adducebantur; et puero illi qui nutricem suam novennis compressit, teste *Hieronymo:* tum etiam illi, qui pari petulantia corruptus, in prima pueritia filium genuit succrescentem tam parvo annorum intervallo, ut ambo fratres existimarentur; quam rem luculentis hisce expressit versibus Papinius *lib. 7.* Thebaidis:

— — *non prima errore videndi*
Falleris Antigone. Multi hos (nam decipit aetas)
Dixerunt fratres. Pater est, natusque, sed aevi
Confudere modos. Puerum Lapithonia Nympha
Directis, expertem thalami, crudumque maritis
Ignibus, ante diem cupido violavit amore.
Improba connubii, nec longum et pulcher Alathreus
Editus, ac primae genitorem in flore iuventae
Consequitur, traxitque notas, et miscuit annos.
Et nunc sic fratres mentito nomine gaudent.

P. 315, 12. *ἀγνοέουσι δὲ τῆς φύσιος τὴν αὐτομάτην προθεσμίην*] Nihil quod fit praecox, vitale aut frugiferum esse testatur experientia: qua de re memorabile inprimis exemplum est *Ludovici* IX. eius nominis Regis *Hungariae*. Is enim matre *Anna Candalense* Regiae Navarrenae stirpis apud *Vascones*, in *Gallia*, in puerperio exstincta natus, partuque immaturo editus, cutem, quam nascens non habuit, arte atque unguentis recepisse dicitur: idem, anno aetatis secundo coronatus, uxorem duxit nono, coepitque regnare anno decimo. Nec minus praepropere 285
adolescens, ante tempus barbam emisit, inde vix annum decimum octavum egressus, canos ostendit; denique caesus,

vel, ut alii tradunt, suffocatus in palustri loco post praelium, circa vigesimum annum oppetiit. Vide Camerarium in *meditationibus historicis cap.* 23. Haec autem eo pertinent, ut intelligamus, naturam certis legibus omnia perficere: quibus legibus non solum agendi rationes, instrumenta, atque apparatus, sed et tempus, quo unaquaeque res absolvatur, sibi ipsi praestituit: quod hic *Aretaeus* *τῆς φύσιος αὐτομάτην προθεσμίην* appellat: *αὐτομάτην* quidem, id est spontaneam, quia suapte atque interna vi agit natura; utpote principium motus et quietis eius, in quo est. Nam ita *αὐτόματον* saepe usurpatur; pro eo scilicet quod vi interna agitur, citra causam externam et evidentem. Ita enim *Galenus* exponit *com.* 3. *ad lib.* 1. *Epid.* *αὐτόματα δὲ δηλονότι καλεῖται τὰ χωρὶς τῆς ἔξωθεν αἰτίας.* Quo sensu et *Cicero* passim accipit, ut sponte fieri dicat, quod quis a nullo impulsus sibi faciendum putavit. Hinc Aristoteles *lib.* 1. *de gen. an. cap.* 1. scribit *αὐτοματίζειν τὴν φύσιν*, cum stirpes absque semine ex terra putrescente procreat. Caeterum vox *προθεσμία* *praefinitum tempus* significat, qua voce utitur Galenus *lib.* 2. *de diff. feb.* ad significandum tempus, quo superflui humores coacervantur in febribus intermittentibus ea quantitate, quae novae accessioni instaurandae sufficiat: *οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο θαυμαστόν ἐστι, τὸ μὴ δὲ κατὰ μίαν ἀθροίζεσθαι προθεσμίαν ἅπαντα τὰ περιττώματα.* Ibidemque paulo ante de eadem re loquens dixerat: *καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ χρόνου προθεσμίαν ἀθροίσει περιττώματα.* Tum Dioscorides *cap.* 2. *Theriac.* *προθεσμίαν* pariter vocat tempus, quo *ἐσχάρα*, hoc est, *crusta* ab ulcere excidit: *φροντιστέον, ὅπως μὴ ταχίον τὰ μέρη συγκλεισθείη, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι, πολὺ τῆς προθεσμίας τὰς ἑλκώσεις τηρητέον.* Interim videant eruditi, an non praestet legere, cum praepositione, *μετὰ πολὺ προθεσμίας.* Quibus verbis docet, ulcus virulentum, cui ignis admotus fuit, non cito obsignandum esse, sed vel post tempus, quo eschara excidere solet, conservandum esse. Tracta autem haec vox est a foro: diem enim praefinitam, qua quis aliquid facere aut adesse debebat, *προθεσμίαν* et *τακτὴν* dicebant: unde apud Lucianum; *ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας*, et *ὑστερόθεσμος τοῦ ὀφλήματος*, qui non solvit debitum ad praestitutum tempus, et *ἐκπροθεσμεῖν* in Pandectis Graecis *in mora esse:* ut contra *ἐμπροθέσμως* aliquid fieri dicebant, quod fieret *ἐντὸς τῆς προθεσμίας* *inter praefinitum tempus*, ut notat Budaeus in *commentariis linguae Graecae.* Unde et Plinius *lib.* 18. *cap.* 26. *tempestatum vadimonia,*

hoc est, τῶν ὡρῶν προθεσμίαν dixit elegantissime, forensi vocabulo Graecum exprimens.

P. 315, 13. ἐφ' ᾗ πάντα γίνεται τὰ ἄκεα] Ut verbi gratia febres tertianae exquisitae intra septimam periodum finiuntur, ex *Aphor.* 59. *sect.* 4. *et in Epid.* οὐ πρόσω τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ τεταρταῖος· quartana non ultra annum extenditur: et morbi Podagrici sedata inflammatione intra dies quadraginta conquiescunt, *Aphoris.* 49. *sect.* 6. et sic de aliis.

P. 315, 14. ἥδε γὰρ ἑκάστῃ ἡλικίῃ συντίκτει τὰ οἰκεῖα ἐν χρόνοις ὡραίοισι] Natura opportunis temporibus unicuique aetati convenientia profert, ut dentes septimo mense, anno decimo quarto pubem, et procreandi officium in masculis, purgationis autem effectum in foeminis. Qua de re elegans *Tertulliani* locus, hancque ipsam Naturae legem et προθεσμίαν pulcre demonstrans in libro de *Virginibus velandis*, non parum superiora illustrat, ideo adscribendus: *Nihil* (inquit) *pertinet procrastinatio parentum, aut continentiae votum ad aetatem sua spatia currentem, suaque debita maturitati luentem: alia in occulto mater natura, et alius in latenti pater tempus filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam illam tuam virginem, et animam exspectatione, et carnem transfiguratione, cui tu secundum paras maritum. Iam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique vestitur et menses tributa dependunt, ac tu mulierem negas, quam muliebria pati dicis.*

P. 315, 15. τὴν ἐς ἑκάστου προθεσμίην] Hic mendum est in dictione ἐς, pro qua lege ἐφ' *in unoquoque.*

Ad Caput V. περὶ θεραπείας μελαγχολίης. *De Curatione Melancholiae.*

P. 316, 9. ἢν μὲν ὦν ἡλικίης νέης λάβηται] Non solent iuvenes prehendi melancholia ex temperamento quidem aetatis: sed tamen ob victum alienum, et alias causas bilem atram gignentes, in eum morbum nonnunquam incidunt; quemadmodum et in morbum comitialem ex *Aphoris.* 29. *sect.* 3.

Ibid. καὶ ὥρης ἐαρίνης] Hippocrates *Aphor.* 20. *sect.* 3. τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικά. *Vere furores et melancholiae grassantur:* non quod eos morbos verna tempestas procreet, qua nulla corpori nostro amicior aut salubrior: sed quia excitat, et ut noster supra *in* 1. *de causis et signis diut.* scripsit, indicat: ὥρῃ θέρους

μὲν, καὶ φθινοπώρου τίκτει· ἔαρ δὲ κρίνει. Clementia enim verni temporis, pravorum humorum seminaria extenuans commovet, simul vim naturalem roborans ad alias partes expelli facit.

286 P. 316, 10. *φλέβα μέσην*] Medianam Barbari appellant natam ex coitu interioris seu basilicae, et superioris, quae Cephalica dicitur: ob id creditur iecur pariter et caput exonerare.

P. 316, 12. *ἄμφω μελαγχολίης ἡ τροφή*] Uterque humor melancholiam alere, hoc est, augere potest, sanguis videlicet, et bilis: ille quidem, si sit crassus et faeculentus; haec si aduratur: ita enim nigrescit, et crassa efficitur.

P. 316, 15. *καὶ γὰρ εἰ παχὺ καὶ χολῶδες*] Deest particula *καὶ*, post *εἰ* reponenda; ita enim legendum, *καὶ γὰρ, εἰ καὶ παχύ.* Hoc consilio Melancholicis tametsi macilentis et pauci sanguinis, sanguinem parce detrahi permittit, ut Natura excitetur, non debilitetur. Licet enim sit crassus, atque ita faeculentus et concretus, ut nigredine amurcam referat, tamen naturis huiusmodi est fomes et alimentum.

P. 317, 3. *ἀλλ᾽ ἐκ διαστάσιος*] Hoc Medici Graeci *ἐπαφαίρεσιν* appellant.

Ibid. *καὶ αὐτῆμαρ δέ. τὸ δὲ πλῆθος δηλώσουσιν*] Aliter haec interpungenda sunt: nam ante, *καὶ αὐτῆμαρ*, punctum notari debet; tum priore particula *δέ* manente in loco, altera sequens delenda est; ut haec fiat lectio; *καὶ αὐτῆμαρ δὲ τὸ πλῆθος δηλώσουσιν.* etc. quantum eodem die sanguinis detrahendum sit, vires ostendent.

P. 317, 10. *καὶ τοῦ θύμου τοῦ ἀττικοῦ ἡ κόμη*] Thymum in *Attica* fuisse praestantissimum, pluribus ex locis veterum scriptorum notum est: cuiusmodi esse acerrimum testatur Aristoteles *sect. et problem.* 20. Ob quam causam et mel Atticum in pretio olim habitum, quod scilicet apes ex thymo illo sumerent. Caeterum eius hanc proprietatem fuisse, ut atram bilem purgaret, non memini me apud alium quempiam legisse. *Dioscorides* quidem ait a thymo, si cum sale et aceto sumatur, pituitosa per alvum educi: *Galenus* eodem viscera expurgari. Caeterum *Mesueus* hanc plantam in censum purgantium medicamentorum non redegit, sed ipsum epithymum; cuius insignem in atra bile expurganda utilitatem omnes agnoscunt. Quo fit ut mirer nullam hic ab *Aretaeo* factam fuisse epithymi mentionem, maxime cum plurimum eius in *Cappadocia*, Aretaei patria, *Dioscoride* teste, nacatur: nisi *θύμου κόμην*

posuisse putamus pro epithymo, quod *Dioscoridi* (Scaligero adnotante in *lib.* 4. *Propertii*) ipsum est capitulum, et spica thymi durioris, ac thymbram referentis: nam et huic facultatem atrae bilis per alvum subducendae idem *Dioscorides* tribuit.

P. 317, 12. *λούειν τε ἀπὸ τῆς καθάρσιος*] Balineas, ut inquit Plinius, *lib.* 25. *cap.* 5. dispensabant post purgationem ex Elleboro, opinor, ad medendam corporis siccitatem, quam pharmacum illud potens fecisset: et Hippocrates 6. *Epid. sect.* 5. Veratri effectum balneo accelerabat: *ἐλλέβορον πιόντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν ἐθέλῃς, λούειν ἢ φαγεῖν.*

P. 317, 13. *καὶ τῆς ἄλλης ἐν τῇ τροφῇ χάριτος*] Condimenta intelligit ciborum boni odoris ad recreandum stomachum offensum qualitate medicamenti : ita enim et *Hippocrates* cuminum medicamentis purgantibus miscebat.

P. 317, 15. *ἄρχι δὲ προχαλάσαντα*] *Tantisper vero dum prius laxaveris* etc. omisit hanc dictionem interpres.

P. 318, 5. *μεγίστη τῆς νούσου ἐν τοῖσι νούσοισι αἰτίη*] Scribendum est *ἐν τοῖσι ἄλλοισι*, ut omnes videre arbitror.

P. 318, 12. *ἄχρι κυάμου*] Scribe *ἄχρι κυάθου.* Succum enim absynthii propinat, qui sane liquor est, ut omnes intelligunt, et vox *πιπίσκειν*, qua utitur, probat: at liquidorum mensura non est fabae magnitudo, sed eorum quorum spissior est consistentia. Caeterum quod stomachum, contra vim atrae bilis ei incumbentis, absinthii succo praemuniendum censet, contrariam habemus *Mesuei* observationem, qui scripsit succum Absinthii nocere stomacho propter bauracitatem suam: ita Barbari salsuginem vocant. Hunc et *Dioscorides* improbat scribens *κακοστόμαχον* esse, et *κεφαλαλγές.*

P. 318, 13. *κώλυμα γὰρ τόδε χολῆς γενέσιος*] Sententia est *Galeni* in libro de *Theriaca ad Pisonem*, absinthii potu bilem edulcorari: *προκενώσας αὐτοὺς* (de quartanariis loquitur) *τῷ ἀπὸ δείπνου ἐμέτῳ, εἶτα τῇ ἑξῆς ἐπίδους τὸν χυλὸν τοῦ ἀψινθίου, ἵνα ἐπιγλυκάνῃ καὶ κατακεράσῃ τὴν χολήν.* Quo nomine eam herbam valde commendarunt veteres ad sanitatis conservationem. Dioscorides *lib.* 3. *καὶ ἄλλως δὲ προπίνουσιν ἐξ αὐτοῦ θέρους ὑγείας ποιητικὸν εἶναι νομίζοντες.* Sed et Populi Romani sacris olim celebratam fuisse eadem ratione testis est Plinius *lib.* 27. *cap.* 7. *De usu eius* (*absinthii*) *convenit dicere herbae facillimae, atque inter paucas utilis-*

simae, praeterea sacris populi Romani celebratae peculiariter. Si quidem Latinarum feriis quadrigae certant in Capitolio, victorque absinthium bibit: credo, sanitatem praemio dari honorifice arbitratis maioribus. Absinthium igitur saluberrimum habitum, quod bili resistit, eiusque generationem prohibet: cui humori omnes prope morbos adscribendos putabant. Sane *Anaxagorae* opinionem refert Aristoteles *lib. 4. de part. cap. 2.* statuentis vel causam acutorum morborum; ibidemque veterum quosdam censuisse longioris esse vitae animalia, quae felle carerent: *διὸ καὶ χαριέστατα λέγουσι τῶν ἀρχαίων οἱ φάσκοντες, αἴτιον εἶναι τοῦ πλείω ζῆν χρόνον, τὸ μὴ ἔχειν χολήν.* Atque haec de flava et amara bile intelligenda sunt, quam simpliciter *χολὴν* appellari passim docet *Galenus.* Huic enim proprie adversatur absinthium, non
287 aliis humoribus: ut iam difficultas nobis occurrat ex his verbis *Aretaei,* quibus Absinthium adversus vitia atrae bilis praescribit, tum ex eo loco Libri *de Theriaca ad Pisonem;* ubi ille auctor (non enim is *Galenus* est) absinthio bilem mitigat atque edulcorat in febre quartana. Cui quaestioni respondendum est, vix esse atram bilem sine ea, quae flava et amara est, utpote quae huius adustione gignatur. Unde superius bile ali melancholiam dixit *Aretaeus: τὸ δὲ γὰρ τὸ σπλάγχνον αἵματος αἱ πηγαὶ, χολῆς γένεσις, ἄμφω μελαγχολίης ἡ τροφή.*

P. 318, 16. *ἄλλης μὲν ἐπὶ τοῖσι ἰήσιος*] Quaedam desse apparet, nempe *οὐ χρέος,* aut quid eiusmodi.

P. 319, 13. *τῷ ἤπατι ἐγχρίπτοντα*] Scribe *ἐγχρίμπτοντα, admoventem.*

P. 320, 1. *ἐγκοτεῖ τε τῷ σκήνεϊ ἑτέρων νοσημάτων τόκους*] Mendum est in voce *ἐγκοτεῖ,* quae ab hoc loco prorsus aliena: sed facile tollitur, una litera *ρ.* quae excidit, reposita: scribendum enim *ἐγκροτεῖ, impingit,* vel *infligit.*

P. 320, 7. *ἄλλοτε δὲ ῥαφανίδες*] Existimavi primo aspectu, *ἀπὸ ῥαφανίδων,* legi debere, ut a voce *ἔμετοι* duci intelligatur: sic *ἔμετοι δὲ τάδε πρήσσουσι, ἄλλοτε μὲν οἱ νήστιες, ἄλλοτε δὲ ἀπὸ ῥαφανίδων. Vomitus haec faciunt nonnunquam ieiuni,* seu ieiuno stomacho: *interdum et a radicula provocati.* Sed nihil mutandum est, amant quippe *Iones* eiusmodi *ἀνακόλουθα,* quemadmodum et *Attici* eorum consanguinei. Quare vox *ῥαφανίδες,* potest referri ad verbum, *πρήσσουσι,* ceu sic loquamur: vomitus id praestant, nonnunquam ieiuno stomacho provocati: interdum id praestant radiculae, nempe ut corpus sit *εὔροον,* vomitu scilicet, quem excitant.

P. 320, 8. *φράσω δὲ καὶ τοῦ ἐλλεβόρου τὰ εἴδεα τῆς χρήσιος τοῦ τρόπου*] Si sententiam spectemus, legemus ita: *καὶ τῆς χρήσιος τοὺς τρόπους, et rationes utendi:* vel coniunctio *καὶ* addenda, ita ut genitivus *τοῦ τρόπου* ad *εἴδεα* referatur: quod aliis diiudicandum relinquo. Caeterum, quod hic se traditurum pollicetur *Aretaeus* de ratione dandi Elleborum, ubi praestiterit nescio. Illud scio ab aliis multis veterum praestitum, conscriptis de ea re libris propriis, in quorum numero commendat *Philonidem* quemdam Siculum ex *Enna* oppido Dioscorides *lib.* 4. eiusque methodum prae aliis sibi probari testatur: *ἡ δὲ* (inquit) *προσαγωγὴ καὶ ἐπιδιαίτησις ἐξείργασται παρὰ τοῖς προηγουμένως περὶ τῆς δόσεως αὐτῆς γράψασι· μάλιστα δὲ συγκατατιθέμεθα Φιλωνίδῃ τῷ Σικελῷ τῷ ἀπὸ Ἔννης.*

P. 320, 11. *ἄπιστον δὲ ἐπὶ τοῖσδε, εἰ μὴ ἐλύθη ἐς τὸ πάμπαν ἡ νοῦσος*] Ex his verbis patet nullum aliud potentius remedium habuisse veteres ad exstirpandas morborum diuturnorum fibras Elleboro: ad quod, caeteris remediis consumptis, ceu ad sacram anchoram confugiebant, vel potius ad Deorum manus, quae aegrorum spem non frustrarentur.

P. 320, 14. *ὑγιέας μὲν ὦν ἅπαντας ποιέειν ἀδύνατον τοὺς νοσέοντας*] Pene ad verbum ex *Hippocrate*, cuius haec verba sunt *in prima sectione prognost. initio: ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας, ἀδύνατον.* Ex quo etiam illud tritum *Nasonis* profluxit: *non est in Medico, semper relevetur ut aeger* etc. Sunt enim quidam morbi incurabiles, quos ne attingere quidem debet prudens Medicus. Quippe, ut idem Hippocrates *lib. de arte* disputat; nullus opifex absque instrumentis ex arte sua quicquam moliri possit. Porro Medicina, ut aliae artes, sua instrumenta habet, quibus operetur, atque ita depellit eos morbos, quibus depellendis idonea remedia nacta est. Verum si quando accidant morbi ita vehementes, ut omnem exsuperent Medicinae potentiam, rationes, consilia, instrumenta; cuiusmodi esse multos constat: non est mirum, si eos non curat; utpote, qui ipsius facultatem excedant. Quod intelligens prudens Medicus non committit, ut in iis, quae non sunt suae artis, frustra laboret. Sententia est eiusmodi: *ὧν γάρ ἐστιν ἡμῖν, τοῖσι τε τῶν φύσεων, τοῖσι τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν, τούτων ἐστὶν ἡμῖν δημιουργοῖς εἶναι· ἄλλων δὲ οὐκ ἔστιν. ὅταν οὖν τι πάθῃ ἄνθρωπος κακὸν, ὃ κρέσσον ἐστὶ τῶν ἐν τῇ ἰητρικῇ*

ὀργάνων, οὐδὲ προσδοκᾶσθαι δεῖ ὑπὸ ἰητρικῆς κρατηθῆναι ἄν. etc.

P. 320, 15. *ἦ γὰρ ἂν ἰητρὸς κρέσσων θεοῦ*] Rectius dixisset, aequalem fore Medicum Deo, si omnes persanaret morbos: nunc scribens hoc modo; fore ut sit fortior, videtur existimare ne Dei quidem esse hanc vim, ut omnes morbos depellere valeat; quo nihil magis impium dici potest. Sed nimirum in eo errore versari videtur *Aretaeus*, in quo *Galenus* et plerique omnes veterum philosophorum fuerunt; Divinam potentiam Naturae legibus ita esse constrictam, ut, citra causarum secundarum opem, nihil quicquam moliri aut praestare possit.

P. 320, 16. *ἀπονίην δὲ καὶ διαλείψιας*] Probi Medici officium esse docet, si non possit aegrum omnino sanare, saltem cura efficere ut leviorem morbum habeat, ut minus urgeatur doloribus, ut morbus inducias concedat, et nonnisi ex intervallis saeviat: denique ipsum, si penitus depellere non possit, saltem componere ac sopire laboret, ut quibusdam ceu latibulis abstrusus lateat.

P. 321, 1. *ἢ ὦν ἀπανδῆν ἐπὶ τοῖσδε*] Deesse aliquid suspicor; fortasse, *τοῦτο ὦν κρεῖσσον ἢ ἀπανδῆν.* Certe aliquid eiusmodi: id enim sententia postulat.

P. 321, 2. *προϊσχομένους ἄμφω τὸ ἀναλθες*] Post *ἄμφω* signetur virgula.

P. 321, 4. *στομάχου καὶ ἥπατος*] Hierae confectionem
288 ad melancholicos affectus, praecipuam censet; quod bilem stomacho et iocinori haerentem optime deducat. Cui sane subscribit Galenus *lib.* 8. *de compos. κατὰ τόπους* de Hierae facultate sic tradens: *εἰδέναι τοίνυν χρὴ τὰς [ἐπὶ] χυμοῖς μοχθηροῖς διαθέσεις, κατά τε γαστέρα καὶ τὸν στόμαχον, ὠφελουμένας μὲν διὰ τῶν τῆς ἀλόης φαρμάκων.* etc. ibidemque paulo ante scripserat de eodem medicamento: *διὸ καὶ τῶν χολωδῶν τῶν ἐν τῇ γαστρὶ διαθέσεων ἄριστόν ἐστι φάρμακον, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πολλάκις ἰάσασθαι στομαχικῶς ἐνοχλεῖσθαι πεπιστευμένους πολλούς.*

P. 321, 5. *καὶ χολῆς καθάρσιος ἄκος ἐόν*] Deest praepositio *διὰ*, sic enim legendum, *καὶ χολῆς διὰ καθάρσιος ἄκος ἐόν.*

P. 321, 12. *δύναμις μὲν γὰρ φύσιος ὑγείαν τίκτει*] Non ipsa medicamenta curationem melancholiae absolvunt, sed natura. Ideo, postquam idoneis remediis emotus e sua sede est morbus, ad ipsius corporis naturam cura conver-

tenda est: quae apto victu confirmanda est, donec vegetior facta, et suae sponlis, morbi reliquias facile expugnet. Congruit huic sententiae illa *Hippocratis*; *νούσων φύσιες ἰητροί*.

P. 321, 14. *πεφυκόσι θερμοῖσι ὕδασι ἐνδιαιτώμενος*] *πεφυκότα θερμὰ ὕδατα* appellat, aquas sponte calentes, ut thermarum; de quarum caloris causa disputant Philosophi: Nos dicere supersedemus, ne a nostro instituto longius discedamus.

P. 322, 3. *πολλῷ τῷ λίπαϊ δέχοντα*] Post haec verba asteriscus est: quo quaedam desiderari signo ostenditur.

P. 322, 5. *ξύν τινι γλυκέϊ θηραίῳ τῷ κρητί*] An *Theraeum Cretense* dictum, quod Cretenses eum importarent ad alias regiones e *Thera* insula una ex iis quae *Sporades* dicuntur in *Aegeo* Mari? Inter *Cyrenaeas* et *Cretam* insulam sitam esse testatur Strabo *lib.* 8. Quare hanc esse vicinam *Cretae* verisimile est, ut ob eam causam, vinum quod in ipsa proveniret, *Cretense* diceretur. Saltem virgula his interponenda est, ut *Theraeum* a *Cretico* distinctum intelligatur. De vino *Theraeo* et *Scybelite*, quae pro exemplo dulcium vinorum statuuntur a Galeno, vide *lib.* 12. *Method. lib.* 3. *de Alimentis*; *libellum de cibis boni et mali succi*, et *lib.* 5. *de sanit. tuen.* Idem *Therini* vini meminit, quod aliud a *Theraeo*.

Ibid. *καὶ σκυβελλίτῃ τῷ παμφύλλῳ*] Vini quidem *Scybelitae*, ut dixi, mentionem fecit *Galenus*: Pamphyllum vero aut *Pamphylium* idem appellari, neque apud eum, neque apud alios scriptores comperi.

P. 323, 6. *ὠῶν καὶ ψυχροτέρων καὶ θερμῶν*] De frigiditate, et caliditate quae actu est, intelligo.

P. 323, 9. *θηρίων*] Opponit *θηρία feras τοῖς πτηνοῖς*, hocque nomine intelligit ea animalia e quadrupedum genere, quae in sylvis immansuetam vitam agunt, quemadmodum lepores, capreas et damas, quas mox recenset.

P. 323, 10. *λαγωῶν, δορκάδων*] Nisi valde fallor, deest hic aliquid.

P. 323, 13. *καὶ πιόντα ἐξεμέειν*] Hanc rationem purgandi stomachi per vomitum tangit Iuvenalis.

— — de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.

P. 323, 17. *καὶ μέλι ἢ τῶδε ἡ ξύστασις*] Leve hic mendum; *τῶδε* pro *τῶνδε*.

Ad Caput VIII. περὶ θεραπείας φθίσιος. *De Curatione Ulcerum Pulmonis.*

Magnam hic esse lacunam patet ex Indice capitum, qui exstat initio huius primi Libri. Deest scilicet caput illud, quo tradebatur θεραπεία μανίης *curatio furoris;* tum sequens quo θεραπεία παραλύσεως, *curatio nervorum resolutionis.* Quae capita ex *Paulo Aegineta* supplevit *Henischius:* mihi alia mens est: nec placet licentia illa supplendi auctores mutilos, insitiis aliorum Scriptorum partibus; quae ut doctrina atque argumento congruant, attamen forma immane quantum discrepent: ut si quis mutilae statuae nasum aut brachium ex alia diversae omnino mensurae atque etiam materiae instauret. Caeterum frustra esse hanc diligentiam palam est, nihilo enim minus *Aretaeus* mutilus est; etiam si emblemata ex *Paulo* habeat: sicut mancus esse non desinit, qui brachium ferreum, aut crus ligneum sibi adalligandum curavit. Caeterum malim me *Aretaeum* habere simpliciter mutilum, quam mutilum simul et deformem, monstrosumque. Dicet aliquis pro *Henischio* et aliis supplementorum auctoribus, hos studiosis gratum fecisse hac repraesentatione rerum, quas discere cupiant; quasi vero non cuivis aeque proclive promptumque sit sumere volumen *Pauli Aeginetae*, aut *Aetii,* aut alterius scriptoris, et ea quae hic desiderantur per se accipere.

P. 323, 11. ὅκως ἐν νηῒ καὶ γαλήνῃ] Haec pendent ex aliis, quae initio huius capitis docuerat de utilitate navigationis ad phthisim curandam: de qua et Plinius *lib.* 28. *cap.* 4. *Equitatio stomacho, et coxis utilissima: phthisi navigatio.* Item *lib.* 31. *cap.* 6. ubi de utilitate maris: *praeterea est alius usus multiplex, principalis vero navi-*
289 *gandi phthisi affectis, ut diximus, aut sanguinem egerentibus: sicut proxime Anneum Gallionem fecisse post Consulatum meminimus. Neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi.*

P. 323, 13. καὶ γάρ τι ξηρὸν ἐς τὰ ἕλκεα ξυνδίδωσι ἅλμη] Causam declarat, quamobrem navigatio conferat phthisicis; haec nempe est siccitas, quam marinus halitus salsugine, qua pollet, iis inducit: haec autem in ulceribus praecipue expetenda: si quidem sanatio ulceris, auctore *Hippocrate*, ipsa est exsiccatio. Eadem de causa tabe laborantes *Stabias* mittebat *Galenus;* quod is locus et inclinatione ad meridiem, et vicinia maris, ac *Vesuvii* montis, ignem vomentis, aërem haberet sicciorem. Cuius tractus

descriptionem accuratam apud eumdem videre est *lib.* 5. *method. med.*

P. 323, 15. *ἐπὶ τῇσι τρίψεσι ἐξεχὲς καταιονούμενον ἀπ᾽ ὀλίγου ἐκ προσαγωγῆς*] Corruptus insigniter locus; quod et asteriscus in editione *Turnebiana* indicat. De lacte hic agi, sequentia ostendunt: *ἀπ᾽ ὀλίγου ἐκ προσαγωγῆς, ἐς κοτύλας πέντε ἢ ἕξ, ἢ πολλόν τι πλεῖον· ἢν δὲ μὴ, ὁκόσον τις δύνηται· πολλάκι δὲ τοῦτο μοῦνον ἀντὶ πάσης τροφῆς ἤρκεσε.* Quae quis ad lactis administrationem summe phthisicis commendatam pertinere non videt? Sed et mox, quasi consilii sui rationem reddens addit: *γάλα δὲ ἡδὺ μὲν προσάρασθαι, πιεῖν δὲ ῥήϊστον*, et quae sequuntur. Quare sic censeo legendum esse; *ἐξεχὲς γάλα πινόμενον ἀπ᾽ ὀλίγου. praestantissimum est lac potum.* etc. causa mendi, quod duae dictiones, *γάλα πινόμενον,* in unam coaluerant, quarumdam literarum interpolatione: unde homines parum perspicaces, *καταιονούμενον* vaticinati sunt, praecedentis dictionis *τρίψεσι* argumento: qui enim scirent post frictiones adhiberi interdum perfusiones, quas *καταιονήσεις Graeci* vocant; hic etiam eas praescribi falso existimarunt. Mutanda insuper interpunctio est, puncto post vocem *τρίψεσι* notato; delendum et comma, quod *λιπαϊ* perperam appositum.

P. 323, 18. *γάλα δὲ ἡδὺ*] Lactis dotes exponit, quod nimirum gustui iucundum sit propter dulcedinem, et ita libentius sumatur; haustu facillimum, ob substantiam liquidam; tum autem quod firmum alimentum praebeat, ob partem caseosam quam continet, iam inde ab ineunte aetate nobis familiarissimum: cui accedit candoris gratia oculos alliciens. Praeterea facultas ad arteriam leniendam, et vias pulmonis laxandas; quod pituitae expectoratione facilem respirationem efficiat: alvum humida et leni substantia lubricet; ulceribus denique detergendis et siccandis remedium sit blandum, omniumque benignissimum. De lactis facultate non pauca Galenus *lib.* 3. *de vi alim.* et *lib.* 5. *de valetud. tuenda.* Idemque *libro* 5. *Method. med.* lac *stabianum* imprimis ad ulcera pulmonum et phthoën commendat, quod illic praeter situm et conditionem loci, (nam ibi collis assurgit,) herbae siccandi vim habentes proveniunt, agrostis, lotus, polygonum, melissophyllum, et frutices earumdem virium, quibus pastae pecudes, lac conficiant ulceribus siccandis opportunum. Hunc igitur esse montem, quem Cassiodorus *lib.* 11. *Variar. cap.* 10. lactarium montem appellat, si quis contendat, non a scopo aberrat, meo quidem iudicio: cum ibi de phthisico ad eum

montem mittendo; Medicinae causa, agatur: et quae loci conditio, armentorumque ibi pascentium lacte notantur, apprime *Stabiano* congruant. Haec autem eius verba fidem facient: *Huic ferocissimae passioni beneficium montis illius divina tribuerunt: ubi aëris salubritas cum pinguis arvi foecunditate consentiens, herbas producit dulcissima qualitate conditas: quarum pastu vaccarum turba saginata lac tanta salubritate conficit, ut quibus Medicorum tot consilia nesciunt prodesse, solus videatur potus ille praestare: reddens pristino ordini resolutam passionibus vim naturae. Replet membra vacuata, vires effoetas instaurat, et fomento quodam reparabili aegris ita subvenit, quemadmodum somnus labore fatigatis.*

P. 324, 8. *καὶ γὰρ ἀνθρώπων τῶν γαλακτοφάγων*] Eos, qui propter ulcera pulmonum lac potant, nullo alio cibo debere uti, docet, exemplo earum nationum, quae solo lacte victitant. Mysos autem intelligit *Thraciam* habitantes in *Ponto*, quos Homerus *Iliad. ν.* *ἱππομόλγους* et *γαλακτοφάγους* appellat:

— — *αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ*
Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν
Μυσῶν τε ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαύων ἱππομόλγων.

Horum et meminerat *Hesiodus* in Opere inscripto *γῆς περίοδος*, scribens, *Phineam* ab Harpyis in galactophagorum terram delatum fuisse, ut refert Strabo *libro* 7. Quos tamen non solo lacte, ut *Aretaeus* censet, sed et carnibus tum equinis, tum aliis vesci idem *Strabo* testatur: *οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ γεωργοὶ ἐκαλοῦντ' ἰδίως· διὰ τὸ τοὺς ὑπερκειμένους νομάδας εἶναι, τρεφομένους κρέασιν, ἄλλοισι καὶ ἱππέοις, ἱππείῳ τε τυρῷ καὶ γάλακτι, καὶ ὀξυγάλακτι. τοῦτο δὲ καὶ ὄψημά ἐστιν αὐτοῖς κατασκευασθέν πως, διόπερ ὁ Ποιητὴς ἅπαντας εἴρηκε τοὺς ταύτῃ γαλακτοφάγους·* non solo igitur lacte alebantur isti, etiamsi frumento, ut *Aretaeus* notat, non uterentur: sed quod plurimum lacte uterentur, ita appellatos putandum est: posse tamen in victum lac sufficere; immo et debere, *Salomon* ille Regum sapientissimus, si literam spectemus, admonere videtur, *Proverb. cap.* 27. ita scribens: *sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuae, et ad victum ancillis tuis.* Certe quod ad
290 phthisi laborantes attinet, his sufficere in cibum existimat Coelius *lib.* 2. *tard. pas. cap.* 14. *Quamquam* (inquit) *sit in quibusdam hoc solum cibo sufficiens.* etc.

P. 324, 10. *ἄριστον δὲ ξὺν γάλακτι καὶ πολτοὶ καὶ ἴτρια*] Apparet ex his verbis *Aretaeum*, non mero et sim-

plici lacte ali velle phthisicos, sed iis etiam eduliis omnibus, quae ex lacte parantur; quale fuit illud quod *ἀργυροτρόφημα* appellabant, celebratum a Galeno in *libro περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας*, *cap.* 16. quare minus ad rem videtur, quod in exemplum attulit Galactophagos non vesci frumento.

P. 325, 2. *ἢν καὶ ὡς πτισάνη μιγματώδης*] Scribe *σμηγματώδης*.

P. 325, 3. *κύαμος καθαίρει ἕλκεα*] Ob eam vim detergendi qua pollent, idcirco Avicenna *libro* 2. *tract.* 2. *cap.* 244. bonas esse pectori et sputo sanguinis testatur; quod et Galenus docuit *lib.* 7. *de simpl. fac.*

P. 325, 6. *ὠὰ δὲ ἐκ πυρὸς μὲν ὑδρέα θερμὰ*] Scribe *ὑδαρέα aquosa*, vel *ὑγρὰ*, humida, nempe quae cocta quidem, sed ita ut sint adhuc liquida, qualia quae una voce *ῥοφητὰ*, *sorbilia* dicuntur. Reliqua huius capitis desiderantur, et quatuor sequentia, quae Index initio Libri promittit; nempe *θεραπεία ἐμπυϊκῶν· θεραπεία τῶν ἐς τὸν πνεύμονα ἀποστάσιων· θεραπεία ἄσθματος· θεραπεία πνευμωδῶν* quae damna magis promptum est queri, quam instaurare, quod nonnisi ex manuscripto quopiam integriore, (qualis nondum repertus) codice sperari potest. At ubinam est liber ille, fato nostrum incolumis servatus in aevum, cui soli vetustas pepercit?

Ad Caput XIII. *περὶ θεραπείας ἥπατος.* *De Curatione Iecoris etc.*

Et hoc caput initio et fine mutilum. Multa de iocinoris inflammationibus ibi ab eo explicata fuisse haud dubium, tum et de consequente abscessu atque ulcere, quod quidem posterius exstat, initio huius fragmenti. Censet igitur, ulcus si quod in hepate oriatur, perniciosum esse. Quod nemini non statim fit manifestum, ob partis huius necessitatem atque dignitatem, nec non curandi difficultatem: de qua re supra a nobis dictum est in ea parte, quae de causis et signis agit. Proximum periculum addit, si pus per stomachum sursum erumpat, quod ea spurcitia stomachus, qui alimenti dux, offendatur vehementer; adeo ut neque alimenta, neque Medicamenta amplius admittere valeat.

P. 326, 3. *ἢ περιπλύσιος*] Lege *περίπλυσις*. mendum hinc natum, quod coaluerat haec dictio cum sequenti *ὁκοίῃ*, sic *περιπλυσιοκοίῃ*.

P. 326, 5. *καὶ χολοβάψια*] Scribe *χολοβαφέα*.

P. 326, 9. *ἢν δὲ τὸ πύον βιαιότερον εὕρῃ*] Scribe *ῥεύσῃ*.

P. 326, 14. *καὶ χυλῷ τῆς ἀψίνθου*] Notanda vocis flexio, *ἡ ἄψινθος*, pro *τὸ ἀψίνθιον*.

P. 326, 17. *διδόναι καὶ ὄνου γάλα λεῖον*] Lac asininum multis nominibus commendat; quod aequabile sit, quod bilem non generet, quod bene nutriat, quod in caseum non concrescat: quibus haud absimilia de eodem lacte profert Galenus *lib.* 7. *method.* *λεπτότατον γὰρ ὑπάρχει, ἥκιστά τε τυροῦται, καὶ τάχιστα διαδίδοται πανταχόσε.* Quae dotes ipsi conveniunt, quia multum seri continet.

P. 327, 3. *ἔσται γὰρ διέξοδος ναυτιῶδεϊ καὶ ἀτέρπεϊ ὑγρῷ*] Interpres subaudit vocem, *στόμαχος*, hoc sensu; cibos gratos licet paulo deteriores, ob eam causam permitti debere, quia stomachus ipse humorem seu alimentum ingratum et nauseam movens transmittat: ceu innuat cavendum esse, ne ad eam molestiam, quam stomachus a puris transitu accepit, ingrati cibi fastidium accedat.

P. 327, 4. *μετεξετέρους γὰρ ἡ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι*] Ex superiori sententia aliquid hic deesse coniicio, scilicet negationem cum adverbio *ἧσσον*, quae si restituantur, lectio haec fiet haud absurda: *μετεξετέρους γὰρ οὐχ ἧσσον ἢ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι.* Quosdam enim haec scilicet cibi insuavis traiectio non minus ac puris transitus male habuit: fortasse et particula *ἂν* addenda, quae verbo *βλάψαι* respondeat: haec mea coniectura est, ut puto, a veritate non abhorrens.

Ibid. *μή πώ τι καὶ ἀπόσιτοι ἔσονται*] Initium hoc periodi, ideoque haec, *μή πω*, a praecedentibus puncto separanda sunt.

P. 327, 5. *κἤν τε λάβωσι εὐηγέες*] Scribe *εὐηγὲς* Ionice pro *εὐαγές*. *Suidas* *εὐαγὲς* exponit *ἁγνὸν, καθαρόν.*

P. 327, 12. *καὶ τὸ διὰ τῶν φυσαλλίδων ἄριστον*] Medicamentum intelligit ex *solano halicacabo*, seu, ut officinae vocant, *alkekengi* confectum. Nam et *φυσαλὶς*, ea *solani* species Graecis dicitur, teste Dioscoride *lib.* 4. *ἔστι δὲ καὶ στρύχνον, ὃ ἰδίως ἁλικάκαβον καλοῦσιν· οἱ δὲ φυσαλίδα.* Ratio nominis est, quod semen habeat in folliculis orbiculatis vesicularum figura: vis autem ei urinas potenter ducendi.

Ad Caput XIV. περὶ θεραπείας σπληνός. De Curatione Lienis. 291

P. 328, 7. τὸν ἰητρὸν τὸν σκίῤῥον ἴῆσθαι· χρὴ ὧν ἀποτρέπειν] Cum ex mala interpunctione laborat hic locus, tum alio etiam mendo: nam pro ὧν legendum ὧδε. Ita ergo distinguenda haec sunt a praecedentibus, affixo puncto ante τὸν ἰητρὸν, tum illud punctum, quod verbo ἴῆσθαι, adiacet, curandum ut post ὧδε signetur, quod facto recte ita legetur: τὸν ἰητρὸν τὸν σκίῤῥον ἴῆσθαι χρὴ ὧδε. *Medicum in hunc modum subvenire oportet:* occurrere *scirrhis* dum adhuc fiunt, ipsosque dissolvere de novo incipientes.

P. 328, 8. ἐνίστασθαι δὲ τῇσι φλεγμονῇσι, ἤνπερ οἱ σκίῤῥοι διάδοχον ἐς τὴν διαπνοὴν ἄγωνται τὴν ἀπόστασιν] Depravatissimus locus, cui haud scio quam Medicinam faciam: enitar nihilominus, ut in aliis: mihi legendum videtur: ὧνπερ (supple φλεγμονῶν) οἱ σκίῤῥοι διάδοχοι, ἢν ἐς τὴν διαπνοὴν ἄγωνται τὴν ἀπόστασιν. *Quarum scirrhi haeredes sunt, vel quibus scirrhi succedunt; si abscessum ad difflationem adduxerunt.* ἄγωνται deponens, pro ἄγωσι, ut apud *Xenophontem* 2. παιδ. κατανοήσας γὰρ τὸν ταξίαρχον σύνδειπνον ἀγόμενος ἄνδρα ὑπέρδασυν.

EX LIBRO II.

THERAPEUTICON.

ΧΡΟΝΙΩΝ ΠΑΘΩΝ.

Ad Caput II. περὶ θεραπείας διαβήτου. De Curatione urinae profluvii.

P. 329, 1. Ὕδρωπος ἰδέῃ τοῦ διαβητέω πάθος] Aetius *Tetrabibl.* 3. *Serm.* 3. in morbi huius curatione auctorem nostrum citat, his verbis: *Optima vero* (inquit *Aretaeus*) *est in dolio facta evaporatio ad exsudandum, eo modo ut caput extra dolium promineat: frigidumque aërem attrahat, reliquum vero corpus calefiat.* Quod re-

medium, quia in praesenti capite non habemus, infert *Henischius* non esse hoc caput ab *Aretaeo* conscriptum, sed spurium; quemadmodum alia, quae in solo codice regio inveniuntur: sed missa hac critica, quae hic sunt, pergamus recensere. Diabetem hydropis speciem quandam non immerito censet, quando utriusque idem est symptoma, scilicet serosi humoris perennis generatio: hoc solo discrimine, quod is humor in hydrope exitum non habet. In diabete autem a renibus continenter tractus et transcolatus extra profunditur: quam horum morborum cognationem ii probe perspexerunt, qui *διαβήτην ὑδερὸν εἰς ἀμίδα*, hoc est, *hydropem ad matulam* cognominaverunt, teste Galeno, *lib.* 5. *de locis aff.*

P. 329, 2. *ἀσκίτῃ μὲν γὰρ δοχεῖον τὸ περιτόναιον*] Partem, in qua aquae hydropicorum concipiuntur, ait esse peritonaeum; membranam scilicet illam, quae ab officio *περιτόναιος* dicta est: quod omnes abdomine contentas partes involvat, iisque circumtendatur. Compertum enim experientia est, ex cadaverum hydropicorum inspectione, fluctuare eam eluviem inter intestina, et praedictam membranam. Idque omnes Medici attestantur praeter quosdam Arabes, qui aquis illis locum assignant inter *mirach* et *siphach*, hoc est, *abdomen* et *peritonaeum*. Qui vel ipsorum principis *Avicennae* testimonio confutari possunt, ita pronuntiantis *lib.* 3. *fen.* 14. *tract.* 4. *Et plurimum stationis eius non est, nisi inter Zirbum et inter Siphach intrinsecum.* Nam *Zirbus* Mauritanis *ἐπίπλοον* est Graecorum, membrana scilicet intestinis superiori parte innatans, quam Anatomici Latine *omentum* appellant. *Siphac* autem Arabibus idem sonat, quod Graecis *περιτόναιος χιτὼν*, vel neutrum *περιτόναιον*, supple *σκέπασμα*. Quo significat *Avicenna*, locum aquae humiditatis in ascite esse sub peritonaeo: si quidem inter omentum, quod intestinis superioribus obtensum et peritonaeum: si quidem utrumque istud integumentum subtus atque intra abdomen esse constat. Nec tamen negandum, quin ii rem ita se habere, ut scripserunt, in quibusdam corporibus deprehenderint: cum id visum aliquando fuisse in sectione cadaveris hydropicae, nempe aquas inter peritonaeum et abdomen conclusas, Ioannes Acholzius *in consil.* 339. memoriae prodiderit.

P. 330, 1. *ἤδε τοῖσι ὑδεριῶσι ἡ ὁδὸς ἐπιγίγνεται*] His verbis innuit hydropem ascitem ex prava renum diathesi serosum non expurgantium humorem saepius contingere: licet ex consensu iecoris, cuius pravis affectionibus com-

municant, ut docte explicat Marcellus Donatus *lib.* 4. *histor. Medicae cap.* 21. quod et Avenzoar testatur *in Theizir lib.* 1. *tract.* 13. *cap.* 1. ita scribens: *si quidem ascites generatur, quando non possunt renes attrahere aquositatem, quae generatur in hepate cum sanguine, qui consuevit descendere ad renes per vias urinae: quia cum remanet in hepate cum sanguine, repudiatur a membris: unde sanguis ille aquosus ab ipsis membris expellitur ad ventris concavitatem: et inde fit Ascites. Nota tamen, quod si hic error fuerit principaliter ab errore et debilitate hepatis, non potentis sequestrare purum ab impuro,* 292
et specialiter aquositatem dictam, fit primo hydropisis, quae dicitur hyposarca: et secunda scilicet ascites a debilitate renum habet provenire. Hactenus *Avenzoar*, cuius opinionem confirmat distinctio quaedam apud Aurelianum *lib.* 3. *tard. pas. cap.* 8. Item dicunt *hyderon* ex renibus generari; hydropen vero ex duritate iecoris. Extat Sylvii Lanceani *Tractatus de Hydrope*, in quo ostendit eum non semper fieri ab hepate. Ex quibus verbis apparet, eum sentire ascitem proprie esse symptoma imbecillitatis renum; idque experientia confirmari potest, qua constat parum hydropicos urinae reddere; et quod nunquam observatum sit, aquosum hydropem urinae fluxu persanatum fuisse, ut *citato loco* ait *Marcellus Donatus;* quod si verum est, licebit provocare ab *Aretaeo* ad disciplinarum Magistram experientiam; cum hic contra aliorum observationes sciscat, hydropem, cum ad salutem vertitur, urinae profluvio sanari.

P. 330, 3. *καὶ μὴ τοῦ ἄχθεος ἐλαφρίῃ μοῦνον*] Egregia sententia et Medicis ante oculos semper habenda, non solis symptomatis, quorum pondere urgetur Natura, occurrendum esse; sed imprimis ad causam, quae morbum efficit, spectandum esse. Illud enim circulatoris est et imperiti; hoc scientis Medici, et officio suo bona fide fungentis.

P. 330, 6. *τὸ δὲ γὰρ ἐν τῷ εἴδει ἀλγέων πάντων μέζον*] Sitim in genere esse doloris manifestum est: quem dolorem vehemens stomachi exsiccatio excitat: nulla est enim qualitas, quae si modum multum excedat, negotium et molestiam naturae non facessat. Is autem dolor, quem sitim dicimus, licet non sit valde acutus, ut multi alii, haud scio tamen an ullus sit magis intolerabilis: quod ex quibusdam hydropicis patet, quos sitis impatientia urinam suam bibisse ac malagmata etiam devorasse memoriae proditum est: cuius exemplum habemus apud *Cornelium Cel-*

sum cuiusdam ex Amicis Regis *Antigoni*, qui, potu omni, quo sitim levaret, adempto, malagmata sua devorando, bibendoque suam urinam, in exitium se praecipitavit. vide *lib.* 3. *cap.* 21.

P. 330, 16. *καὶ νάρδῳ τῷ μύρῳ*] Observa hanc locutionem *νάρδον μύρον*, pro *νάρδινον*.

P. 331, 4. *ἀκρητέστεροι μᾶλλον*] Interpres videtur legisse *εὐκρητέστεροι*, vertit enim *bene diluta;* supple vina: sed nihil mutandum. Vinum enim adstringens, licet meracius detur ad sitim medendam, non est inutile; sed iuvat non parum, dum stomachum adstrictione sua roborat, et calore humores falsos ventriculo infixos potentius discutit atque abstergit.

P. 331, 6. *ψύχων μεταβολῇ τε καὶ εὐκρασίῃ*] Deest aliquid, nempe *χρήσιμος* vel *ὀνήϊστος*.

P. 331, 8. *ἡ διὰ τῆς θηρίων*] Supple *ἀντίδοτος*, *ἡ διὰ τῶν ὀπωρέων· φάρμακον διὰ τῶν ὀπωρέων*, id ipsum est quod Plinius Oporicen vocat, quod ex fructibus vino decoctis conficeretur. Ita enim de eo tradit *lib.* 24. *cap.* 14. *Unum etiamnum arborum Medicinis debetur nobile Medicamentum, quod Oporicen vocant: fit ad dysentericos stomachique vitia, in congio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis*, etc. Eiusdem meminit et Galenus *lib.* 8. *τῶν κατὰ τόπους*. ex Asclepiade; idque Medicamentum *δι' ὀπώρων* appellat: apud Al. Trall. *lib.* 9. *cap.* 1 *τὸ διὰ τῶν ὀπώρων σύνθετον βοήθημα*.

Ad Caput III. *περὶ θεραπείας λιθιάσεως* etc. *De Curatione calculorum* etc.

P. 331, 17. *οἶσι ὅγε παρηγορήσεται*] Mallem in numero plurali, *ἅγε*.

Ibid. *λίθων μὲν ὦν εὐφυῆ γέννᾳν ἐς ἄγονον τρέψαι ἀδύνατον*] Huius rei causam reddit Fernelius *lib.* 6. *de partium morbis et Symptomatis cap.* 12. ubi de renum calculo agit, quam ipsius verbis placet adscribere: *efficientem causam omnes quidem profitentur immoderatum esse renum calorem; qui humores perurens, siccans et obdurans cogit in lapidem.* At certe alia statuenda causa efficacior, longeque frequentior renum arenosa calculosaque constitutio, quam quisquis ab origine contraxit, vix ulla ratione calculi tormenta effugere possit: quandoquidem hoc vitium omnium maxime hereditarium censetur: quin non paucis pariter cum renibus calculus procreatur.

P. 332, 1. *ῥήϊτερον μὲν γὰρ μήτρην ἄτοκον θέμεναι*] Festive renum habilitatem ad calculos gignendos cum matricis foecunditate comparat; aitque facilius esse uterum inhibere ne concipiat et pariat, quam renes calculosos a calculorum generatione.

P. 332, 2. *ἐς διέξοδον ὅκως ἀρήγειν χρή*] Hic mendum est in voce *ὅκως*, pro qua lege *ὅμως*, *tamen*, nihilominus.

P. 332, 3. *ἢν ὦν ἐν ἕδρῃ ἵζωσι*] Interpres videtur legisse, *ἐν ἄκρῃ*. *Si* (inquit) *summam sedem occupant.*

P. 332, 9. *ἀνιᾶσι τῶν λίθων τὰς σφύξιας*] Lege *τὰς σφίγξιας* *adstrictiones*, ut recte interpres vertit: *ἀνιᾶσι* autem et pro *ἀνιέασι* a verbo *ἵημι mitto*, et per contractionem *ἀνιᾶσι*, qua contractione usus est Hippocrates, *lib. de excisione partus: ἔνιαι δὲ καὶ τὰ λόχια πρὸ τοῦ ἐμβρύου ἀφιᾶσιν.* Id propterea visum est animadvertere, quia viri eruditi, qui nobis institutiones Graecae linguae composuerunt, eius contractionis non meminerunt.

P. 332, 11. *ψῆας*] Scribe *ψύας*. *ψύαι* et *ψόαι* pro- 293
miscue usurpant Graeci.

P. 332, 13. *τοῖσδε χρὴ ὅκως ὕδωρ καταιονεῖν*] Videntur haec mutila et corrupta, sed eadem emendare non certe promptum est. Interpres vertit *ubi aquae incocta sint;* quod sane sententiae huius loci congruit: sed quemadmodum id ex hoc contextu fiat, non ita perspici facile potest. Fortasse tamen non male ita mutilum hunc locum supplebimus: *τοῖσδε χρή, ὅκου ἐς ὕδωρ ἐμβάλλῃς, καταιονεῖν.* Nam ex *ὅκου* atque *ἐς*, coniunctis duabus his dictionibus *ὅκως* factum verisimile est: verbum autem *ἐμβάλλῃς* excidisse non minus verisimile; praesertim cum id sententia atque ipsa scriptura postulare videatur.

P. 332, 14. *σμικρὸν γὰρ αἱ χρήσιες*] Et hic quidpiam deesse quis non videt? *ὠφελέουσι* certe, aut quid simile.

P. 333, 1. *ἔλυσε καὶ σικύη κούφη*] Cucurbitula ad deturbandum e renibus calculum valet communi ratione, qua humores ad superficiem cutis attrahit; fuga scilicet vacui humoribus succedentibus ad locum, unde humor decessit tractus ab instrumento: in qua successione calculi si exsistant, e priori sede necessario movebuntur.

P. 333, 5. *ἀλέῃ μὲν χαλᾷ· πῆ δὲ ἐκγλισχαίνει*] Corruptum est illud *πῆ* priore syllaba amissa: lege *λίπη* *pinguitudo*, pro *λίπα* mutato *α* in *η* *ἰωνικῶς*, nomen est indeclinabile, et olei epithetum passim apud *Homerum* *λίπ' ἐλαίῳ.* Hic vires olei *anthemidis* traduntur, quod

scilicet calore blando laxet, pinguitudine lentorem afferat, acrimonia autem ad expulsionem excitat.

P. 333, 8. *βοτάνας δὲ, τὴν πριονίτην*] Supra de nomine huius herbae diximus, et *πριονίτιδα* in accusandi casu dici ostendimus, cum sit generis feminini. Nunc de ipsa herba dicendum; quae scilicet hoc nomine intelligi debeat: sunt enim qui ambigant. Caeterum, removet dubitationem *Antonius Musa*, qui sub *Augusto* floruit: *betonicam* ita appellari a *Graecis* testatur in libello *de Vetonica*, qui et a Latinis eamdem serratam dici ibidem refert. Ratio nominis sumpta a forma foliorum, quae in ambitu dentes instar serrae habent. At Nicander in *theriacis*, herbam *ὀνόγυρον* appellavit *ἔμπριον*, eiusdem significationis vocabulo, quia sit *ἀκανθώδης καὶ τραχὺς, spinosa et aspera:* ita enim exponit Scholiastes.

P. 333, 12. *ἀπουλώσει σίνηπι, καὶ ἐκ πυρὸς ἰσχάραι*] Insignis hic lacuna est in omnibus MSS. et excusis codicibus; quae causa est, cur minus liquido appareat, quid his verbis velit *Aretaeus*. Attamen coniicere licet, eum proxime ante posuisse remedia, quibus utendum esset, si renum inflammatio ad abscessum deducta esset: in hisque *ferri* mentionem fecisse, quod cuti, sub qua abscessus foret, imprimeretur: tum Medicamenta tergendo ulceri idonea docuisse; demum quibus Cicatrix induceretur, quorum in numero Sinapi et crustas ab igne hic recenset, propter vehementem eorum exsiccationem: sed haec tam obscura satius est in medio relinquere. De sectione abscessus renalis vide Hippocratem *in lib. de internis morbis*.

P. 333, 13. *καὶ πλοῦς καὶ ἡ ἐν θαλάσσῃ βιοτή*] Laudat navigationem in victu calculosorum, quod mollis illa navigii motio arenulas et calculos sensim ad exitum propellere valeat.

Ad Caput V. *περὶ θεραπείας γονοῤῥοίης.* *De Curatione Profluvii Seminis.*

P. 334, 2. *πάντων κακῶν οὖσαν αἰτίην*] Omnium malorum causam statuit fluxum seminis involuntarium', quod inhonestus sit, quod periculosus, quod denique foecunditatem, qua genus perpetuatur, adimat. Cuius dicti haec ratio est, quod praecipuum et proprium hominis bonum est honestas; alterum vita, quae ipsi cum stirpibus et animantibus communis; tertium generis propagatio per ge-

nerationem, commune item mortalitatis solatium: quare id, quo iis omnibus bonis privamur, omnium malorum causa merito dici potest.

P. 334, 7. ἔριον μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ὄϊος ξὺν τοῖς λύμασι] Quam profusi sint verborum et laxi *Iones*, ex hoc loco clare perspici potest. Quot verba posuit, cum una voce οἰσύπῃ dicere posset? observanda etiam locutio elliptica: στύψεσι μὲν ὧν ἔριον, supple χρήσιμον, καίριον.

P. 334, 11. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ῥυτὴ] ῥυτὴν *rutam* herbam appellat, quam vetustiores Graeci πήγανον.

P. 334, 13. καὶ νίτρον] Lege, νίτρου, ut referatur ad verbum supra positum χρέο.

P. 334, 16. τὸ χλωρὸν ἐπίπλασμα] Viridis emplastri varias compositiones recenset Galenus *lib. 2. de composit. medic.* κατὰ γένη, quem vide. Facultas eius est exsiccare, et tergere.

Ad Caput VI. περὶ θεραπείας στομαχικῶν. 294
De Curatione Laborantium stomachi vitio.

P. 335, 17. εὔογκον σάρκας ποιῆσαι] Phrasis per synecdochen, quae *Ionibus* et Poëtis familiaris.

P. 336, 1. αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες] Sententia est Hippocratis in *sexto epidem. sect.* 4. ut supra indicavimus.

P. 336, 7. κατὰ τοῦ στέρνου ἐς στύψιν ἐπίθημα] Interpres haud recte: *pectori ad adstringendum imposita:* non enim haec *Aretaei* mens, ut Medicamenta stomachica pectori aut sterno applicentur, (quod plane esset absurdum; non enim ibi stomachus;) sed ut infra sternum ponantur: quo in loco situm est superius ventriculi os. Fefellit eum usus praepositionis κατὰ, quae cum genitivo aliquando significat *in*, aliquando etiam *infra*, ut in illo Aristophanis κατὰ γῆς ἀποπέμπω: posset legi κάτω τοῦ στομάχου.

Ad Caput VII. περὶ θεραπείας κοιλιακῶν.
De Curatione Ventriculo laborantium.

P. 336, 14. ἢν τῶν σιτίων ἀκρισίης ἡ κοιλίη ἔῃ] Scribe ἀκρατὴς, ut est ad oram paginae in Editione *Henischii.* Caeterum κοιλιακοὺς *ventriculosos* interpretatur *Coelius Aurelianus* aptissime.

P. 336, 17. *ψύχεϊ μὲν ἐμφύτῳ τῷ τῆς ἐς πέψιν θερμασίης*] Haec esse mendosa, quis dubitet? non enim frigus coctionem laedens, quod coeliaci affectus causam statuit, *ἔμφυτον*, id est, *innatum* dici potest. Quippe quod innatum, secundum naturam est: quod autem coeliacos facit, praeter naturam: sed neque *ψῦχος θερμασίης*, *frigus caliditatis* recte dicatur: quare sine dubitatione legendum est, *ψύξεϊ μὲν τῇ τῆς ἐμφύτου ἐς πέψιν θερμότητος.*

P. 337, 16. *καὶ τὸ μάλαγμα ἐπίκλησιν χλωρόν*] Huius malagmatis nullam fecit mentionem *Galenus* in descriptione malagmatum, quae collegit *lib.* 7. *de compos. med. κατὰ γένη.*

P. 337, 17. *καὶ τοὐμὸν τὸ μυστήριον*] Ita veteres Medici sua Medicamenta, quae sibi ipsi componebant, et propria esse volebant, cognominabant: velut ex *Galeno* etiam colligi potest, qui *lib.* 2. *de composit. medic. κατὰ τόπους* de quadam compositione verba faciens: *τοῦτο* (inquit) *ἀπὸ ῥουστίκου ὡς μυστήριον ἐλάβομεν.*

P. 338, 11. *τὸ διὰ τῶν ἐχιδνῶν πηκτικώτατον* (*πηπτικώτατον*)] Cubat sine dubio mendum in voce hac *πηκτικώτατον*, id est, *summopere coagmentativum*, ut vertit interpres: quod Theriacae minime convenit, quae calidissimis constat Medicamentis. Scribe igitur *πεπτικώτατον*, *maxime concoquens:* de iis enim agit Medicamentis, quae concoctionem promovent. Nisi quis malit *σηπτικώτατον*, quod veterum lingua idem significat.

P. 338, 13. *ἢν δὲ ἐγκρύψῃς ταῖσδε*] Rationem parandi *veratri albi* facilem et priscis usitatam edocet, quae est eiusmodi: veratri radix raphano seu radici inseritur, atque includitur, spatio unius noctis: post raphanus veratri facultate imbutus solus propinatur. Recens hoc fuisse inventum tempore *Plinii*, testatur ipse *lib.* 25. *cap.* 5. *Nuper* (inquit) *invenere dissectis raphanis inserere elleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare.* Cuius praeparationis alicubi *Galenus* fecit mentionem.

P. 338, 18. *ἢ μυῤῥίναισι*] Leve hic mendum. Scribe *μυῤῥίνῃσι.*

P. 339, 1. *ἔχει γὰρ ἡ διαπνοὴ καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοιόνδε φάρμακον πεπτήριον*] Neque rectum hoc *τοιόνδε.* Pro quo lege in genit. plurali, *τοιῶνδε*: refertur ad illa *δάφνῃσι, ἢ μυῤῥίνῃσι* etc. Insignis hic locus de salubri hortorum suaveolentium aura ab herbis et virgultis medicam vim habentibus, quales commemorat Myrtos, Lauros,

Thymum: de quibus est illud *Maronis* in Poëmate elegantissimo *Ciris*:

Cecropius suaves exspirans hortulus hortos
et Romanae fidicen Lyrae.
— — *tum violaria et*
Myrtus, et omnis copia narium
Spargent olivetis odorem
Fertilibus Domino priori.

Alia ratio, immo longe diversa hortorum meritoriorum: in quibus frugiferae arbores multae, et magna olerum copia educatur, fimetis undique per pulvillos digestis, variisque aquarum incilibus passim discurrentibus: quorum hortorum aëri, cum multis herbarum atque aquarum vaporibus inquinetur, parumque ob frequentiam arborum diffletur, vix salubritas constare potest, si praesertim brassica, careo et buxo abundent: quemadmodum *Galenus* ex quorumdam *Hippocratis* Interpretum sententia, quam ipse probat, refert *com. ad lib. 3. epidem.* eius verba ut in re insigni adscribere placet: *τρίτον ἐπὶ τούτοις, ὅτι πολλὴν ἀφθονίαν ἔχοντες λόγων εἰς τὸ διαβάλλειν τὸν ἐπὶ τοῖς κήποις ἀέρα. τοῦτο μὲν ὅλον τὸ μέρος ἐξέλιπον· ἐξε-* 295
τράποντο δ' ἐπὶ τὰ λάχανα, δυνάμενοι καὶ τῶν ὀχετῶν μνημονεύειν, ὡς τὰ πολλὰ τοὺς ἀποπάτους ἐκκαθαιρόντων εἰς τοὺς κήπους, ἅπασάν τε τὴν τοιαύτην δυσωδίαν, ἔτι τε τὴν ἀπὸ τῶν λαχάνων, καὶ δένδρων, καὶ θάμνων ἀναθυμίασιν, ὥσπερ ἀπό τε κράμβης καὶ κάρεως καὶ πύξου· φανερῶς γὰρ ὁ πέριξ ἀὴρ μοχθηρὸς ἀπὸ τῆς τούτων ὁμιλίας γίνεται. Ubi notandus obiter mos derivandi in hortos cloacas et ductus subterraneos urbium purgamenta, quae laetaminis loco plantis darentur.

P. 339, 2. *ἁλτήρων βολαῖσι, τοῦ θώρηκος, καὶ τῆς κοιλίης κόποι*] Ad oram libri excusi has syllabas *σι του* coniunctim, et a voce praecedenti disiunctim, a quodam scriptas animadverti ex quodam MS. ex qua observatione veram mihi videor elicere posse lectionem: *ἁλτήρων βολαὶ, δίσκου, θώρηκος καὶ τῆς κοιλίης κόποι.* halterum iactus, disci. etc. sed et illa mendosum sonant *θώρηκος καὶ κοιλίης κόποι.* ceu vero parti ulli aegrotanti atque imbecillae defatigatio conveniat. *κόπος* enim lassitudinem aut quamvis molestiam significat, non autem laborem simpliciter, ut nimis supine vertit Interpres: neque ventriculus est eiusmodi, qui laboris sive exercitationis, atque inde consequentis lassitudinis capax sit: pars in medio corporis abstrusa, et musculis carens; licet aliarum partium, quae voluntarie moventur atque exercentur, motibus iuvetur.

Malim itaque legere cum negatione *ἄκοποι*· fortasse et pro *θώρηκος κωρύκου* legendum: quo nomine follis significatur, olim in usu apud Graecos, atque etiam hisce temporibus, ad corporibus exercitationes: unde vox *κωρυκομαχίη* apud Hippocratem *lib. 2. de Ratione victus. χειρονομίη, ἁλτήρων βολαὶ, δίσκου, κωρύκου ἄκοποι.* voce *κοιλίης* expuncta, hoc est: *manuum exercitatio quae fit halterum disci, folliculi, incommoda, dolores, molestias depellunt.* reliqua huius capitis mutila, ipsumque caput mutilum MS. cuiuspiam opem exspectat, de quo iactura sarciatur. Non abs re porro fuerit, *Galeni* locum de particulari membrorum exercitatione ex libro 5. *de sanitate tuenda*, Latine conversum, quia prolixus est, proferre. *Quos ex levi causa vertigines, comitiales morbi, gravis ophthalmia, vel aurium dolores male habent, iis inclinato capite, dorsove, aut humi volutatis exercitari non expedit: imo tum ambulatione saepe, tum cursu mediocri, tum gestatione in vehiculis citra fatigationem uti. Simili modo nec quibus tonsillae, (quas παρίσθμια Graeci vocant) aut vitia, quas ἀντιάδες appellant, aut anginae facile incidunt, nec quibus prompte in columellam, gingivas, dentes, neque partem aliquam ex iis, quae circa collum, aut totum caput habentur, fluxiones procumbunt. Quippe nonnulli dimidio capite infestantur, aliis tendones, ex levi qualibet causa dolent. Quorum nemo exercitationem sustinet, quae caput impleat: sed sunt his omnibus, quae per crura geruntur, utilia; sicut e diverso qui imbecillis sunt cruribus, his superioribus partibus exercitari est satius, chironomiis, acrochirismis, disci iactu, halterum usu: praeterea his omnibus, quae in palaestra humi exercent. At quorum mediae crurum, brachiorumque partes opportunae offensionibus sunt, iis quodvis exercitationum genus idoneum fuerit: modo ne reliquarum considerationum ulla prohibeat. Quae tamen circa thoracem partes sunt, magis inferiorem exercitatione iuvantur; quae circa vesicam, et renes, superiorum: Lien, ventriculus, iecur, intestina, et colon, sicuti in medio superiorum, inferiorumque sunt, ita se ad exercitationes habent.* Hactenus Galenus.

Ad Caput XII. *περὶ θεραπείας ἀρθρίτιδος.*
De Curatione morborum in Articulis et Coxendice.

P. 339, 10. *σιτίων καὶ ῥαφανίδων πολλάκις*] Deest initium huic capiti ut patet. Horum autem, quae super-

sunt prima sententia sic suppleri potest, ἐμέειν ἀπὸ σιτίων καὶ. etc.

P. 339, 12. ψυχρολουσίῃ θαλασσίῃ] Marina lavacra morbis articulorum bifariam prodesse possunt, priore modo salsugine, cui vis exsiccandi, et absumendi superfluos humores: deinde frigiditate actuali, calorem intro revocando, quod θέρμης ἐπανάκλησιν vocat *Hippocrates*: unde proverbium:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

P. 340, 3. ξὺν τοῖσι ψύχουσι κολοκύντης καὶ πέπονος] Interpres videtur legisse ξὺν τοῖσι ψύχουσι, κολοκύντῃ καὶ πέπων. Quae lectio adstrui potest: nisi quis nihil mutando malit pro ψύχουσι, legere ψήγμασι. *Panis cum ramentis cucurbitae et peponis*, ad cataplasma scilicet parandum.

P. 340, 7. καὶ πράσιος ἡ τοῖσι φύλλοισι λεπτῇ] An πράσιος usurpat flexu masculino, quod alii Scriptores in neutro, non est ita: neque hic, πράσιος, nomen est substantivum, sed adiectivum, quod refertur ad substantivum, βοτάνη· ita enim et supra πεντάφυλλος ἡ βοτάνη, *herba quinque folia*, quam alii in neutro substantive πεντάφυλλον vocant. Addit τοῖσι φύλλοισι λεπτῇ, *tenuium foliorum*: cuius speciei non meminit Dioscorides. Sed, nisi fallor, primam speciem marrubii a *Theophrasto* descriptam intelligit folio herbaceo, et magis inaequali, incisurisque profundioribus, et magis conspicuis. Vide eum *lib. 6. cap. 2.*

P. 340, 9. μήλων τε τῶν κιτρίων τὸ ἄβρωτον] Acetositatem citri barbari appellant.

P. 340, 10. σῦκα ξηρὰ καὶ θάσια] Supple κάρυα, 296
nuces Thasiae; aliter *amygdalae*. Vide Macrobium *lib. 3. satur. cap. 18.*

P. 340, 12. καὶ τωυτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ] Deest verbum ὠφελέει, quod refer in suum locum.

P. 340, 13. καὶ τωυτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ] Videntur haec παρέλκειν; supra enim haec eadem posuit.

P. 341, 1. καὶ γὰρ τοὺς νοσέοντας ἑωυτῶν] Qui morbis saepe conflictantur, periti Medicamentorum efficiantur, necesse est: unusquisque enim ea requirit, et cognoscere studet, quibus maxime indiget: ipsa etiam calamitas ingenium excitat, iuxta illud Nasonis:

— — *grande doloris*

Ingenium est miserisque venit solertia rebus.

Eo pertinet illud Celsi in prooemio: *primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur, ut et morborum cu-*

ratio, *et rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit*: *scilicet his hanc maxime requirentibus, qui corporum suorum robora, inquieta cogitatione, nocturnaque vigilia minuerant.* Et nos vulgo eodem sensu homines valetudinarios, pharmacopoeorum officinas vocamus.

Ad Caput XIII. περὶ θεραπείας ἐλέφαντος. *De Curatione Elephantis.*

P. 341, 9. *θηρίον γὰρ ἰδέη*] Vide supra *lib.* 2. *de signis χρονίων*· ubi multa de natura huius morbi annotavimus.

P. 341, 10. *δέος δὲ ξυμβιοῦντε*] De contagione elephantiasis confirmat Galenus *lib.* 11. *de simpl. fac.* ubi de carne viperae disputat, cuiusdam scilicet elephantiaci exemplo; cuius consuetudine cum nonnulli ex eius sodalibus eundem morbum contraxissent, reliqui, ne idem discrimen incurrerent, misero illi tugurium extra vicum in colle construere fuerunt coacti: rem se vidisse *Galenus*, dum in *Asia* esset iuvenis, testatur.

P. 341, 12. *ἀλλὰ γὰρ πάντα χρὴ ξυμφέρειν φάρμακα καὶ διαίτην καὶ σίδηρα καὶ πῦρ*] *Σίδηρα*, neutrum plurale me legisse non memini. Scribe igitur *σίδηρον*. Ad rem, nullum esse remedium, quod si seorsim sumatur, huic tanto malo expugnando sufficiat, censet. Igitur omnia Medicinae praesidia adhibenda esse, quae quatuor generibus summatim comprehendit; Medicamentis, victus ratione, ferro, et igni. Horum duo posteriora, ut omnium valentissima, non nisi in extremis morbis usurpantur, quum alia parum prosunt. De igne quidem sententia est Hippocratis in *libro περὶ τέχνης*, qua hunc potissimum esse Medicinae instrumentum decernit: tum in *Aphorism.* eiusdem *παρεμβεβλημένοις*, remediorum is progressus notatur: *ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται· ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται· ὁκόσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα.* De ferro est illud *Maronis* in tertio *Georgic.*

Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os.

Cui adde illud Ovidii ex primo *Metam.*

— sed enim immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

P. 342, 1. καὶ τὰς ἐπὶ σφυροῖσι αὐτῆμαρ] Negativa particula οὐκ videtur deesse, ut ex sequenti contextu intelligi potest; mox enim subdit: κρέσσον γὰρ ἡ διάστασις. etc.

P. 342, 6. τὸ πονηρὸν καὶ ἔντηκτον] Ἔντηκτον, *penitus inquinatum*, cui labes ceu liquefaciendo infusa, ac penitus impressa est. Ita namque Graeci verbum, ἐντετηκέναι usurpant de eo quod alicui tam alte impressum, ut bituminis aut adipis liquefacti modo instillatim firmissime haereat. Sophocles in *Electra:*

Μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι ἐντήξας.

Vide *Suidam* in voce ἐντήξας.

Ibid. μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον] Deest verbum γεννῶντα vel ἐντιθέντα· estque sententia eiusmodi: sanguinem vitiosum, qui in corporibus illis redundat detrahere oportet, sed non affatim, et una vacuatione quantum est eius in venis, quia vires una exhaurirentur: sed tantum vacuandum est, quantum satis est, alimentum morbo subtrahere volenti, non praesidium naturae: cui interim novus sanguis familiaris probis alimentis sufficiendus est in locum corrupti: quam rationem curandae cacochymiae Medici ἐπίκρισιν vocant; eaque utuntur, cum vires integram pravi humoris vacuationem non ferunt, ut docet Galenus *lib.* 9. *Method. Ther.* cuius verba haec sunt: χρὴ γὰρ δηλονότι κατὰ τὰς τοιαύτας ἐναντιώσεις τῶν ἐνδείξεων, κατὰ βραχὺ μὲν ἐκκενοῦν τὸ μοχθηρὸν, κατὰ βραχὺ δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ χρηστὸν ἐντιθέναι. καλεῖται δ' ἐπίκρασις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἡ τοιαύτη θεραπεία τῆς κακοχυμίας.

P. 342, 12. ἢ ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ ἢ ἔλεξα ἔστω] Melius ἣν ἔλεξα. quaenam sit haec purgatio in cibo; quam in ischiadis curatione se docuisse ait, scire non possumus: quia praecedens caput, in quo eam rem tradiderat, dimidia ferme parte truncatum est.

P. 342, 17. γάλα ἀδιάκριτον] Lac indiscretum appel- 297
lat, quod solidum, ut ab ubere animalis emulctum est,
datur: ut distinguat a sero, quod ab alia substantia lactis,
arte segregatur.

P. 343, 1. ἡμέραν ἀφ' ἡμέρας] Alternis diebus; idem quod παρ' ἡμέραν. Scribe autem ἡμέρην.

P. 343, 4. κεδρίης κύαθον ἕνα] Ita nuncupatur resina cedri arboris, cuius mira est vis contra putredinem: qua de causa a nonnullis νεκροῦ ζωὴν, id est *vitam mortui* seu cadaveris appellatam fuisse auctor est *Dioscorides*. Ea etiam libros olim illini solitos ad perpetuitatem, ex

variis veterum scriptorum locis cognoscimus. Verum eamdem viventia putrefacere idem *Dioscorides* confirmat. Qui tamen eam in ecligmate praescribit elephantiacis, ceu mortuis prope modum, et cadaverosis; quemadmodum hic *Aretaeus:* ὠφελεῖ (inquit) *καὶ ἐλεφαντιῶντας ἐκλειχομένη ἢ περιχριομένη.*

P. 343, 6. *ἐλέφαντος τοῦ ὀδόντος ῥίνημα*] Eboris scobem simpliciter paronychiis imponit *Dioscorides*, et vim habere adstringentem asserit, neque quicquam praeterea. Quare si tanto malo scobes illa opitulatur, occulta proprietate id eam praestare oportet.

P. 343, 8. *ἀτὰρ καὶ τῶν ἔχεων τῶν ἑρπετῶν θηρίων αἱ σάρκες*] De vi carnis viperinae adversus elephantiasim, complura experimenta Galenus *lib.* 11. *de simpl. med. fac.* quae quisque eo loco videre potest. In quo creatoris sapientiam non est satis mirari atque celebrare, qui ex animalibus nocentissimis, humanaeque naturae infestissimis, remedia exquisitissima contra immanes morbos suppeditat nobis: ne quid usquam esset in natura, quod homini non prodesset. Quod vesanos Momos, atque Epicureos admonere poterat non fuisse hanc rerum universitatem fortuito illo et ab omnibus sanis hominibus exploso atomorum concursu creatum: cum experientia demonstret, nihil prorsus in mundo esse, quod non homini apprime utile sit, si quis eo uti sciat. Verum ignavia hominum, quidvis potius quam secreta illa investigantium, obstat, quominus naturae munificentiam cognoscere possimus: multo enim est proclivius, si quid est in herbis, aut animalibus, aut fossilibus, naturae nostrae parum congruens damnare, atque inde incusare Naturam, quam utilitates in illis ipsis rebus latentes investigare, in lucemque proferre. Quid vero adeo mirum est, si in rebus materia concretis bona malis mixta sunt; si viperae saliva enecant, carnibus iuvant? cum ea sit ratio materiae illius primae, ex qua cuncta procreantur, ut contrarias et qualitates, et formas suscipiat; alioqui una esset res simplex universum. At Mundus ex pluribus et diversis immo omnibus naturis constet, necesse est, si sit mundus, quem Graeci *κόσμον* ab ornatu et pulchritudine dixerunt: quis enim locus pulchritudini (de rebus corporeis loquor) esse potest, ubi nulla sit partium proportio atque symmetria: et quae symmetria esse potest, ubi nulla varietas partium, nulla distinctio. Quod si mundum diversis naturis conflatum esse oportuit, sequitur et formas diversas debuisse recipi

in materia mundi: atque adeo diversas et pugnantes inter se qualitates, tum in elementis, tum in iis quae ex elementis gignuntur, sequi debuisse. Ex quo etiam intelligitur fieri non posse, quin aliqua aliquibus noxia infestaque sint, propter illam qualitatum pugnantiam, quae formas rerum diversas necessario consequitur. Sed illud in his admirabile est ex illis rebus, quae nobis ob insignem naturae distantiam adiungi non poterant, comparata esse nobis remedia, et *salutem ex inimicis nostris*, ut sacer vates cecinit. Unde illud etiam Sidonii Apol. *lib.* 9. *epist.* 9. *Acrium more Medicorum, qui remedium contra venena cum ratio compellit, et de serpente conficiunt.* In qua re perspicienda Medicinae scientia versatur. Nam ut proposito exemplo insistam, non solum viperarum carnes elephantiasim curant, sed etiam iocinoris obstructionibus mirum in modum conferre creduntur: de qua re *Aponensis* testatur *in Supplementis practicae Mesuei, capite de Oppilatione hepatis:* aitque earum carnium usu emendari, quidquid in iecore emendabile est. Quod et *Franciscus Pedemontius* in suis ad eumdem *supplementis* confirmat; quibus accedit testimonium Avicennae ita scribentis; 2. *can. cap. de serpente*, quo nomine viperam designavit: *et caro quidem eius, quum in usu habetur, prolongat vitam, et confortat virtutem, et conservat sensus et iuventam.* Patrocinantur et quae *Isigonus* apud Plinium *lib.* 7. *hist. cap.* 1. de iis qui *Athon* montem incolunt, memoriae prodidit: nempe hos annis centenis quadragenis vivere, quod viperinis carnibus alantur; ex eaque causa nec capiti nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia. His adiungi potest historia relata a *Guaynerio* in *tractatu de venenis:* ibi enim narrat se vidisse Chirurgum quemdam, grandi admodum aetate, sed corpore adeo vegeto et firmo, ut iuvenis videretur: hunc autem eum vigorem, carnibus serpentum more anguillarum frequenter esitandis servasse. Sed et Porphyrius *lib.* 1. *de abstinentia ab animalibus*, viperarum esu visum restitui affirmat: *τοὺς γοῦν τῶν ὄφεων ἀποτυφλουμένους ἐστὶν ἰδεῖν ἔχεως βρώσει τηρήσαντας ὅρασιν. Κρατεροῦ δὲ τοῦ ἰατροῦ οἰκέτης ξένῳ περιπεσὼν νοσήματι τῶν σαρκῶν ἀπόστασιν λαβουσῶν ἐκ τῶν ὀστῶν, τοῖς μὲν φαρμάκοις ὠφελῆται οὐδέν· ἰχθύος δὲ τρόπῳ ἔχει σκευασθέντι καὶ βρωθέντι διεσώθη, τῆς σαρκὸς συγκολληθείσης.* id est: *Fuerunt* (inquit) *qui viperae esu, utriusque oculi deperditam lucem recuperarint. Quin et Crateri Medici quidam familiaris novo et inaudito morbi genere correptus, quo*

298 *carnes ab ossibus abscedebant, cum nullo medicamine iuvaretur, appositis piscium vice viperae carnibus, ut iis vesceretur, post usum autem carne cum ossibus coalescente, pristinae sanitati restitutus est.*

P. 343, 10. *ἀποτάμνοντα δὲ χρὴ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς οὐραίης ἕκαστον ὁκόσον δακτύλους τέσσαρας*] Ita et alii auctores, qui de theriaca conficienda scripserunt, praecipiunt: cuius praecepti rationem Auctor Libelli de *Theriaca* ad *Pisonem* reddit his verbis: *καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἐχιδνῶν, οὐχ' ὅλα τὰ ζῶα εἰς ἀντίδοτον πέμπομεν, ἀλλ' ἀποτέμνοντες τὰς κεφαλὰς, καὶ τὰς οὐρὰς, οὕτω τοῖς ἄλλοις αὐτῶν σώμασιν εἰς τὴν μίξιν χρώμεθα· καὶ τοῦτο οὐ παρέργως, οὔτ' ἄνευ λόγου τινὸς ποιούμενοι, ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ κεφαλαὶ τὸν κάκιστον τῶν χυμῶν, αὐτὸν τὸν ἰὸν ἐν αὐταῖς ἔχουσι, διὰ ταῦτ' ἀποκόπτειν αὐτὰς πειρώμεθα· ἵν' ὀλιγότερον τῆς ἀπ' αὐτῶν δυνάμεως ἔχῃ τὸ φάρμακον, τῆς τούτων φύσεως μεταβλητικήν τινα δύναμιν εἰς τὸν ἰὸν ἐχούσης, ὥσπερ δὴ καὶ ἐν ταῖς παραστάταις τὸ σπέρμα, καὶ ἐν τοῖς μαζοῖς τὸ γάλα μεταβαλλόμενον γίνεται.* id est, *atque ipsarum viperarum corpora non integra antidoto immittimus, sed amputatis capitibus, caudisque, ita reliquis ipsarum partibus in mistura utimur, idque non extra propositum, nec sine ulla facientes ratione: sed quoniam capita pessimum humorem, nempe ipsum virus in se continent, ideo ipsa praecidere conamur, ut minus de ipsorum potestate medicamentum recipiat, quum natura eorumdem vim quamdam in venenum mutandi obtineat: quemadmodum et in testibus semen, in mammis lac mutatur.* Hactenus ille auctor. Galenus autem *lib.* 11. *simplicium,* praecidi capita oportere ob eam causam simpliciter dicit, quod eiusmodi animalia venenum ore contineant, caeterum a ratione alienum videri et caudas demere: *ἐπεὶ δὲ ἔθος ἡμῖν ἐστιν, ὅταν τοὺς καλουμένους ἀρτίσκους θηριακοὺς σκευάζωμεν, ἀφαιρεῖν οὐ μόνον τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐρὰν, ἐνενόησα πολλάκις εὐλόγως ἴσως μὲν τὴν κεφαλὴν ὅλην διὰ τὸν ἐν τῷ στόματι περιεχόμενον ἰὸν, ἀλόγως δὲ τὴν οὐρὰν ἀφαιρεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι διὰ τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς, τάθ' ὑγρὰ, καὶ τὰ ξηρὰ πρακτέον οὕτως ἐστίν· ἀποκτείναντες γὰρ αὐτὰ, εἶτ' ἐκδείραντές τε, καὶ ἀναπτύξαντες ἐξαιροῦμέν τε καὶ ἀποῤῥιπτοῦμεν ἅπαντα τὰ ἔνδον, ὡς μόνην καταλείπεσθαι τὴν τῶν σαρκῶν οὐσίαν ἅμα ταῖς διαπεφυκυίαις αὐτῶν ἀρτηρίαις τε καὶ φλεψὶν, ἐλάχιστον ἐχούσαις ὄγκον, ὡς πρὸς τὴν ὅλην σάρκα καὶ μηδὲ φαινόμενον, ἐὰν πάνυ τις ἐπιμελῶς κατα-*

σκέψηται. id est', *Porro quoniam ex more, cum artiscos Theriacos, quos vocant, praeparamus, non tantum caput, sed et caudam earum abiicimus, subiit mihi frequenter rationi consentaneum fortassis esse caput quidem totum abiici ob venenum, quod ore continent; verum a ratione alienum esse, adimere et caudam. Nec enim dicere liceat, quod id faciendum sit ob excrementa tum liquida, tum sicca. Nam interfectis illis, atque excoriatis, apertisque, exempta interanea omnia abiicimus, ut sola sit carnium substantia reliqua, una cum arteriis venisque per ipsas innatis, quarum minima est moles, ut ad totam carnem, ac ne apparens quidem, nisi quis multum accurate consideret.* Haec Galenus. De ea autem ratione, quam ille auctor *Theri ad Pisonem* posuit; quod videlicet caput serpentum propria vi virus illud progignat, eiusque sit principium, haud satis liquet: quando alii aliunde per venas ad caput venenum deferri existimarunt, quorum meminit Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. ita scribens: *non aliud esse hoc quam fel serpentum, et inde venis sub spina ad os pervenire diligentissimi auctores scribunt.* Plura de hac re disputamus in nostro libro Problematum medicorum.

P. 343, 14. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἔχιες ὄψον ἐν δείπνῳ] Idem se cuidam viperarum venatori, qui elephantiasi laborabat, consuluisse, itaque eum sanatum testatur Galenus citato loco: refert Coelius Aurel. *lib.* 3. *cap*, 1. in curatione huius morbi: *Dant etiam viperas mandendas, sed amputato capite, atque cauda.* etc.

P. 343, 18. τῶν κελτίων, οἳ νῦν καλέονται γάλλοι] *Κελτίων* non bene pro *Κελτῶν*. *qui* (inquit) *nunc Galli appellantur.* Quia sero id nomen apud Graecos in usu fuit, sed *Κελτοὺς* vocabant, qui postea *Γάλλοι*, et *Γαλάται*: nam *Galli* et *Galatae* iidem. Quod et *Pausanias* confirmat in *Atticis*, sic scribens: ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε, Κελτοὶ γὰρ κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο. Et Strabo *lib.* 4. τὸ δὲ σύμπαν φῦλον (Gallorum) ὁ νῦν Γαλλικόν τε καὶ Γαλατικὸν καλοῦσιν. etc. quibus verbis testatur *Strabo*, eo tempore quo vivebat, coepisse *Gallos* appellari, qui prius *Celtae* dicerentur: quod cum et de sua aetate affirmet *Aretaeus*, hunc circa tempora *Tiberii*, quibus floruit *Strabo*, aut paulo infra, *Neronis* scilicet principatu, vixisse oportet. Sed de aetate *Aretaei* superius in Praefatione.

P. 344, 2. *σάπων ἐπίκλην*] Ita et nunc vulgo appellamus *du Savon:* deesse autem quidpiam, contextus indicat. Eodem nomine utitur Plinius *lib.* 28. *cap.* 12. et Gallorum proprium agnoscit: *Prodest* (inquit) *et sapo Gallorum* etc.

P. 344, 3. *ἀνδράχνην*] Portulacam in smecticorum censum referri, consentaneum videtur; utpote, cuius Galenus *lib.* 6. *simpl. fac.* vim refrigerantem agnoscat cum humiditate viscida, qua eamdem mederi haemodiae idem tradit cum Aristotele *sect.* 7. *probl.* 10. Eiusmodi enim qualitates multum diversae ab iis, quae *ῥυπτικοῖς* et *σμηκτικοῖς* tribuuntur. An etiam aliquid detergens habet ea herba, quod vi minus manifestum auctores illi praeterierunt? quod enim non careat omni vi detergendi, liquet ex *Dioscoride*, qui ad capitis pustulas succum, aut decoctum
299 eius cum vino pro smegmate commendat. *lib.* 2. *πρός τε τὰ ἐν κεφαλῇ ἐξανθήματα, σὺν οἴνῳ σμῆγμα.* An *agrestem portulacam* intellexit Aretaeus? cui *Dioscorides* vim tribuit *θερμαντικὴν, δριμεῖαν, ἑλκωτικὴν, χοιράδων διαφορητικήν.* etc.

P. 344, 8. *μίσγειν ἑκάστῳ τὸ πρὸς δύναμιν*] Delendum illud *τό*.

Ibid. *ἄλλο δὲ ἶσον καὶ τόδε καταπάσσοντα ἀνατρίβειν*] Peculiare elephantiasi defricandae smegma his verbis praescribi palam est: proinde appositam fuisse eius descriptionem, quae postea interciderit, dubitari non debet.

P. 344, 11. *χηναλώπεκος*] Huius meminit Aristoteles *lib.* 6. *hist. de animal. cap.* 2. et Plinius *lib.* 10. *cap.* 22. *Anserini* (inquit) *generis sunt chenalopeces: Et quibus lautiores epulas non novit Britannia chenerotes, fero ansere minores.* Nomen ex *Ansere* et *vulpe* compositum, non quidem quod mistione et coitu utriusque animalis gignantur hae aves; (id enim plane impossibile est) sed fortasse quod vulpis magnitudinem, aut in plumis colorem habeant.

P. 344, 12. *ὅμοιον γὰρ ἓν ἀνομοίῳ, ὅκως πίθηκος ἀνθρώπῳ ἄριστον*] Lege: *ἐν ἀνομοίῳ.* Ait simile in dissimili, ut simiam homini, valde esse accommodatum; et simile in dissimili intelligit, opinor, animal, quod in suo genere similitudinem alterius animalis diversae speciei habeat; ut chenalopex vulpis, est simia hominis: quod cur dicat homini optimum esse, fateor me non videre. Aliis istud mysterium quod inest, aperiendum relinquo.

P. 344, 13. *καὶ ἀμμονιακὸν τὸ θυμίημα ξὺν ὄξεϊ καὶ ἀρνογλώσσου χυλῷ*] Scribe: *ἀμμωνιακὸν* per *ω.* Hic

Themisonem videtur imitari, qui teste Coelio *lib.* 4. *Chron. cap.* 1. in hoc morbo habitum corporis refrigerantibus atque adstringentibus comprimere studebat, cupiens revocare tetros humores ad interiora, adhibitis subinde enematis et purgantibus medicamentis: *Item,* (inquit de Themisone) *ventrem inter paucos dies leviter deduci iubet atque superficiem corporis constringi unguento myrobalani, cum aceto, et oleo rosaceo parvo, vel myrtino, et ammoniaci gutta cum alumine. Reponit etiam aegrotantes in decoctione frigida ex herba perdicio confecta, vel plantagine, aut murto, aut rubo, bis in die,* et paulo infra adhibet etiam ammoniaci guttam cum aceto, vel vino: quam curationem cum elephantiasi adversissimam esse pateat, non immerito scripserit *Iuvenalis:*

Quot Themison aegros autumno occiderit uno.

P. 344, 14. ἢν δὲ πελιδναὶ ἔωσι αἱ σάρκες, προεγχαράσσειν] Huius meminit et *Coelius* citato loco vituperans: *Alii quoque* (inquit) *etiam cutis vulnerationem affectandam probant, qua corpus exhumoretur; neque cunctis commune iudicium, et ignaris cognitum providentes, quod peiorante passione superficies corporis ulceratur.*

P. 345, 13. καὶ τῷ μέλιτι, παλαιῷ, τὴν μίξιν] Videtur legendum, ἐς τὴν μίξιν.

P. 345, 17. ἀκροδρύων τὰ ὡραῖα] Ex hoc loco patet ἀκρόδρυα generale esse nomen, omnes arborum fructus significans, licet si vocis originem spectes, eos tantum quos quercus pariunt, significet: nam δρῦς Graece est quercus. Suidas ἀκρόδρυα. καρποὶ δενδρικοί· πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί. Ratio est quia veteribus δρῦς accepta pro quacumque arbore, unde fructus δρυπετεῖς qui maturuerunt, moxque casuri ab arbore sunt. Ita igitur acceptum id nomen etiam τὰ ὡραῖα *fructus aestivos* comprehendere manifestum est. Proprie tamen ita dicebantur fructus lignoso putamine muniti: quod genus nucum appellatione a Latinis intelligitur.

Ibid. οἶνοι γλυκεῖς οἰνωδέων κρέσσονες] οἶνος οἰνώδης *vinum vinosum* dicebant, quod esset generosum et potens. Cuius generis non censetur vinum dulce: sicut expresse docet Aristoteles *lib.* 4. *Meteor. cap.* 9. οἶνός δ' ὁ μὲν γλυκὺς θυμιᾶται· πίων γάρ· καὶ γὰρ ταῦτα ποιεῖ τῷ ἐλαίῳ· οὔτε γὰρ ὑπὸ ψύχους πήγνυται, καίεταί τε. ἔστι δὲ ὀνόματι οἶνος, ἔργῳ δ' οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ οἰνώδης ὁ χυμός. διὸ καὶ οὐ μεθύσκει. id est, *vinum autem dulce exhalat sive suffitur: est enim pingue: etenim eadem praestat oleo, neque enim a frigore concrescit, uriturque. Est*

autem nomine vinum, effectu non item. Neque enim vinosus sapor, ideoque non inebriat. Hippocrates etiam 2. *de victu in acutis* vinum dulce ab *οἰνώδει* distinguit: *ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσων ἐστὶ καὶ καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος.* De vino dulci, et citata Aristotelis sententia, vide Chioccum Veronensem *lib.* 1. *quaest.* 4.

P. 346, 5. *καὶ ξυμπάντων ὁμοῦ καθαρτηρίων ὁ δυνατώτατος*] Veratrum scilicet, de hoc enim loquitur: et sane eius tantam esse vim, tam gravem spiritum tradit *Plinius*, ut effossuri, allio, ac vino inter fodiendum hauriendo sese praemunirent, celeriterque opus conficerent, alioqui capitis gravitatem contraherent. Magno etiam aegrorum et medentium pavore olim exhibitum fuisse, idem *Plinius* auctor est: *Album*, inquit, *optimum, quod celerrime movet sternutamenta, sed multo terribilius nigro, praecipue si quis apparatum poturorum apud Antiquos legat, contra horrores, strangulatus, intempestivas somni vires, singultus infinitos aut sternutamenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare soliti, quae concitarent vomitiones, ipsumque elleborum extraherent medicamentis aut clysteribus, saepe etiam sanguine venis emisso. Iam vero et cum prospere cedat, terribili visu variis coloribus vo-*
300 *mitionum, et post vomitiones, observatione alvi, balinearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente omnia haec magno terrore famae. Namque tradunt absumi carnem si coquatur una: sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant; cum celerius erumpat quo largius sumitur.* Haec Plinius.

P. 346, 6. *οὐ τῷ πλήθεϊ καὶ τῇ ποικιλίῃ τῆς ἐκκρίσεως*] de variis coloribus vomitionum ab elleboro albo, modo ex *Plinio* dictum est.

P. 346, 8. *ἀλλὰ δύναμι καὶ ποιότητι οὔτι φαύλῃ*] Notatu digna sententia magni Medici, qua *elleborum album*, potentissimum praedicat medicamentorum omnium purgantium, non vacuandi quantitate, aut varietate eorum quae educuntur; sed potestate et qualitate excretionis: quod scilicet ea, quae oportet, vacuet, morborumque seminaria stirpitus evellat. Cui et *Hippocrates* suffragari videtur de *nigro Veratro* scribens ad pleuritidem inferiorem: *ἄγει* (inquit) *καλλίω καὶ κρισιμώτερα.* De *albo* autem est sententia in *Coac. cap.* 12. *ἐν ὀσφύος ἀλγήματι σαυτόνῳ καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπ᾽ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα συχνὰ ὠφελεῖ.* Ad quem locum *Duretus* haec annotat: *hic au-*

tem significatur albus absolute usurpatus; in quo tanta vis inest purgandi, ut priusquam ad tenuium intestinorum amfractus perveniat, humorem qui in vitio est, radicitus ab ima parte exstirpet, ipsumque vomitione excludat. Notabile est autem, quod elleborismum praescribit, non inopia, sed delectu catharticorum, ut idem scripsit de nigro ad pleuritidem inferiorem. Haec Duretus.

P. 346, 12. *πυρὶ ἴκελον γὰρ ἐς δύναμιν*] Eleganter igni elleborum album comparat: nam ut ignis vi sua omnia pervadit, potenterque immutat, edomatque: ita elleborus intus corporis latibula omnia irrumpens, diuturnorum inibi morborum semina populatur, fibrasque omnes ad vivum resecat: atque ita quicquid est mali profligat, delet, exterminat, ut non possit amplius repullulascere. Eodem sensu Theriacam ab Auctore Libri de *Theriaca* ad *Pisonem* *πῦρ καθάρσιον* appellari ob praecellentem eius vim supra observavimus. Atque hic Observationes et castigationes nostras in *Aretaeum* Dei Optimi Maximi Auspiciis susceptas, cum debita illi omnium bonorum Auctori gratiarum actione absolvimus. Die Iovis duodecima Ianuarii, Anni millesimi, sexcentesimi, sexagesimi secundi.

485

WIGGANI ANNOTATIONES.

Quae res maxime solent Antiquorum Libris labem inferre, eae videntur omnes ad depravanda haec *Aretaei* scripta conspirasse. Horum enim Codices MSS. sunt quidem ii numero non admodum pauci, (de *tredecim* ad me notitia pervenit;) sed quoniam alii cum aliis tam in mutilis truncisque partibus, quam in prodigiosis erratis perpetuo fere tenore exhibendis mirifice consentiunt, alii ab his in utraque re interdum haud parum discrepant, eos neque ex uno, neque ex valde multis Exemplaribus descriptos fuisse censendum est. Sunt etiam, (de plurimis ita esse audio,) manu admodum *Recenti* scripti; ideoque eos, utpote ab indoctioribus Librariis exaratos, vitiis scatere minime mirum est; quibus quidem Codicibus etiamsi paulo frequentiora menda irrepsissent, condonandum esset hominibus, cum ibidem de Arte tractaretur sibi neutiquam intellecta, et in qua voces saepe occurrerent extra communem usum positae, obscurae, nisi Medicis fere inauditae. Quid quod *Aretaeus* ad duorum fere Antiquissimorum Scriptorum, *Homeri* scilicet et *Hippocratis*, dicendi rationem, stylum conformarit: et non modo obsoletas horum voces frequenter adhibeat, sed et novas ipse haud raro effingat; omniaque Dialecto, iam etiam suo tempore desueta, comprehendat. Neque vero, exceptis tribus, Medicum quenquam Graecum, de *Aretaeo* vel fama audivisse percipimus. Ex iis autem qui de eo mentionem faciunt, *Paulus* unam duntaxat, eamque haud magni momenti sententiam, affert; neque in describendis medendisve morbis, huius vestigiis insistere videtur. In eo autem loco, ubi *Dioscorides* ex illo aliquid adducturus fuit, hiatus reperitur. *Aetius* autem quater ex *Aretaeo* quaedam se desumere fatetur; quae licet multum immutata, ex isto,

quem nobis usum praestiterunt, quantum restituendis corrigendisque Veterum Libris prosit hos ab insequentium Saeculorum Authoribus citari, declarant. Ad haec, neque inter Criticos, nisi unus forte aut alter, exstitit, quem in *Aretaei* lectione versatum esse constat; hos autem, ut *Mercurialem, H. Stephanum, et Foësium*, ex eo aliis Authoribus lucem attulisse, non item ex aliis hunc emendasse, invenio. Caeterum Editiones, nonnisi duae, huius Authoris *Graecae* prodierunt; quorum prima a Viro et docto et diligenti data est: is quidem, quicquid e MSS. colligi potuit, ad illustrandum Textum fideliter et cum iudicio disposuit; coniecturas, doctas quidem sed paucissi- 486
mas, easque nudas, ne verbo quidem addito, attexuit. Posterioris Editionis Author, quam nihil huiusmodi, aut aliud sane quippiam utile effecerit, in Praefatione declaratum est.

Superest, ut exponam quas mihi potissimum in emendando *Aretaeo* leges praescripserim. Cum, uti supra dictum est, *Homeri* ac *Hippocratis* dictionem studiose imitetur, siquid apud istum barbari, obscuri, absurdi, duri, levi mutatione in eorum verba detorqueri possit, magnas mihi adstipulari authoritates censebo. *Aetius* quoque, uti palam feci, multa ex *Aretaeo*, nomine huius celato, decerpit; multa ex *Archigene* desumit; quae cum his *Aretaei* plane eadem sunt; adeoque non mediocre Emendationi momentum accedet, quam cum scriptis istis congruere demonstrabo. Quin et *Aretaeus* ipse, si loca sensu a se invicem non multum abhorrentia contuleris, sanis frequenter sententiis depravatas optime castigabit: quod dicendi rationem ubique servet pressam, teretrem, uniformem.

Caeterum, detegendis indicandisque praecipuis errorum originibus, commode saepe eruitur, firmeque stabilitur vera lectio. Iam cum in exarandis Codicibus, verba, vel a Dictante, vel ex Autographo, excepta, chartae mandentur: quidam male legendo, quidam male audiendo, omnes male scribendo peccant. Qui audit, quique legit, prava scriptura literas confundit, dimidiatas pingit, alias aliis nimis similes exprimit: negligentia quaedam omittit, quaedam transponit. Qui male audit, ea quae sono ad se invicem accedunt, pro se invicem ponit; voces incognitas perperam scribit: pro non intellectis notas, pro inusitatis communes substituit. Qui legit, litteras et verba sibimet forma similia pro se invicem sumit; si voces similes aut similiter terminatae haud longe inter se distent, ultimam

earum cum intermediis omnibus omittit: eadem de causa nonnulla repetit: particulae etiam, et voculae minutae huius visum effugiunt: verba e Margine Textui, quae ibidem admitti non debent, et quae debent, alieno loco, inserit; Glossemata vel vocibus quae per haec declarantur, addit, vel ista inducens has eiicit. Uterque, si ad res magis, quam ad verba, attendit, horum ordinem, servato sensu, invertit: voculas idem significantes alias aliarum loco supponit: particulas frequenter omittit, frequenter mutat, praepositiones item et adverbia: numeros, casus, modos confundit: voces simplices pro compositis, et has pro illis, usurpat. Quod si sensum haud assequantur vel parum curent, ambo verba inepte separant, et coniungunt; male interpungunt, Spiritus et Accentus perperam appingunt. Causas errandi, et ei qui id quod scripturus, et ei qui id quod dictaturus est, legit, communes esse constat. Recte quidem interdum legunt, quod haud recte rursus exscribunt: ubi scilicet vetustas, aut caries, aut iniuria quaevis alia, vocabula sive litteras, vel earum partes delendo obscurandove, ita immutarit, ut diversa potius repraesentent. Porro cum MSS. partim Maiusculis, partim Minusculis, Litteris exarentur; quarum Maiusculae prope similes sunt, earum Minusculas saepe haudquaquam eiusdem formae esse contingit: idemque vice versa obtinet. Est etiam observandum, Maiuscularum formam in diversis Codicibus non esse admodum diversam: Minuscularum species esse quam plurimas, plurima item abbreviationum genera, ita ut difficilius ex his coniectura formari possit; cum plane nesciatur quonam scripturae genere exaratum fuerit Exemplar, e quo Codex alius sit exscriptus. Frequenter etiam accidit, ut Codices depraventur, eo quod Librarii, quae vel non intelligant, vel non probent, scribere nolint: adeoque coniecturas suas pro his substituant. Frequenter etiam, ut Libri sui castigatiores perfectioresque appareant, lacunas ex ingenio suo quoquo modo supplere satagunt; ubi nempe vel finis vel principium voca-
487 buli erasum est, quippiam pro suo captu assuentes, unde linguae saltem eiusdem cum caeteris videatur: sensu interim, prout obtigit, vel aliquo, vel nullo. Trium tres dissimiles in una eaque notissima Voce mendorum causas proferre liceat. Pag. 105. lin. 39. legitur, *συχνὸν πίνειν ἔλαιον.* pro *συχνὸν*, Codices duo habent *εὔχνον.* scilicet quia Maiusculum *Σίγμα*, hoc (C) atque hoc (Σ) modo scriptum, facile temporis iniuria et Scriptoris negligentia, Maiusculum *Εψιλὸν* duobus his modis (ϵ) atque (E) ex-

pressum, plurimum referet: unde *εὐχνὸν* factum est; *Nῦ* autem, cum minuscula sic (*ν*) scribatur, ab *Ψιλὸν* minusculo (*υ*) parum differt: ita *εὔχνου* factum est; Librarius autem tertius, in Graecae fortasse Linguae scientia se versatum existimans, neque huiusmodi vocem in ea reperiens, sagaciter *εὔχου*, Imperativum scilicet ab *εὔχομαι*, Libro suo inseruit.

His omnibus de causis plurima in *Aretaei* Libros fluxisse vitia credo; ad eamque corrigendi normam Emendationes et Coniecturas sequentes saepius accommodabo.

Notandum, quicquid ex *Hippocrate* citatur, id paginis lineisque Exemplaris, *Genevae* Anno 1651. impressi; quicquid ex *Aetio*, id solius, quae prodiit, Graecae Editionis, *Venetiis* An. 1533. aptari.

Quae Stellulis notantur Capita, vel partim, vel ex toto perierunt.

P. 2, 1. *πλησίον εἴδεος ῇ*, Malim, *πλησίον εἴη δέος*, uti legi debere coniicit *Goupylus*, uti etiam haec verba transtuli. Si *εἴδεος* servandum est, eo sensu intelligendum est, quo, *Σκοτώματος δὲ ἡ ἰδέη, βάρος τῆς κεφαλῆς* etc. (28, 18. ed. Lugd. Bat.) *ἰδέας* etiam pro *εἴδεος* inter Var. Lect. reperitur.

P. 3, 7. *ἐς τὴν ἡμέρην, σημασίην διώσατο.* Ita legendum, recte procul dubio, coniecit *Goupylus*; Libri enim omnes, pro *ἡμέρην*, *ἡμετέρην* habent: et *Crassus* ista vertit, *nos ad aegritudinis notitiam impulerunt; σημασίη* vero, uti infra (l. 23. et 55.) accessionem semper, idem scilicet quod *παροξυσμὸν*, significat.

P. 4, 2. *ξυνερείσουσιν.* Legendum *ξυνερείδουσιν* ut (4, 4.)

P. 4, 12. *ἐρύθημα μήλων.* Ex Margine haec Textui inserta videntur; etenim antea dixit, *μῆλα ἐρυθρά.*

P. 5, 12. *αἰτίων.* *Crassus αὐτέων* legit: utpote qui, *eorundem*, verterit. Priori vero loquendi genere passim utitur, ut *αἰτίης τροπῇ* (48, 39.) Haec autem iuxta *Hippocratis* sententiam dicta sunt, Lib. de Flat. (300, 41.) et de Morb. Sac. (306, 38.)

P. 5, 13. *σὺν ὑγρῷ τὸ πνεῦμα* etc. Videntur hic quaedam deficere, et mendum etiam caeteris subesse.

P. 6, 6. *ξυμπαθέα τῇσι ἀρχῇσι γίγνεται* G. V. *τῇσι ἀρχῇσι γίγνεται ξυμπαθέα* H. Exemplum hoc verborum transpositionis, quod in MSS. frequentissime accidit, unicum dare sufficiat.

P. 6, 12. *ἀνάκλισιν* G. H. *ἀνάκλησιν* V. Malim *ἀνάκλασιν* ab *ἀνακλάω.* Ita, (2, 30.) *κεφαλὴ ἐς τὸ μετάφρε-*

νον ἀνακλᾶται. et (4, 24.) *τὴν κεφαλὴν ἀνακεκλασμένην.* vide etiam 4, 34, 48. *Ἀνάκλησιν Ionice* usurpari nequit, quoniam ista vox, ab *ἀνακαλέω* formata, aliud significat.

P. 7, 10. *ξυνεχέες. πάσχειν* hic, puto, deficit, Ita (5, 18.) *ἤτοι τῷ ξυνεχέϊ πάθει τῶνδε τῶν ζώων.* et (9, 40.) *ἡλικίη, πρῶτον τῶν ἄλλων πάσχουσι γέροντες.* et (48, 8.) *παῖδες ταχὺ παθεῖν τε εὔκολοι.*

P. 7, 14. *καὶ θανάτου ἡ φύσις. Goupylus* vertendum monet, *quae etiam est mortis natura.* Haec autem melius intelligentur ex istis quae habentur in Capite de Elephantiasi. (69, 22.) *ἄφυκτος ἡ νοῦσος, τίκτεται γὰρ θανάτου ἐπ' αἰτίη· ψῦξίς ἐστι ἐμφύτου θερμοῦ — ἥδε ἐστὶ ἡ ξυνὴ θανάτου καὶ τοῦ πάθεος αἰτίη.*

P. 8, 3. *σφηνὶ διὰ ῥηϊδίως στῆσαι.* Absurde in quibusdam Codicibus legitur, *σφηνὶ νὴ Δία ῥηϊδίως στῆσαι. Crassus* autem vertit, *cuneis per Iovem facile diduci possint;* quem ab *Ionica* tmesi falsum recte monet *Goupylus.* Haec quidem apud *Poetas* frequentissima; qua *Aretaeus* quoque in aliis locis utitur, ut (6, 21.) *πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν ἐπὶ τέχνῃ χρήσασθαι* et (24, 12.) *ἐπ' αὐτὰ ἴεται.* Porro ex ultima syllaba *τοῦ* (*σφηνὶ*) Librarii formarunt *νὴ* ante *διὰ*, tmesin hanc pariter non intelligentes.

P. 9, 3. *βρόχος.* Legendum *βρόγχος* ex *Fabricii* Var. Lect.

P. 9, 10. *ῥάχις ὅλη ἐς εὐθύ.* Haec profecto sana esse nequeunt; neque enim congruunt Emprosthotono affectis, qui, ut supra dixit, sunt *κυρτοὶ τὰ νῶτα*, et, uti mox eos describet, *ἐς τὸ πρόσθεν οὐ τοξοῦνται μοῦνον, ἀλλὰ καὶ σφαιροῦνται· Goupylus*, pro *ὅλη*, legit *ἕλκει.*

κεφαλὴ πρηνὴς ἐς θώρηκα συνενευκυῖα H. *κορυφὴ, κεφαλὴ πρηνὴς, ἐς θώρηκα συννενευκυῖα.* G. V. Malim *κορυφὴ πρηνὴς, κεφαλὴ ἐς θώρηκα συννενευκυῖα.* Mendum hoc ita accidisse potuit; *κορυφὴ* omissum est, ac in Margine positum; ab alio deinde, sed haud suo loco, restitutum. Verum hoc modo multo elegantior sententia est,
488 cum caput ita pectori affixum describatur, ut eius vertex in terram pronus dependeat.

P. 11, 9. *Συνάγχη καὶ Κυνάγχη ἥδε καλέεται.* Legendum existimo, *Κυνάγχη ἥδε καλέεται*, caetera autem ex Margine assumpta. Nam cum duas, easque contrarias, describat Anginae species, cur haec *Κυνάγχη* vocetur, hic rationem reddit: mox autem alteram magis peculiariter appellari *Συνάγχην* docet, *οἷον συννεύουσαν ἔνδον καὶ*

ἄγχουσαν, cui quidem contrarium Symptoma huic speciei, nempe tumorem et eruptionem, competere affirmat.

P. 13, 1. *ψύχον*. An *ψυχρόν?*

P. 14, 7. *ὡς Κυνάγχην ἀπὸ Συνάγχης γίγνεσθαι*. Ita ex coniectura mea; sed in Textum per incuriam irrepsere, cum nihil huiusmodi facere decreveram. In Libris omnibus legitur, *ὡς Συνάγχην ἀπὸ Κυνάγχης γίγνεσθαι·* perperam certe. *Συνάγχης* enim iam Symptomata describit, quae quidem in *Κυνάγχην* feliciter transit; ita enim exteriores gutturis partes afficiuntur, interiores liberantur, atque ita periculum evanescit. In hac praecipue re duas has Anginae species a se discrepare manifestum est.

P. 15, 9. *εἰ*. Malim *εἰ δὲ* ut in V.

P. 15, 12. *ὑμένων, ἔνθα* etc. An *ὑμένων, εὖτε ἔνθα* etc. Sententia sane alioqui manca est; hac autem loquendi forma ubique fere utitur (ut 2, 31. et 10, 33.) Ista vox autem facile omitti potuit, propterea quod eius initium sequentis voculae initio non absimile est.

λαίφεα. Ita legendum ex Cod. H. non ut in G. *λέπεα*. Sic Uteri Membranas navigii velis comparat, (64, 49.) *ὑμένες νευρώδεες, πλατέες ὄκως νεὼς λαίφεα*.

P. 17, 5. *ῥυπαρὰ* H. *λιπαρὰ* G. Quid pingue Ulcus sit, nescio; sordidum, ut mali moris, semper notatur: eique *καθαρὸν* opponitur. (44, 11.) *πελιδνὰ, κοῖλα, ῥυπαρὰ, δυσαλθέα τὰ Ἕλκεα*. Et (54, 26.) *Ἕλκεα, ἄλλοτε μὲν καθαιρόμενα, ἄλλοτε δὲ ῥυπαρά*.

P. 17, 15. *ἐκινήθησαν, καὶ ἐμελάνθησαν, καὶ ἐς* G. *ἐκινήθησαν, καὶ ἐς* H. Haec, ut Exemplum verborum quorundam omissionis propono; propterea quod similia similiterque terminata non longe a se invicem distant.

P. 18, 14. *βρῆσαι*. An *βοῶσι*, vel subintelligendum *εἰθισμένοι?*

P. 18, 16. *ἔῃ*. An *ἤδε?*

P. 22, 2. *κακόν*. An rectius *κάκιον?* (ut 8, 56. et 51, 17. 43.)

P. 25, 15. *αὐτῇ*. An *αὐτοῦ?*

P. 26, 10. *ὑπόχολον κατακορές*. Legendum credo, *ὑπόχολον οὐ κατακορές*: quoniam *ὑπόχολον*, subflavum significat, *κατακορὲς* autem aliam pituitam denotat eiusdem coloris, sed gradus intensi. Ita (14, 19.) dicitur *αἷμα ὑπόξανθον οὐ κατακορέως*. Et (14, 48.) *ξανθὸν κατακορέως* pro flavissimo colore usurpatum. *Aetius* haec in suos Commentarios transcribens ita ait, *βὴξ ξηρά· εἰ δὲ καὶ ἀναχθείη τι, ἀφρῶδες, κατάχολον, ἔστιν ὅτε καὶ δίαιμον ἀνθηρὸν σφόδρα* (174, 50.)

P. 26, 15. *ἐπανείρῃ*. An *ἐπανείρῃς?*

P. 27, 1. *γρυποὶ* F. *Crassus*, in Variis Lectionibus *Edit. Basil.* 1581. pro *curvantur*, *vigilant*, legendum monet. Omnes enim, *ἄγρυπνοι*, habent; sed perperam. In purulentis *Hippocrates* ait, eorum *οἱ μὲν ὄνυχες γρυποῦνται* (42, 32.) *Aretaeus* (36, 52.) Phthisicorum, ait, *ὄνυχες γρυποί*. *Aetius* haec ex *Aretaeo*, uti totum fere hoc caput, desumens, *ἄκρα ψυχρά· ὄνυχες πελιδνοὶ, καὶ γρυποῦνται*. Unguium uncatio, quam *γρύπωσιν* vocant. *Coel. Aurel.* (L. 2. c. 32.)

P. 28, 8. *ὡς τῇγε*. An recte?

P. 28, 10. *βραχείῃ*. An *ῥαγῇ ᾖ*, vel *ῥαγῇ*, ut (62, 31.) *ἢν μηδέκω ῥαγῇ*. Vel an *φορῇ* deest? *ἐπὶ βραχείῃ φορῇ τοῦ ὑγροῦ* (51, 17.)

P. 28, 13. *ἀνήῃ*. Num *ἀνίῃ?*

P. 28, 15. *τῆς ἄνω ἴξιος τῆς ὁδοῦ*. *τῆς ὁδοῦ*, videtur Glossema; *ἴξις* enim *τὴν εὐθυωρίαν* (rectam viam) significare apud *Ionas* a *Corintho* notatur, atque ita a *Galeno* (in Exeg.) apud *Hippocratem* usurpari dicitur. *Aretaeus* etiam, *οἶνος ὠκὺς μὲν ἐς τὴν ἄνω ἴξιν* inquit (104, 24.) *ἴξις πόρων* (53, 45.) V. Lexicon, in voce *ἴξις*.

P. 29, 13. *βύζεται*. Ita legendum, licet vox inusitata; formatur autem ab Adverbio *βύζην*, quod frequenter apud *Hippocratem* reperitur, ut (237, 17.) *αἷμα βύζην ἀπιόν*: exponitur autem a *Galeno*, *Erotiano*, et *Hesychio*, *ἀθρόως*. V. Lexic.

οὐ μάλα βήσσουσι. Ita lego, *Aetii* authoritate, licet Codices omnes habeant *εὖ μάλα βήσσουσι*. Ille enim, immutata paululum Dialecto, *εἰ μὲν οὖν ἀπὸ κεφαλῆς φέροιτο, γαργαλισμὸς τῆς ὑπερώας γίγνεται, καὶ ἀνάχρεψις πυκνὴ, καὶ οὕτως ἀποπτύουσιν. ἐρεθίζονται γὰρ πρὸς βῆχα, καὶ οὐ πάνυ βήσσουσιν.* (171, 36.) Illud autem *θυμὸς ἐγγίγνεται*, quod ex *Aretaeo* reddit *Aetius*, *ἐρεθίζονται πρὸς βῆχα*, loquendi forma est ex *Hippocrate* desumta (Progn. 39, 25.) *βηχές τε καὶ θυμὸς τουτέοισιν ἐγγίγνεται, καὶ οὐδέν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου;* in quem locum commentans *Galenus* ait, *θυμὸν εἴρηκε τὴν νῦν προθυμίαν ἣν ἴσχουσι πρὸς τὸ βήττειν, ἐρεθιζόμενοι μὲν ὡς πρὸς τὸ σύμπτωμα, παραχρῆμα δ' αὐτοῦ πανόμενοι καὶ μόνον ἀρχῆς τοῦ βήττειν πειρώμενοι.* *Aretaeus* hoc ipse explanat, (19, 57.) *βὴξ δὲ ἀτελὴς, προθυμίη δὲ μοῦνον.* Et (43, 50.) *βὴξ, πολλὸν θυμὸς ἐγγίγνεται, καὶ βραχέα, ξηρὰ βήσσουσι.* Itaque *οὐ* certe, contra omnium Librorum authoritatem, legendum.

P. 30, 6. *ἀπολυόμενον.* Malim *ἀποπτυόμενον.* Sputum enim, quo minus fluidum est, eo facilius in globulos formatur, et exspuitur, difficilius autem liquefit et dissolvitur. *Aetius* haec transcribens ait, *εὐθὺς ὑπὸ τὴν γλῶσ-* 489
σαν ἔρχεται στρογγύλον, καὶ ῥαδίως ἀποπτύεται. Et *Alexander Trallianus* (L. 7. c. 1.) *Γνωρίσεις δ' ὅτι οὐκ ἐκ τῶν κάτωθεν μερῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ τὴν φάρυγγα καὶ τὴν ἀρτηρίαν, ἐκ τοῦ μόνον ἀναχρεμπτομένοις αὐτοῖς καὶ βήσσουσι πάνυ ἀναπτύεσθαι.*

P. 30, 17. *φθορῆς.* An *φθόης?* siquidem ex hoc affectu in Phthisin praeceps est transitus. *Ἢν ἐντὸς ἐξ ἀποστάσιος, ἐν τῷ πνεύμονι γένηται, ἢ ἐκ βηχὸς χρονίης, ἢ ἀναγωγῆς αἵματος, καὶ ἀναβήσσῃ πῦον, πύη καὶ φθίσις κικλήσκεται* (36, 4.) qui affectus *φθόη* etiam vocatur, (36, 31.) Vel num *φορῆς* legendum? ut G. scilicet ut sanguinis effusio ab Aspera Arteria fieri dicatur.

P. 31, 2. *τοῦ.* An *τευ,* pro *τινος, Ionice?* certe *τοῦ τῶν* separatim legendum, non, ut apud G. *τούτων.*

P. 31, 8. *Ἔμπυοι.* An *Ἐμπύαι?* Ita (36, 7.) *ἢν δὲ θώρηξ ἢ πλευρὸν ἐμπυήσῃ, ἐπανάγηται δὲ διὰ τοῦ πνεύμονος, Ἐμπύη ἥδε τοὔνομα.*

P. 32, 14. *αὐλισθέν.* Num *ἀλισθέν?* ut (14, 37.)

P. 33, 7. *τῷ πλήθεϊ δὲ ἡ διαφορὴ* etc. Melius fortasse *τῷ πλήθεϊ* ad praecedentem sententiam reiici posset, ac legi *ἡ δὲ διαφορὴ* etc. Etenim antea de signis ex minore vel maiore copia sanguinis aliquid dixerat; nunc autem de iis tantum agit, unde dignosci possit si ex Vena vel Arteria fluxerit.

P. 34, 2. *ἰητρίης.* Legendum *ἰητρίη,* ut (12, 40.) *ἰητρίη δὲ ἀρκέσει ἁπλῆ.* et alibi. *στύψις μὲν ἡ ἰητρείη.*

P. 34, 16. *ξὺν τῳ.* Vocem aliquam potius deficere crediderim, ut *σιάλῳ,* quam *τῳ* hic pro *τινι* usurpari; neque enim aut commune aut sanum genus loquendi videtur. Substantivo certe alibi semper utitur in occasione simili, ut (60, 20.) *τάδε καὶ ξὺν τῇ τροφῇ.* et (60, 27.) *ἄλλοτε μὲν ἰδίῃ τάδε, ἄλλοτε δὲ ξὺν τοῖσι κοπρίοισι.*

P. 35, 4. *μετεξετέροισι δὲ καὶ μέσφι μεταφρένου. ἔμετοι φλεγματώδεες,* H. *μετεξετέροισι οἵδε μέσφι μεταφρένου ἔμετοι φλεγματώδεες.* G. V. Fortasse *μετεξετέροισι δὲ καὶ μέσφι μεταφρένου· οἱ δὲ ἔμετοι φλεγματώδεες.*

P. 35, 7. *μέζων ἔῃ τουτέων ἀποσιτίη, πλῆθος πολύ.* An *μέζων ἔῃ ἀποσιτίη, τουτέων πλῆθος πολύ?*

P. 35, 10. *παγετώτερον.* Inusitate, neque bene formatur comparativum hoc ex Substantivo *πάγετος.* Malim *παγερώτερον,* ut (98, 28.) *τὸ παγερὸν ἴσχει.*

P. 36, 11. *καταπίνῃ*. Certe vox mendosa. *Crassus* vertit, *Si in pectore noxa sit;* quid legerit, voci *καταπίνῃ* simile, coniicere nequeo. Inter Varias Lectiones legendum monet, *Si a pectore absorbeat*. An *ἐπανίῃ?* his enim praepositionibus verba in simili casu decomponit, ut *ἐπαν-άγηται διὰ τοῦ πνεύμονος* (36, 8.)

P. 37, 5. *οὐ*. Delendum puto. Inflammationes enim aetate maximas oriri minime dubium est. *Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θεριvῇσι μᾶλλον γίγνονται*. Hippoc. (L. 2. Epid. 995.) Sequitur etiam apud *Aretaeum* homines mori *ἔαρος δεύτερον*, *φλεγμονῇ καὶ πυρετοῖσι καυσώδεσι*.

P. 37, 9. *ἀπογνῶσι*. Malim, *ἀπόγνωσις*. Etenim malam spem ex desperatione omnimoda sequi, absurde dicitur; *δυσελπιστίη, ἀπόγνωσις τοῦ βίου*, cum gradatione expressio est.

P. 38, 5. *ὠκυφόνου* F. M. *ὦ κύφων οὐ* G. V. H. *Goupylus* inquit, O cyphon, exclamatio est indignantis, Dii vestram fidem! Quanam authoritate fretus hoc ita exponat, haud reperio. *Ὠκυφόνου* certe, vox *Homerice* composita, commodissime legi potest. *Paulus* (L. 3. c. 24.) *καρδία πάσχουσα ὀξὺν ἐπιφέρουσα θάνατον*. *Aretaeus* infra, *τόσον τε τάχος τοῦ ὀλέθρου* (15, 44.)

P. 38, 17. *Βουβῶνες οἱ λοιμώδεες ἥπατος*. *Ἥπατος* pro *Ἥβης* falso hic scriptum suspicor. Ita parum enim proprii sunt Iecori Bubones Pestilentes, ut huius Visceris Tumorem aut Ulcus nusquam Bubonem appellari meminerim. Inguen contra in Peste perpetuo occupant. Quin et ex eo tantum quod *τοὺς βουβῶνας* adeo frequenter infestent, *βουβῶνες* etiam hi Tumores dicti sunt. Ita *Βουβὼν* a *Polluce* (Onomast. L. 2.) describitur *τὸ περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς*. Quaenam vero partes hoc nomine appellentur, ita definit *Rufus Ephesius*, (de Appel. Part. Corp. Hum. 24.) *Βουβῶνες δὲ τὰ ἔμπροσθεν τῶν μηρῶν τὰ παρὰ τὴν ἥβην*.

P. 39, 5. *ἐστάθη*. Ita legendum non, ut G. *ἐτάθη*. Sic (16, 22.) *γνώμῃ εὐσταθέστεροι*, et (17, 12.) *ψυχῆς κατάστασις*.

P. 40, 8. *καί*. An *ἀλλὰ καί?*

P. 40, 11. *Ἔστι δ' ἧς τῆς νούσου ἦδε*. Haec pessime vitiata esse manifestum est. An *Ἔστι δὲ τῆσδε τῆς νούσου ἰδέη?* ut (28, 18.) *Σκοτώματος δὲ ἡ ἰδέη, βάρος τῆς κεφαλῆς*.

P. 41, 11. *εὐχροίη*. Legendum existimo, *ἀχροίη*. Ita in Venae Cavae Morbo, quem Causi speciem esse dicit, (21, 47.) *προσώπου ἐρύθημα ξὺν ἀχροίῃ* (21, 16.) et (36, 23.)

ἀγρυπνίη, ἄχροια, καὶ τἄλλα πάντα ὁκόσα οἱ πυρεταίνοντες. Signum revalescentis Cardiaci dicit, cum ei est πρόσωπον εὔχροον (103, 22.)

P. 42, 6. τἄλλα· ἀτὰρ καὶ τὰ ἄλλα. Quid haec sibi velint, equidem prorsus ignoro.

P. 42, 14. ἀλλοφάσσειν. Ita optime ex F. cum antea, ἄλλο φάσιν, nullo sensu legeretur. Ἀλλοφάσσοντες autem, vox ab *Hippocrate* usurpata, (Praenot. 44, 28.) a *Galeno* (in Exeg.) exponitur, παραπαίοντες, παραφρονοῦντες. V. Lexic.

P. 43, 4. ἐρέουσι. Melius fortasse ὀρέουσι, ut F.

P. 43, 17. μέρη. Malim legere, φέρει vel ἔχει; quid enim μέρη hic significet? τὰ πρῶτα per se frequenter adhibet, et adverbialiter, ut (38, 38.) τὰ πρῶτα ὑδατώδεα, etc. Et, τὰ πρῶτα, πολλὰ καὶ χολοβάψια, ἔπειτα etc. Postea vero, pro ῥηϊδίως ἄπονος, malim ῥηϊδίως τε καὶ απόνως, ut apud *Hippocratem* (Praenot. 45, 19.) ἢν ῥηϊδίως 490
τε καὶ ἀπόνως ἔχειν δοκέῃ.

P. 45, 12. χορδή. Malim χορδαί. Nam uti refert *Coel. Aurelianus*, Veteres Graeci intestina *Chordas* vocaverunt (Ac. Morb. L. 3. c. 7.) Et *Homerus* ait, χορδῇσιν λιπαρῇσιν (*Βατραχ.* 221.)

P. 45, 17. εἰλεώδεσι. *Stephanus* in Thes. Ling. Graec. et *Scapula*, εἰλεώδης, ex *Aretaeo*, exponunt, *ileo laborans*; quod quidem in hoc loco nisi absurde neutiquam significarit; neque vero alibi apud Authorem hunc legitur. *Constantinus* vocem hanc apud *Plinium* (L. 20. c. 4.) eodem sensu inveniri falso notat; *Plinius* enim illic, *iliosos*, dicit. Idem *Constantinus* τὰ εἰλεώδη, *intestini tenuis torsiones*, exponit; sed Authorem nullum, in quo id ita usurpatur, adducit. Equidem valde dubito an vox haec uspiam, nisi apud *Hippocratem*, idque semel tantum (Epid. L. 3. Aeg. 9. occurrat; γυναικὶ ἢ τὰ εἰλεώδεα δυσφόρως ὥρμησεν. *mulieri, cui intestini tenuis torsiones graviter ingruerunt.* *Foësius* tamen vocis huius in *Oeconom.* mentionem non fecit. Sed neque hoc sensu hic tolerari potest: neque vero eo quo ego illam transtuli, scilicet, *Ileum ex cibis iis maxime contrahi, qui Ileum inferre solent.* Certe hic legendum, πιμελώδεσι, *pinguibus:* quod non modo cum Experientia congruit, sed cum iis quae *Aetius* ex *Archigene* his omnino similia profert, de causa Ilei, Αἰτίη δὲ Εἰλεοῦ, διαφθορὰ σιτίων πολλῶν τε καὶ ποικίλων καὶ ὀξυνήθων, καὶ μάλιστα τῶν καταπιμέλων κρεῶν. Haec ex MS. in Bibliotheca *Bodleiana* exscripta sunt, ut et ea quae in Nota sequenti leguntur.

P. 46, 4. *ἀνελήφθη.* Legendum, *ἀνεθλίφθη, quibus intestinum in ventrem non retrusum, sed violenter collisum est. Aetius* enim haec ita exprimit, *συμβαίνει δὲ καὶ οἷς ἔντερον εἰς τὸν ὄσχεον σὺν τῇ κόπρῳ κατέβη, εἶτα ἀνεθλίβη μετὰ βίας.*

P. 48, 1. *παντί.* An *πάντῃ?* ut (20, 31.) *πάντῃ τοῦ ἥπατος σκίδναται.*

P. 49, 12. *πόνος βαρὺς, βαρύτατος.* Simili loquendi forma utitur *Coel. Aurelianus,* (Ac. Morb. L. 3. c. 18.) anhelatio crebra atque creberrima.

P. 49, 14. *ἕλκοντα.* An *ἕλκονται?* Trahuntur enim deorsum a Iecore Diaphragma et Pleura, utpote quod ex iis suspenditur.

ἤρτητο. An *ἤρτηται?* V. 48. 8.

P. 50, 14. *διήλλαντο.* An *διηλλάξαντο?* ut (93, 20.) *διηλλάξαντο τὸν κίνδυνον.* A. *διάλλομαι, διήλαντο* legi deberet, Phrasis tamen haud congrua.

P. 51, 3. *σὺν πλήθους.* An *σὺν πλήθει?* et *ὡραίων* pro *ὡρίων*, uti semper fructus horarii ab omnibus vocantur, et ab ipso (136, 8.) *ἀκροδρύων τὰ ὡραῖα.*

P. 51, 11. *ἐπιτελέως.* An melius *ἐπὶ τέλεος?*

P. 52, 9. *παρά.* Melius *ἡ παρά.*

P. 53, 2. *καθέν.* Melius ita, quam antea separatim *καθ' ἕν.* malim tamen, *χυθὲν,* ut 57, 32.

P. 53, 16. *κειμένην.* Legendum, *κειμένη.* Nam Aorta ad sinistram Venae Cavae, non haec ad illius laevam iacet.

P. 54, 5. *εἶδον* G. *ἰδέην* H. V. Et, *Καῦσον* G. H. *Καύσου* V. Legendum credo, *ὁκόσοι τήνδε τὴν κατάστασιν εἶδον, ἰδίην καύσου ἐκάλεον.* Ita (108, 5.) *Τὴν τῆς κοίλης φλεβὸς φλεγμασίην καὶ παχείης ἀρτηρίης, αἳ παρὰ ῥάχιν τέτανται, καύσου ἰδέην ἐκάλεον οἱ πρόσθεν.* Quoniam duae hae voces *εἶδον* et *ἰδέην*, altera alteram, proxime sequebantur, ac sibimet haud absimiles erant, Librarii ambas in Textu locum servare non debere existimarunt: itaque alii hanc, alii illam, expulerunt; aut forte alteram incuria omissam, ac postea in Margine ascriptam videntes, hanc receperunt, illam eiecerunt.

P. 54, 7. *ἐπεὶ τὸ θηριῶδες.* An recte? an *ἔπειτα* pro *ἐπεὶ τό?*

P. 57, 8. *'Ορθῶς τάδε. 'Ορθοστάδην* legendum credo. *Hosce morbos ita patiuntur aegroti, ita ut ex iis tamen decumbere et lecto affigi non cogantur.* Eo sensu hac voce frequenter utitur *Hippocrates*, ut (Epidem. L. I. 944.) *πουλὺν χρόνον* (*πυρετοὶ*) *παρέμενον ὀρθοστάδην τε καὶ*

κατακειμένοισι. ibidem (938.) *πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην;* in quod commentans *Galenus* inquit, *ὀρθοστάδην ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους τοὺς τὰς νόσους φέροντας ἀλύπως περιερχομένους, καὶ μὴ καταναγκαζομένους κλινήρεις γίνεσθαι.* Eodem sensu hac voce utitur *Aretaeus,* (63, 9.) *χρονίη νοῦσος, καὶ ὀρθοστάδην καχεξίη.*

P. 57, 13. *ἀλλ' ἤ.* Num *ἀλλά?*

P. 58, 10. *αὐτέων καὶ ὑστερῶν φλεγμονάς.* Mendum in hisce verbis aliquod latet; quaedam forte deficiunt. Qua ratione restitui possint, coniicere nequeo; sensum facile capio. Fieri posse dicit, ut Vesica Urinae suppressionem patiatur per consensum cum alia parte, puta, si inflammetur Uterus Mulieribus, aut Intestinum *Rectum* in Viris; quoniam ea per Membranas Utero in illis, *Recto* in his annectitur. Membranarum, quae Uterum et Vesicam iungunt, inflammationem, *Soranus* causam reclinationis ac retractionis Uteri praedicat; quidni eadem Urinam quoque in Vesica supprimat. An *πλεκτάνας* pro *φλεγμονὰς* legendum? quae pars Uteri vocatur apud *Soranum* et *Rufum.*

P. 58, 13. *πληρουμένης.* Legendum *πληρουμένη.*

P. 58, 15. *ἐπίσχη τά.* Melius *ἐπίσχηται τά.*

P. 59, 5. *ἐν δέκα* H. *ἐν ιδ'.* G. *Aretaeum* credo, *Hippocratis* doctrinae observantissimum, *Peracutorum* morborum terminum, circa *decimum* potius, quam *quartum atque decimum* diem praescripsisse. *Acuti,* inquit *Hippocrates,* (Aph. 23. L. 2.) *Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι. Galenus* autem in voces, *κάτοξυ νόσημα* (Aph. 7. L. 1.) commentans ait, *τοῦτο* 491
ἂν εἴη τὸ αὐτίκα ἀκμάζον. et in Aph. 10. L. 4. *ὅτι δὲ λίαν ὀξέα κέκληκε νῦν, ἃ πρόσθεν ὠνόμασε κατόξεα, δῆλον παντί· καὶ μέντοι καὶ ὅτι τῆς τούτων κρίσεως ὅρος ἐστὶν ἡ ἑβδομὰς ἡ πρώτη, λέλεκταί μοι καὶ τοῦτο.*

P. 59, 10. *ὠχρὸς ἱδρώς.* Legendum credo, *ψυχρὸς ἱδρώς.* De *luteo sudore,* uti vertit *Crassus,* mentionem nullibi factam reperio; *frigidus* autem morientibus praesertim, cum *Convulsione,* familiarissimus. *Aetius* de Satyriasi affectis dicit, *ἱδροῦσι ψυχρὸν, ὁποῖον συμβαίνει καὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σπασμοῖς ἀπολλυμένοις.*

P. 59, 15. *βουπρήστεϊ* H. *βουπρήστεϊ, καὶ πνεύμασι.* G. V. Haud mihi persuadere possum, *Aretaeum,* utut *Pneumaticae* Sectae addictum, utut etiam (50, 39, 40.) *ἔδεσμα φυσῶδες καὶ βούπρηστιν* Hydropas generare dicat, Vesicam flatibus inflammari credidisse. De iis tantum rebus loqui videtur, quarum fortuita assumtione Vesica afficitur, uti cum de causa Diabetis agit (52, 21.) *Οὐκ ἀδό-*

κητὸν καὶ δηλητήριόν κοτε τήνδε τὴν αἰτίην ἴσχειν, τῶν ὁκόσα κύστει καὶ νεφροῖσι ἐνσκήπτει. Illud itaque (*καὶ πνεύμασι*) melius omitti posse censeo.

P. 59, 17. *πάντα κακίων*. Haec duo verba rectissime se non habere suspicor. *πάντα τὰ κακίων*. H.

P. 60, 14. *σπλάγχνα*. Certe legendum, *Σπλῆνα*. *Σπλάγχνα* enim, omnia generaliter Viscera, significat. Itaque mox recte ait, *ἢν ἐξαπίνης ἀνωΐστος γένηται, καὶ ἐκβιάσηται τὰ σπλάγχνα*, omnia nempe Viscera, vel ex iis quaelibet, indicans. Iam vero, cum de singulis partibus agat, quas Uterus e loco suo commotus impetit; eumque modo directe sursum ferri sub Pectoris cartilaginem, modo oblique ad dextram aut sinistram: iecurque, quod ad dextram partem situm est nominet, inepte prorsus *σπλάγχνα* postea dixerit, rectissime vero *σπλῆνα*, quod Viscus in sinistra lateris parte, Iecori oppositum, iacet. Ita in Curatione huius mali, de Utero ibidem loquens (111, 20.) *ὀπίσω χάζεται, ἠδὲ ἄνωθεν· ἴῃ δ' ἂν ποτε καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα, ποτὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ.*

P. 61, 6. *ἀτονίη*. Certe legendum *ἀφωνίη*. Imbecillitas recte quidem pro Symptomate nominatur, ubi malum hoc nondum accessit, sed iam instat, ut infra (35.) *Ἢν οὖν ἄρξηται πάσχειν, ὄκνος ἔργων πρήξιος, ἔκλυσις, ἀτονίη*. Hic autem mulier in ipsa Suffocationis impetu acutissime moriens describitur: *ἐπιέζετο ὠκέως στενοχωρίῃ ἧπαρ, διάφραγμα, πνεύμων, καρδίη. τοὔνεκεν ἀπνοίη ξυνεῖναι δοκέει καὶ* (non *ἀτονίη*, sed) *ἀφωνίη*. Oppressio scilicet omnium Respirationis partium, Diaphragmatis, Pulmonum, Cordis, quae *spiritum*, eodem quoque tempore *vocem* elidit. Ita cum de alio Morbo huic simili loquitur (24.) fit, inquit, *ξὺν πνιγὶ καὶ ἀφωνίῃ*. In Symptomatis, ubi mulier iam conciderit, (24, 42.) simul ponuntur *πνὶξ καρτερὴ, ἀφωνίη*. Inter huius affectus perpetua symptomata rursus nominatur *ἀφωνίη* (25, 13.) Arteriarum *Carotidum* compressionem inter Suffocationis causas ponit *Aretaeus*; quae quare ita vocentur exponens haec habet *Rufus*, lectu non indigna; *Καρωτίδας δὲ τὰς διὰ τοῦ τραχήλου Κοίλας ὠνόμαζον πάλαι, ὅτι πιεζόντων καρώδεις καὶ ἄφωνοι ἐγίνοντο· ὤφθη δὲ νῦν τὸ πάθημα, οὐ τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλὰ νεύρων αἰσθητικῶν πεφυκότων πλησίον.* Cum suo nuper tempore repertum, pro confesso autem iam haberi dicat *Rufus*, Arteriarum *Carotidum* pressionem *Comatis* non esse causam, id autem a *Nervis sensoriis* prope has iacentibus oriri: cumque *Rufus Ephesi*, prout in *Cappadocia Aretaeus*, ambo scilicet in *Asia minore*,

Medicinam exercuerint; profecto verisimile est, si his temporibus exstitisset *Aretaeus*, eum vel novae huic de *Comatis* causa, secus quam senserint Veteres, opinioni contradicturum fuisse, vel eam ipsum approbaturum. Neque vero, si paulo vel multo post hanc aetatem claruisset, quid de hac re a Medicis diceretur, ignorare potuit: cum etiam post huius aevum, *Aetii* scilicet temporibus, *Rufi* inter caeteros permultos, scripta plurima Medica maximo in pretio haberentur. Itaque pro aliquo hoc argumento fuerit, *Aretaeum* ante *Rufum* viguisse. *Rufus* autem (teste *Suida*) *Traiani* imperio floruit.

P. 61, 8. *Καινῷ κάρῳ.* Malim *δεινῷ* vel *αἰνῷ*, qua voce, utpote *Homerica* et *Hippocratica*, eodem sensu utitur, (110, 19.) *αἰνότατοι καὶ οἴκτιστοι.* Vel fortasse pro *καινῷ*, *κακῷ* legendum. *Hippocrates* Epid. L. 3. 1085. inquit, *ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ βαρέως ἀπώλλυντο.* *Καταφορὴ* enim apud *Hippocratem* idem quod *κῶμα*, vel *κάρος*, significat. *Κῶμα δὲ καὶ καταφορὴ* (Epid. L. 3. 1109.) *Erotianus* exponit *κωματώδεες, οἱ μετὰ κώματος καταφερόμενοι· κῶμα γὰρ ὁ ὕπνος, καὶ οἷον κοίμημα. οἱ οὖν μετά τινος νωθρίας ἐν καταφορᾷ ὄντες, κωματώδεις καλοῦνται.* *Aretaeus* dicit (9, 3.) *ἐν τῇ καταφορῇ παράφοροι.*

P. 61, 9. *ξυμμορφῇ.* Malim *ξυμφορῇ.* Voces hae pro se invicem Librariorum incuria saepe positae sunt, ut 19, 6.

P. 61, 15. *αὐτόματοι.* Videntur hic quaedam lineae deficere. Neque enim cum sequentibus bene cohaerent; neque adhuc distinctionem inter duos istos affectus complevisse videtur. *ψύξιες* etc. inter causas Hystericae Suffocationis numerari credo.

P. 63, 9. *πηλικωτέρῃσι.* Vocem hanc nusquam invenio. *Πηλίκος*, quantus, significat. *Herodotus*, *ἀπηλικέστερος*, *Ionice* pro *ἀφηλικέστερος*, *iunior*, ponit: quod et hic legendum credo.

P. 67, 10. *πόνος ἐπιπόνου ἰήσιος.* An recte?

P. 68, 2. *ὡς.* An recte?

P. 68, 14. *ἐπὶ πλεῦνας.* Videtur, *ἡμέρας*, deficere. Ita loquitur (37, 46.) *ἐς ἡμέρας πλεῦνας.* et rursus, (79, 35.) 492
Absurde enim *πλεῦνας* ad *αἰτίας* referatur, *Si caput levi de causa, vel pluribus de causis, doleat.* Id autem vult, licet per aliquot dies continuet dolor, nondum *κεφαλαίην* vocari, nisi *διεθίζῃ χρόνῳ μακρῷ* etc.

P. 69, 1. *πλεῦνον.* An *πλεῦνα*, Symptomata nempe. *Πλεῦνον* enim, *magis*, significare nusquam reperio.

P. 69, 11. εἴς. Quidam Codices ἐς, H. εἰς habet. Spiritum igitur et Accentum immutare haud dubitavi, cum id sensus postulet, et ἐς μέσφι nunquam usurpetur pro, *usque ad.*

P. 69, 13. ἐν ἡμίσεϊ μίμνει. Videtur legi debere, ἀλλ' ἐν ἡμίσεϊ μίμνει, vel μίμνοι pro μίμνει.

P. 69, 14. μοῦνον. Videtur redundare.

P. 70, 3. ἱδρὼς ἄσχετος τενόντων ἐξαπίνης ἄλογος, ὡσπερεί τινος πατάξαντος ξύλῳ. Tendinum quid sit sudor, explicatu haud facile est. Legendum puto, ἱδρὼς ἄσχετος· τενόντων ἐξαπίνης ἄλγος, ὡσπερεί τινος πατάξαντος ξύλῳ. Ita quoque haec reddidi. Nervos maiores Cervicis *Coelius* a Graecis τένοντας vocari scribit: (Morb. L. 3. c. 3.) qui tamen *Tendines* potius appellari debent, et in dolore Capitis non raro et ipsi afficiuntur. *Coelius* inquit in Cephalaea, (Morb. Chronic. L. 1. c. 1.) Occupat (dolor) occipitium atque colla.

P. 71, 1. ἐγκυβερνέῃ. Vox haec nusquam reperitur; neque κυβερνᾷν quippiam hic sensus congrui significat. An, ἐγκυρκανέῃ, vel ἐγκυκανέῃ? nam κυρκανᾷν et κυκανᾷν idem significant. V. Steph. Thes. Graec. *Κυρκανᾶται* autem ab *Erotiano* exponitur, ταράττεται, quod hic quidem sensus optimi est. Vid. quae de hac voce dicta sunt in Notis ad 64, 55.

P. 72, 6. τισι. An τῇσι?

P. 73, 11. οὐδὲ ἡλικίῃσι μειλίχιον. Haec ita reddidi, *neque aetate procedente quicquam mitigantur:* quem sensum in his verbis solum invenio, eumque duriter sane ex Graecis expressum. Malim, pro ἡλικίῃσι, legere, ὁμιλίῃσι, *colloquia, consortia,* ἄμικτοι, οὐδὲ ὁμιλίῃσι μειλίχιοι· *hominum colloquia defugientes*, etc., quando iis intersunt, morosi; scilicet, *nec visu faciles, nec dictu affabiles. Maniacos* describens, inquit, φυγανθρωπεύουσι ἐς ἐρημίην, σφίσι αὐτέοισι ὁμιλέοντες (33, 5.) νηπιάχων μύθων προσομιλίῃ (75, 31.)

P. 75, 10. θυμηδίην. Malim, ἀθυμίην, *Crassus* vertit, *animi angorem.* In hoc enim differre ait *Maniacos* a *Melancholicis,* quod *Maniacorum* nonnulli vehementer iracundi sint, nonnulli risu ac laetitia perpetua occupentur, uti etiam eorum genera eleganter describit in proximo Capite: *Melancholicorum* vero mens perenni tristitia obumbretur, et sicubi eorum moeror in laetitiam transeat, in furorem illos agi, et *Maniacos* appellari debere. *Ἦν δὲ ἐξ ἀθυμίης* etc. (30, 3.) Dixerat etiam antea *Melancholiam* sibi *Maniae* principium ac partem videri.

P. 76, 2. *Μελαγχολῆσιν.* An *Μελαγχολέουσιν* vel *Μελαγχολίῃσιν?*

P. 76, 3. *ἀμείβεται.* Melius forsan *ἀμείβηται,* ut H. V. *παράλογον τῆς ὀξυθυμίης.* *Crassus* vertit, *excandescentiae delirium.* Videtur legisse, *παράφορον τῆς ὀξυθυμίης.* Monet etiam pro, *excandescentiae,* legendum, *tristitiae:* unde in alio Exemplari, *ἀθυμίης* invenisse putandum est.

P. 76, 10. *νωθροὶ ἔασι ἀλόγως, οὔτινι ἐπ' αἰτίῃ.* Cum *ἀλόγως* idem significet quod, *οὔτινι ἐπ' αἰτίῃ,* malim istam istasve voces ex hoc loco auferre, et post *ὀργίλοι* legere in eadem linea. Ita alibi: *ὀργίλοι οὐκ ἐπ' αἰτίῃ τινὶ, δύσθυμοι δὲ ἀλόγως.*

Τεκμηρίων. An *Τεκμήρια?*

P. 76, 11. *Μελαγχολίης ἀρχή.* Videntur hae duae voces ex Margine desumtae, ubi eas aliquis adscripserat ut notaret hic inveniri *Melancholiae incipientis* signa: quod submonuerat *Aretaeus* dicens, *Τεκμηρίων* vel (*Τεκμήρια*) *μὲν οὖν οὐκ ἄσημα.* Ita etiam (69, 27.) *Ἀτὰρ οὐδὲ ἴσχει τέκμαρ οὐδὲν ἡ ἀρχὴ τῆς νούσου μέγα.* Vel fortasse transposita sunt, et legendum. *Τεκμήρια μὲν οὖν οὐκ ἄσημα, μελαγχολίης ἀρχή.*

P. 76, 15. *ὁκόσα γὰρ ὑπερεκτρέπονται οὔπω οἱ κακοῦ.* Sensus ex his verbis facile elici potest, tamen *οὔπω οἱ* non sanam esse Lectionem suspicor. *Crassus* vertit: *Quotquot enim a naturali statu valde aliena sunt, ea non protinus huic malo insunt, sed per quietem sese offerunt.* Videtur plura, non tamen saniora legisse.

P. 77, 14. *Ὡς ἐξ ἁλὸς ὀρυγμίῃ.* Comparatio certe longe petita. Crediderim pro *ἐξ* et *ὀρυγμίῃ* legendum *ὀξυρεγμίῃ,* et mendum quoque aliud subesse. G. legit *ὀρεγμίῃ.* Ita (16, 19. 20.) *στομάχου ἴδια, ἐρεύξιες ὀξυρεγμίῃ.* (et 59, 24.) *φῦσαι βρομώδεες μὲν αἱ ἄνω, καὶ ὀξυρεγμιώδεες.*

P. 77, 16. *σφυγμοὶ ἴκελοι τῷ ψύχεϊ,* quid sint, nescio. *Crassus* monet legendum, affectui: quare, *πάθεϊ,* in quodam Codice reperit; quod tamen sensum haud illustrat.

P. 78, 3. *ἤ.* Redundat, puto.

P. 80, 6. *αἵδε αἱ προφάσιες, καὶ γὰρ ἄνδρα ἐξάπτουσι.* Malim haec ita legere, *Αὗται δὲ αἱ προφάσιες, αἳ καὶ ἄνδρας ἐξάπτουσι.* *Aetius,* qui multa ex *Aretaeo* de Mania exscribit, haec ita exprimit, *ἁλίσκονται δὲ τῷ πάθει — καὶ οἱ τὰς συνήθεις ἐκκρίσεις ἐπισχόμενοι διὰ τοῦτο καὶ γυναῖκες ἐνίοτε μαίνονται, αἷς ἐπίσχηται τὰ καταμήνια.*

P. 80, 10. *ἀγωνίκης.* Legendum *ἀγωνίης,* ut 44, 25.

P. 81, 3. *ληκύθων ἔκπτωσιν.* Verba paucula hic ad explendum sensum deficere videntur, qualia in Versione addidi. Paulus (L. 3. c. 14.) ait Melancholicorum, *τοὺς μὲν δοκεῖν εἶναι σκεύη ὀστράκινα, καὶ φοβεῖσθαι τὸ καταγῆναι.*

493 P. 84, 7. *τῶν.* Legendum *ἢ τῶν.*

P. 84, 14. *ἄλλης.* Malim, *ὅλης.* Neque enim de ullo *Sensu* antea locutus est.

P. 85, 7. *ἀναλθές.* Malim *ἀναλδὲς*, quae vox *Hippocratica* a *Galeno* et *Erotiano*, *ἀναυξὲς*, *ἄτροφον*, exponitur. Etenim, quibus modis afficiatur *Crus* hoc, *ἀπόπληκτον* ab *Hippocrate* dictum, explanat: *νεκρῶδες* scilicet id *sensu* carere indicat *ἀχρήϊον motu*, *ἀναλδὲς* autem *nutrimento* quoque *destitui* ac *minui* et *tabescere;* quae sane omnia in *Crure* vehementi *Paralysi resoluto* eveniunt. *Hippocrates*, (Lib. De Artic. 823. 2.) quibus os femoris luxatum est, inquit, *ἀχρήϊον παντάπασιν καὶ ἀναυξὲς ὅλον τὸ σκέλος γίγνεται.* In imo Versionis Latinae notavi, *ἀπόπληκτον σκέλος*, quod ex *Hippocrate* citat *Aretaeus*, reperiri Epidem. L. 3. a *Dureto* (Com. in Coac.) deceptus, qui id illic legi monet haud vere; pro comperto enim habeo verba haec in isto Libro haud legi: neque sane, post longam et frequentem conquisitionem *ἀπόπληκτον σκέλος* apud hunc Authorem ullibi deprehendo. *Paulus* etiam in Capite de Apoplexia (L. 3. c. 18.) eadem ex *Hippocrate* profert, *φησὶ γοῦν Ἱπποκράτης, ἀπόπληκτον αὐτῷ τὸ σκέλος ἐγένετο.*

P. 86, 1. *ἢ ἰδίῃ καὶ ἰδίῃ ξύμπαντα.* Malim, *ἢ ἰδίῃ καὶ ἰδίῃ, ἢ ξύμπαντα, vel per se singula, vel simul omnia.*

P. 86, 8. *ἑλκέων νεύει.* Quid hae voces hic significent, divinare nequeo. An *ἐκλυόμενα*, vel aliquid simile?

P. 86, 11. *κρίσιος.* Legendum puto, *χρήσιος.*

P. 87, 7. *περάτωνδε.* Vox haec pro *περατῶνται*, incuria huc irrepsit.

P. 87, 16. *τόδε.* Malim, *τάδε*, scilicet *νεῦρα.*

P. 88, 1. *προδιδοῖ.* Malim *προσδιδοῖ*, ut 15, 5.

P. 88, 11. *ὅκως ξύλα ἱκανὰ καταξέων.* Non dubito, quin insigne mendum his verbis insit; ea saltem non intelligo.

τὰ μέλεα βραχύτερα ἑωυτέων γίγνεται. Forsan pro *ἑωυτέων*, *ὑγιέων* legendum. *Hippocrates* (Lib. de Artic. 821.) haec habet. *Οἷσι δ' ἂν κατὰ τὸ ἰσχίον ἐξάρθρησις γένηται, τούτοισι τοῦ μηροῦ τὸ ὀστέον οὐκ ἐθέλει ξυναύ-*

ξεῦϑαι ὁμοίως· τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τρώματός ἐστιν, ἀλλὰ βραχύτερον τοῦ ὑγιέος γίγνεται.

P. 91, 1. εἰ μὲν τὸ στόμα ξυνάγηται τἄνδοϑεν, ἀδόκητος ὁ πάταγος. Malim haec ita legere et interpungere, εἰ μὲν τὸ στόμα ξυνάγηται, ἔνδοϑεν ἀδόκητος ὁ πάταγος.

P. 91, 8. ὑγιέα τὰ σιναρά. Nominativo praeponi debet Articulus, quod hic est ὑγιέα; pars enim ista faciei quae sana est, intenditur, et decolor est, et oculum habet altero ampliorem: eo quod altera pars quae convulsionem patitur et contrahitur hanc quidem vehementer intendit, non tamen mali quicquam ei communicat. Legendum ergo, τὰ ὑγιέα σιναρά.

P. 91, 13. ἐντός. *Crassus* male legerat, ἐκτός. Nam, *externa causa*, vertit.

P. 92, 7. δήλη. An non melius, δηλοῖ? molestia scilicet, imbecillitas, et colliquatio *manifestum faciunt* febrem non desinere interdiu, licet eo tempore delitescat. Ita (54, 27.) δηλοῖ δὲ τὸ πῦον, et (63, 23.) ἰδέα δηλοῖ.

P. 94, 3. ὥσπερ καὶ τὰ στερεά. Haec mendosa esse opinor.

P. 94, 6. ποιεῖ. Num recte?

P. 94, 13. ῥομβοειδέα. *in rhombi figuram.* Figura haec nullo modo Ossium istorum figurae similis est. Costae enim omnes ex Osse uno atque incurvo consistant, cuius circumferentia convexa ad exteriorem partem spectat: adeoque linea quae Costae cuiusvis vertices, per superficiem eius externam ducta, coniungit, una, atque eadem curva et convexa est. Illas itaque similitudine nullo modo referunt *Figurae Planae*, *Rhombus* et *Rhomboeides* dictae; cum earum utraque, utpote *Parallelogramma*, constet ex *Angulis* quatuor atque totidem *rectis lineis*. Idem de *Figuris Solidis*, *Rhombo* et *Rhomboeide*, dicendum. Nam cum hic pariter atque ille describatur ex *Figurae planae* eodem nomine appellatae convolutione circa alteram ex Lineis suis Diagonalibus manentem immobilem, liquet etiam omnem undique horum Corporum *superficiem* describi a duabus *Rectis Lineis* quae eorum vertices connectunt, *Angulum* autem ipsae simul in *Superficie* constituunt. Legendum credo, ῥοιβοειδέα, aut ῥοικοειδέα, *recurva*. *Corinthus* enim apud *Ionas* significare inquit Ῥοικὸν, τὸ εἴσω νεῦον καὶ στραβὸν, ὃ καὶ ῥοιβὸν λέγεται. Et *Erotianus*, ῥοικώδη, ἁπλᾶ καὶ γαῦσα καὶ στρεβλὰ ἐκάλεσαν. Verbum certe illud ex *Hippocrate* petitum est, (Lib. de Artic. 810.) καμπυλώταται δὲ πλευραὶ ἀνϑρώπου εἰσὶ, ῥοβοειδέα τρόπον. Sed legendum illic etiam, ῥοιβοειδέα

vel *ῥοικοειδέα*, vel etiam *ῥεβοειδέα*. Nam uti notat doctissimus *Foësius* in hunc locum, *ῥεβὸν*, idem quod *ῥοικὸν* aut *κυλλὸν*, significat, atque ita id usurpat *Galenus* (Com. 3. in Lib. *κατ' ἰητρεῖον*.) Hanc etiam sententiam spectat *Erotianus* in *Vocum Hippocraticarum Collectione*; locus autem perquam vitiosus est, uti innuit *Foësius*, (Com. in Lib. de Artic.) et sic legendum monet, *Ῥεβοειδέστατον, καμπυλώτατον· ῥεβὸν γὰρ καὶ γαῦσον τὸ στρεβλὸν λέγεται· καὐτὸς δέ πού φησι, καμπυλώταται δὲ ἀνθρώπου πλευραί εἰσι, ῥεβοειδέα τρόπον, τουτέστι πλαγίως, ἐπὶ τοῦ κατά τι μὲν κοίλου, κατά τι δὲ καμπύλου*. Rursus *Hippocrates*, (in Mochlic. 842.) *πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῷ σπονδύλῳ, νευρίῳ, προσπεφύκασιν, ἀπ' αὐχένος ἐς ὀσφῦν ἔσωθεν· ἐπίπροσθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος, χαῦνον καὶ μαλθακὸν καὶ ἄκρον ἔχουσαι, εἶδος ῥομβοειδέστατον τῶν ζώων*. Similis hic error ac apud *Aretaeum*. *Galenus* (Exeg. *Hippoc.*) *ῥαιβοειδέα, καμπύλον*, exponit. Sed Librariorum haec errata fuisse credendum est; veramque
494 lectionem, sive *ῥοιβοειδέα*, sive *ῥοικοειδέα*; quarum utramque vocem *Ionicam* esse antea demonstratum est; in earum vero locum, cum valde inusitatae et antiquae sint, *ῥομβοειδέα*, voculam communem neque sono absimilem, irrepsisse minime mirum est.

P. 94, 15. *ἄρθρα ἐναργῆ*. Videtur Glossema in sequentem vocem *ἔξαρθρα*. *Hippocrates* ait, (Lib. de Artic. 787.) *ἄλλοι γὰρ ἄλλων ἔξαρθροι πεφύκασι*, ubi *Galenus* *ἐξάρθρους* vocari scribit, *τοὺς ἐκκείμενα καὶ προὔχοντα κεκτημένους ἄρθρα*.

P. 95, 4. *οὖν*. *Crassus* legit, *οὐ*. Siquidem vertit, Porro Senes in hoc malum non frequenter incidunt.

P. 97, 2. *παχύνεται ὁ ὑμὴν· ἀτὰρ ἠδὲ* etc. Ita lego, nulla mutata litera, cum Codices omnes habeant *παχύνεται· οὐ μὴν ἀτὰρ ἠδὲ* etc. Etenim *ἀτὰρ ἠδὲ*, voces Authori huic frequentissimae in sententiae initio semper usurpantur, ut 36, 36. *ὁ ὑμὴν* autem ut claritas sententiae constet, pene necessaria sunt. in Var. Lect. (8, 45.) ubi Codex unus, *ὁ ὑμὴν*, habet in alio, *οὐ μὴν*, reperias.

P. 97, 5. *φθίσιν ἔλεξα* etc. Haec quidem prorsus haud intelligo.

P. 97, 16. *χροιὴ ζοφώδης*. Ita lego ex M. cum Codices *χροιὴ ζωώδης* habeant. *Purulentis* enim *color* semper *luridus*. *ζωώδης* autem, *floridum colorem*, significat, ut (24, 45.) *ἐς χροιὴν ζωώδεες, ἐρυθρότεραι μᾶλλον*. At (68, 3.) *μέλανες, ζοφοειδέες τὴν χροιήν*.

P. 98, 2. *μέσφι ἂν ᾖ*. Malim *μέσφι ἀνῇ, quoad remiserit; μέσφι* enim, *quoad*, non, *quamdiu*, significat.

P. 98, 7. *ἀποτάσιος βιαίης*. Ita lego, licet Codices Graeci, *Ἀποστάσιος* habeant; quoniam *Crassus*, inter paucas eas, quas Libro suo subiecit, *Varias Lectiones*, ex suis legi debere dicit, *intentione violenta:* quae quidem, cum pus ex pulmone fertur, non potest abesse. *Abscessus* autem violentus incongrue dicitur. *Variarum* istarum *Lectionum* mentionem non facio, nisi quid occurrit a *Graecis* nostris MSS. discrepans, quod quidem perraro accidit.

P. 99, 3. *ἢ ἀνώμαλον. ἢ* supervacaneum videtur.

P. 99, 5. *ἀποπλυνόμενα*. Melius fortasse *ἀπολυόμενα*.

P. 101, 1. *τῇ μέσφι*. Num recte?

P. 101, 9. *βρογχίζον*. Legendum *βρογχίον*. *Rufus* inquit, *Τῆς δὲ τραχείας ἀρτηρίας καλεῖται βρόγχος, αἱ καὶ εἰς τὸ πλέγμα ἀποφύσεις βρογχία*.

P. 103, 2. *πυρσευτῆρι*. Legendum, *πυρσευτῆρσι*.

P. 103, 14. *ὑπὸ βαρίης*. Quonam modo afficiantur in statu aliquo aëris *Asthmatici*, minime iam agit. Malim itaque legere, *ὑπ᾽ ἀπορίης δὲ τοῦ ἠέρος καὶ διοίγουσι τὸ στόμα, ὡς τῷδε μέζονι χρεόμενοι*, *eo quod aëris valde indigeant, os etiam aperiunt*, ut eius ita quamplurimum attrahere possint. *Aetius* de *Asthmaticis* inquit, *τὸ γὰρ εἰσπνεόμενον αὐτοῖς ἔλαττόν ἐστιν, ἢ κατὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς*.

P. 104, 4. *μικροτέρῃ*. Codices Graeci omnes habent *μακροτέρῃ*. *Crassus* autem indicat, pro *longiore*, legi *minore*. Neque dubitari potest, quin, quo minor sit in Asthmate Tussis, eo melius cum aegro agatur.

P. 104, 5. *τε πύων* G. H. *τε καὶ πύων* V. Melius, *τε πύων καί*.

P. 104, 10. *περιόντι*. Legendum, *περιϊόντι*.

P. 104, 16. *αἰσχρὸν ὄν*. Melius, *εἰς χρόνον, in tempus aliquod*. Neque enim turpitudo in hoc affectu ulla est. *οἱ μὲν ἐς χρόνον ἐπαρήγοντες* (71, 21.) *Διαρκέουσι δὲ ἐς χρόνον τινά, εἰ καὶ μὴ κάρτα πολλὸν* (52, 15.)

P. 105, 3. *ὅσον βραχείης ῥοπῆς*. Haec sana esse nequeunt.

P. 105, 9. *εὐρύτερος*. Malim, *ἀραιότερος*. Ita Phthisi *Pulmonum* obnoxii dicuntur, *ἀραιοὶ τὸν θώρηκα* (37, 27.) Certe *Pulmonum vitiis*, nulli magis immunes, quam quibus *Thorax latus* et quadratus obtigit: nulli contra iis magis opportuni, quam quibus is *arctus*, *compressus*, *contortusque* est. *Pneumode* autem affectis *Thoracem*, neque *Ulceratum* esse dicit, licet rarior atque arctior sit; ideoque

non acutus valde morbus exsistit; sed *εἰς χρόνον ἀποτείνεται.* Quid quod haud infrequenter eveniat, ut quibus *pectus acutum* est, ii quoque *gibbi* sint, et ergo hos altera malae istius conformationis parte affici, altera carere innuit.

P. 105, 16. *δεξιά.* Malim *ἐπὶ δεξιά.*

P. 106, 4. *ἐς ὑγείην.* Redundare videntur.

P. 106, 11. *ἕλκει.* Melius *ἕλκεται.*

P. 106, 12. *ἦρται.* Melius *ἤρτηται.* V. 19. 55. Ubi melius etiam *ἤρτηται* pro *ἤρτητο.*

P. 106, 13. *ξυνέπεται.* An *ξυνέχεται?*

P. 106, 14. *ἄκρῳ τῶν ὤμων.* An *ἄκρον τῶν ὤμων,* vel *ἄκρῳ τῷ ὤμῳ,* ut eodem casu ponatur quo *κληῗδα.*

λευκοχρόου. Malim, *λευκοχλώρου,* ut 45, 44. 46, 19. Vid. etiam Not. in 44, 54.

P. 107, 6. *μίμνωσι οἰδέει.* Quiddam hic, opinor, deest.

P. 108, 3. *κακώδεις.* Certe legendum, *οὐ κακώδεις. Pus* enim in *Abscessu* male olere malum perpetuo signum. *Πύον δὲ, ἀλλ' ἐς παχὺ, λευκὸν, οὐ κάκοδμον ἐκδιδοῖ ἐνήθεα τὰ ἀπὸ τῶνδε Ἕλκεα* (55, 36.) *Ἀθρόον δὲ ἀπὸ πύου εἰρῆσθαι, ὁκόσα μὲν λευκὰ πέπονα, ἄνοσμα, λεῖα, περιεστηκότα.* (38, 49.) Vid. etiam 42, 43.

P. 108, 5. *ἀθέλξεται.* Malim *ἀλθέξεται,* ut 61, 21. Voce *ἀθέλγηται* utitur *Hippocrates*, sed sensu longe ab hoc diverso. V. *Foës. Oeconom. Ἄλθεξις,* frequens apud *Aretaeum* et *Hippocratem* vox; a qua *ἀλθεῖν* et *ἄλθεσθαι* et *ἀλθίσκειν* format *Hippocrates*, quae *Galenus* et *Erotianus ὑγιάζειν, θεραπεύεσθαι,* exponunt; *Aretaeus ἀλθέξεται* ab ea derivat, ambo *ἀλθαίνειν.*

P. 109, 1. *γὰρ ἐκρέει.* Nihil frequentius est quam ut particulae a Scribis negligentibus pro se mutuo ponantur, uti *γὰρ* et *δὲ* pro invicem, Var. Lect. 19, 42. *γὰρ* autem
495 pro *δὲ* unum posuisse credo alterum, *δὲ,* loco *δι;* quare *διεκρέει* hic legere velim.

P. 109, 5. *ἄπορον* etc. Haec vitiata esse satis constat; sensum tamen verum elicuisse mihi videor in Versione.

P. 110, 12. *ἐπιπνοίης*, G. *ἐπιπονίης*, H. Nullo sensu. *ἐπιπολῆς* satis commode legi potest. Tumor extat maior ipsa Lienis *superficie* apparens.

P. 110, 15. *πάθος.* Legendum, *πάθεος.*

P. 111, 10. *ἐπαναίσθητον.* Annon melius *ἀνεπαίσθητον?*

P. 112, 6. *μέλεα.* Legendum *μέρεα.*

P. 113, 4. *πλατέα.* Legendum, *παχέα,* ut apud *Hippocratem,* (De Aër. Loc. et Aq. 283. 38.) *ὁκόσα μὲν οὖν*

ἐστιν ἑλώδεα, καὶ στάσιμα, καὶ λιμναῖα, ταῦτα ἀνάγκη τοῦ μὲν θέρους εἶναι θερμὰ καὶ παχέα — τοῖσι δὲ πίνουσι, Σπλῆνας μὲν αἰεὶ μεγάλους εἶναι.

P. 113, 15. *ἡμῖν.* An recte?

P. 113, 16. *τὸ ἐς ἐργασίην. Τροφὴ*, pro *τὸ*, legendum puto. *Ἢν οὖν ὠμότερον τὸ ἧπαρ τὴν ἄλλην τροφὴν λάβῃ, τὴν μὲν ἰδίην ἐργασίην πονέει* (45, 7.) et (47, 22.) *ὠμῶν δὲ καὶ ἀτρέπτων ἡ ἀνάδοσις, ἐργασίη γὰρ τροφῆς ἡ ἐς πέψιν ἄπορος.*

P. 114, 9. *λευκοχρόου.* Malim, *λευκοχλώρου, color ex albo viridique permixtus. Crassus* monet, (in Var. Lect.) legendum, *album cum viridi mixtum.* Statim etiam subiicit, in *Nigro Ictero* colorem esse *μελάγχλωρον.* Vid. 45, 44. et 46, 19.

P. 115, 2. *ὠμότερον τροφὴν.* Substantiva foeminini generis cum Adiectivo Masculino non raro copulantur, ut hic: ut *χρονίου νούσου* (28, 11.) *κοιλίαι πλατέες* (36, 50.) quod et apud *Poëtas* et *Hippocratem* non infrequens. Id subnotare volui, ne fortasse menda putarentur.

P. 116, 14. *Τῶνδε μέντοι ἡ αἰτίη· εἴδη δὲ καὶ χολῶν ἐστι αἰτίη.* Haec ita legi fortasse debent, *Τῶνδε μέντοι, εἴδη καὶ χολῶν ἐστι αἰτίη.* Ex Margine alterum *ἡ αἰτίη* desumtum credo, ubi notabatur in hoc loco reperiri diversas Icteri causas. Sequetur mox, *Ἀλλὰ καὶ τὰ σπλάγχνα ἐστὶ αἰτίη,* simili et congruo dicendi modo.

P. 118, 14. *οἶδε κινέειν.* Sensus hic restitutionem, in loco plane desperato, *Harleyàno* Codici debemus, cum antea legeretur *εἶδε κενεὴν.*

P. 119, 9. *νέοισι.* Malim, *καὶ νέοισι.*

P. 119, 15. *σχέδιος.* An, *σχεδίως?*

P. 120, 5. *αἵματος γέννα, ἠδὲ πᾶν ἔργον φύσιος.* Malim, *ἠδὲ πᾶν ἔργον φύσιος, αἵματος γέννα.* Saepe accidit, cum omissum aliquid in Margine adscribatur, qui ex isto Exemplari aliud exscribit, id loco non suo restituat.

P. 120, 6. *τὸ πρόσθεν.* An recte?

P. 121, 3. *Εὖτε* etc. Haec profecto non intelligo.

P. 121, 10. *μόρια.* Ita legendum, non *μηρία. Crassus, partes,* vertit.

P. 122, 14. *ἀναπνοή.* Sine hac voce sensus optime constat, cum ea nullus est. Hanc ex Margine desumtam credo, cum illic ad notandum posita est, *ἀναπνοὴν* interdum *ἆσθμα* vocari, supra (47, 58.)

P. 124, 7. *ἄλλοισι.* Legendum, *ἀλλήλοισι,* ut (32, 21, 22.) *ἄλλοτε δὲ ἀλλήλοισι ξυντιμωροῦντα,* et rursus (52, 31.)

P. 125, 5. *ἀλλόμενον*. Legendum *ἀλιζόμενον*, ut (17, 35) *ἀλιζόμενα ἐν στομάχῳ*. Etenim *ἄλλομαι* (*ἅλλομαι*) nihil nisi, *salio*, significat.

P. 125, 13. *ἔνυγρος*. Certe, *ἄνυγρος*. Proprium enim Tympaniae est, ut humore careat; et (49, 47) *ἢν ἐς ὁμίχλην καὶ ὕδωρ τρέπηται τὸ πνεῦμα, Ἀσκίτης ἀπὸ Τυμπανίου* fit.

P. 125, 14. *δοκέῃ πως Τυμπάνῳ*. An *δονέῃ ὅπως Τύμπανον*. Ita (49, 43.) *ἢν γὰρ πατάξῃς τῇ χειρὶ, τὸ ἐπιγάστριον δονέει*.

P. 126, 10. *ὁ μείων* H. *ὁμοίως* G. V. Hac lectione sensum optime huic loco restitui liquet.

P. 127, 1. *κατὰ λόγον*. Certe, *κάτα λαγόνα*, legi debet.

P. 128, 2. *νέοι ἀκμὴν ὄντες*. An *νέοι καὶ ἀκμάζοντες*, vel *ἀκμὴν ἔχοντες*, vel *ἐν ἀκμῇ ὄντες*?

P. 128, 6. *ἐπιπολῆς*. Graeci Codices *ἐπιπολὺ*, omnes habent. Sed cum *Crassus*, *superficiem*, reddat, *ἐπιπολῆς*, utpote genuinam lectionem, reponere haud dubitavi.

P. 128, 13. *εὐπρόσωποι*. Certe, *ἐν προσώπῳ*, legendum. Hydropicum quisquis intuetur, *εὐπρόσωπον* vix dixerit, sed potius *ἀτερπέα ἐσιδεῖν*. (48, 27.) Hoc vult, venas iis in faciei superficie exstare, uti in Cachecticis, qui ab Hydrope, ipsi non longe absunt: (47, 59.) *φλέβες ἐν τοῖσι κροτάφοισι ἐπηρμέναι, ἀσαρκίῃ τῶν πέριξ· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι καρποῖσι πουλὺ μέζονες διοιδέουσαι*.

P. 129, 3. *Οὔτι φατόν*. Haud recte haec se habere existimo.

P. 129, 16. *ὁκόσον*. An *πλὴν ὁκόσον*? ut 62, 5.

P. 130, 4. *τουτέστι*. An recte?

P. 130, 7. *κατεῤῥάγῃ*. An *καταῤῥαγῇ*, *ruptione*? Syntaxis, ut nunc est, parum congrua.

P. 131, 3. *ἐμπλέωσι*. An *ἔμπλεοί εἰσι*?

P. 131, 6. *διώσῃ*. An *διώσῃς*, ut prius *ἐκχέῃς*?

P. 131, 10. *λέξω*. Post hanc vocem, vox *ἔχω*, ut opinor, deest.

P. 131, 12. *εὐῤόης*. Melius, *εὔροος*.

P. 132, 3. *ἀφέξιος*. An *ἀφέσιος* ab *ἀφίημι*? *ἀφέξιος* ab *ἀπέχω* alio sensu invenitur 117, 21. Sed *ἀφέσιες ὑγρῶν* legitur 61. 12.

P. 132, 6. *ταχὺς δὲ ὁ θάνατός ποτε· καὶ βίος αἰσχρὸς καὶ ἐπίπονος*. Malim *ταχὺς δὲ ὁ θάνατος· ποτὶ καὶ ὁ βίος αἰσχρὸς καὶ ἐπίπονος*. *Galenus* inquit (Com. in Hip. Lib. de Attic.) *τῇ φωνῇ* (*ποτὶ*) *χρῆται, ὅταν αὐξῆσαι βου-*

ληθῇ τὸ λεγόμενον. *Aretaeus* (28, 45.) ξυμβιοῖ μέσφι θανάτου, ποτὶ καὶ ἐπίπονος ἡ νοῦσος.

P. 132, 11. *τὰ δὲ σπλάγχνα etc.* Haec ex *Aretaeo* citat *Aetius* (Tet. 3. Serm. 3. c. 1.) Ἀρεταῖος δὲ προστίθησι καὶ ταῦτα, τὰ σπλάγχνα αὐτοῖς καίεσθαι δοκοῦσιν· ἀσώδεις γὰρ οὗτοι καὶ ἄποροι, οὐκ εἰς μακρὸν θνήσκουσιν, ὡς ἐν πυρὶ, φλέγονται δίψει· καὶ ἀπούρησις αὐτοῖς τραχεῖα. ἀλλὰ κἂν εἰς μικρὸν κατάσχωσι τὸ οὖρον παροιδοῦνται ὀσφὺν, ὄρχεις, ἰσχία. Εἰ δὲ ἔτι μᾶλλον αὔξεται, 496
(γρ. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον αὔξηται) θερμασία δακνώδης ἐν τοῖς σπλάγχνοις. τὸ ἐπιγάστριον ῥυτιδοῦται, καὶ αἱ φλέβες ἐν ἑαυτῷ ἐπαίρονται, ἰσχνοὶ δὲ τὴν ὅλην ἕξιν, καὶ τηκεδὼν τοῦ σώματος γίγνεται δεινή. Ἄλλοι δὲ οὐκ (γρ. οὐχὶ) οὐροῦσιν, οὐδέ τις ἄλλη τοῦ πινομένου διαπνοή. τοιγαροῦν ἀκορεῖς μὲν τοῦ ποτοῦ, πλημμυρεῖ δὲ τὸ ὑγρόν· καὶ περίστασις τῆς κύστιος καὶ τῆς κοιλίας, ὅθεν ἐῤῥάγησαν ἀθρόοι. Vid. quae ad imam in Versione huius Capitis Paginam annotata sunt. Graeca haec e MS. in *Luparaea Galliarum Regis Bibliotheca* exscripta sunt. Est etiam alius in *Bibliotheca* nostra *Bodleiana* perquam recens, qui Caput hoc de Diabete, inter pauca alia *Aetii* scripta continet. In quibus a *Regio* Codice variat, apponere non pigebit, quoniam ad *Aretaei* verba propius accedunt. γὰρ οὗτοι καὶ R. desunt B. ὡς ἐν πυρὶ φλέγονται δίψει R. πυριφλεγέες δίψαι B. ἀπούρησις αὐτοῖς τραχεῖα R. ἀποροῦσι ταχεῖα B. παροιδοῦνται R. παροιδέουσιν B. εἰ δὲ ἔτι μᾶλλον αὔξεται R. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον αὔξηται B. δακνώδης R. δακνώδεις B. αἱ φλέβες R. φλέβες B. ἑαυτῷ R. αὐτῷ B. ἀκορεῖς R. ἀκορίη B. πλημμυρεῖ δὲ τὸ ὑγρὸν R. πλημμυρίη δὲ τοῦ ὑγροῦ B. καὶ περίστασις τῆς κύστιος καὶ τῆς κοιλίης R. περιτάσι δὲ τῆς κοινῆς (sic) B.

P. 133, 4. πορέοντος. An παρεόντος?

P. 133, 12. διαβήτης ἐών. Codices omnes habent διαβητησέων, et *Crassus* vertit, *quasi pertranseuntem dixeris*, monstrum hoc verbi a διαβαίνω formatum putans. Si separatim legas, διαβήτης ἐὼν, nulla restat difficultas; Διαβήτης enim *Siphonem* perinde ac morbum *Diabetem* significat: illique hic non absurde comparatur, cum humor per aegroti corpus eadem fere celeritate ac per instrumentum illud perfluat. *Aetius* morbum hunc *Siphonem* a fusorii Instrumenti similitudine appellatum dicit. *Siphon* autem Graece Διαβήτης dicitur. Vid. *Stephani* Thes. Graec.

P. 134, 8. δίψεος ἄκος. Codices quidem omnes habent, δίψος ἄκεος. Sed cum minime Dubium sit, quin prior Lectio tantum vera esse possit, condonabunt mihi spero

Lectores, quod in Textum incuria mea (siquidem vel huiusmodi Lectiones sine authoritate illic admittere non destinaveram) irrepserit.

P. 135, 4. *ἰσθμοειδέες.* Ferri sane potest haec vox, cum *isthmo* similis sit quodammodo pars quà Renum pelvis Ureteribus annectitur. Sed cum sequatur, *ἐς τὴν τῶν οὔρων διήθησιν,* malim, *ἠθμοειδέες, cribriformes.* Ita *Rufus*, (De Appel. Part. Corp. Hum. 47.) *κατὰ δὲ τὰ ἔνσιμα (νεφροὶ) ὑμένας ἔχουσι κατατετρημένους ἠθμοειδῶς, ἀφ᾽ ὧν δύο πόροι κατὰ τὴν κορυφὴν τῆς κύστεως συνάπτουσι.* Legitur (116. 26.) *ἰσθμοειδῶν*, ubi sine dubio *ἠθμοειδῶν* legi debet, siquidem de Osse *Ethmoeide* sive *Cribriformi*, agitur.

P. 135, 8. *τούσδε.* Vox haec inter scribendum, cum eam veram esse constaret, Textui inserta est, licet Codices omnes habeant *τῇσδε.*

P. 136, 10. *παχέες δέ.* Ad explendum sensum, *ὀπίσω*, etiam hic legi debere videtur.

P. 136, 12. *Οὐρητῆρσι,* Certe *οὔροισι,* legendum. Etenim per Ureteres quidem, sed cum Urina, fluunt arenulae.

P. 137, 1. *ἀνέκλιστοι.* Legendum puto, *ἀνέλικτοι, tortuosi*, ab *ἀνελίσσω* formatum. Ita *ἀνείλησις* 117, 7. et 135, 45. sensu quidem diverso; quae tamen apud *Hippocratem* pro *intestinorum torsionibus* usurpatur: *στρόφοι καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες* (1086.) *ἀνέλικτοι* ab *Aretaeo* (122, 42.) *non tortuosa,* significat; ubi ab *ἄλφα* privativo et *ἑλίσσω* componitur.

P. 137, 8. *Λίθου ὁδοιπορέοντος ξυνῷ ὁμοβιαίῳ.* Quid *ὁμοβιαίῳ*, vel, ut *Crassus* vertit, *communi simul violento*, significet, neminem credo intelligere. Haud dubito quin *Aretaeus* scripserit, *ξὺν πόνῳ βιαίῳ.* Nam, in Curatione Calculi, (110, 6.) inquit, *κάρτα γὰρ ἐπίπονος τῶν Λίθων ἡ ἐς τὴν Κύστιν ὁδοιπορίη.*

P. 137, 10. *φυσώδεες.* Melius fortasse cum *ἐρεύξιες* iungenda haec vox est; et priores *φῦσαι* eae intelligendae quae per *κοιλίης ἔξοδον* transeunt.

P. 137, 16. *πίμπρανται.* Malim *πίμπλανται.* ut (109, 13.) *πίμπλαται γὰρ ἡ τῶν Νεφρῶν κοιλίη ὑπὸ πλημμυρίης τῶν οὔρων οὐ διεκθεόντων.*

P. 138, 7. *παχέα.* Codices omnes, *πάθεα*, perperam legunt. Sed cum *Crassus* vocem hanc, *crassas materias* reddat, *παχέα* reposui.

P. 138, 11. *Μετεξετέροισι.* An *μετεξέτεροι δέ?*

P. 139, 6. *τῶν οὔρων.* Redundare videtur.

P. 140, 8. *Λίθος μέγας μὲν, ἀναλθὴς δέ.* Absurde sane dicere videtur, Calculum magnum quidem, verum insanabilem: quasi, quo maior esset Calculus, eo facilior interdum esset curatio. Equidem vocem aliquam intercidisse credo, et sic, vel aliquid eodem sensu, ab Authore scriptum. *Ἕλκος δὲ, καὶ Ἀποστάσιος, ἢ Παράλυσις, ἢ Λίθος μέγας*, *χρόνια μέν, ἀναλθέα δέ.* Ita praecedentibus apte haec congruent. V. 52, 52. ubi de Renum Morbis eodem plane modo locutus est.

P. 142, 15. *Ἡ ξυνὴ δίαιτα.* Abrupta haec videtur Sententia.

P. 144, 1. *διὰ ψυχρῶν.* Malim, *δι᾽ ἀψύχων.* Ita (83, 45.) in Paralysi Vesicae, ait, *διαῤῥέει περιττὰ, ὡς δι᾽ ἀψύχων.* Vulgo notum est, in morientibus excrementa per omnes corporis partes exprimi. In Paralysi vehementi oppressis semen etiam effluit.

P. 144, 15. *ἧδε.* An *ἤδη?*

P. 144, 16. *ζωοῦσα;* An *ζέουσα, fervens?*

P. 146, 1. *ἀθυμίη.* An *ἀθυμέῃ,* ut constet Syntaxis?

P. 146, 11. *τοιῶσδε.* Num recte?

P. 147, 7. *κωματώδεες, ὁμοιοπαθέες.* An *κωματώδεσι ὁμοιοπαθέες,* nam quid *ὁμοιπαθέες* per se significare possit, non video.

P. 147, 11. *τοῦ Στομάχου.* Legendum *τῷ Στομάχῳ.*

P. 148, 4. *ὑπ᾽ ἀνάγκαις.* Legendum *ὑπ᾽ ἀνάγκης,* ut 497 56, 49, 50.

P. 148, 12. *περιουσίης τε χρῆσις.* Malim *ἐπιουσίῃ τε χρημάτων,* quae Phrasis frequentissima est.

P. 149, 3. *κοῦφοι.* *Crassus* reddit, *stupidi:* verum neque id significat *κοῦφοι*, neque si significaret, aliquos propter cogitationem stupidos haberi crederem. Commode legi potest *κωφοὶ,* taciturni, uti quidem omnes cogitabundi solent esse; idque cum prioribus *ψυχὴν ἀμειδέες, ἀμείλιχοι* optime convenit. Ubi unus Codex (60, 46.) *κωφοῦ* habet, alter *κούφου* repraesentat.

P. 149, 7. *Ἧδε.* Codices habent, *εἰ δέ.* *Crassus* autem reddit, *iste;* recte proculdubio.

P. 151, 9. *ψυχροστάγδης.* Legendum, *ψυχροσταγής.*

P. 151, 12. *ἄκριτον.* Legendum *ἄκρητον, sincerum, impermixtum.* Ita, *οὐδὲ αἷμα ἄκρητόν ἐστι τὸ ῥέον* (97, 39.) *χολὴ ἄκρητος* (20, 14.) *ἄκρητα οὖρα* (20, 17.) *Ἄκρητον, τὸ ἄκρατον οὕτως γὰρ ὀνομάζεται πᾶν τὸ ἀμιγὲς ἑτέρου.* (Gal. Exeg.)

P. 152, 2. *κύτεϊ.* Vox haec, *cavitatem*, significat: sed hoc sensu vix hoc loco usurpando. An *πάθεϊ?*

P. 152, 5. *Δυσεντερίη καὶ Λειεντερίη.* Malim in Dativo casu legere, et vertere: *Diuturno etiam morbo hic affectus, et Dysenteriae, et Lienteriae succedit.*

P. 153, 2. *Νεφροί.* Ita, ut H. non, ut G. *Νεφρός.* Etenim ambo Renes aeque Colo consentiunt, quippe cum eadem ambobus subsit causa, utriusque scilicet ad Colum adhaesio. Itaque in Renum Calculo Colon quoque tortionibus afficitur; et, ut ipse ait, (130, 35.) *ξυναφέα ἀλλήλοισι Νεφροί τε καὶ Κῶλον.*

P. 153, 10. *φλέγμασι πολλῷ κολλώδεσι.* Legendum, *φλέγματι πολλῷ κολλώδεϊ.*

P. 153, 11. *χώρη.* Legendum, *καὶ χώρη.*

P. 154, 9. *τὸ μέζον.* Melius proximae sententiae voces hae iunguntur.

P. 155, 12. *τάδε.* Melius separantur, leguntur que *τὰ δέ.*

P. 156, 4. *μέλεα.* An *μέρεα?*

P. 157, 11. *ζώωσι.* Malim, *ζώουσι,* ut 64, 54. vel *ζῶσι,* ut 44, 14. *ζώωσι* in subiunctivo ponitur 30, 36.

P. 157, 15. *εἰ δέ.* Malim *ἠδὲ* legere; et post, *ἐπιπετάννυται.*

P. 158, 17. *σμικρῆς.* Malim, *πικρῆς.* Ita *τὰ ὑγρὰ πάντα γίγνεται χολή, πυρὸς γὰρ ἔργα πικρὰ καὶ χολόβαφα.* (45, 32.)

P. 159, 6. *χολή.* Malim, *χολῆς.*

P. 161, 8. *ξύμφωνος.* Male, credo. Quomodo enim Sensibus convenit Haemorrhagia? Si servari debet haec vox, fortasse eodem sensu, quo *ξυνήθης,* intelligenda.

P. 161, 13. *ἄνω φορήν.* Malim *ἀναφορὴν,* quae vox apud *Aretaeum* significat *distributionem ciborum post concoctionem;* ut (58, 40.) *δοκέει γάρ μοι, οὐ τῆς πέψιος μοῦνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναφορῆς, τὸ πάθος ἔμμεναι.* Mox (63, 2.) *μήτε ἐς τὴν ἀναφορὴν ἀναΐσσῃ.*

P. 162, 6. *ἐνσχέδιος.* Haec vox, nisi ab *Aretaeo* solo composita est, an legi debet *μὴν,* vel *μὲν, σχέδιος?* ut 65, 20, 21.

P. 162, 8. *προσοκείλη.* Ita legendum ex Codice H. sensu aperto et eleganti: cum antea legeretur, *πρὸς ὠκέϊ,* plane nullo. Verbo autem, *ὀκέλλω,* et simplici et composito, frequenter utitur *Aretaeus; ἄλγημα ἐς ὀσφὺν ὀκέλλει* (66, 9, 10.) *ἐς Συγκοπὴν ὀκέλλει τὸ πῦρ.* (108, 12.) *ὀκέλλοι τὸ κακὸν ἐς ἀνήκεστον* (128, 40.) *τὸ ἄλγημα καὶ ἡ φλεγμασίη ἐξώκειλε.* (90, 25.) *ἐξώκειλάν κοτε ἐς Μελαγχολίην οἱ τοιοίδε* (57, 20.)

P. 162, 17. *αὐτέων.* Legendum, *αὐτέης.*

P. 163, 6. ὄκως ὑπόλεπτος. Videtur inter haec duo verba quiddam deficere, cui crassitudinem fluoris comparaverat.

P. 166, 1. πῶς καί. Malim, πάσῃ.

P. 166, 2. περιστάσεσι. Malim, περιτάσεσι.

P. 166, 5. ᾗπερ etc. An recte?

P. 167, 6. καυκαλῶσαι. Vocem hanc nusquam invenio. Proculdubio legendum κυρκανῶσαι, *Uterum inversum habentes, partesque eius confusas ac turbatas*. Vox haec apud *Hippocratem* occurrit (De Morb. Mul. L. 1. 610, 38.) Ἢν αἱ μῆτραι φλέγματος ἐμπλησθῶσι, τὰ ἐπιμήνια προέρχεται ἐλάσσονα, λευκὰ, φλεγματώδεα. ἔστι δ' ὅτε αἷμα λεπτὸν, ἀκραιφνὲς, ὑμένων ἀνάπλεον. καὶ ἔστιν ᾗσιν κυρκανᾶται, καὶ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐπιφαίνεται. *Erotianus* autem ex hoc loco exponit, κυρκανᾷν, ταράσσειν, κινεῖν. *Hesychius*, κυρκανᾷ, κυκᾷ, ταράσσει.

P. 167, 7. ὁ ἔνδον ὑπεζωκὼς χιτὼν etc. Miretur quispiam, quomodo *interior* Uteri Tunica procidat, remanente *exteriore*; quod idem et in Intestinorum Tunicis accidere declaravit, 61, 19. Idem accidere dicit *Soranus*, in Libro de Utero. Ἡ δ' ὅλη μήτρη συνέστηκεν ἐκ δυοῖν χιτώνων ἑαυτοῖς ἐσχηματισμένων ἐμφερῶν ταῖς τῶν χαρτῶν ἰσίν. Ὁ μὲν οὖν ἔξωθεν νευρωδέστερός ἐστι καὶ λειότερος, σκληρότερος, καὶ λευκότερος· ὁ δ' ἔσωθεν, σαρκοειδέστερος, καὶ δασύτερος, καὶ ἁπαλώτερος, καὶ ἐνερευθέστερος, δι' ὅλου μὲν καταπεπλεγμένος ἀγγείοις, πλείοσι δὲ καὶ ἀξιολόγοις κατὰ τὸν πυθμένα, καὶ τοῦ σπέρματος ἐκεῖ κολλωμένου, καὶ τῆς καθάρσεως ἐκεῖθεν φερομένης. Οἱ μέντοι δύο χιτῶνες αὐτῆς συνέχονται πρὸς ἀλλήλους ὑμέσι λαγαροῖς καὶ νεύροις, ὥστε πολλάκις ἐπεκτεινομένων αὐτῶν προπίπτειν τὴν ὑστέραν, τοῦ μὲν νευρώδους χιτῶνος κατὰ χώραν μένοντος, τοῦ δ' ἔσωθεν κατ' ἐκτροπὴν προπίπτοντος.

P. 167, 8. αἴσχιες. An αἱ σχίδες? V. Lexic.

P. 167, 14. μορίοισι. Malim, μηροῖσι. *Crassus* vertit, *faeminibus*.

Ibid. Προσπίπτει. Legendum, προπίπτει, ut (63, 22.) πρόπτωσις ὅλης. et in iis quae e *Sorano* supra allata sunt.

P. 168, 12. θρίξ. Vocem hanc non intelligo. Inusitato sensu apud *Hippocratem* legitur. (Vid. Foës. Oecon.) 498
sed unde nulla huic loco lux affertur.

P. 169, 1. πονεῦνται. Legendum credo, πονεῦντα.

P. 169, 14. τουτέων etc. Haudquaquam hic recte se habent omnia.

P. 169, 18. *γυῖος.* Forte *γυῖα*, pro *μέλεα* legendum; *μέλεα* vero, Glossema in *γυῖα*, huc insertum, et transpositum *γυῖα*, mutatumque in *γυῖος*. *Τὰ γυῖα λύονται* (57, 8.) Vox *Homerica* et *Hippocratica*. *Erotianus* ait: *Γυῖον. Βακχεῖος ἐν α΄, σῶμα φησὶν ἢ μέλος, οὐκ ὀρθῶς φήσας· κατὰ γὰρ τῶν μυῶν ἰδίως τέτακται, ὡς καὶ Ὅμηρος, Γυῖα δ᾽ ἔθηκεν ἐλαφρά.* Vide autem Foes. Oecon. ubi *Erotianum* redarguit. *Γυῖα* ab *Hesychio τὰ κῶλα, τὰ μέλη, χεῖρές τε καὶ πόδες*, exponuntur.

ἤγουν εὖτε. Vitiata, credo, Sententia.

P. 171, 7. *περίστροφος ἦδε.* Malim, *περίστροφοι, ἠδέ. Coxarum acetabula contorquentur, et inde transitio fit ad dorsi pectorisque Musculos.*

P. 171, 10. *ὁ βοῦς ὄνος.* Haec à *Crasso* fideliter redduntur, *bos, asinus.* Quonam sensu? Certe legendum, *ὁμοῦ πόνος*. Ita eleganter vehementia doloris describitur, *Vertebrae et dolore torquentur, qui omnes aeque occupare percipitur, et alium etiam insuper sentiunt, qui singulis suus atque proprius videtur.*

P. 171, 15. *τάς.* An *τίς?*

P. 172, 5. *ἀφέσιες.* Si vox haec servari debet, vertenda est, solutiones. Malim tamen *ἀποφύσιες, ossium extremitates,* in quibus tophi hi generari solent.

P. 172, 9. *εὖ βδελυκτέων.* Locus insigniter corruptus.

P. 172, 15. *φαίην.* Legendum *φαῖεν*, ut antea, *ὀνομάζουσι.* Aliorum enim, non suam, hic sententiam exponit.

P. 173, 12. *μέζονα.* Hoc Glossema puto in *βιαστήν*.

P. 173, 15. *παριόντα.* Legendum *παρεόντα, symptomata,* ut (12, 15.) *μέζω καὶ πλέω τὰ παρεόντα.* et (21, 33.) *τοῦ γένους τοῦ καύσου τὰ παρεόντα. ξυνεόντα* etiam eodem sensu adhibet, ut 60, 15.

P. 174, 7. *μυρία.* Sic lego, quia *Crassus, multa,* vertit; Codices, *μόρια*, habent. Sed quomodo *μόρια βιοτῇ ξυνὰ* esse possunt?

P. 174, 16. *ὅκως Μενέλεω Πόδαργος* G. V. *ὅκως οἱ Μενέλεω* H. *ὅκως ὁ Μενέλεως* satis congrue legi posset, nam apud *Homerum* legitur, *αἴθην τὴν Ἀγαμεμνονέην, τὸν ἑόν τε Πόδαργον.* Iliad. *ψ΄.* 293.

P. 175, 1. *Ἵππῳ ἐεισάμενος* etc. Apud *Homerum* legitur, *Ἵππῳ δ᾽ εἰσάμενος* etc.

P. 175, 4. *Νυκτὶ δὲ καὶ θανάτῳ ἴκελοι.* Versus principium ex Poeta aliquo desumtum haec verba esse coniicio.

P. 175, 9. *νῆες.* An *νεός?*

P. 175, 10. *μελαντάτῳ*. Post hanc vocem, verbum aliquod, *ἔχει* fortasse, deficit.

P. 176, 14. *ποτέ*. An *ποτὶ?* V. not. in Var. Lect. 79, 12.

P. 176, 17. *τῇδε*. An *ἧδε?*

P. 177, 12. *τριποδονίῳ*. Ita omnes Codices, quod *Crassus* vertit, *tripodonio;* unde Lector proculdubio, quid haec vox significet, plane intelligit. Equidem in Versione haec omittere malui, quam ea scribere, quae ipse non intelligebam. Nunc autem veram Lectionem mihi assecutus videor, reponens, *τριπόλῳ νειῷ*. quod *Aretaeum*, *Homeri* ubique, et in hoc praesertim Capite imitatorem studiosum et elegantem, scripsisse non dubito. Haec autem *Poeta* habet, in Scuto *Achillis*. Iliad. *Σ'*. 541.

> *Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακὴν, πίειραν ἄρουραν,*
> *Εὐρεῖαν, τρίπολον.*

Νειὸν, *Didymus* exponit, *τὴν λεγομένην νεατόν, ὅ ἐστι νεωστὶ ἠροτριασμένην, ἁπαλὴν, καὶ διακεχυμένην· ὡς γὰρ νέα φαίνεται ἡ τοιαύτη γῆ*. Exponit autem, *τρίπολον*, *τρὶς ἐστραμμένην*, *καὶ ἠροτριασμένην*. Quare, *ἴκελον τὸ ξύμπαν τριποδονίῳ*, verto, *id novali ter arato prorsus simile est;* quod quidem optime refert corium *ὀχθώδεας ῥωγμοὺς ἴσχοντα*, *αὐλῶνας* etc.

P. 178, 5. *τῆς ἐκ*. An *ἐκ τῆς?*

P. 179, 1. *ἀΐδηλον*. Ita H. alii *ἄϊδι*, aut *ἀιδη*. Recte sine dubio *ἀΐδηλον*. *Ἀΐδηλα τὴν μορφὴν*, 68, 6. Ex *Homero* vocem desumsisse videtur,

> *Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην.*

Il. *B'*. 455. quod exponit *Didymus ἀδηλοποιὸν*, *ἀφανιστικόν*. sed Il. *E'*. 880. *ἀφανῆ* quoque, et Od. *Θ'*. 309. *ἄδηλον*.

P. 179, 14. *Ἀφροδισίων*. *Crassus* vertit, *Seminis;* quod quidem istam vocem significare nunquam repperi; porro nec *ἀνάδοσις*, *emissionem*, ut ille vertit, significat, sed *cibi distributionem*, ut 47, 8. et 47, 41. et 69, 51. In hoc loco, de nulla re, nisi de cibi concoctione agit. Quare istam vocem hic redundare credo; et eo magis, quod in alio loco mox deficere videtur. V. Not. in 71, 8. *σιτίων* autem hic scribendum puto, cuius finis *ἀφροδισίων* refert; ultimamque hanc vocem admisisse Librarium, fortasse quia longior esset, illam expulisse. *Εὔσιτοι μὲν πολλῶν σιτίων. ἀνάδοσις ταχυτέρη πέψιος, ὠμοτέρων μᾶλλον, ἢ ἀπέπτων.* (47, 40.) Notat etiam *Crassus* legi, *crudorum et incon-*

coctorum distributio fit; aliter, *Seminis crudi et inconcocti emissio fit.*

P. 179, 18. ἑωυτέων. An ἑωυτέου? πάθεος scilicet.

P. 180, 13. βαθεῖαι, τρηχεῖαι. Substantivum deficere videtur, quale ἐντομαί. Ita alibi. ἐντομὰς κοίλας, ἄλλας βαθείας κάρτα. et (70, 41.) ἐντομαὶ βαθεῖαι.

P. 181, 3. αἴρῃ τι. Num αἴρηται?

P. 181, 11. οὐ. Vel redundat, vel οὖν legi debet. Horum enim supercilium Leonis supercilio comparat, *Homeri* versiculum de Leone ante oculos habens, Πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται, ὄσσε καλύπτων. (Il. *P*. 136.) ideoque, in proxima linea legere velim, pro θυμουμένοις, ἢ Λέουσι, θυμουμένοισι Λέουσι.

P. 181, 14. ἀταλάντῳ. Ita Codices omnes. Tamen haudquaquam temerarium esset ex *Homero* (Il. *M*. 463.) legere ἀτάλαντος.

P. 181, 17. κεκλεισμένα. Malim κεκλασμένα, *fissa, facta;* sicut totum Elephanti corium apparet; mox etiam Elephantiacorum aures Ulceribus scatere dicit.

499 P. 182, 1. κνησμώδεα. Difficulter haec vox cum ἕλκεα iungatur; siquidem integra sententia, ἰχῶρος ῥύσις, interponitur. H. habet, τὰ κνησμώδεα. Itaque legendum fortasse, ὦτα κνησμώδεα.

P. 182, 15. πλανευμένων. An πλανεύμενον? ut cum ἄλγος concordet.

P. 182, 17. ἐπιθυμίη λυσσώδης. *Crassus* haec, *cibi appetentiam*, vertit. Dixit antea *Aretaeus*, σιτίων ὄρεξις οὐκ ἀγεννής. Sane, ἀφροδισίων, quod 69, 47. redundare videtur, hic deesse credo. Idque hoc modo accidere potuit; omissa suo loco haec vox est, postea in interiore Margine adscripta: a Librario deinde, qui ex hoc Exemplari Librum suum descripsit, huic loco, proxima scilicet in Pagina, insertum. *Aetius* certe, qui Elephantis signa ex *Archigene* se describere profitetur, ubi omnia his similia reperiuntur; iis est, inquit, ὁρμὴ πρὸς ἀφροδίσια ἐπιτεταμένη. Hoc ex MS. *Regis Galliae* petitum est. Sic, Maniacis, *Aretaeus*, est, ait, ἀφροδισίων ἄσχετος ἐπιθυμίη (32, 53.) et Satyriacis, ἐπιθυμίη καὶ λύπη (quod λύσσῃ legendum coniicio,) et ἀφροδισίων ἔργων πρήξιος (112, 38.)

P. 183, 3. πᾶσι γὰρ ἐφέστηκεν ἡ νοῦσος. An recte?

P. 183, 4. ἀγρυπνίῃ. Malim ἀγρυπνίης. Neutiquam observanda res esset, vigilias somno molestiores esse. Hoc, puto, notare vult, somnum his adeo turbulentum, et somniis terrificis infestum, ut ipsis vigiliis peior sit. Sic Me-

lancholicis fiunt ὄνειροι ἀληθέες, δειματώδεες, ἐναργώδεες. (30, 25.) Ita Stomachicis est ἐν ὕπνῳ ἀϋπνίη, (57, 40.)

P. 183, 6. νήγρετον ὕπνον ἐς θάνατον εὕδοντες. Haec verba unius versus finem, alterius principium esse existimo.

P. 183, 16. Ἄλλον etc. Similem huic Historiam de Homine, quem ipse pariter affectum, pariter revalescentem, suis ipse oculis vidit, narrat *Aetius* (Tet. 1. Serm. 2. c. 170.)

P. 186, 12. ἄχναι. Malim ἄχναις. In Codice H. ς, partim repraesentatur. *Coel. Aurelianus* (Ac. Mor. L. 1. c. 9.) in Curatione Phreniticorum, inquit, sit etiam (locus) sine ullo Picturae figmento. — Hinc etiam splendidi colores parietum, sive straminum, vel operimentorum, prohibendi. Et alibi, Convenit etiam sanguineos colores parietum, vel straminum, sive operimentorum declinare. (Morb. Chronic. L. 2. c. 13.) Apud Antiquos verisimiliter in usu fuit, sicut etiam nunc est praecipue in *Hollandia*, stramina variis coloribus picta intertexere; iisque, tapetorum loco, parietes operire.

P. 187, 9. καὶ ὁρέωσι τὰ μὴ ὄντα. Videtur hoc Glossema esse in, καὶ τὰ μὴ ὑπεόντα φαντάζωνται.

ἢ ἀνθ᾽ ἑτέρων ἕτερα γιγνώσκουσι. Videtur hoc Glossema in, ἢ ξένα ἰνδάλματα προβάλλωνται, idque falsum; nam alibi (32, 25.) ait, (φρενιτικοὶ) μὲν γὰρ παραισθάνονται, καὶ τὰ μὴ παρεόντα ὁρέουσι δῆθεν ὡς παρεόντα, καὶ τὰ μὴ φαινόμενα ἄλλῳ κατ᾽ ὄψιν ἰνδάλλεται· οἱ δὲ Μαινόμενοι ὁρέουσι μόνως, ὡς χρὴ ὁρῆν, οὐ γιγνώσκουσι δὲ περὶ αὐτέων, ὡς χρὴ γιγνώσκειν. Hic manifestum est, Phreniticos a Maniacis distingui, eo quod illorum visus decipiatur, horum iudicium in cognoscendis rebus labet atque erret. Quid quod eadem plane sint, ξένα ἰνδάλματα προβάλλωνται, ac, τὰ μὴ φαινόμενα ἄλλῳ κατ᾽ ὄψιν ἰνδάλλεται.

P. 190, 11. ἀτροφώτερος. Ita legendum, non ut G. εὐτροφώτερος. Neque enim dubium esse potest, quin quo liquidior Ptisanae cremor est, eo minus nutrimenti det; quo crassior, eo plus. Ita ἄτροφοι τροφαὶ (113, 36.) Ita febrientes alit *Hippocrates* (De Vict. Acut. 385, 15.) πλῆθος δὲ ἀρκέει (Πτισάνης) κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ.

P. 192, 6. πᾶς τέγξιος H. πάσης τέγξιος G. Utraque Lectione elegantius et melius, πᾶς τῆς τέγξιος, reponi posset. His similia affert *Aetius* ex *Archigene*, περὶ Ἀποσπογγισμοῦ (Tet. 1. Serm. 3. c. 170.)

P. 193, 1. *ἐναφεψήματι.* An melius *ἐν ἀφεψήματι?*

P. 193, 3. *ἔμβρεγμα.* Licet huc ex H. vox hac irrepserit, praetulerim *βέργμα* cum G.

P. 193, 7. *παρέχον.* Sensus certe postulat, ut legatur *παρέχει.* Neque enim spiritus, cum siccus et tenuis est, sed cum humidus et crassus efficitur, nebulam sensibus offundere existimatur.

P. 194, 1. *διδασκάλων.* Legendum, *διδασκάλῳ,* ut antea, *ναυτίλῳ, μουσικῷ.*

P. 194, 3. *σκληρίη ἐπαίρηται* H. *σκληρίη ἐπαίρηται, καὶ φῦσα* G. Postremae duae voces melius absunt: nam infra (38.) ait, *ἢν δὲ καὶ φῦσα ἐνῇ.*

P. 194, 4. *μὴ ὠμῆς.* Videtur Glossema in *δρυπετοῦς.* Oleum fit et per expressionem Olivarum, partim cum maturae sint, ita ut ipsae ex arbore per se decidant, unde *δρυπετεῖς* vocantur: partim cum immaturae sunt, quod *omphacinum* vocant, *λίπας ἐλαίης ὄμφακος τετριμμένης* (74, 33.) *Aetius,* (in voce *Ἔλαιον*) ait, *Ἔλαιον τὸ ἐκ καρποῦ τῆς ἐλαίας ἐκθλιβόμενον — τοιοῦτον δ' ἐστὶ τὸ γλυκύτατον, ἐκ δρυπετοῦς μάλιστα καρποῦ γινόμενον — διαφορητικώτερον τοῦ ὠμοτριβοῦς. τὸ δὲ ὠμοτριβὲς, ἢ ὀμφάκινον, ὀνομαζόμενον* etc. Vid. etiam Plin. Nat. Hist. L. 15.

P. 194, 6. *ἐνεήσθω.* Malim *ἐνεψείσθω.* Infra (53.) *κόνυζα δὲ ἔστω, καὶ λιβανωτὶς, τὰ ἐναφεψήματα.*

P. 194, 14. *μέζον ἢ πρὶν δονέει.* Malim, *μέζον ἢ πρὶν δοκέει.* Frequentissime in Febribus intumescit Lien, ut apud *Hippocratem* (Epidem. L. 1. Aeg. 1.) *σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι.* Et (Aeg. 3.) *σπλὴν ἐπήρθη·* pauloque post, *σπλὴν ἐμειοῦτο.* Dixerat supra (34.) *Aretaeus, ἢν* (*ἐν ὑποχονδρίοισι*) *φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαίρηται.*

P. 195, 1. *παχὺ πικέριον.* Ita optime ex *Harleyano*
500 Codice, cum caeteri, *παχεῖ ἐπικαίριον,* habeant. *Πικέριον* autem ab *Erotiano* et *Galeno* exponitur, *βούτυρον.* Unde sensus, antea nullus, planissimus efficitur. Eadem voce rursus utitur. 92, 55.

P. 195, 8. *Ὑδερώδεσι.* Quid hic cum Hydropicis? Quid vero huiusmodi Emplastrum iis conferre possit? Annon legendum, *Ὑποχονδρίοισι.* Certe antea (32) proposuerat sibi de Embregmatis et Emplastris loqui, quae *Hypochondriis* apponenda iudicat. De Embregmatis dictum; iam vero de Materia Emplastrorum eundem loqui apparet. Hoc ita legi debere, liquido, puto constabit ex iis quae dicturus est 79, 5. *Ἢν δὲ καὶ φλεγμασίαι τῶν Ὑποχονδρίων ἐῶσι, καὶ πρήσιες, καὶ φῦσαι, καὶ περιτάσιες τῶν*

δέρματος, ἢ κοῖλον γίγνηται, εἴσω εἰρυομένου τοῦ Ὑποχονδρίου, ἐμβρέγματα καὶ ἐπιπλάσματα, ὁκόσα μοι ἐν φρενιτικοῖσι λέλεκται.

P. 197, 17. θώρηξ. Videntur post hanc vocem pauca quaedam deficere.

P. 199, 4. ἔς τε ἀκηδίην. Malim legere, ἔστω ἀκηδίη, hoc scilicet sensu, Quia vires aegri sudatione effusissima adeo languent, ut omni modo statim sustinendus reficiendusque sit, id vinum optime praestabit, licet alioqui in Phrenitide perquam noxium. Nam (100, 48.) οὐ κάρτα ἀσφαλὲς ἐπὶ φλεγμονῇσι οἰνοποτέειν. οἶνος γὰρ φλεγμαίνουσι πόνων ἐπίδοσις, ἀφλεγμάτοισι δὲ φύσιος αὔξησις. Ideoque praecipit Phreniticis, etiam ὀπώρης οἰνώδεος ὑποστέλλεσθαι· κεφαλῆς γὰρ καὶ φρενῶν ἅψιν ποιέει. Iam vero in hoc statu, non habenda ratio Phrenitidis sed virium fractarum, quibus vino optime succurritur.

P. 200, 2. Πρόσω μὲν ἤδη πολλὸν ἥκῃ χρόνου. Mendum sine dubio subest. Commode legi possit. Ἦν δὲ πρόσω μὲν πολλὸν ἥκῃ χρόνου. Ita ἢν δὲ πρόσω ᾖ χρόνου (62, 32, 33.) ἢν δὲ πρόσω μὲν ἥκῃ χρόνου (115, 3.) ἢν δὲ πρόσω προήκῃ χρόνου. (83, 10.)

P. 200, 4. ἤ. Vel redundat, vel transpositum est.

P. 200, 12. Caput hoc totum cum quinque Exemplaribus *MSS.* collectum est, in *Regis Galliae Bibliotheca* exstantibus. Tria quatuorve verba, a nostris, satis commode discrepantia, Codex ex his alius vel alius habet, quae suo mox loco proferam. Ex his autem apparet, nihil memorabile a *MSS.* ope exspectari debere.

P. 200, 15. στρώματα, τοιχογραφίη, πάντα ὁκόσα περ ἐρεθιστικὰ ὄψιος. Adiectivum certe post στρώματα deest. An sic, στρώματα ποικίλα, τοιχογραφίη, πάντα ὁκόσα περ ἐρεθιστικὰ ὄψιος? Apud plurimos Authores reperias, στρώματα ποικίλα et πεποικιλμένα.

P. 202, 9. Κεγχρίδων. Unus *Regiorum*, κογχαρίων, habet: et sane ζωμοὶ ἀλεκτορίδων, κογχαρίων. (106, 18.) Κεγχρὶς autem avis quaedam species est. V. Steph. Thes. in voce κέγχρος. Κογχαρία vero non invenio, licet fortasse diminutivum a κόγχη non male formari possit.

P. 202, 15. οὔρων. Post hanc vocem, alia, ut ἀγωγὸν, videtur deficere. Ita (76, 14.) φυσέων ἠδὲ οὔρων ἀγωγόν. Vel ἐρεθιστικὸν ad hanc sententiam pertinet, ut (105, 40.) φύσας ἄγειν κάτω ἐρεθίσμασι· ἐρεθιστικὸν μὲν κυκλαμίνου χυλὸς etc. Aliquod autem ante vocem γὰρ deficit, eiusdem fere sensus quod ἐρεθιστικόν. Licet enim ξυνεχέως τὴν καλίην ἐρεθίζειν, recte dicatur, (ut 76, 17.)

tamen *ἐρεθιστικὸν*, puto, semper significat, *id quod irritat*, non, *irritandum est.* Ita supra sumitur, et (96, 2.) *ἐρεθιστικὸν αἱ σείσιες.* et (72, 35.) *ἐρεθιστικὸν γὰρ τοιχογραφίῃ.* (et 77, 56.) *ἐρεθιστικὰ ὄψιος.* Quare siquid ab *ἐρεθίζω* posteriori sententiae iungendum est, malim *ἐρεθιστέον*, vel *ἐρεθιστέα.*

P. 204, 11. *τέοισι.* An *τουτέοισι?*

P. 204, 12. *τρηχέσι.* Unus e *Regiis* habet, *τρύχεσι*, cui si praeponatur, *ἢ*, veram Lectionem puto; et, *παλαιοῖς ῥάκεσι*, in vocem hanc Glossema. *Τρύχος* enim, *pannum vetus atque lacerum*, significat. (Vid. Foës. Oecon. Hip.) unde *τρύχιον*, qua voce utitur *Aretaeus* (97, 8, 9.) *ἐγχρισθέντα δὲ ἐς τρύχιον. Hesychius*, *τρυχηρὰ*, exponit, *ῥακώδη* · et, *τρυχίνοις*, *ῥακίοις. Erotianus* explicat, *τραχέων ἱρέων*, *ἱρέων ῥακῶν.* Sed illic legendum *τρυχίων ἐρινέων*, *ἐρινέων*, (vel *ἐρίων*) *ῥακῶν.* Nam apud *Hippocratem* (L. de Artic. 837.) reperias *τρυχίων ἐρινέων ἐῤῥήγματα.*

P. 204, 17. *δίκταμον.* An *δίκταμνον*, ut unus *Regiorum?*

P. 205, 4. *ἔκτευξιν ξυμφορῆς.* Certe perperam. Fortasse pro *ξυμφορῆς ξυμφέροι*, vel *ξύμφορον*, legendum; et pro *ἔκτευξιν*, *εἰψεῖν*, aut aliquid sensus non absimilis.

P. 206, 5. *ξυμμέτρως.* Malim *ἀμέτρως.* Vel certe vertendum, uti quoque transtuli, *ne mediocriter quidem.*

P. 206, 6. *ὑγρῆναι.* Malim *καὶ ὑγρῆναι.*

P. 206, 17. *λιμνήστιδος* G. V. Ita legendum, non, *λημνίστιδος*, uti hic et frequenter postea, habent Codices. Vid. Not. in huius Pag. lin. 42. Quod semel monuisse sufficiat.

P. 207, 1. *ὠμῆς τοῖσι λεπτοῖσι.* Pro his Codex unus Regius habet, *ὠμῆς λεπῖσι*, quae quidem vox multo melius legitur, quam *λεπτοῖσι.* Scillarum enim, sicuti caeparum, fragmenta, squamis satis congrue comparantur. Malim tamen legere, *ὠμῆς τοῖσι λέπεσι*, *corticibus. Λέπος κυάμου.* (Aet. in voce *Κύαμος.*) *Λέκιθον*, *φακῶν τὸ ἔνδον τοῦ λέπους.* (Gal. Exeg.) et *φακῆς λέπος.* (Aet. 43. 33.) et *μήλου λέπος*, in *Aretaeo* (91, 31.)

P. 207, 7. *οἰδαλεηθήμεναι.* Sensus sine dubio est, *partes in tumorem attollit. Coel. Aurelianus*, de *Sinapismo* in Lethargicis, ait, Adducit enim ad semet materiam: sicut *inflatae* atque in ruborem adductae eius appositione partes demonstrant. (Ac. Morb. L. 2. c. 9.) Rursus, in Hydrope, Item Sinapismus usque ad *cutis tumorem adhibendus.* (Morb. Chron. L. 3. c. 8.) *οἰδαλεηθήμεναι*

tamen, quod ab οἰδαλεαίνω solo, οἰδαλεήσω, οἰδαλεήθην, 501
οἰδαλεηθῆναι, *Ionice* οἰδαλεηθήμεναι, formatur, in Passiva Voce reperitur: cum Activa vox hic necessaria sit. An, οἰδαλέα θήμεναι? Praeter caeteras varias lectiones, Codex Regius unus habet οἴδ' ἀλαιθήμεναι.

P. 208, 9. λημνίστιδος. Legendum, λιμνήστιδος. V. supra, (12.)

Ibid. ὑδάρ. H. habet ἀδάρκι, quod pro ἀδάρκη scriptum est, Glossema proculdubio in vocem λιμνήστιδος. Inter ea, quae ad dropaces et picationem constituunt apud *Archigenem* (Aet. 70. 21.) p°nitur λιμνῆστις ἡ καλουμένη ἀδάρκη. Et *Paulus* (195. 15. Ed. Basil.) ληνμίστιδος, ἔστι δὲ ἡ ἀδάρκη. Quid sit ἀδάρκη (quae et ἀδάρκης, et ἀδάρκιον, et ἄδαρκος vocatur,) vide apud *Dioscoridem*, (L. 5. c. 127.) καθ' ὑγρῶν καὶ τελματωδῶν τόπων γενόμενος, — καί ἐστιν οἱονεὶ λιμναῖον ἀλκυόνιον. Unde λιμνῆστις, non ληνμίστις vocanda, uti saepe scribitur. Reg. unus absurde ὑδραργύρου, legit.

P. 208, 10. τρύχιον. Ita repono, licet Codices Graeci habeant στρύχνον. *Crassus* enim vertit, *linteolo veteri*. V. Not. in 79, 25. Ita (97, 8, 9.) ἐγχρισθέντα δὲ ἐς τρύχιον. *Aetius*, de *Sinapismo* ex *Archigene* (71. 8.) ita hoc exprimit, ἐμπλαττέσθω εἰς ὀθόνιον. Στρύχνον (item τρύχνον) Aet. 23. 8.) *Solanum* denotat, quod quidem ipsum per se soporiferum est, adeoque huic affectui certe minime idoneum. *Aretaeus* στρύχνον inter ea numerat, ὅσα νάρκην καὶ ψύξιας ἐμποιέει (113, 18.)

P. 208, 13. ἐς τὴν νοῦσον. Malim ἐν τῇ νούσῳ.

P. 208, 16. Θεραπεία Μαρασμοῦ. Κεφ. γ'. Caput hoc priori de Lethargicis iungendum, sine distinctione, existimo; siquidem non de *Marasmo* in genere agit, sed de eo tantum qui ex Lethargo oritur. Ita in proximo Libro, Curationi Cardiacorum Curationem quoque *Marasmi*, qui iis supervenit, in eodem Capite, addit.

P. 209, 4. ἑωυτῇ. Ita lego, quia *Crassus*, *eadem*, vertit; licet Graeci Libri omnes habent, ἐν ὠυτῇ. (αὐτῇ.)

P. 209, 15. ἀσθενής. An, καὶ ἀσθενὴς?

P. 210, 16. χρὴ ἀναβάλλεσθαι. Certe, οὐ χρὴ ἀναβάλλεσθαι, legendum. Quomodo enim dilatio Phlebotomiae dici poterit, *medela sola?* Quid quod, in his casibus, *ictu, lapsu, collisione*, etiamsi *Apoplexia* non superveniat, ut plurimum mitti Sanguinem necessarium sit. Ita *Celsus*, (L. 2. c. 10.) Sanguinis detractionem requirit, quicquid subito supprimit vocem; et quacunque de causa ruptum aliquid intus atque collisum est. Idem, paulo post, si ex

superiore parte aliquis decidit, si contusus est (de Sanguine loquitur) ne, si subsederit, corpus affligat. Idemque in aliis casibus repentinis, qui strangulabunt, dictum erit. *Οὐκ ἀμβολῆς καιρὸς*, in Pleuriticis, ait *Aretaeus*, cum eodem die venam incidi iubet. Particula, *οὐ*, saepe omittitur.

P. 211, 14. *ὅκως*. An recte?

P. 212, 1. *ἀνάκλιτον*. Forsan legendum, *ἀνακλίτῳ*, ut cum *δίφρῳ* congruat. De huiusmodi Sella loquitur *Hippocrates* (261. 24.) *ἐπ' ἀνακλήτου δίφρου τετρυπημένου καθήσθω*. In Notis ad hunc locum Foësius scribit, *ἀνακλήτου*, sic legunt quotquot adhuc videre licuit Exemplaria, sed, *ἀνακλίτου*, legimus, huncque locum bis expressimus in nostra Oeconomia. Est autem hic *ἀνάκλιτος δίφρος* idem fere quod *ἀνακλισμὸς Hippoc.* L. de Artic. *ἀνάκλιντρον*, aut *ἀνακλιντήριον*, exponunt. *Κλισμοὺς*, vocat *Homerus* Il. *Θ'*, et *Ι'*, *καθέδρας ἀνακλίσεις ἐχούσας*. Sed neque vocem *ἀνάκλιτον*, neque *ἀνάκλισμος*, in *Oeconomia*, invenio; neque has in voce *δίφρῳ* memoratas.

P. 212, 5. *ἥτε ἔντασις*. Inter priorem et has voces in Cod. V. spatii paululum relictum est; et sane aliquid deficere videtur, ut *καὶ γάρ*. Ita loquitur (21, 33.) *καὶ γὰρ καὶ* etc.

P. 212, 11. *εἴδει*. Legendum *ἰδίῃ*. Ita (98, 33.) *καὶ ἰδίῃ ἑκάστου, καὶ ξυνῇ*.

P. 212, 18. *ἴσμεν*. An recte?

P. 213, 3. *οὔτε γὰρ περιῤῥέειν* etc. Sensus quidem in his duabus Lineis facile eruitur: verba tamen haud prorsus castigate legi puto.

P. 213, 8. *καστόριον, ῥητίνη*. Malim, *καστορίου, ῥητίνης*, uti postea *εὐφορβίου* etc. nempe ut horum Medicamentorum, prout etiam aliorum omnium, quantitatem definiat. *ῥητίνης* habet H.

P. 215, 6. *εἴη*. An *ἴῃ*?

P. 215, 7. *τόνδε*. An *τόντε*?

P. 215, 17. *χαλαρὸν ἀγχοῦ*. Verum sane est, Vesicam Rectumque Intestinum, prope se iacere; malim tamen, *χαλαρὸν ἀρχοῦ*. Ita *Hippocrates* (Lib. de Artic. 810.) *κύστις τε γάρ, καὶ γοναὶ, καὶ ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν ἔκτισται*. Quae verba exponens *Galenus* (de Vulv. Lect.) ait, *Ἀρχὸν μὲν οὖν λέγων, (Ἱπποκράτης) τὸ ὅλον ἀπευθυσμένον· καὶ χαλαρὸν δὲ ἀρχοῦ, τὸ κάτω μέρος τοῦ ἀπευθυσμένου, ἔνθα καὶ μάλιστα ἀνευρύνεται*. V. Foes. Not. et Oeconom. in, *χαλάω*, et *Ἀρχός*. *Ἀρχοῦ* Vox medica est; et si cornu

τοῦ *P* obscurum est, facile τῷ *Γ* simile videbitur: unde in ἀγχοῦ mutatum est.

P. 216, 5. σφακελίζειν τῇ *Κύστει.* Verbum hoc Activum cum Dativo haud probe coniungi credo. An σφακελίζειν τὴν *Κύστιν*, vel σφακελισμὸν τῇ *Κύστει?*

P. 217, 8. ἀξύνηθες. Certe legendum, οὐκ ἀξύνηθες. Ita enim proprius Pueris morbus Epilepsia est, ut *Παιδικὸν πάθος* vocetur.

P. 217, 11. ἄχρηστον. Ita optime ex M. cum antea absurde legeretur, ἄχρι σπασμῶν.

P. 217, 15. ξύμπας τιταίνηταί οἱ ὤψ. Ita certe ex F. legendum; cum H. et V. quoque ξύμπαν τιταίνηταί οἱ ὄψ, habeant. Τιταινόμενα τὰ νεῦρα. (84, 56.) et τοὺς μῦας, 502
ἢν τιταίνωνται. (104, 58.) Aliqua his similia profert *Trallianus* ex *Archigene*, διακρατεῖν δεῖ πάντα τὰ μέρη, καὶ τῶν μελῶν ἕκαστον λιπαραῖς χερσὶν ἀπευθύνειν μετὰ συμμέτρου συντονίας, μαλάσσοντας τά τε ὄμματα αὐτῶν ἡσυχῇ καὶ καταψήχοντας. Lib. 1. c. 15.

P. 217, 16. ψηλαφίῃ. Codices quidam habent γαιοψηλαφίῃ. Equidem istud γαιο formatum puto ex, χειρῶν, in Exemplari partim eraso. Nam *Trallianus* qui hunc locum pene expressit, λιπαραῖς χερσὶν ait. Ipse *Aretaeus*, (105, 4.) ψηλαφίῃ χειρῶν ἀπιθύνειν.

P. 218, 1. τὰ ἤθεα. Legendum credo, κατὰ ἤθεα. Ita *Hippocrates* (675, 21.) τὰς μήτρας στραφῆναι κατ' ἤθεα. *Foësius*, κατ' ἤθεα hic, *pro more*, reddit: haud scio an accurate prorsus, licet ἦθος *morem*, significet. *Corinthus*, ἤθεα, exponit, τοὺς τόπους ἐν οἷς ἀναστρέφονται. *Hesychius*, ἦθος, γνώριμος τρόπος, ἀναστροφή. An legendum, γνώριμος τόπος ἀναστροφῆς, ut cum *Corintho* congruat. *Aemilius Portus,* in Lexico *Ionico*, ἤθεα significare dicit, sedes, in quibus aliquis habitare consuevit. ἐς ἤθεα Περσέων Herod. 41. 2. etc. Itaque κατ' ἤθεα reddi potest, *in iis locis quibus distorqueri solitae sunt.* Cum haec vertebam, τὰ εὐθέα, vel ἰθέα, legendum conieci.

Ibid. ἐρίοισι παλαιοῖσι, πιναροῖσι τρύχεσι. Malim ἐρίοισι πιναροῖσι, παλαιοῖσι τρύχεσι. Ita (87, 31.) ἔρια πιναρά. Ut etiam frequenter alibi. Quanquam vero τρύχεσι per se significet, panniculum vetus. V. Not. in 79, 25. tamen huiusmodi Epithetum addere non absurdum est, utpote cum apud Authores optimos similia exempla frequentissime occurrant.

P. 218, 12. κεκαυμένου. Ita rectissime, ut H. Apud G. κερ. legitur; in V. κέρατα. Mendum hoc ita accidere potuit. Apud Medicos Graecos usitatum est Medicamenta

compendiose scribere. Ita *κεκ.* pro *κεκαυμένου* usurpatur, nempe *χαλκοῦ*. Inde *κερ.* formatum est; et ex hoc rursus *κέρατα*.

P. 221, 1. *ὁμίχλης ἐπαναφορήν*. An *ὁμίχλη ἐπ' ἀναφορήν?*

P. 221, 15. *ὄρθιον ἔστω τὸ ἰνίον.* Haec haud intelligo. Legendum forsan, *ἔνερθεν ἔστω τοῦ ἰνίου*, *infra sinciput fiat;* quod quidem optime congruit sequentibus, *ἀνωτέρω γὰρ εἰ θείης*. Manifestus id ex *Aetio* apparebit, qui his omnino similia de Curatione Tetani affert ex *Archigene* (110, 52.) *εὐαφέστατα δὲ ἔστω καὶ κοῦφα τὰ καταπλάσματα. καὶ πυρία δὲ προσαγέσθω, ὑποκειμένου τοῦ καταπλάσματος, διὰ κύστεως εὐμεγέθους καὶ ἡμιπλήρους ἐλαιοῦ θερμοῦ, ἢ ἁλὸς φρυκτοῦ, ἢ κέγχρου ἐν μαρσύπποις καὶ τὰ καταπλάσματα δὲ ἐν μαρσίπποις ἐμβληθέντα ἐπιτιθέσθω, εἵνεκα τοῦ ἀμολύντως πυριᾷν, καὶ μάλιστα εἰ τῇ κεφαλῇ προστιθέναι δέοι. πεφυλάχθαι δὲ τὰς συνεχεῖς ἐμβροχὰς ἐπὶ κεφαλῆς, πληρωτικαὶ γὰρ τυγχάνουσι. παραλαμβανέτω δὲ τὸ κατάπλασμα, καὶ ἐμβροχαὶ, αὐχένα καὶ σιαγόνας, καὶ ῥάχιν ὅλην μέχρι ψοῶν.* Haud similiora sunt *Aretaei* verbis ea quae ex *Aretaeo* ipso alibi citat.

P. 222, 8. *τέγξει*. An *τεύξει?* ea Medicamenta scilicet, quae pus movent, quaeque (107, 45.) *Πυοποιὰ* vocat.

P. 224, 15. *ἀκρητεστέρη * * καὶ* etc. Deficiunt hic quaedam. Ex *Aetio* suppleri possunt, *κλύζειν δι' ἀφεψήματος κενταυρίου, ἀψινθίου, καλαμίνθου, ἀριστολοχίας, μέλιτος, νίτρου πλείστου*. Quae haec praecedunt et sequuntur ex *Archigene* se desumere prodit; sed et omnino cum his quae leguntur apud *Aretaeum* eadem reperias.

P. 224, 17. *οἰσύπῳ*. Ita lego, nunquam Codices omnes *ὑσσώπου* habeant. *Crassus* recte vertit cum *oesypo*. *Ἔρια πινόεντα οἰσύπῳ* passim adhibet, ut 96, 40. Frequens etiam error hic *ὑσσώπου* pro *οἰσύπου*, ut Var. Lect. 110, 31. *Οἴσυπον*, vox *Ionica* et Antiqua in Lexico declaratur.

P. 226, 14. *τῇ βησασᾷ καὶ χυλῷ ῥοός*. Legendum fortasse melius hic, ut apud caeteros Medicos Graecos, *τῇ διὰ βησασᾶ, καὶ τῇ διὰ χυλοῦ ῥοός*, uti semper appellantur Medicamenta haec composita; utque in sequentibus vocat *τῇ διὰ χελιδόνων:* saltem apparet haec eadem Composita hic indicari.

P. 228, 1. *ἀξύμφυτα*. Finis fortasse Capitis huius hic est: in eo tamen aliqua deesse de Curatione Anginae *μετὰ ξυμπτώσιος* liquet ex *Aetio*, qui, in Curatione *κρυπτῆς Συνάγχης*, haec habet, (163. 8.) *Ἀρεταῖος δὲ πρὸς τού-*

τοις φησὶ, Ἐπὶ τῆς κρυπτῆς, εἰ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις μὴ ἐνδίδωσι, σηκυίας κολλῆσαι δεῖ πάντῃ τοῦ θώρακος· ἀρχὴ δὲ γιγνέσθω κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ, προσανατρέχειν δὲ ἐπὶ πλευρὰς καὶ μετάφρενα, συνεχῶς μεταφέροντα ἀπὸ τοῦ τόπου εἰς ἕτερον τόπον, καὶ ἕλκοντα τὴν σηκυῖαν ἄνωθεν ἐπὶ τὰ κάτω. Εἰ δὲ πάνυ ἐπείγει ἡ πνίξις, σίνηπι τρίψαντας σὺν ὕδατι καὶ ἐμπλάσαντας ῥάκει ἐπιτιθέναι ἐπὶ τὸ στῆθος. Ἔκλειγμα δὲ ἐπὶ τούτοις, σίνηπι, νίτρον, ὕσσωπον, σκίλλαν ὀπτὴν, θεῖον ἄπυρον. δίδου ἶσα πάντα μετὰ μέλιτος κοχλιαρίου ἐκλείχειν.

P. 229, 14. ἢ τὴν Σταφυλήν. Malim, ἐπὶ τῇ Σταφυλῇ; (de *Morbo* enim iam loquitur;) et, Περὶ δὲ τὸν Κίονα, *Circa Columellam*, reddere. Nam Columella (6, 38.) κίων καὶ γαργαρεὼν καλέεται. Σταφυλὴ γὰρ πάθεός ἐστιν οὔνομα. Quare videmus licet alii ita vocent, *Aretaeum* nolle *morbum* Σταφυλὴν appellari; affectum autem, qui Κίων dicitur, ipse describit. (6, 46.) Hic igitur, quid Columellae applicari velit, in *Morbo* Σταφυλῇ, praecipit: mox, quid in eo *Morbo*, qui Κίων vocatur, eidem parti apponendum est, praecepturus.

P. 231, 1. Ἔστι. An Ἔστω?

P. 232, 11. τοῦ μὴ κατ' ἴξιν etc. An τοῦ μὴν κατ' ἴξιν. Sequitur enim κρέσσον γὰρ ἀπωτάτω ἄγειν, quod quidem fieri supponunt omnes ex brachio lateris non in- 503
flammati. Ita in Pleuriticis *Coelius Aurelianus*, (Ac. Morb. L. 2. c. 18.) Adhibenda Phlebotomia, sed ex alio brachio, quod fuerit dolenti lateri contrarium. *Aetius* ex *Archigene*, (176, 31.) τέμνειν χρὴ τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα μὴ τοῦ κατ' εὐθὺ βραχίονος τῆς φλεγμαινούσης πλευρῆς. Caetera quae sequuntur cum sequentibus in *Aretaeo* omnino eadem sunt. Itaque vel hic μὴν legendum, vel alia vox pro ἑτέρῃσι.

P. 232, 15. ἐκτός. Num ἐντός? Nam Sanguis calorem internis partibus praecipue communicat.

P. 233, 2. εὐηθέστερον γάρ. H. Alii, γὰρ, omittunt; Crassus vero περιεστηκυῖα, *exoriens*, vertit: significat autem, *salutaris*, *salutem promittens*, vox haec *Hippocratica*, (Praenot. 39. 42.) περιεστηκότων σημείων. *Aretaeus* etiam περιεστηκότα πνα, (38, 52.) usurpat eodem sensu. Quare, γὰρ, hic prorsus necessarium est.

P. 234, 1. Σιτίων *Hippocrates*, e quo *Aretaeus* haec de Ptisana expressit, ait (De Vict. Acut. 385. 1.) Πτισάνη μὲν οὖν δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων. Et *Aretaeus* sane *frumentorum* tantum virtutes hic inter se comparat. Itaque Σιτίων vertere malim per, *fru-*

mentum; quod et apud *Hippocratem* significat. V. Foës. Oecon. in voce, *Σῖτος.*

P. 234, 12. *τοῖσι.* Malim, *τισι.* (Sic. 117, 28.) *φακοὶ, οἵγε ἔχουσι μέν τινας ἀρετὰς πέψιος.*

P. 234, 13. *ἀγαθοὶ καί.* *Ἀγαθοῖσι,* legendum existimo.

P. 234, 17. *τρηχῆναι.* Ita omnes, sed *τρηχῦναι* certe reponendum.

Ibid. *ἐπίσχειν.* Ita legendum cum H. non, ut in V. G. *ἐπίσχεσιν.* Haec facile intelligetur ex significatione *οὐρῆσαι,* quae vox *Hippocratica* non modo, *urinam reddere,* aut *urinam movere,* sed etiam, *fluidum reddere, sero diluere, ad evacuationem idoneum facere.* *Ὁκόταν οὖν χολὴ κινηθεῖσα ἐς τὰς φλέβας καὶ ἐς τὸ αἷμα εἰσέλθῃ, διεκίνησε καὶ διούρησε τὸ αἷμα ἐκ τῆς εἰωθυίης συστάσιός τε καὶ κινήσιος.* (Hippoc. De Morb. L. 1. 460. 43.) V. *Διορρώσιος* in Foes. Oecon. ubi *διοῤῥοῦσθαι* et *διορροῦσθαι* pro *διουρέειν* et *διουρεῖσθαι* a quibusdam legi monet.

P. 236, 10. *σμήχηται.* Legendum *σμύχηται,* ut (36, 49.) *σμύχονται γὰρ αἱ σάρκες. σμήχω, detergo,* significat.

P. 237, 2. *πλάσμασι.* Vocem hanc pro Emplastris usurpari non reperio. *Ἐπιπλάσμασι,* ut ea semper appellat, legendum credo, et omissum *ἐπι* ob similitudinem cum *εσι* in fine praecedentis vocis *ξυνήθεσι. ἐπι* plane redundat in pagina sequenti, iuxta Codicem H. vid. Var. Lect. 92, 41. Unde forsan recte coniici potest, illic ex Margine perperam, *ἐπι,* insertum; quod in hoc loco fieri debuit.

P. 237, 11. *ἐς.* Malim, *ὡς ἐς.* *Aetius,* qui haec, inter alia pleraque, ex hoc Capite excerpsit, ait, *φροντιστέον δ' ὅπως θερμὰ διαμείνῃ τὰ καταπλάσματα.* (175, 47.)

P. 237, 12. *Ἤδη καί.* Malim, *καὶ ἤδε.*

P. 237, 14. *διὰ εἰδῶν.* Quid hae voces significent, haud intelligo. Certe legendum, *διὰ ἁλῶν.* Ita, *sale,* cum milio, utitur *Hippocrates,* pro Fomento in Pleuriticis (De Vict. Acut. 387, 18.) *Πυρίη δὲ ξηρὴ, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισιν.* *Aretaeus* in Ileo utitur (105, 51.) *Πυρίῃ ἁλῶν καὶ κέγχρων φωχθέντων:* In Tetano, (85, 44.) *sale,* sed non milio; *ἅλες λεπτοὶ ἐν τῷ μαρσιπίῳ, κέγχρος γὰρ* etc.

P. 237, 16. *ἐνδιδοῖ.* An *ἐνδιδῷ?*

P. 239, 1. *ἀμβλύνῃ τό.* An *ἀμβλύνηται?*

P. 239, 5. *ἡ τροφή.* Ita lego, non ut alii omnes Codices habent, *ᾗ τροφή.* Sic alibi, *αἷμα δὲ πάντων τροφὴ* (Et 97, 39.) *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἷμα ἄκρητόν ἐστι τὸ ῥέον,*

ἀλλὰ τοῦδε ἰχώρ. Aetius, haec transferens, inquit, *οὐ γὰρ αἷμά τι, ἐστὶ τὸ ἐκκρινόμενον, ἀλλ' ἰχῶρες*, (175. 54.)

P. 239, 8. *πηγάνῳ*. Legendum, *πηγανίνῳ*, ut antea *κυπρίνῳ*, *oleo rutaceo. Aetius* haec quoque ex *Aretaeo* decerpens, *τῇ δὲ τρίτῃ μετὰ τὴν ἀφαίμαξιν, κηρωτὴν κυπρίνην ἢ πηγανίνην ἐπιτιθέναι ταῖς ἀμυχαῖς*. (176. 1.)

P. 239, 10. *Ὡς τρόπος δέ*. Malim, *ὁ τρόπος δέ*.

P. 239, 12. *πρηνὲς ἐπὶ τὰ χείλεα*. Huiusmodi figurae vas, cuius os scilicet aeque ac fundus eius capax sit, adhiberi iubet: quoniam Cucurbitulae a Medicis usurpatae, ore angusto, fundo lato, formari solebant; uti constat ex *Sorano*, (de Vulva) *σχῆμα δὲ μήτρας ἰατρικῇ Σικύᾳ παραπλήσιον· ἀπὸ γὰρ περιφεροῦς καὶ πλατέος ἀρξαμένη τοῦ μετὰ πυθμένα πέρατος πρὸς λόγον ἐπὶ στενὸν συνάγεται τὸ στόμιον.*

P. 240, 5. *πικέριον*. Ita sine dubio legendum ex H. V. Tota etiam Sententia, licet integra, uti in hac Editione ponitur, in nullo alio Libro reperitur, tamen ex singulis restituta est. V. Var. Lect. *Πικέριον* a *Galeno* et *Erotiano*, *βούτυρον*, exponitur. *Πικερίῳ* antea usus est (75, 52.) *Aretaeus. Aetius*, inquit, *Βούτυρον νέαρον μετὰ ἴσου μέλιτος ἑψήσας*. Unde, minima mutatione, pro *ἔστω δή τι καὶ τῶν ποικίλων*, *πικέριον* etc. legi apte possit, *ἔστω δὴ τὸ πικέριον νεαρὸν*, siquidem F. in Var. Lect. habet *ἔστω δὴ τὸ ποικ. ἔρειον νεαρὸν* etc. Librarii vocem antiquam, *πικέριον* haud intelligentes *ποικ. ἔρειον* scripserunt; unde *ποικ.* pro *ποικίλων* compendiose scribi creditum est, et *ἔρειον* idem quod *ἔριον· νεαρὸν* autem omissum est ob similitudinem cum voce praecedenti *ἔριον. Ποικίλων* hic non satis commode legi puto, quia butyri et mellis mixtio Medicamenti ex variis rebus compositi nomine appellari neutiquam potest.

P. 240, 16. *ἂν*. Num *ἓν?*

P. 241, 17. *διέπνευσε*. An *διεπνεύσθη?*

P. 242, 5. *εἶτ'*. An *ἠδέ?*

P. 246, 3. *σιτηρῶν*. Ita ex F. cum alii *αὐστηρῶν* habeant inepte. V. Not. in 90, 33. *Crassus* autem vertit, *Inter frumentacea.*

P. 247, 2. *οὐκ εὐήθεες*. Videtur hic deficere, *αἱ νοῦσοι. Aretaeus* (92, 8.) inquit, *οὐ γὰρ εὐήθεες αἱ νοῦσοι.*

P. 248, 10. *Ἦν δὲ ἀπὸ Πνεύμονος* etc. Multa hic 504
periisse suspicor: siquidem nihil hic de Curatione eorum praecipiat *Aretaeus*, quibus Sanguis ex Pectore, Stomacho, aut Liene aut alio Viscere, fertur; cum multa de his dignoscendis in Signorum descriptione tradiderit. Porro haec

quae contra Sinistrae manus venam inter digitos secundam disputat, eam incidi solere in profusione Sanguinis e *Liene* declarant. Huius in affectu hoc Sectionem praecipit Oribasius (Med. Collect. L. 7. c. 5. *Aetiusque* (Tet. 2. S. 4. c. 62.)

P. 248, 14. *τῇ ὧν πλίονι.* Haud recte haec se habere manifestum est; sed quomodo apte restitui possint, licet sensum mihi assecutus videor, non coniicio.

P. 249, 13. *ἐπὶ πᾶσι.* Legendum, *ἐπιπάσσειν*, ut (97, 50, 51.) *ὑποκυστίδος, ἢ ἀκακίης, ξηρῶν, ἐμπάσσειν.*

P. 251, 11. *οὐθέν.* An recte?

P. 252, 13. *τῇδε.* An *τῇσδε?*

P. 253, 5. *ἐν ἐκείνῃ.* Num, *ἐν ἐκείνῃς*, nempe *διαβρώσεσι?*

P. 254, 10. *κόμμι ξὺν τῷ φυτῷ.* Gummi quidem cum eius *planta* devorari nequit, quippe cum id ex arbore exsudet, adeo ingenti ut navibus onerariis exstruendis materiam suppeditet, teste *Herodoto*, *Τὰ δὲ δὴ πλοῖα σφιτοῖσι φορτηγέουσί ἐστι ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα, τῆς ἡ μορφὴ μέν ἐστι ὁμοίη τῷ Κυρηναϊκῷ λωτῷ, τὸ δὲ δάκρυον κόμμι ἐστί.* (Lib. 2.) Certe legendum *κόμμι, ξὺν τῷ ξυμφύτῳ.* Librarii, quid *Symphytum* esset ignorantes, *ξὺν* vel *ξυμ* inanem repetitionem esse crediderunt. Extra dubium hoc ponit *Aetius*, haec habens, *ἄμυλον διδόσθω, κόμμι, τραγάκανθα, — καὶ τὸ σύμφυτον μασσόμενον καὶ καταπινόμενον.* [173, 3.] Huic affectui *σύμφυτον* idoneum esse, ex ipso nomine declaratur: eoque utpote glutinanti astringentique, utuntur Graeci fere omnes, et inter alios *Aretaeus* in *Topicis* applicationibus. (97, 12, 13.)

P. 254, 11. *τράγου τῆς ἀκάνθης.* Ita ex F. cum alii habeant *πράσον τῆς ἀκάνθης*, sed inepte. Communiter quidem arbor haec *τραγάκανθα* vocatur: sed cum ex vocibus *τράγος* et *ἄκανθα* componatur, eas *Aretaeus*, *Poetarum* more, rursus dividit. Quae in superiore nota ex *Aetio* allata sunt, huic etiam Lectioni fidem astruent.

P. 254, 14. *ὡς.* An *ὧν?*

P. 254, 17. *τρωμάτων.* Ita recte ex H. legi apparebit ex superioribus (97, 21, 35.)

P. 255, 3. *οὐ.* Si vocula haec in hac Linea deleatur, et, pro *μὴ*, in sequenti, legatur, *μιῇ*, Sententia tota facile intelligetur.

P. 256, 5. *κηκῖδος.* Legendum *κηκῖδι*, neque enim *κηκῖδος σίδια* dicuntur. *τὸ ἐπίπαστον κηκὶς καὶ σίδια.* (99, 38.)

P. 257, 7. *τὸν πῶρον*. Ita scribo, cum F. *τὸν πόρον*, legat; caeteri diversa. *Crassus* autem, *τὸ στερεὸν*, legisse videtur: nam, *solidari*, vertit; et sane (62, 45, 46.) occurrit *ὠτειλαὶ στερίμνιοι*. Et *Coel. Aurelianus* (Mor. Chronic. L. 2. c. 13.) in Haemorrhagiae Curatione inquit, poterit *cicatricis* firmari *soliditas*.

P. 257, 16. *ἔνσεο*. Hic vel verba quaedam deficere, vel mendosa existimo.

P. 258, 14. *ἀριθμὸς*. Haec haud satis capio. An *ἀριθμὸς ἐπίκαιρος* significat, *Symptomatum memorabilium concursum?* *Ἀριθμὸς γὰρ λέγεται ἡ εὔνοια καὶ φιλία*. Erot. in voce *Συναρθμοῦνται*. Et *ἀρθμία*, *φιλία*, *Λέξικ. Ηροδ.* Nonnisi unum tamen postea notatur Symptoma. Totam equidem sententiam depravatam credo.

P. 259, 2. *ὑποχόνδριον*. An *ὑποχονδρίον*.

P. 259, 4. *τομῆς τῆς σχάσιος*. *Τομῆς*, puto, Glossema est. *Σχάζειν*, *ἀμύξαι*. (Gal. in Exeg.) licet *σχάζειν τομὴν* occurrat, 87, 10.

P. 259, 9. *γάννυται*. An *γάνυται?* ut apud *Homerum*, *γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν*. Iliad. *N*. 493.

P. 259, 17. *ἀφλεγμάτοισι*. Videtur *ἀφλεγμάντοισι* a *φλεγμαίνω* formatum scribi debere; cum *ἀφλεγμάτοισι* a *φλέγμα*, *pituita*, derivetur. Sed apud *Hippocratem Galenus* in Exegesi vocis *φλέγμα*, id ait, *οὐ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ φλόγωσις δηλοῖ*.

P. 260, 1. *ἐπιπλάσιος*. Haec sane de Emplastris, contra quam *Crassum* secutus, verti, intelligi debere credo. Nam *Συκίην ἐπιπλάπτειν* nusquam reperio, at (85, 54.) *Ἐπὶ δὲ τοῖσι Ἐπιπλάσμασι ἡ Σικύη*. Quod si ita sit, mutanda vox in sequentibus (86, 11.) *ἐπίπλασιν*, et legendum *ἐπίπλασις*. V. 124, 36. *προχαλάσαντα Ἐπιπλάσματι καὶ Τέγξει Σικύην πρὸς τὸ ἧπαρ, καὶ τὴν κοιλίην, προσβάλλειν*.

P. 261, 5. *κληῖδα*. Praepositionem, ut *ἐπὶ*, deficere puto. *Ἐπὶ τοῖσι μηροῖσι τῆς γυναικὸς ἵζάνει*. (64, 43.)

P. 261, 8. *ἐνεργῶς*. V. Ita, non *ἐναργῶς*, ut G. H. Sic *ἰητρείῃ ἐνεργῷ* (102, 12.)

P. 262, 1. *ἔσεσθαι*. Neque ad sensum vox haec desideratur, neque Grammatice cum caeteris congruit: Pro ea, *ἑψῆσι*, legendum credo. *Elixando lubrica fiant*. Hoc modo carnes etiam dissolvit, ac in liquorem redigit. (74, 19.) *εὖτε καὶ κρεῶν ἀκρέων καὶ πετεινῶν χρέος, τὰ πολλὰ τοῖσι χυλοῖσι ἐκτηκομένων· κάρτα γὰρ χρὴ τάδε ἐν τῇ ἑψήσει λύεσθαι*.

P. 262, 5. *πλατύς*. An *παχύς?*

P. 262, 12. *ὄκως*. Annon melius *ὁκόσον?* ut (102, 3.) *διδόναι τοῦ οἴνου, ὁκόσον ἂν δύνηται πιεῖν.*

P. 263, 2. *ἐών*. An melius *ὤν?*

P. 263, 8. *ὥς δέ*. Malim, *ἠδέ.*

P. 264, 2. *χυλὸν ἐς φύρησιν ξυντεθέν*. Ut recta et congrua sit haec sententia, videtur legi debere, *χυλὸς ἐς φύρησιν ξυντεθείς.*

P. 264, 3. *κόμμι δὲ, ῥοὸς* etc. An *κόμμι ἠδὲ ῥοὸς* etc?

P. 264, 5. *νάρδῳ*. An *νάρδου*, scilicet, ut *οἰνάνθης, λίπαϊ? oleo nardino;* ut *κηρωτῇ νάρδου ἢ οἰνάνθης* 104, 57.

505 P. 264, 7. *εἴτε*. Malim, *ἔστω δέ*. Vel, *εἰ δέ*. et eadem linea pro, *εἰ δὲ, ἠδέ.*

P. 264, 14. *ἡδονῆς*. Vox sine dubio mendosa. An *ἡδέης, lenibus* ventilationibus. V. *ῥιπὶς* in Lexic.

P. 265, 8. *προβληθεῖσα*. Malim, *προβληθεῖσα.*

P. 265, 13. *ποθίζει*. Melius *ποθίζῃ*, in Subiunctivo.

P. 265, 15. *ἄλειμμα*. Legendum, *ἀλείμματι*, ut Syntaxis postulat, ac prout legitur. 105, 3.

P. 266, 11. *ἄτονος*. Certe legendum, *εὔτονος.*

P. 268, 17. *τῇ φύσι συνέξειν εἰῤῥῶσθαι*. Haec manifeste depravata sunt. An *τὴν φύσιν ξὺν ἕξει ἐῤῥῶσθαι*, vel, *ξὺν τῇ φύσι ἕξιν ἐῤῥῶσθαι?* His similia de Vini virtutibus habet *Coelius*, (Ac. Morb. L. 2. c. 37.) Sunt enim haec efficacia, et quae facilius omnia, quae de vino speramus, accelerent: sufficientia fortificare, et totam relevare *habitudinem* corporis, omni etiam parti atque particulae sese insertare, et per omnes tenues vias celeri motu percurrere.

P. 269, 1. *κοτὲ νέων*. Legi debere credo, *ποταινίων*. *Κοτὲ* enim melius abest; *ποταινίων* autem idem quod *νέων* significat apud *Hippocratem*, et *Aretaeum*, (100, 42.) cuius loci v. Var. Lect.

P. 270, 9. *ἐπιπάσσαι*. Legendum, *ἐπιπλάσαι*. Nam de Emplastris iam agit; et ex materia praedicta eam compositionem fieri, quae Emplastrum constituat, non quae inspergi possit, satis liquet.

P. 270, 14. *τε*. Melius deleretur.

P. 270, 18. *ἀναιρῇ καὶ πάντα ἀδικῇ*. Pro *ἀδικῇ* fortasse, *ἀφίκῃ*, legendum; Hippocrates voce *ἀφίκει* utitur, (224. 4.) *ἀναιρῇ* quoque vix tolerandum puto.

P. 271, 1. *λούσαντα*. Alii *λύσαντα*, perperam. *Paulus*, in Curatione Cholerae, ait (L. 3. c. 39.) *ὕπνουν ἐπιτρεπτέον, μετὰ δὲ τὴν τελείαν πέψιν λουτροῖς χρηστέον.* Et

Alexander, (L. 7. c. 14.) παυσαμένης δὲ τῆς κενώσεως μετὰ τὸν ὕπνον, μηδὲ πυρετοῦ παρόντος, ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἄγειν σπουδάζειν αὐτούς.

P. 271, 7. ἔντασις. An ἔνστασις? ut 109, 22.

Ibid. πρῆσσις. Legendum πρῆσις, ut 113, 34.

P. 271, 10. πόνοι. Quanquam πόνου etiam legitur, idque communius loquendi genus videtur, tamen πόνοι servo, quoniam *Aretaeus* alias ita habet, (15, 29.) πόνος γὰρ, κἢν σμικρὸς ἔῃ, θάνατον ὀῤῥωδέει.

P. 271, 13. διεκχέῃ τὸ αἷμα. Liquet τὸ αἷμα hic in Casu Nominativo usurpari, quia cum eo concordat ἡ τροφή. Quare διεκχέῃ, verbum Activum, male hic adhibetur. Malim διεκχέηται αἷμα, vel διεκρέῃ τὸ αἷμα.

P. 271, 18. πνέουσι. Malim πονέουσι. Quanquam *Celsus* de Apoplecticis iam morientibus loquens (L. 3. c. 27.) eos *miserum spiritum trahere* dicat.

P. 272, 16. ξὺν οἷσι. Malim ξυνοῖσι, *ea quae vulgo adhiberi solent. Aetius* Satyriasi affectos praecipit ἐπιπλάσσειν τοῖς κοινοῖς καταπλάσμασι.

P. 273, 3. ἄν τις πάντα. Num ἀντισπᾶν τόν? Nequeo aliter ex his sensum elicere.

P. 273, 13. κογχαρίων. Vid. Not. in 78, 34.

P. 273, 14. ὧδε. An recte?

P. 274, 3. ἄπνος. Malim ἄπυρος, *sine febre*, licet postea dicat, Ἢν δὲ ἐς Ἀπόστασιν τρέπηται ἡ φλεγμασίη. Nam cum antea dixisset, ὕδωρ ποτὸν, ἢν πυρεταίνῃ· et hic de vini exhibitione statim praecepta subiiciat, ἄπυρος commodissime legitur; quae etiam (100, 42.) (iuxta quaedam Exemplaria) rursus invenitur. Nam quidam legunt ἄποροι, alii aliter habent. *Crassus*, haec transferens, *si dolor absit*, inter Var. Lect. aliter, *febris*, pro dolore legi monet.

P. 274, 12. ἀφεψή. Ex literis aliquibus, quas percipere inter alias iuxta erasas sibi videbantur Librarii, formata est vox haec non intelligenda.

P. 274, 17. πίμπραται. Malim, πίμπλαται.

P. 275, 1. ἑτέρῃ. Legendum, οὐχ ἑτέρῃ, ex praecedentibus evidenter apparet.

P. 275, 6. στήθεα. Quid hoc significet, nescio. *Crassus, quae acervata sunt,* vertit. An σταθέντα, vel στηριχθέντα?

P. 276, 4. ἰσχαίμασι. Malim, ἰσχαίμοισι, quia prior vox non occurrit: posterior usitatissima.

P. 276, 15. ἐγχέῃ τι. Nonnisi de liquidis dicitur ἐγχέειν. An itaque, ἐγκέαται, ut supra, (31.)

P. 278, 5. *μεγάλα τὰ ἔγγονα αἱ φλεγμοναί.* Dura omnino expressio. An *μεγάλαι τ' ἐγγίγνονται φλεγμοναί?* Ita (19, 46.) *γίγνηται φλεγμονή.* et in huius Morbi descriptione, *Γίγνεται δὲ καὶ φλεγμονὴ ἀμφὶ τὴν φλέβα.* (21, 8.) utitur etiam voce *ἐγγίγνονται,* alio loco.

P. 278, 13. *πολλόν τι.* An *πολλόν τι μᾶλλον?* ut 2, 41. et 113, 12.

P. 279, 9. *νεοτόκου.* An *γυναικὸς*, vel *ὄνου*, deficit. Vid. 103, 39, 41.

P. 279, 14. *πάντα.* An *πάντῃ?*

P. 279, 16. *Κοίτῃ.* Num quid deest?

P. 281, 2. *τις ἡλικίη.* Vix crediderim *Aretaeum* aetatem solam in hoc casu respexisse, quae Sanguinem mitti prohibere debeat. Porro, *τις ἡλικίη,* ad designandum puerilem ac senilem aetatem, (quae solae interdum, idque praecipue Antiquos, ab usurpanda Phlebotomia dehortantur) Phrasis minime clara aut idonea est. Multae quoque res in hoc affectu, puta, *corporis habitus, vires, aliarum Evacuationum ratio etc.* multo magis considerandae sunt, quam aetas. Itaque legi cupiam, *τις ἄλλη αἰτίη.* Ita *Rufus* apud *Aetium*, de iis quorum inflammatur Vesica, *τούτων, εἰ μηδὲν ἕτερον κωλύοι, φλέβα τάμνειν.* Et *Aretaeus,* (100, 23.) *Ἢν ὧν μὴ πάντα κωλύῃ, ἕξις, ἡλικίη, ὥρη, ἀψυχίη τοῦ ἀνθρώπου, φλέβα τάμνειν.*

P. 281, 16. *ὅτι.* An recte?

P. 282, 7. *Βιστίνου.* Legendum, *Βηστίνου,* ut 128, 25. et 122, 14. et apud *Aetium* (Tet. 3. S. 2. c. 6.)

P. 282, 8. *κοσκίνου.* Legendum *σκίγκου.* Inter Anti-
506 dota ad Calculosa, *Aetius* quoque hoc commendat. Quod si *Mithridatis* compositione abundes, eam quae *Scincos* admixtos habet, praebe. (Tet. 3. S. 3. c. 13.) Id Antidotum a *Paulo* describitur. (L. 7. c. 11.) *Scincus* autem est terrestris Crocodilus iuxta *Oribasium* (Med. Collect. L. 12.) Vid. *Aret.* 131, 39.

P. 282, 12. *οὐδ' ὄναρ δοκέειν τοῦ πόνου εἰθισμένοι.* Quomodo sententia haec, sine dubio mendosa, apte corrigi possit, haud reperio, V. Var. Lect. *Crassus* vertit, *ut neque per somnium dolorem sibi sentire videri soleant.*

P. 283, 5. *τὸν κενεῶνα. Fabricius* habet, *τὸν ἀγκῶνα.* Profecto *Ventris incisio*, eo duntaxat fine ut *perfundi* possit *Vesica*, audax nimis Experimentum, et uti parum utilitatis, ita multum periculi allaturum. Operatio sane a nemine in hoc casu, ne ab *Aretaeo* quidem, puto, tentata. *Vesicam* certe saepius *Perfusionibus irrigari* praecipit,

sine ulla incisione; ut 78, 54. et 86, 41. et 101, 27. Quid quod *κενεὼν* haud vocatur illa pars ventris in qua sita est Vesica, quae quidem inter Umbilicum et pubem iacet. *Κενεῶνες* enim appellantur illae partes quae a Costis oblique ad Os Ilii porriguntur. *Rufus* inquit, *Τὰ δὲ ὑπὸ ταῖς πλευραῖς μαλακὰ, λαπάραι, καὶ κενεῶνες.* (24.) et, *Τὸ δὲ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ὑπογάστριον, καὶ ἦτρον.* (23.) Legendum itaque, *τὸν ἀγκῶνα. Hippocrates* inquit: (Epid. L. 3. Aeg. 8.) *ἀγκῶνα ἔτεμον.* Vel, fortasse, *τὴν ἐπ' ἀγκῶνι*, ut apud *Aretaeum* ipsum. (111, 38.) *Rufus* apud *Aetium*, in Inflammatione Vesicae similem plane ei quae ab *Aretaeo* praecipitur *Perfusionem Venae Sectioni* statim subiicit: *φλέβα τάμνειν, μὴ εἰς μακρόν· ἐμβρέχειν δὲ τοὺς τόπους ἐλαίῳ ἐν ᾧ ἄνηθον, λινόσπερμον, ἐνίοτε δὲ καὶ πήγανον, καὶ ἀλθαία ἐνέψηται.*

P. 284, 5. *Σκυβαλίτης.* Legendum *σκυβελίτης* ut apud *Aetium* (2. 8.) Legitur *σκυβελλίτῃ* 126, 20.

P. 284, 9. *ἀφειψήσι.* An *ἐφ' ἑψήσι?*

P. 284, 15. *τριχάδα.* Vox nullibi invenienda. Legendum *πληχάδα.* Apud *Rufum* (23.) dicitur, *Τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ὀσχέου καὶ ὑποστήματος καὶ μηροῦ, πληχάδα (καλέουσι.)* Rursus, (39.) *Τὰ δὲ μεταξὺ τούτων (μηρῶν) πρὸς τὸν περίναιον πληχάδες.* Vox haec ab *Aretaeo* usurpatur locum eundem designans 25, 27. et 113, 9. ubi *τὸ παρίνιον* in V. m. (*Perineum,* nam *περίναιον* scribendum) et rursus (113, 20.) V. Lexic. et Foës. Oeconom.

Κυστίδος. Ita declinatam vocem *Κύστις* neque apud *Aretaeum,* neque alibi invenio. Malim igitur, uti semper, *Κύστιος.*

P. 284, 18. *Ῥοιάδα γενέσθαι τοῦ πύου.* Pro, *πύου,* legendum puto, *οὔρου.* Neque enim ex *Lithotomia Abscessus* fieri solent qui per longam hominis vitam continuent: frequenter vero perpetua *Urinae destillatio.* Ita postquam Vesicae sectae periculum exposuit *Aretaeus,* (54, 49.) haec subiicit, *Κῆν τις τὸν τοῦ θανάτου κίνδυνον ἐκφύγῃ, Ῥοιάδος γίγνεταί οἱ πάθος· κῆν ἀκίνδυνον ἔῃ, ἀλλ' οὐ φορητὸν ἐλευθέροισι ἀέναον ἐκρέειν οὖρον, κῆν βαδίζῃ, κῆν εὕδῃ.* In Urinae itinere *Fistulam* a *Graecis* *Οὐρορυάδα* vocari tradit *Celsus.* (L. 7. c. 26.)

P. 285, 7. *προσιόντων.* Apud F. *προείησι.* An *προΐησι τῶν? prodeat,* ut *ἀντιπερίησι* 13, 44. In proxima linea, ait, *ἴῃ δ' ἂν ποτε* etc.

P. 285, 14. *πόδας.* et rursus

P. 285, 16. *τὼ πόδε.* Videtur hoc nomine partem aliquam Uteri hic appellare. Haec quidem minime capio.

P. 286, 11. *πρός*. Ante vocem hanc *τὸ*, *quod*, deficere credo; et postea, pro *θάλπειν*, legendum *θάλπει*.

P. 286, 15. *μύρῳ*. Cum F. legendum, *μύρων*.

P. 287, 14. *οἷά γε*. *Goupylus* legendum coniicit *οἴακε*, quam vocem nullam significationem huic loco congruam habere invenio.

P. 287, 16. *ἑλκοῦντα*. Legendum *ἕλκοντα*. *Crassus* quoque, *attrahendae*, vertit.

P. 288, 2. *Οἰκευμένην*. Legendum, *οἰχευμένην*, ex Verbo *οἴχομαι*, ab *Aretaeo*, pro more, in Verbum contractum ex Barytono mutatum. Inter Var. Lect. *φερομένην* appositum est pro Glossemate.

P. 288, 4. *ξὺν ἐμποιήσι*. *Crassus* *ξυνεμποιήσει* legit; utpote qui, *simul bene facient*, verterit: Malim, *ξὺν ἐμπιέσι*, vel potius *ἐκπιέσι*. Ita (77, 56.) *ψηλαφίη*, *ξὺν πιέσι ποδῶν. τιλμοί· κνησμοί.*

P. 288, 12. *λύπῃ*. Certe legendum, *λύσσῃ*, *rabiosa cupidine*. neque enim *λύπῃ* cum sensu optimo hic servatur; quanquam, ubi calamitatem suam secum reputant morbo hoc affecti, (25, 30.) describuntur *ἐπίλυποι*. Idem hic dicitur, quod, (25, 23.) *Ὁρμὴ δέ ἐστι ἄσχετος ἐς ὁμιλίην*. et (25, 33.) *ἀκρατέες δὲ καὶ ἐς τὸ ἀμφαδὸν τῆς τοῦ ἔργου πρήξιος*. Maniacis quoque (32, 52.) contigit *ἀφροδισίων ἄσχετος ἐπιθυμίη*. sed et ii quoque, (33, 7.) de malo suo cogitantes, sunt *ἐπίλυποι*. Elephantiacis quoque inest (71, 8, 9.) *ἐπιθυμίη λυσσώδης*, quod desiderium in Notas ad hunc locum de Venere intelligi debere indicavi. De Satyriasi affectis infra quoque dicit, *προσεκμαίνονται δὲ καὶ τὴν γνώμην* etc.

P. 288, 16. *πράγματος*. Ita legendum ex H. m. non *πτώματος* ut G. V. Per haec idem exprimitur ac per ista (25, 33.) *ἀκρατέες δὲ καὶ ἐς τὸ ἀμφαδὸν τῆς τοῦ ἔργου πρήξιος*.

ἀκυρίη, certe legendum, *ἀκορίη*. *Crassus* vertit, *insatietas*.

P. 288, 17. *εὖ τ' ἂν* etc. Vel mendosa, vel manca, haec esse suspicor.

P. 289, 12. *διᾶναι*. Legendum *διῆναι*.

P. 289, 16. *ἄρτῳ*. Num *ἄρτον?*

Ibid. *τῇ βοτάνῃ*. An *τῆς βοτάνης?*

P. 290, 4. *δριμὺ δὲ πᾶν*. Deest hic aliquid, per quod acria *vitanda* esse praeceptum est. *Aetius*, qui ex Capite sua magna ex parte desumsit, haec ita exprimit, *ἐπεχομένην τε τὴν κοιλίαν μὴ δριμεῖ κλυστῆρι, ἵνα μὴ παροξύνῃ τὰς φλεγμονάς*.

P. 290, 8. εὖτ' ἦν. Legitur in V. εὖτ' ἂν. Malim ὅταν. et pro μένῃ, μέν.

πλῆθος. Certe legendum, πάθος. 507

P. 291, 5. νέον. Legendum certe, νόον. Phrasis omni Scriptori familiaris, προσέχειν τὸν νοῦν.

P. 292, 13. φυσίωσις. An φύσις, scilicet, morborum horum *natura?*

P. 293, 1. σιγῇ, ἤ. Malim, σιγῆν, legere.

P. 293, 6. οὔτε ὀλλυνέονται, οὔτε ὀῤῥωδέουσι θάνατον. Antea morbos hos periculosos, et in mortem plerumque desinentes dixerat. Itaque eos haud mori (οὔτε ὀλλυνέονται) absurde iam affirmet. An igitur, οὔτε, ὅτε ὀλλυνέονται, ὀῤῥωδέουσι θάνατον. Quae quidem securitas, ut mortem non in ipso mortis articulo aegri, cum iam ad extrema ventum est, neque pertimescant, neque adesse sentiant, in Morbis Chronicis frequens est, praecipue in Phthisi. V. 15, 23.

P. 294, 1. ἦν G. ὧν H. V. A. Legendum credo, ὡς. Ita (108, 19, 20.) συχνὸν μὲν ἀφαιρέειν αἷμα, μὴ ἀθρόον δέ· ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ τῆς ἄλλης ἡμέρης, ὡς μεσηγὺ ἡ δύναμις ἀναλάβῃ.

P. 294, 11. κυριωτάτη. Malim, καιριωτάτη. Ita (124, 39.) ἀφαίρεσις πολλόν τι ἐπικαιροτάτη. Et (124, 9.) ἐπίκαιρος ἡ ῥοή. Et, (122, 2, 3.) τὸ δὲ καίριον αὐτέων, ἡ Σικύη.

P. 294, 16. πλῆθος. Legendum πλήθεος.

P. 295, 4. ἀντιτρόχῳ. Legendum, ἀντιτράγῳ. Nam auris pars est Ἀντίτραγος dicta. V. Polluc. Onom. L. 2.

P. 295, 14. τοῦ ὄρχιος. An οἱ ὄρχιες?

P. 296, 3. ἔκχυτον. Legendum, ἔγχυτον, ut 112, 5.

P. 296, 4. εὐροῆς. Malim, ἰκροῆς, ut (45, 23.) ἧπαρ ἰκροὴν ἴσχει.

P. 296, 9. τῷ, Malim, τό.

P. 296, 17. ὧδε. Legendum, ὅδε.

P. 297, 3. ὡς εἴσω παρωθεῖται. An recte?

P. 297, 4. Στορύνη. Vocem hanc nusquam invenio. Στόρθη significat *cuspidem ferri*, unde instrumentum Chirurgicum nomen fortasse traxerit. Τορύνη ab H. Steph. exponitur, *id quo in Olla teritur aut agitatur aliquid, ut sunt cochlearia et spathae.*

P. 297, 6. ὀδόντα. Legendum ὀδόντας, ut mox ὀδόντων.

P. 297, 7. ἰσθμοειδῶν. Legendum, ἠθμοειδῶν. *Rufus*, inquit, (26.) τὰ πυκνὰ ταύτης (ῥινὸς) περήματα ἠθμοειδῆ καλεῖται.

P. 299, 6. *ἐμπάττειν.* Legendum, *ἐμπλάττειν.*

P. 299, 10. *ἄνοδον.* Legendum, *ἀνώδυνον.* Idem verbis parum diversis dicitur (119, 24, 25.) *Τάδε μὲν ὦν ἐς τὴν τοῦ παροξυσμοῦ παρηγορίην, καὶ σκέδασιν τοῦ ζοφώδεος.*

P. 300, 1. *ἐς.* Melius abest.

P. 300, 8. *δὲ τουτέων.* An *τουτέων δέ?*

P. 300, 9. *πρός.* An *αὖ προς?*

P. 300, 11. *ἀλέκτορος.* Malim, *ἀλεκτορὶς,* eodem casu quo sequentia *φάσσα, πελειά.* Ita 120, 44.

P. 301, 11. *εὔπνοοι δὲ εὔφοροι.* An *εὔπνοοι δὲ καὶ εὔφοροι.* Vid. 120, 33.

P. 302, 3. *ὁκοῖον.* Malim, *ὁκοῖα.*

P. 302, 6. *ἀγωγῇ.* Nihil hic vox haec, nisi, *remedium evacuans,* significare potest: quo sensu *ἀγωγὰ* quidem, ab Authore nostro frequenter usurpatur; *ἀγωγὴ* autem vel *ἐξαγωγὴ βίου* supra (13.) alio longe sensu invenitur. Legendum credo, *ἀρωγῇ,* auxilio, quae quidem vox *Homerica* est. Vocem *ἀρήγειν* in omni fere Pagina ponit *Aretaeus,* per quam, *mederi,* intelligit. Et (89, 18.) *καίειν ὦν τὸ πάθος ἀρωγόν.* Crassus *ἀγωγῇ remedio* vertit; quare et ipse *ἀρωγῇ* forsan legit.

P. 303, 17. *μελέτησι γὰρ χρὴ στομάχου ἐμέειν.* Legere malim, *μελετῆσαι γὰρ χρὴ τὸν στόμαχον ἐμέειν,* (*ἐξεμέειν*) ut 125, 31, 32.

P. 304, 4. *ἄμης. Crassus, placentulae,* vertit. Verum exiguam sane *placentulam* esse oportet, quam exaequent magnitudine frustula incisa Hellebori, quae simul omnia nonnisi drachmas duas pendant. Ad haec, *ἄμης* in Nominativo casu est, *placentam,* significans; et *ἄμητος* dixisset, uti notat *Goupylus,* si de *placenta* locutus esset. Apud *Athenaeum* (Ed. Casaubon. p. 649. l. 3.) *ἄμης, πλακοῦς.* Reponendum fortasse, *χήμης.* *Χήμη* ostrei genus est. Lege *Athenaeum* L. 3. p. 92. et 93. item *Phrynictum* p. 72. et in eum *Nunnes.* p. 74. *Neander,* (p. 25.) inter Mensuras *Atticas* habet *χήμη,* 2. Scr. gr. 4.$\frac{4}{5}$. *Chamam* apud *Plinium* reperiri notat *Nunnes. Hamae,* quam instrumenti genus esse dicit, scribendum putat *Goupylus.* *Ἄμη* quidem, *falcem,* significat, et, *fabrile* instrumentum. Vid. Steph. Thes. verum his inepte compararentur Hellebori particulae incisae, etiamsi eas magnitudine non superarent.

P. 304, 9. *ὑπανατρέφειν.* Malim, *ἐπανατρέφειν,* ut 124, 42.

P. 304, 17. *γαργαρισμός*. Legendum, *γαργαλισμός*. Ita (7, 10.) *γαργαλισμὸς ἀρτηρίης*. et (12, 26.) *γαργαλισμὸς ὑπερώης*. *Oris collutionem*, *γαργαρισμὸς* significat: *titillationem*, *γαργαλισμός;* quae cum in Tonsillis fit, Vomitum per se saepe provocat.

P. 305, 4. *Ὕπνος πουλὺς, κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη*. Certe legendum, *Ὕπνος πουλὺς κακὸν, κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη*. Sic (78, 28.) *Ἀτροφίη κακὸν, κακὸν δὲ καὶ πολυτροφίη*.

P. 305, 12. *Πρόνοια* etc. An recte omnia?

P. 306, 6. *ἐπί*. An *μὴ ἐπί*.

P. 306, 10. *Κεφαλὴ* etc. An recte omnia?

P. 306, 11. *οἷον πρηέως*. *Leniter agendum*, vertit *Crassus*. Quid pro *οἷον*, simile legerit, haud coniicio; quicquid fuerit, haud multo commodius, quam *οἷον; leniter agendo* enim, *θέρμης ἀνάκλησιν* haud bene quispiam assequetur. *Οἶνον*, pro *οἷον*, legendum certe; pro *πρηέως* autem verbum aliquod, uti *πιεῖν*, *πιπίσκειν*.

P. 306, 13. *μέζονι ὑπέχοντα*. An recte?

P. 307, 1. *ἐνστάσιες*. Melius, *ἐντάσιες*.

P. 307, 14. *ὠῶν τὰ θερμὰ χειμῶνος, θέρεος δὲ τὰ ψυχρὰ, γυμνὰ τοῦ ὀστρακώδεος, μὴ ὀπτά*. Haec transposita credo, et ita legenda, *ὠῶν τὰ θερμὰ χειμῶνος, γυμνὰ* 508
τοῦ ὀστρακώδεος μὲν ὀπτὰ, θέρεος δὲ τὰ ψυχρά. Nam ova frigida putamine exuta, devorari quis, nisi absurde, praeceperit? Ea vero ita, vel cum putamine, coqui solent. Vel, *μὴ ὀπτὰ*, ut Glossema in *τὰ ψυχρὰ*, omitti possunt. Vid. 126, 21. *Ὠῶν, καὶ ψυχροτέρων, καὶ θερμῶν, τῶν γυμνῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ὀστρακώδεος*.

P. 308, 12. *εὖ καλὸν* etc. Mendosa haec esse manifestum est.

P. 310, 10. *μύδησιν καὶ κάθαρσιν*. Haec, *Crassum* secutus verti, *putrefactionem et purgationem*. *Μύδησις* (v. H. Steph. Thes. Graec.) *humiditatem* quidem eam significat, quae ad *putredinem* tendit. *Aretaeus* hic ante oculos videtur habuisse locum *Hippocratis* ex Libro de Capitis Vulneribus (909.) ubi haec reperias, *Κακὸν δὲ καὶ ὑγρήν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκει, καὶ μυδῶσαν, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεσθαι*. et post, — *ἢν γὰρ αὐτίκα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν, ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήῃ τε καὶ ἐξαίρηται· τούτων γὰρ οὕτω γινομένων, σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος*.

P. 313, 4. *εὐφυέες*. Malim, *εὐθέες*, ut 119, 53. et infra, 47.

P. 313, 16. ἀφ. An ἐφ'?

P. 314, 12. λιβυστικοῦ. Legendum, λιγυστικοῦ, ut 127, et 128, 32.

P. 315, 1. εὐώδεος, εὐόσμου. Altera ex his vocibus sufficit, cum ambae idem significent.

P. 316, 2. ἐγκαίρως. Malim, ἔγκαιροι.

P. 317, 15. ἄχρι δέ. Voces hae nihil hic significare possunt. Legendum opinor, τὰ δὲ χρὴ etc. Ita (92, 56.) τὰς δὲ χρὴ etc.

P. 318, 6. νούσοισι. Sine dubio legendum, νεύροισι. Infra dicit, ἢν πάντῃ τοῦ σώματος ἐκοικήσῃ (ἡ Μελαγχολίη) αἰσθήσεσι, γνώμῃ, αἵματι, χολῇ, λάβηται δὲ καὶ νεύρων etc.

P. 318, 12. κυάμου. Legendum, κυάθου. Etenim fluidi quantitatis solidae rei, uti *fabae*, male comparantur; vel si fieri apte posset, nimis certe pussilla est, quae fabam tantum aequet. Vid. 77, 7, 8. πιπίσκειν δὲ τὸ ἀπόβρεγμα (ἀψινθίου) ἢ χολὸν αὐτέου, πρὸ τῆς τροφῆς· ὁκόσον κυάθους δύο τοῦ ἐπιβρέγματος, ἢ κύαθον πικροῦ τοῦ χυλοῦ. Pro κύαθον, hic etiam quidam Codices κυάμου habent.

P. 318, 16. ἄλλης. Sensus postulat ut οὐκ ἄλλης legatur.

P. 319, 13. τά. Malim, τε.

P. 320, 1. ἐγκοτεῖ. Vocem hanc nihil huic loco aptum significare invenio. An ἐγκύει, *parit?* quo sensu, de morbis procreandis, usurpatur κύει, (48, 12.) et κυΐσκεται, (51, 38.)

P. 320, 9. τοῦ τρόπου. Legendum, τοὺς τρόπους, vel τὸν τρόπον.

P. 320, 12. τὰ πολλὰ etc. Quaedam hic videntur deficere.

P. 321, 2. ἄμφω. An ἀμφί.

P. 321, 17. ταλαιπωρίη. Legendum, ταλαιπωρίης.

P. 322, 5. σκυβελλίτῃ. V. 110, 40.

P. 323, 15. ἐξεχές. Vid. quae ad locum hunc in Versione annotata sunt.

P. 324, 13. ἢν καί. Malim, ἢν δὲ καί.

P. 325, 2. μιγματώδης. Vocem hanc alibi non invenio. Legendum, σμηγματώδης, ut 107, 35. et 128, 29. Vide etiam 90, 31.

Ibid. ἐπτίσθω. Legendum, ἐπισται, vel ἐπτίσθῃ, *decorticatum fuerit.* Ἀπτίστων *Erotianus* exponit, ἀλεπίστων· πτίσσειν γὰρ λέγεται, τὸ λεπίζειν καὶ κόπτειν.

P. 325, 7. ὑδρέα. Vox haec in Lexicis non occurrit. An ὑδαρέα? *Aquosa* fortasse ova, ea vocat quae absque

putamine in aqua coquuntur. Ὠῶν θερμῶν, τῶν γυμνῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ὀστρακώδεος (126, 21, 22.)

P. 326, 3. περιπλύσιος. An περίπλυσις?

P. 326, 4. ἔη. Legendum, ἴῃ.

P. 326, 14. ἀψίνθου. Legendum, ἀψινθίου.

P. 327, 5. εὐηγέες. An εὐαγές?

P. 328, 7. Τὸν ἰητρὸν etc. Quaedam hic deficiunt.

P. 328, 9. ἥνπερ etc. Omnia haec sana non videntur.

P. 328, 15. ὧδε. An recte?

P. 330, 7. ἐν τῷ εἴδεϊ. An recte?

P. 330, 12. καθάρῃς. Legendum, καθαίρῃς.

P. 330, 13. χυμός. Melius, χυλὸς, ut 132, 16.

P. 331, 7. κῆν etc. An recte?

P. 331, 11. Fortasse finis Capitis hic esse debet. Quaedam tamen ex eo periisse manifestum est ex *Aetio*, qui haec habet. Ἄριστον δέ φησιν Ἀρεταῖος, καὶ ἡ ἐν πύθῳ (πίθῳ m.) γινομένη πυρία, ὥστε ὑπερέχειν ἄνω τοῦ πύθου (πίθου m.) τὴν κεφαλὴν, ἵνα τὸ μὲν πᾶν σῶμα θερμαίνηται, ψυχρὸν δὲ ἕλκῃ ἀέρα.

P. 332, 2. ὄκως. An ὅμως?

P. 332, 6. ἰσχουρίῃ τε καὶ στρόφῳ. Legendum, ἰσχουρίῃ τε καὶ στρόφοι.

P. 332, 11. ψυίας. Legendum, ψόας. ut apud *Rufum* (30.) Οἱ δὲ μύες οἱ ἔνδοθεν τῆς ὀσφύος, ψόαι.

P. 332, 12. ἴσχετο. Legendum, ἰσχέτω.

P. 332, 14. χρήσιες. Legendum, χρίσιες. *Crassus* vertit, *inunctiones*.

P. 333, 1. ἀλίτοισι. Legendum, ἀλήτοισι. *Erotianus* ἄλητον exponit ἄλευρον.

P. 333, 5. πῆ. Vox haec, utcunque interdum expletiva, hic quidem inepte ponitur, et desideratur alia. Itaque pro πῆ legi debere puto, πίον, *pinguitudo*. Ita de *Oleo* loquens (91, 4.) Πτισάνῃ ὡς μὴ πολλὸν τοῦ ἐλαίου ἐψεῖν· καὶ γὰρ πίον ἴσχει τὸ ῥόφημα. Oleum vero partes propter *pinguem* eius qualitatem ἐκγλισχραίνειν manifestum est.

P. 333, 6. σφῶν προκλήσιες. Inepte profecto insessione in Oleo Calculos provocari dicit, cum in vocibus immediate praecedentibus hos eadem Methodo exitum invenire praedicasset. Legendum credo, οὔρων προκλήσιες. Ita (107, 31, 32.) τροφαὶ οὐρήσιος προκλητικαί. et (110, 25.) ὁκόσα οὐρήσιας προκαλέεται. Ita mendum hoc verisimiliter accidit: apex τοῦ σ erasus est, unde Librario visum est ο μικρὸν repraesentare; υ autem et ρ, si nimis propinqua sint, pene referent.

509 P. 334, 4. *ψυῶν*. Legendum, *ψοῶν*. Vid. Not. in 130, 42.

P. 334, 13. *νίτρον*. An, *νίτρῳ*?

P. 335, 2. *Σύμφωνος*. In Versione, *Symphonis* legitur, quasi nomen esset hominis. *Σύμφωνος* autem a Graeculis vocatur *compositio* ab *Aetio* (Tet. 2. S. 4. c. 55.) et Galeno (De Comp. Med. Loc. L. 7. c. 2.) descripta, quasi ad varia aegro adiumenta praestanda *conspirans*.

P. 335, 3. *σίγκου*. Legendum, *σκίγκου*. Vid. Not. in 110, 3.

P. 335, 12. *εὐπειψίη ἀγαθή*. Voces hae mihi transpositae videntur, et legi debere post *πλεμμελής*.

P. 335, 17. *σκελετίνην*. Vox in Lexicis non occurrens. Melius formari videtur *σκελετίη* (136, 27.) quae tamen nec ipsa in his reperitur.

Ibid. *σάρκας*. Legendum, *σάρκα*.

P. 336, 15. *ἀκρισίης*. Legendum, *ἀκρατής*. [64, 9.] *ὑστέρη ἀκρατὴς ὑγρῶν*.

Ibid. *ἄθρεπτος*. Legendum, *ἄτρεπτος*, ut 47, 22.

P. 336, 17. *ἐμφύτῳ τῷ*. Melius *ἐμφύτου*, ut ad *θερμασίης* referatur. Vid. 58, 19, 20.

P. 337, 13. *ηδέ*. An sic, *ἧδε*?

P. 338, 8. *ἀλθαίνοντα*. Legendum, *ἀλεαίνοντα*; *calefacientia*, uti apprime sane exsistit zinziber, et piper etc.

P. 338, 17. *τοιῶσδε*. An recte?

P. 339, 4. *εὐσταλές*. An recte?

P. 341, 12. *ἄξιον ἔχον*. Legendum *ἀξιόνικον*, ut supra (15.) *ἀξιόνικος ἰητρείη*.

P. 341, 13. *φάρμακα*. Melius credo legeretur *καὶ φάρμακα*. Neque enim omnia Medicamenta in hoc morbo quispiam danda praeceperit; sed omnia conferre oportet, et medicamenta, et victus rationem, et ferrum, et ignem.

P. 342, 1. *αὐτῆμαρ*. Legendum *οὐκ αὐτῆμαρ*, quod sequentia satis probant verba.

P. 342, 4. *πολλ'*. Num *πολὺ*, vel *πολλόν*?

P. 342, 6. *μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον*. An *μεσηγὺ τοῦ οἰκείου*, vel num vox aliqua deest?

P. 343, 7. *κρήσιος*. Legendum, *κρητὶ*, vel *κρητικῷ*. *Crassus* etiam *Cretico*, legi monet.

P. 343, 11. *ἕκαστον*. Legendum, *ἑκάστου*.

P. 343, 17. *ἀλεαίνειν*. Legendum, *λεαίνειν*. *Crassus* vertit, *complanandi*.

P. 344, 3. *ἀνδράχνην*. Legendum, *ἀνδράχνη*.

P. 344, 7. *τάχα δὲ χρή*. An, *ταῦτα δὲ χρή*, vel *τὰ δὲ χρή*.

P. 344, 12. ἐν ἀνομοίῳ. Num ἂν ἐν ὁμοίῳ?

P. 344, 15. ἐγχυλώσιος. Legendum, ἐκχυλώσιος. *Coelius* (Morb. Chron. L. 2.) in Elephantiacis, inquit, Alii quoque etiam cutis vulnerationem affectandam probant, qua corpus *exhumoretur*.

P. 345, 16. πέρδικες πᾶσαι, φάσσαι. Pro πᾶσαι perperam scriptum puto; deinde vocem illam admissam, hanc non, uti debuit, expulsam.

P. 346, 4. ἱμετήριον. Melius fortasse, ἱμετηρίων.

DAN. WILH. TRILLERI, M. D. 517

CONIECTURAE ET EMENDATIONES IN ARETAEUM.

Fortunato sane contigit, ut, quum absoluta iam essent, quae ex Celeberrimi Wiggani pulcherrima Editione, veniam precatus, addenda nostrae censui atque curavi, inciderim in Actorum Lipsiensium annum MDCCXXVIII, ibidemque ad paginam 101. *subsisterem. Laetissimo quippe animo vidi, virum longe Clarissimum, Danielem Wilhelmum Trillerum, medicas adhibuisse manus, ad emendandum, atque restituendum Aretaeum. Ea profecto eximii huius Medici est in Graecis, inque arte medica, peritia, ea in detegendis Scripturae vitiis acuties, ea in corrigendo solertia et felicitas, ut optima quaeque statim praeceperim, votis maiora invenerim. Haec igitur egregii viri observata, ad ornatum atque perfectionem huius Editionis, arripui: quum mereantur, ut, vaga in illo opere, proprio adiungantur corpori. Utinam generosa Eruditorum liberalitas incitet Auctorem Optimum, ut brevi promissum orbi sistat Hippocratem! postquam specimen iam modo editum docuit, quantus ipse vir, quantum hoc futurum sit opus; quod nemo me flagrantius desiderat.*

Quum nuper nitidissimam Aretaei Editionem Oxoniensem paullo attentius perlustrarem, quaedam mihi, in aliquot loca dubia, obscura et desperata, subnatae sunt

inter legendum coniecturae; quas hic cum Lectoribus harum rerum cupidis communicare placet. Nec mihi succensebit, spero, Cl. *Wigan*, modeste ab ipso nonnunquam dissentienti. Sed quid plura? fiat ergo initium.

P. 42, 6. Legitur: *ἐξήρανται γὰρ τἄλλα· ἀτὰρ καὶ ἄλλα διψαλέα ὄργανα στόμα, στόμαχος.* Quid haec sibi velint, equidem prorsus ignoro, inquit Cl. *Wigan.* Putem ego legendum esse: *ἐξήρανται γὰρ τῇ ἀλέᾳ, aestu enim exaruerunt. ἀλέα* seu *ἀλέη*, aestus, in hoc significatu aliquoties apud Aretaeum occurrit; item apud Homerum atque Hippocratem legitur.

P. 77, 13. *Ἐρυγαὶ κακώδεες, βρομώδεες, ὡς ἐξ ἁλὸς ὀρυγμίη.* Longe petita videtur Cl. *Wigan* haec de halitu ex salinis, ut quidem vertit, Comparatio: mallet ergo, deleta voce *ἁλὸς*, legere *ὀξυρεγμίη*, voce Hippocrati familiari. Forsan tamen et ita sanari posset locus: *ὡς ἐξ ἁλὸς ἐρυγμοὶ, quemadmodum sunt ructus a muria*, aut, *quemadmodum sunt ructus et vomendi conatus ex mari nauseantium.* Certe res nota est. Vox *ἅλς* quoque utrumque significatum admittit.

P. 88, 10. *Εἰ δὲ ἐκτανύσαι βιᾶται, ὅκως ξύλα ἱκανὰ καταξέων, τὰ μέλεα βραχύτερα ἑωυτέων γίγνεται.* Insigne mendum his verbis inesse credit Cl. *Wigan*, nec iniuria. Videtur tamen hoc modo illud posse tolli: *ὅκως ξύλα ἱκανὰ καταδέων*, h. e. *si quis idonea ligna*, i. e. assulas, ad extendenda et firmanda membra luxata aut fracta Chirurgis consuetas (*νάρθηκας* vocat Hippocr. de officin. Ved. et *ferulas* Celsus) *subligaverit*, aut *κάτω δέων, infra ligaverit*, aut denique *καταζευγνύων, adiunxerit.* Sensus sane ita clarus fit atque perspicuus. Paulo ante legitur *μέλεα κοῖλα, membra cava*, ubi malim *κυλλὰ, curva*, sequitur enim: *ἐς μῆκος ἀποτείνεται:* forsan tamen et illud ferendum. Nihil definio.

P. 94, 2. *Εἵνεκεν αὐτῶν (ὀνύχων) ἐστι πόνος, ὥσπερ καὶ τὰ στερεά.* Mendosa haec esse recte opinatur Cl. *W.* forsan sic legendum fuerit: *ὥσπερ κέρατα στερεῶν, dolor unguium veluti cornua rigidorum.* Sensus quidem haud ineptus.

P. 97, 4. *Κὴν μὲν εἴσω ῥέπῃ τὸ πύον, αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα κατὰ χώραν τὴν σφῶν αὐτέων φθίσιν ἔλεξα πρόσθεν ἑτέραν ἔμμεναι, συμβεβῶσαν κατὰ φύσιν.* Haec, prout iacent, nemo intelligit, ut ipse candide quoque fassus est Cl. *Wigan.* Hoc tamen modo sensus aliquis depravato huic loco reddi posse videtur: *κὴν μὲν εἴσω ῥέπῃ, αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα (κατὰ χώραν τὴν σφῶν αὐτέων*

φθίσιν ἔλεξα πρόσθεν ἑτέραν ἔμμεναι) συμβαίνουσι κατὰ φύσιν, h. e. *si interiora versus vergat abscessus, costarum ossa (iuxta quarum regionem phthisin illam alteram fore supra pronunciavi,) coniuncta manent secundum naturam suam.* Certe sensum hunc intendisse Aretaeum, colligitur ex sequentibus: *ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, διΐσταται τὰ ὀστέα*, et mox: *εὖτε ἔνθα καὶ ἔνθα ἡ πλευρὰ παρωθεύεται. Συμβαίνουσι* vero hic significat *coalescunt, consentiunt*, item et *contingunt*, quomodo verbum *συμβαίνειν* usurpari notum est.

P. 105, 3. *Γέροντες ἀπόφρικτοι ἁλόντες, ὅσον βραχείης ῥοπῆς ἐς εὐνὴν θανάτου χρέος.* Haec sana esse nequeunt, Cl. *Wigan;* mihi secus videtur. Interpungendus et vertendus locus: *ἀπόφρικτοι ἁλόντες ὅσον βραχείης ῥοπῆς, ἐς εὐνὴν θανάτου, χρέος: senes quum semel horrore correpti fuerint, tunc levi saltim momento ad mor-* 518
tis quietem opus est. Sensus planissimus. Citius exstinguuntur senes exsucci, ac alii vegeti et succi pleni.

P. 109, 5. *Ἄπορον μὲν οὐ γίγνεται τὸν ὄγκον τε τὸν σκληρὸν ἶξον ἐς Σκίῤῥον ἱδρύεσθαι.* Vitiata haec esse putat Cl. Editor: mihi vero facile sanari posse locus videtur, legendo saltim *ἴξοντα*, et vertendo: *nullum quidem suboritur dubium, tumorem durum subsidentem Scirrhum demum confirmari*, quod et iam in sua versione suboluisse Crassum monet Cl. Maittairius, qui ipse mallet *τότε σκληρὸν*, ut concordet nempe melius cum *τῷ ἶξον*, quod tamen non necesse. Imo et *ἶξον* cum *τῷ ὄγκον* iungi potest *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, aut per *ἀνακόλουθον* figuram. Ut *βρέφος φέροντα* apud Anacr. Od. III. *Καρποὺς ἃ* apud Lucian. in Amor. *λόγος, ἐκεῖνο*, apud Aelian. V. H. XII, 60; plura collegere Grot. ad Luc. XXII, Cleric. Art. Crit. P. 11. S. IC. 10, Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 725. Voss. ad Catull. p. 296, imprimis vero Iensius in Lect. Lucian. L. II. c. 4. et I. F. Gronov. ad Senec. L. IV. de Benef. c. 32. p. 175.

P. 121, 3. *Εὖτε τῶν παρεόντων ἕκαστον ὡς τὸ μηδὲν οὐκ ἐπιστρέφειν.* Haec se non intelligere iure conqueritur Cl. *Wigan.* Sed ita fortasse verba sint constituenda: *εἰ δὲ τῶν παρ. ἕκαστ. ὡς τὸ μηδὲν οὐκ ἐπιστρέφει*, h. e. *si vero horum quid, quae antea in usu fuerant, ceu penitus sublatum non revertitur*, sensu loco accommodatissimo. *Τὸ μηδὲν εἶναι* Graeci dicunt de re plane sublata, inde *οἱ μηδὲν ὄντες* illis eleganter dicuntur mortui.

P. 137, 1. *Στρόφοι βαρέες ἀνέκλιστοι, τὸ γὰρ ἑλικοειδὲς ἔντερον· ἀνέλικτοι, tortuosi*, legit Cl. *Wigan* ab

ἀνελίσσω, quod tamen et alibi et apud ipsum Aretaeum *evolvo* significat, unde *ἀνέλικτον*, *non tortuosum.* Crassus hic legisse videtur *ἀνέκλειπτοι*, vertit enim *tormina perseverantia*, ab *ἀνεκλείπω*; verum hanc vocem in Thesauro Stephani sine autoritate legi bene monet Cl. Maittaire, nec sensum quidquam hic iuvat: ratio enim additur, cur involuta sint et tortuosa tormina, *τὸ γὰρ ἑλικοειδὲς τὸ ἔντερον, ipsum enim intestinum*, in quo scil. motantur et luctantur, *est tortuosum.* Mihi vix dubium est, quin legendum hic sit: *στρόφοι ἀνακύλιστοι*, ab *ἀνακυλίω*, *tormina involuta, tortuosa.*

P. 137, 8. *Αἴσθησις τοῦ λίθου ὁδοιπορέοντος ξυνῷ ὁμοβιαίῳ.* Cl. Editor haud dubitat, quin Aretaeus scripserit: *ξὺν πόνῳ βιαίῳ.* Concinna sane lectio; forsan tamen et scripsit: *ξείνῳ οἴμῳ βιαίη*, hoc sensu: *violenta est sensatio calculo insolita via iter facientis*, sive *a calculo iter faciente. Οἶμος* autem vox est poetica, Homerica imprimis, quales crebro Nostro placuisse ex omnibus fere paginis constat; accedit, ipsum Hippocratem eadem usum fuisse.

P. 167, 6. *Καυκαλῶσαι τὴν ὑστέρην*, de feminis loquitur Autor ex uteri prolapsu laborantibus. Vertit Cl. *Wigan: quasi a caule germinantem uterum*, quasi vox sit a *καυλὸς*, quum potius secundum analogiam derivanda esset a *Καυκαλὶς*, herbae notae specie. In Notis vero procul dubio legendum esse censet *Κυρκανῶσαι*, *uterum inversum habentes*, ex Hippocrate, Hesychio et Suida. Optime quidem ad sensum loci; paullo vero remotius a veteri scriptura. Malim igitur simplicissime: *ἀναχαλῶσαι τὴν ὑστέρην, uterum relaxatum habentes.*

P. 172, 9. *Καὶ γὰρ οἷσι τῶν εὖ βδελυκτέων ἡδονή.* Locum insigniter corruptum pronunciat Cl. *Wigan;* nihil tamen tentat. Cl. Maittairius legere mavult *ἑκατέρων*, proxime quidem ad sensum; remotissime vero a priscis literarum *εὖ βδελυκτέων* vestigiis, ut ipse fatetur. Tentabo interim: *καὶ γὰρ οἷσι τοιοῦτο εὐμείλικτος ἡδονή, tale enim* (frigus nempe aut calor,) *ipsis*, arthriticis, *suavissima est voluptas;* sive sic: *καὶ γὰρ οἷσι τούτων ἓν ἀβδελυκτέον, οἷσι δὲ μή, etenim horum unum quibusdam gratum est, quibusdam vero non.* Et hoc alteri praefero.

P. 179, 14. *Ἀφροδισίων ὠμῶν καὶ ἀπέπτων ἡ ἀνάδοσις.* Priorem vocem in *σιτίων* mutandam censet Cl. *Wigan*, optime. Malim vero: *ἀπὸ σιτίων*, quod melius adhuc repraesentat veterem scripturam *ἀφροδισίων.*

P. 237, 14. *Διὰ εἰδῶν κέγχρου. διὰ ἀλῶν,* acute legit Cl. *Wigan* sed legi quoque haud inepte posset: *διὰ κριθῶν, κέγχρου, per hordea, milium,* vel: *διὰ κριθῶν κάγχρυος, per farinam tostam hordeaceam.*

P. 248, 14. *Τῇ ὧν πλέονι πρὸς τοῖς δακτύλοις, καὶ μὴ ἐπ' ἀγκῶνι, τάμνοι τις αὐτέην.* Haud recte haec se habere manifestum est, inquit Cl. Editor. Facilis vero est emendatio: *τί ὧν πλέον κ. λ. quid igitur prope digitos magis, et non in cubito, eam venam inciderit?*

P. 258, 14. *Εἷς δέ τις ἀριθμὸς ἐπίκαιρος.* Totam sententiam depravatam credit Cl. *Wigan,* facili vero negotio eam restitui posse crediderim legendo: *εἷς δέ τις ῥυσμὸς ἐπίκαιρος, si vero unica figura, unica dispositio, unicum indicium fuerit periculosum. ῥυσμὸς* enim idem est ac *θέσις, διάστασις, σχῆμα, τύπος,* ut exponit Eustath. ad Dionys. Perieget. Conf. ad Diog. Laert. L. IX. Segm. 47. p. 414.: saepius vox ista occurrit apud Autorem Libelli de Anatome inter Hippocratea relati, ad quem plura notavimus in *Specimine Hippocratico.*

P. 264, 14. *Πτόρθων εὐωδέων ἡδονῆς ῥιπίσι.* Pro *ἡδονῆς* legendum suadet Cl. *Wigan ἡδέης, lenibus.* Facilior vero lectio: *ἑδανοῖς ῥιπίσι, suavibus, voluptuariis flabellis,* voce Homerica Aretaeo propria.

P. 274, 11. *Ἐν ἥπατι τοῦ αἵματος ἡ γέννα, καὶ ἐς* 519
πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ — ἀφεψή. Locus mutilus ex ingenio supplendus: Legi ergo sic posset: *καὶ ἐς πᾶν σκῆνος ἔνθεν ἡ τοῦ αὐτοῦ (αἵματος) ἀπόπεμψις, et in universum corpus exinde illius distributio.* Vel sic: *καὶ ἐς πᾶν ἔντερον ἡ τοῦ αὐτοῦ ἀνάθρεψις,* vel hoc modo: *καὶ ἐς πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ σκήνεος εὐεξίη.* Omnia haec huc quadrare videntur; si subsequentia quidem consulantur.

P. 275, 5. *Χρὴ δὲ καὶ τοῖσι ἐπιθέτοισι διασκιδνάναι τὰ ἐν τῷ ἥπατι στήθεα.* Quid hoc significet, nescio. Crassus, *quae acervata sunt,* vertit. An *σταθέντα* vel *στηριχθέντα?* ita in Not. Cl. *Wigan.* Fortassis scripserit Aretaeus *σταθέα,* ut dicitur *ἀσταθέα* et *εὐσταθέα,* quod ipsum apud Nostrum occurrit. Verum quia nullum mihi adhuc notatum exemplum, ubi simplex *σταθὴς* ita fuerit usurpatum, mitto hanc coniecturam. Magis vero verisimile est, scripsisse Aretaeum *πλήθεα,* a *πλῆθος,* quod nonnunquam idem esse solet ac *πληθώρα,* plenitudo humorum, ut et sanguinis redundantia atque infarctus. Ita enim Galenus *πλῆθος* esse ait *πλεονεξίαν χυμῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνισταμένην, redundantem in toto corpore humorum consistentiam seu stagnationem,* vid. Foes. in

Hipp. Oeconom. Haud ergo mihi amplius superest dubium, quin in Aretaeo scribendum sit πλήθεα, imprimis quum πλήθεα et στήθεα vel apud ipsum Hippocratem aliquoties confundi inter se solere animadverterim.

P. 302, 5. Τῇ ἐσχάτῃ καὶ δυνατωτάτῃ πάντων ἀγωγῇ. Mallet Cl. *Wigan* ἀρωγῇ, *auxilio,* voce Homerica et Nostro hinc familiari, acutissime quidem; vix tamen videtur necessum. ἀγωγὴ hic est *eductio, evacuans,* ut saepe apud Hippocr. et Galen. Vocat ergo Aretaeus Elleborum iure ἐσχάτην καὶ δυνατωτάτην ἀγωγὴν, *ultimum et potentissimum evacuans.*

P. 308, 12. Εὖ καλὸν ἐν τούτοις τοῖσιν, ἠδὲ πεμμάτων εὔπεπτα καὶ ἄκνισσα καὶ κοῦφα. Manifeste corrupta haec reputat Cl. *Wigan.* Nos sic tentavimus locum desperatum: εὔχυλον ἐν τούτοις ὀνήσει, ἤδε πεμμάτων κ. τ. λ. *praestat vero in his illud, quod bonum chylum generat, vel ex secundis mensis ea, quae facile concoquuntur.* Commodior certe sensus huic reddi vix potest.

P. 320, 1. De Melancholia: ἐγκοτεῖ τε τῷ σκήνεϊ ἑτέρων νοσημάτων τόκους. Hic ἐγκύει mavult Cl. *Wigan,* quia illam vocem nihil huic locum aptum significare invenit. Forsan tamen scripserit Aretaeus: ἐγκοιτεῖ, a κοίτη, *cubile, coitus, seminis conceptio,* atque hic libertate poetica pro ἐγκύει usurpaverit.

Atque haec fere sunt, quae in Aretaeo mihi emendanda et interpretanda visa sunt. Aequum nunc super his subitaneis mihi exposco iudicium, cum a Cl. *Wigan,* tum ab aliis literarum Graecarum amatoribus.

---

521 ADMONITIO AD LECTOREM.

Postquam omnia, quae praecesserunt, iam impressa fuerant, accepi novas observationes, et emendationes in Aretaeum editum a Clarissimo Wiggano. Has debemus nunquam requiescenti industriae eiusdem Celeberrimi Trilleri, qui acri cura Graecos imprimis Autores noctes, diesque, versans, et excutiens, semper boni quid his sanandis adfert. Illi gratias agite! en *hae sunt.*

P. 3, 10. De Epilepticis loquens: χεῖρες δὲ οἱ σπασμῷ ξυνέρχονται.] Haud videtur satis exprimere hoc verbum

violentam illam manuum contractionem; quare mallem: *ξυνείργονται, firmiter concluduntur*, vel *ξυνέλκονται, contrahuntur.*

P. 4, 12. *ἐρύθημα μήλων*] Videtur abundare, nam praecessit iam *μῆλα ἐρυθρά*, quare etiam in versione omisit Cl. Wigan: vel legendum, ut stare possit, *ἐρύθημα μελῶν*, s. *μελέων*, *membrorum rubor*, a sanguinis sui nimia agitatione et versus extrema appulsu.

P. 9, 10. De Emprosthotonico: *ῥάχις ὅλη ἐς εὐθύ*] Haec profecto sana esse nequeunt, inquit Cl. Wigan, neque enim congruunt Emprosthotono affectis, qui, ut supra dixit, sunt *κυρτοὶ τὰ νῶτα.* Sed quid tum, inquam ego, faciemus Hippocrati, pariter de Emprosthotonico loquenti, de Diebus indicat. §. V. *οὐ δύναται ξυγκάμπτειν τὴν ῥάχιν*, quod scite expressisse videtur Aretaeus perpetuus Hippocratis imitator, per verba: *ῥάχις ὅλη ἐς εὐθὺ·*

P. 28, 10. *ἢν βραχείη τοῦ αἵματος — ἔη*] Deesse hic aliquid, nemo non videt: Cl. Wigan ita mederi defectui conatur, ut legat vel *ῥαγῇ ᾖ*, vel ut substituat *φορῇ*, utrumque haud plane inconcinnum. Malim tamen faciliore negotio rem conficere legendo, *ἢν προχοὴ τοῦ αἵματος*, *si profusio sanguinis* etc. *προχοὴ*, inquit Suidas, *παντὸς ὕδατος ἐκροή.*

P. 29, 12. *ἀνάχρεμψις πυκνὴ, καὶ ἐπὶ τῇδε ἡ πτύσις βύζεται*] Ita legendum monet Cl. Wigan, verbo ab adverbio *βύζην* apud Hippocratem obvio formato. Sensus tamen postulare potius mihi videtur, ut legamus *βιάζεται*, h. e. *multa et frequens est exsiccatio, et ab hac, sive post hanc, ipsum sanguinis sputum urgetur, cogitur:* posset quoque haud incommode substitui *βλύζεται, per vomitum reiicitur;* quomodo verbo *ἀποβλύζειν* aliquoties in hunc sensum usus est Aretaeus.

P. 36, 10. *ἢν ἀπὸ θώρηκος καταπίνῃ*] Postremam vocem stare hic non posse, legentibus facile apparet, nam nullum prorsus efficit sensum: ideo legendum suadet Cl. Wigan: *ἐπανίῃ*, optime quidem ad sensum; non aeque ad prima literarum elementa. Crassus hic plane est crassus, nec aliquid subtile huc affert: Legendum mihi hinc facillime videtur pro *καταπίνῃ*, *καταβαίνῃ*, *si a pectore sanguinis sputatio contigerit*, vel, *si e pectore sanguini sputum adscenderit.* Vocem *πνεύμων* aut excidisse aut subaudiendam esse putat Petitus, non ego.

P. 40, 11. *ἐστὶ δ' ἧς τῆς νούσου ἥδε ἔκλυσις τοῦ τόνου*] Pessime vitiata haec esse vere pronunciat Cl. Wigan: haud infeliciter quoque emendat, *ἐστὶ δὲ τῇσδε τῆς νούσου*

ἰδέῃ. Nihilo peius vero etiam legi posset: *ἐστὶ δ' τῆσδε τῆς νούσου ἦθος, ἔκλυσις τ. τ. est vero huius morbi mos, ut dissolvat tonum.*

P. 64, 10. De Satyriasi affectis: *ἀχθόμενοι τῇ ξυμμορφῇ*] Aegre hoc locum hic habere posse videtur, malim ergo melius: *τῇ ξυμφορῇ, casu illo turbati, deiecti.* Notat quoque Cl. Wigan alicubi, ambas has voces pro se invicem librariorum incuria saepius positas esse.

P. 70, 17. *οἷον ἄνεμος ἱστίοισι ἐγκυβερνέῃ*] Vox haec nusquam reperitur, inquit Cl. Wigan, quum tamen *ἐγκυβερνᾷν* apud Diog. Laërtium et Plutarchum et alibi inveniatur. Sed in eo haud fallitur, quando eam hic locum habere non posse pronunciat. Emendare igitur vult, *ἐγκυρκανέῃ*, vel *ἐγκυκανέῃ*, quae voces per *ταράττειν* exponuntur ab Hesychio, Erotiano et aliis. Sed valde dubito, an Graece dicatur: *ἄνεμος ἐγκυρκανέῃ*, vel *ἐγκυκανέῃ ἱστίοισι*, pro eo, *ventus concutit et cum impetu inflat vela*, vel *velis cum strepitu incumbit*, quem tamen sensum hic locus necessario sibi postulat. Mihi igitur, donec melius succurrat, legendum videtur: *οἷον ἄνεμος ἱστίοις ἐγκυβερνήσει*, h. e. *quemadmodum ventus inter navigandum in vela irruit*, ita ut verbum *ἀπὸ κοινοῦ* repetatur, vel aliud subaudietur; vel substituendum potius, quo animus magis inclinat, *ἄνεμος ἱστίοισι ἐγκυρέῃ*, *quemadmodum ventus in vela irruit,* unde *stridores rudentum* apud poetam, sensu sane aptissimo.

P. 73, 11. *οὐδὲ ἡλικίῃσι μειλίχιοι*] Pro *ἡλικίῃσι*, mavult Cl. Wigan *ὁμιλίῃσι*, quasi hominum consortia fugientes: sed mirum quantum hoc recedit a pristina voce: Malim ergo *ἥλιξι*, *coaetaneis*, *amicis aequaevis* alioquin charis admodum et acceptis, etiam morosi, *ἀπὸ τοῦ ἧλιξ, ἥλικος*. Allusisse vero videtur Aretaeus ad tritum Graecorum proverbium: *ἧλιξ ἥλικα τέρπει,* cuius et inter alios plures Autores meminit 'Aelianus L. 1. *cap.* 46. *de Nat. Animal.* adeo ut Epilepticorum *σκυθρωπασμὸν* significantius exprimere potuisse vix videatur.

P. 76, 15. *οὔπω οἱ κακοῦ*] Lectionem haud sanam iure suspicatur Cl. Wigan: videtur legendum *οὔπω ἐόντος κακοῦ*, *malo nondum exsistente*, vel, *praesente*, sensu commodissimo.

P. 77, 16. *σφυγμοὶ ἴκελοι τῷ ψύχεϊ*] Nescit Cl. Wigan, quid sint, Crassus legit *πάθεϊ*, nullo sensu. Malim interim: *ποικίλοι τῷ ψύχεϊ*, *pulsus frigore variati,* quomodo Hippocrates VII. *Epidem.* §. XV. de Theodori uxore: *ἦν δὲ πρὸς χεῖρα ψυχρότερον τὸ σῶμα ταῖς ἀρτηρίαις.*

vel ποικίλοι τῇ ψαύσει, *contractu diversi*, vel denique ἴκελοι τῇ ψυχῇ, *respirationi similes*, h. e. *fracti et inaequales:* attendisse vero veteres, et imprimis Hippocratem, ad respirationem potissimum, et exinde pulsus rhythmos collegisse et iudicasse, immo spiritum frequentius pro pulsu sumsisse, luculenter testatur Heurnius in *Institut. Med. Lib. X. Cap.* 1.

P. 86, 8. τὰ ἐντὸς ἑλκέων νεύει] Monstra haec verborum: Cl. Wigan mavult ἐκλυόμενα: ego vero. τὰ ἐντὸς ἐκχωλευόμενα, *intus mutilata et ad usum et motum inepta et fatua*, vel ἃ ἐντὸς ἔκλυσιν ἔχει, *quae intus resolutionem habent*, vel ἃ ἐντὸς ἀναλκείην ἔχει, *quae intus roboris et toni destructionem habent*, ubivis sensu perspicuo. Petitus se alibi hunc locum emendaturum promittit, quod factum non credo.

P. 95, 11. De Empyicis et tabidis: οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἀνθρώπου κατ᾽ ἴξιν τοῦ θώρηκος κ. λ.] Inepta hic est et prorsus fatua vox ἀνθρώπου, pro qua libenter legere vellem φθινοπώρου autumno, empyicis vero et tabidis autumnum esse periculosum, lippis quoque et tonso- 522
ribus notum: facilis vero lapsus est inter φθινοπώρου et ἀνθρώπου, fit enim per literarum Metathesin ἀνθρώπου, θανπώρου, unde φθινοπώρου.

P. 119, 11. De Cachexia: ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων καχεξίη τροπή] Quanquam ferri hoc et intelligi possit, prout scite explicatum fuit a Petr. Petito in Commentario: malim tamen forsan melius, legere πλοκή, est enim Cachexia omnium morborum complexus quasi et concursus.

P. 128, 13. ἐπιφανέες καὶ εὐπρόσωποι καὶ καρποῖσι καὶ ἐπιγαστρίῳ] De venis nempe Ascite et tympania laborantium exstantibus et admodum conspicuis loquitur Aretaeus. Unde apparet εὐπρόσωποι commode locum habere non posse. Mutat igitur Cl. Wigan in ἐν προσώπῳ; non infeliciter: Melius tamen et longe ingeniosius Petitus legit εὐπρόσοπτοι, quod perbelle cohaeret cum antecedente voce ἐπιφανέες. Nisi quis legere malit εὔπτορθοι, *ramificationibus conspicuae*, ut est apud Suidam, quod qui non intelligebant, facile errore mutarunt in εὐπρόσωποι. Vel divisim legendum: εὐρεῖαι πρὸς ὄψιν vel πρὸς ὀπωπήν, voce Homerica, *aspectu latae et amplae*, quod non improbabile videtur.

P. 129, 3. οὔτι φατὸν τὴν αἰτίην θωυμάσαι] Haec haud recte se habere existimat Cl. Wigan; nihil tamen tentat. Forsan legendum οὔτι μάτην, τὴν αἰτίην θωυμά-

σαι, neque incassum fuerit caussam admirari. Aliter Petitus in Comment.

P. 129, 3. ἐξ ἀφέξιος ὀχετῶν] Nihili hoc esse recte vidit Cl. Editor, malletque proinde ἀφέσιος legere quae emendatio reiicienda non est: propius tamen ad sensum et ad ipsam vocem corruptam legerim, ἐξ ἀνοίξιος ὀχετῶν, *ex canalium apertura.*

P. 130, 4. πονηρὰ τὰ εἴδεα τουτέστι] Legendum haud dubie τουτέων ἐστὶ, nempe ἀνασάρκης, λευκοφλεγματίας et aliorum quae praecesserant.

P. 136, 12. σὺν τοῖσι οὐρητῆρσι] οὔροισι, legendum iubet Cl. Editor; sed commode retineri potest vox οὐρητῆρσι, modo pro τῷ σὺν legatur ἐν. Vel legendum σὺν οὐρήμασι Voce Hippocratica; quod idem ac οὔροισι.

P. 147, 7. κωματώδεες, ὁμοιοπαθέες] Legendum videtur Cl. Editori: κωματώδεσι ὁμοιοπαθέες, quid si legatur, ὀνειροπαθέες, *insomniis inquietati?* certe ita videtur.

P. 152, 2. ἀλλ' οὐ κοιλίης κύτεϊ ἡ νοῦσος] Mavult Cl. Wigan πάθεϊ, haud incommode: forsan vero simplicissime legendum fuerit τότε ἡ νοῦσος, quod antecedentia fere suadent.

P. 161, 8. αἱμοῤῥαγίη ξύμφωνος γήρᾳ] Legendum forte ἀξύμφωνος, nam senibus haud congruit Haemorrhagia, ut notum.

P. 183, 3. πᾶσι γὰρ ἐφέστηκεν ἡ νοῦσος] Malim ἀνθέστηκεν, hoc sensu: *omnibus enim ante commemoratis remediis resistit hic morbus, (Elephantiasis,) cedere nescius.*

P. 212, 1. δίφρῳ ἀνάκλιτον] Mallet Cl. Wigan ἀνακλίτῳ potius legere, ut sic melius respondeat τῷ δίφρῳ, ἀνακλίτου vero δίφρου meminit Hippocrates *Lib. de superfoetat.* ut rectissime quidem emendavit Foesius, quum antea nullo sensu legentur ἀνακλήτου. Ubi in Notis ad istum locum ita scripsit optimus hic Hippocratis restaurator: *hunc locum bis expressimus in Nostra Oeconomia.* Ad haec ita regerit Cl. Wigan; *sed neque vocem ἀνάκλιτον, neque ἀνακλισμὸς in Oeconomia invenio, neque has in voce δίφρῳ memoratas.* Quasi vero alibi non exstent, vocibus nempe ἀνακλίσεις, et ἕδος θεσσαλικὸν, quae sane sunt bina ista loca, ad quae provocavit in Notis Foesius, adeo ut datam fidem abunde liberaverit immerito hinc de negligentiae et oblivionis culpa suspectus redditus.

P. 268, 17. De Vino: τῇ φύσει συνέξειν ἐῤῥῶσθαι] Cl. Wigan legit τὴν φύσιν ξὺν ἕξει ἐῤῥῶσθαι, vel ξὺν τῇ φύσει ἕξιν ἐῤῥῶσθαι, utroque modo bene: forsan tamen

et sic sanandus fuerit locus, τῇ φύσει στήριξιν ἐῤῥῶσθαι, quod de vino dicunt Scriptores Sacri item et diaetetici. Vel lege: τῆς φύσιος ἕξιν.

P. 270, 17. θέρμη δὲ πάντα ἀναιρῇ καὶ τὰ ἄκρα ἀδικῇ] Sensus ineptus ob verba loco minus congrua: legendum videtur: θέρμη δὲ πάντα ἀνέρπῃ καὶ ἐς ἄκρα ἀφίκῃ; sed posterius iam occupatum video a Cl. Editore.

P. 282, 12. De Lithiacis: οὐδ' ὄναρ δοκέειν τοῦ πόνου εἰθισμένοι· ἄταρ καὶ, ὡς ἐξ ἀφύκτων κακῶν τὴν ψυχὴν κατὰ μέλεα λύονται] Non reperit Cl. Wigan, quomodo haec sententia sine dubio mendosa apte corrigi possit, quare et studio versionem huius loci iusto obscuriorem fecisse videtur. Nobis interim legendum videtur: ὥστ' ὄναρ δοκέειν τῷ πόνῳ εἰθισμένοις, h. e. *tam facilis et expedita est calculi ex Vesica prodeuntis via, ut illis, qui dolori assueti vel crebro ex calculo laborarunt, leve quasi somnium videatur:* praecessit enim; ἢν δὲ ἐκπέσωσι ἔνθεν, ἄπονοί τε γίγνονται. Reliqua vero ita legenda censemus: ὡς ἐξ ἀφύκτων κακῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὰ μέλεα λύονται. *Veruntamen omnes calculo laborantes animam artusque tanquam ex desperatis et inevitabilibus malis exsolvunt.* Quibus summum indicare vult periculum, quod omnibus Lithiacis impendere solet, priusquam calculus Vesica exciderit.

P. 288, 17. De Satyriasi affectis: εὖ τ' ἄν σφισι ἡ γνώμη τέλεον μίμνῃ] Vel mendosa vel manca haec esse suspicatur Cl. Wigan; prius verum est, non aeque posterius. Facillimo vero negotio ita locus fuerit restituendis: αὖτ' ἄν σφισι ἡ γνώμη τελέως μίμνῃ, *rursus vero ipsis animus perfecte constat, ita ut praeteritorum recordentur.* αὖτ' pro αὖτε, rursus, stilo Homerico, Aretaeo proprio.

P. 328, 7. τὸν ἰητρὸν τὸν σκίῤῥον ἰῆσθαι χρὴ ὧν K. A.] Deest hic aliquid, et forte exciderit μέλλοντα, τὸν ἰητρὸν μέλλοντα σκίῤῥον ἰῆσθαι, χρὴ, K. A. sensu perspicuo.

P. 332, 11. ψυίας] Legendum inquit Cl. Wigan ψόας, et infra p. 145. lin. 9. pro ψυῶν, pariter legit ψοῶν. Sed miror Graecantissimum virum haud meminisse, utrumque rectum esse et ab ipso Hippocrate, Athenaeo aliisque promiscue dici, qua de re pluribus agit Camerarius in *Comment. utr. Linguae*, p. 380. 387. adde et Foesium *in Oecon. Hipp.* adeo ut proinde nihil prorsus immutandum sit in binis his Aretaei locis: inprimis quum Ionibus ψύαι familiarius sit ac ψόαι: quis vero Aretaeo ἰωνικότερος?

P. 335, 17. *τὴν σκελετίνην τοῦ σκήνεος εὔογκον σάρκας ποιῆσαι*] Recte expungit vocem *σκελετίνην* Cl. Wigan ceu nullibi obviam et nulli Lexicographorum annotatam, atque hinc rectissime *σκελετίην* substituit, quo infra usus est Aretaeus *p.* 151. *lin.* 11. fallitur vero in eo, quod etiam illam vocem *σκελετίην* sive *σκελετείην*, quod unum idemque est variata saltim Dialecto, ut notum. in nullo Lexico reperiri asserit, Stephanus enim habet et ex eo Scapula, Budaeus aliique, item Galenus in Glossario Hippocratis: *σκηλήματι, σκελετείᾳ συμπτώσει.* Universus igitur locus sic mihi legendus videtur: *τὴν σκελετείην τοῦ σκήνεος εὔογκον καὶ εὔσαρκον ποιῆσαι.* Nam licet et vulgata lectio per syntaxeos regulas *εὔογκον* (*κατὰ*) *σάρκας*, optime defendi possit; sic mihi tamen longe videtur concinnior, nisi legendum potius ex Hippocrate, Lib. de *Affect.* fuerit *σαρκοφυῆσαι*, ut sane vel maxime videtur. Cur vero *σάρκα* legere malit Cl. Wigan, divinare ego quidem non valeo, nisi ad vocem *εὔογκον* respexerit, quod tamen haud videtur necessarium.

INDEX GRAECUS

IN

ARETAEUM.

Editori Aretaei doctissimo Ioanni Wigan, A. M. Aedis Christi alumno S. D. *Michael Maittaire*.

Multum tibi, vir doctissime, cum a tuis popularibus, tum ab omnibus medicae artis Graecarumque literarum studiosis debetur; quod primus opus medicum, quale tua nunquam protulit patria, Graece typis mandaveris: quod Aretaeum apparatu magnificentissimo, Latina versione nova et longe elegantiore, notis accuratissimis ornatum in lucem produxeris; scriptorem tam raro hactenus obvium, ut pene pro inedito haberetur: tot mendis obsitum, ut lectorem prorsus absterreret; in suo tamen genere, si scriptionis nitorem, vim verborum, copiamque nunquam nimiam, si orationis facundiam, puram dialectum, rerumque quas tractat methodum spectemus, facile principem. Exemplar sane cunctis librorum deinceps editoribus proposuisti, quod possint imitari quidem, vix superare. Optandum fuerat, ut qui Aretaeo manus medicas admovisti, meliori ipse valetudine utereris. Verum nequid tuis laudabilibus inceptis moram iniiceret, cavit vir clarissimus Ioannes Friend, M. D. qui pro sua medicinae linguaeque Graecae (huius nunquam ab illa seiungendae) peritia tuae simul et Aretaei saluti consuluit. Quoniam autem indici Graeco coronidem imponere hinc abiens non potuisti, quam opellam per tenuem mearum virium modulum et temporis angustias licuit, praestiti: operis quippe illa pars erat, ad quam pertinacia laboris magis quam ingenii acumen postulabatur.

In hoc indice adnotantur pleraeque voces rarae et insigniores, loquendique formulae: praestantissimo huic authori vel propriae, vel cum aliis, Hippocrate praesertim, Homero et

Herodoto, ad quorum normam suum stylum conformavit, communes. Vocabula in Constantini Lexico et Henrici Stephani Thesauro praetermissa asterisco indicantur; obelo, quae in illis occurunt ἀμάρτυρα. Loci passim inseruntur ex variis authoribus, quorum editiones sunt eaedem, quae in Commentario de Aretaei dialecto memorantur. Sicubi aliae adhibeantur, earum in huius indicis fine fiet mentio. Plura ex Galeno aliisque rem medicam Graece tractantibus exempla accersere potuissem, si mihi aut maior cum illis familiaritas aut plus otii fuisset. Nonnihil ad calcem de quibusdam Aretaei locis, quorum lectio suspecta est; deque eiusdem stylo peculiari syntaxique adtexendum curavi. Vale; meamque hanc pauperculam symbolam aequi bonique consule. Ex museolo. *Calendis Novembribus*, 1723.

(*Numeri paginas et versus editionis Lugd. Bat. indicant.*)

A.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

* μελαγχολώδεες, 47, 18, 19.

* μελανόεντα ὦτα, 70, 37. Posset etiam legi μελανέοντα; uti μελανέον, in quibusdam exemplaribus MSS. Hippocr. 36, 33. ubi Galen. exp. Voc. Hippocr. μελανέον τὸ ἐν τῷ προγνωστικῷ, τινὲς μὲν ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσι, ἵν' ᾖ τὸ μελανοῦν ἔνιοι δὲ διαιροῦσι, χλωρὸν ἢ μέλαν ἐὸν, ἀντὶ τοῦ ὄν.

* μελανόφλεβες, 50, 17, 18.

μελέτη, *curatio*. μελέτη ἀνόνητος, 66, 22. ἑτέρης μελέτης χρέος, 99, 52. μελέτην τοῦ στομάχου ποιέεσθαι, 128, 19, 20. μελέτην ποιέεσθαι ἑλκέων, Hippocr. 606. 28. Galen. in Hippocr. 759. H. μελέτης τῆς ἐπιμελείας λέγει, κατὰ συνηθὲς τοῦτο τοῖς Ἴωσι. μελέτη, *exercitatio*; uti μελέται Λιβανίου. μελεται παιδῶν σὺν ᾠδῇ, 75, 30. μελέτη, ἄσκησις, Hesych.

μελετᾷ, ἐπιμελεῖται, Hesych. χρὴ τὸν στόμαχον μελετῆσαι ἐξεμέειν, 125, 30, 31, *assuefaciendus vomitioni stomachus*. Quo sensu etiam accipitur, μελέτη in locis sequentibus. μελέτῃσι χρὴ τοῦ στομάχου ἐμέειν, 119, 2, 3. [ubi optime reponit editor doctissimus μελετῆσαι — τὸν στόμαχον] ἢν μελέτῃσι φέρῃ, 28, 33. *si exercitationibus assueverit ferre*. μελέτη ἐγγίγνεται τῇ φορῇ, 12, 47, 48. ἢν δὲ ἐς μελέτην ἥκῃ τοῦ κακοῦ, 84, 4, 5. ἔθος καὶ μελέτη, 84, 5. sic ἢν — μελέτῃσι [pro μελετῇ idque pro μελετᾷ, subj. verbi μελετάω, πολλὸν χρόνον ἡ νοῦσος, 65, 22. Quid si supra pro φέρῃ legatur φέρειν?]

μελεδὼν, *cura*. μελεδῶνες, αἱ φροντίδες, Hesych. μελεδῶνι, 31, 22, 23. τῇσι μελεδώνεσι, 54, 55, 56. μελεδώνη, *curatio*, *studium*. μελεδώνης πολλῆς δέεται, Hippocr. 605. 11. μελεδῶναι, Homer. *Οδ. τ.* 517. Schol. μέριμναι. μελεδώνη λόγων καὶ πρηγμάτων σοφῶν, 57, 37, 38.

μελεδαίνειν τὴν ἄνθρωπον, 112, 32. μελεδαίνειν τὰς ὑστέρας, Hippocr. 598. 26. μελεδαινομένη, Id. 616. 55. ubi proxima pagina, p. 617. l. 1. legitur vox τὴν μελεδὴν; quam tuentur H. Stephanus et Foesius. μελεδαίνειν, Herodot. 317. 4.

μέλλειν μηδὲ χρὴ [*morari non oportet*, i. e. *properandum est*] ἐς ἄκεα, 85, 8, 9. sic οὔκουν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι, H. Steph. ex Thucyd. οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν, Thucyd. 57. C. Schol. ὑπερθησόμεθα. ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα, Xenoph. 299. D. μέλλει, μένει. μέλλετε, βραδύνετε, ὑπερτίθεσθε, Hesych.

μέλλησις, βραδυτής. μελλησμοῦ, ὑπερθέσεως, βραδυτῆτος, Hesych. τρίψις, ἐν μελλήσει οὖσα, 123, 4, 5. Crass. *lenta*, Oxon. *diuturna*. τῇ μελλήσει, Thucyd. 44. D. μέλλησις, μελλησμὸς, βραδυτὴς, ἀναβολὴ, Iul. Poll. lib. 1. cap. 3. * μελλισμοῦ, 40, 21. Oxon. *morbi adventantis*. Crass. *morbi incipientis*. Annot. G. Morel. *futuri morbi vel potius dilationis morbi*. Quid si legatur μελλησμοῦ?

μεσηγὺ τουτέου τοῦ χρόνου, 9, 9. et sine casu, μεσηγὺ, 8, 14. et 86, 26. et 90, 13. Sic Homer. *Ιλ. θ.* 556. et *Ιλ. υ.* 370.

μεσότης τούτων, 57, 27. Hanc vocem citat H. Steph. ex Plat. Tim. et Plut. Virt. Mor. Vide et Aristot. Moral. Magn. lib. 1. cap. 8, 9. μέσος [*mediocriter*] παχὺ, 15, 4. μέσως ἔχομεν, Aristot. Ethic. Nicom. lib. 2. cap. 5.

μέσφι τῶν ὁρίων τοῦ μέσου, 33, 53. ἀκμῆς, 43, 16. τῆς τρηχείης ἀρτηρίης, 39, 29. ἀτερπὲς καὶ ἀηδὲς μέσφι ἀκοῆς, 55, 50, 51. cum verbo μέσφι ἂν προαπαυδήσῃ, 134, 37. μέσφι διαχωρέει, 134, 38. μέσφα, poëticum esse adverbium pro μέχρι, scribit Henr. Stephanus. Constantinus habet μέσφι et μέσφα. μέσφ' ἠοῦς, Homer. *Ιλ. θ.* 508. μέσφ' αὖτις, Apollon. Argon. l. 2. v. 1231. μέσφα διχαιομένης,

Arat. v. 806. *μέσφι παρ' αὐτὴν οὐρὴν*, Id. v. 600. [et v. 603. *ἄχρι παρ' αὐτὸν κρητῆρα*] Aretaeus utitur etiam *μέχρι; βόμβοι μέχρι δήγε σαλπίγγων*, 32, 39.

μετὰ δὲ τὸ ἄκος, 115, 36. sic Turneb. et Crassus vert. *post medelam*. Sed Oxon. *μέτα* — scil. pro *μέτεστι* uti apud Homer. *Οδ. φ.* 93. ubi Schol. *ὑπάρχει* [quod affertur in Rudim. Gramm. Gr. Westm.] In hoc tamen Homeri loco *μετὰ* non penacuitur, et Eustathius ibidem docet habere vim, non verbi, sed praepositionis, Idem autem Eustathius. p. 74. lin. 45. affert *μέτα*, tono retracto, pro *μέτεστι* ex Euripide et Herodot. 24. 6. Foesius observavit *μετὰ* ab Hippocrate poni pro *μετὰ ταῦτα*; ut scribit Galen. comm. 3. in lib. de Vict. in acut. *καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῇ μετὰ προθέσει, κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἔθος ἐλλειπτικῶς*. Sic Herodot. 4. 1. etc. frequentissime.

μεταβάλλῃ [*mutetur*] *ἐς τὸ ἀρχαῖον ἡ φύσις*, 43, 6. *μεταβάλλουσι ἐπιτάσεις ἐς ἰδέην*, 17, 3. neutraliter. sic Hippocr. 308. 50. Herodot. 16. 27.

* *μεταβιάζομαι*, *vim infero*. *μετεβιάσαντο τὴν φύσιν*, 123, 37, 38.

μεταγινώσκω, *sententiam muto*. *πρὸς τὸ ῥηϊδίως μεταγνῶναι εὔκολοι*, 30, 27, 28. sic *μεταγινώσκω*, Herodot. 10. 24. *μετέγνωσαν*, Thucyd. 31. C. Schol. *μετεβουλεύσαντο*.

μεταδόσιος τοῦ κακοῦ, 71, 19, 20. *μεταδίδωμι*, *communico*; *μετέδοσαν γῆς αὐτοῖς*, Herodot. 169. 41. *μεταδιδοῖεν αὐτοῖς πυροὺς*, Xenoph. 329. D.

† *μετακλιθῇ*, 49, 45, 46. † *μετακλίσιας*, 49, 38.

μεταλήψιες, 38, 43. *translationes*. *μετάληψις*. 1. Tim. IV. 3. *participatio*, *sumptio*,

μεταλλαγὴν τοῦ βίου, 17, 14. *μεταλλαγαὶ mortes βασιλέων*, titulus libri ab Anaximene scripti, apud Athen. 531. D. *μετήλλαξε τὸν βίον*, Isocr. 119. B. Polyb. 155. A. et accusativo subaudito; *μετήλλαξε*, Id. 155. C.

μεταῤῥέων ἡμιτελὴς, *ex dimidio fluens*, 49, 49, 50. de tympania.

μεταχωρέει locum mutat τὸ πνεῦμα, 49, 44. *μετεχώρησε πρὸς ἐκείνους*, H. Steph. ex Plut. Demetr.

μετεξέτεροι [*ἕτεροι*, *ἔνιοι*, Erotian. Hesych. et Corinth. de Ionic. Dial.] 1, 27. Hippocr. 759. E. Herodot. 15. 37. Arrian. de Exp. Alex. 141. D. Nicand. Georgic. apud Athen. 54. D.

* *μετοχετεύσεων τῶν ὑγρῶν ἐς τὸ ἔντερον*, 17, 54.

μηδαμᾶ. Vide Comm. de Aret. Dial. Litt. A.

μῆκος τῆς νούσου γίγνεται, 91, 44, 45. *protrahatur seu inveteratus sit morbus*.

μηρύσαιο πλῆθος αὐτέου [*φλέγματος*] *ἐπὶ μᾶλλον*, 3, 7. metaphorice hic sumitur *μηρύσασθαι*, quod significat *glomerare*, *texere*. Hesiod. *Ἐργ.* v. 536. *μεμήρυκεν*. *συνείληκεν ἀπὸ τῶν μηρυομένων ἐρίων*, Galen. Exp. Voc. Hippocr.

μήτηρ, de gallina. *ἀρτιτόκων ὠῶν — ἀπὸ τῆς μητρὸς*, 91, 14, 15. de vaccis; Homer. *Οδ. κ.* 414. Eadem metaphora saepe utuntur Latini; Virgil. Georg. l. 3. *prohibent a matribus haedos*. *Mater*, Lucret. l. 2. v. 355. de vacca.

μηχανέεσθαι αὐτέοισι ὕπνον καὶ ἠρεμίην, 75, 6, 7. [pro *μηχανάεσθαι*, vide Comm. de Aret. Dial. lit. E.] *ἐμοὶ κακὰ μηχανόωνται*, Homer. *Οδ. π.* 134. *μηχανεώμενοι σωτηρίην*, Herodot. 279. 34.

μηχάνημα πᾶν ἔστω κοῦφον, 92, 3.

N.

Ξ.

Ο.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

IN

ARETAEI

INDICEM APPENDIX.

Nequid Lector, in quo possit adiuvari, desideraret; in Appendicem sequentem coniiciuntur vocabula plurima, praesertim medica, quales sunt partes humani corporis, morbi cum variis medicamentis, animalibus, vegetalibus, aliisque ad philosophiam naturalem pertinentibus; quae pleraque nomine tenus commemorasse hic sufficiet; plenius quippe in variorum authorum hanc materiam de industria tractantium operibus explicata. Inseruntur praeterea quaedam Editoris observationes, ad quas in suis ad Latinae versionis oram notis aut alibi passim lectorem remittit.

VARIANTIUM LECTIONUM

A P P E N D I X.

(Numeri paginarum editionis Lugd. Bat.)

Haec Appendix ex Aretaei apud Turnebum impressi et cum quinque manuscriptis Bibliothecae Regiae Parisiensis codicibus collati marginibus excerpitur. Hic liber ad doctorem Iohannem Freind non ita pridem transmissus est. Omnibus illius libri variantibus lectionibus non indiligenter perlectis et examinatis, animadverti compluria errata a scribis ineruditis aut oscitantibus inducta, multa passim alia aut nullius aut levis admodum momenti abunde congesta; tritici itaque pauxillulum post paleas excussas superfuturum. Ne tamen lector fraudem sibi factam conqueratur, eorum primum, quae praetermittenda censui, rationem reddam; illa deinde, quae acervo exemi, subiiciam; neque quicquam indignabor, siquis solidi sensus quam harum minutiarum studiosior omnia omnino una litera expungenda putaverit. Verum enim criticen non in meris vocum fragmentis apicibusque, nucum quasi putaminibus, insistere, sed in genuino sensu scriptoris eruendo praesertim versari credo. Attamen criticis, generi hominum (Aristophanicorum instar * crabronum) maxime irritabili, qui de rebus minimis lites maximas saepe solent agere, mos gerendus est.

Hanc Manuscriptorum rationem dat, qui ea contulit. *Ἰστέον, ὅτε εἰσὶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ πέντε Ἀρεταῖοι, ἤτοι πέντε ἀντίγραφα τοῦ αὐτοῦ· οὐδὲν δὲ ἐκ τούτων τέλειον, καὶ παλαιὸν, μετεγράφθησαν δὲ ὑπὸ διαφόρων. Ἀρεταῖος Καππαδόκης ἰατρὸς, οὗ ἡ ἀρχὴ λείπει καὶ τὸ τέλος.* C. 2146. *Ἀρεταίου Καππαδόκου ἰατρῶν ἀρίστου βιβλία ζ'.* C. 3161. *Ἕτερον χειρόγραφον Ἀρε-*

* Aristoph. Vesp. 443. G. 444. F.

ταίου· ἐν ᾧ οὔτε κεφάλαια οὔτε ὑποθέσεις εἰσί. Μετετέθησαν δὲ ὕστερον ἑτέρᾳ χειρί. Ἔχει δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ ἐν τῷ τέλει τοῦ τετυπωμένου, ἅπερ οὐχ' εὗρον ἐν τοῖς δυσὶ πρώτοις ἀντιγράφοις. C. 2142. *Ἕτερον ἀντίγραφον τοῦ αὐτοῦ ἀνεπίγραφον ἄρχεται δ' εὐθὺς, ἀμβλύτητες, ἴλιγγοι. Καὶ τοῦτο ἄνευ τάξεως.* C. 2819. *Ἕτερον ἀντίγραφον τοῦ αὐτοῦ, ἐν ἀριθμῷ,* 3160. *οὗ ἀρχὴ, Ἀρεταίου Καππαδόκου ὀξέων νούσων βιβλίον α'. περὶ Διαβήτου κ. γ'. ὕδρωπος ἰδέη τοῦ διαβήτεω.* etc. *καὶ τὰ λοιπὰ ὥσπερ ἐν τῷ τέλει τοῦ τετυπωμένου,* (vide p. 129.) (113, 48. — *χρέεσθαι.*) *Ἐνταῦθα τεῦχε τέλος καὶ τὸ,* 2142, *ἀντίγραφον τοῦ Ἀρεταίου. Ὁμοίως ἐνταῦθα περαιτοῦται καὶ τὸ,* 3160. *ὃ τῶν ἄλλων ὀρθώτερον εὗρον.* (126, 18. — *δέχοντα* ***) *ἐνταῦθα* (scil. in MS. 2146.) *τρεῖς σελίδες ὑπάρχουσιν ἄγραφοι· ἔχει δὲ, Ζήτει τὰ λοιπά· εἶτα ἄρχεται, ἄρτοι πλυτοὶ,* etc. *Ἐνταῦθα τέλος ἔχει καὶ τὸ ἐν ἀριθμῷ,* 3161. *ἀντίγραφον, μεταγραφθὲν ὑπὸ ἀπείρου τινὸς ἀμαθοῦς νεωστὶ, ὅμως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου. Ἐτελειώθη ἐνταῦθα καὶ τὸ,* 2819. (126, 43. — *ἀποκατάστασιν.*) *Ἐνταῦθα οὐ λείπει* (scil. MS. 2146.) *ἔχει δὲ, Θεραπεία σπληνὸς, κεφ. ϛ'. ὅρα ὄπισθεν* (scil. p. 128.) (127, 34. — *πρὶν τῆς* ***) *Λείπει καὶ ἐνταῦθα* (in MS. 2146.) *ἄλλη σελὶς, ἔχει δὲ, Ζήτει τὰ ἄλλα. Εἶτα ἄρχεται, σιτίων καὶ ῥαφανίδων,* etc. *ἄνευ ἀρχῆς καὶ κεφαλαίου. ὅπερ ζήτει ὄπισθεν,* (p. 133.) (128, 35. — *ξὺν γάλακτι.*) *Ἔχει καὶ ἐνταῦθα πλείστας σελίδας ἀγράφους· τάδε κεφαλαῖα διαβήτου, λιθιάσεως, γονοῤῥοίης, στομαχικῶν, κοιλιακῶν, οὐχ' εὗρον ἐν τῷ ἐν χειρί μου τούτῳ ἀντιγράφῳ τῷ ἐν,* 2146. *ἀριθμῷ· οὔτε μὴν ἕτερόν τι.* (128, 50. — *μαλθακωτάτοισι· αἳ* ***) *Ἐνταῦθα* (in MS. 2146.) *λείπει σελὶς μία· ἔχει δὲ, Ζήτει τὰ ἑξῆς. Εἶτα ἄρχεται — ὅκως ἐν νηῒ καὶ γαλήνῃ,* etc. *ἄνευ κεφαλαίου καὶ ὑποθέσεως· ὅπερ ζήτει ἔμπροσθεν* (p. 126.) (129, 14.) *Ταῦτα ἔνεστι ἐν ἀρχῇ τοῦ,* 2142. *Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ,* 3160. (133, 20. — *ῥᾶθυ* ***) *Λείπει πολύ. Εἶτα, σπασμοὶ οἱ τέτανοι,* (uti 3, 22. etc.) *τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τῷ,* 3160. (136, 27. — *εὐσαρκίην.*) *Ἔστι καὶ ἐνταῦθα* (in MS. 2146.) *μία σελὶς ἄγραφος, καὶ ἔχει, Ζήτει τἄλλα. Εἶτα ἄρχεται — ἥπατι ἕλκεος ἐὸν ὀλέθριον,* etc. *καὶ τοῦτο μέρος τι, ὥσπερ τἄλλα, καὶ ζήτει σελίδι* (127, 38.)

In iis, quae ex hac illorum quinque Manuscriptorum collatione excerpsi, figurae 1, 2, 3, 4, 5. Manuscriptum primum, scil. 2146. secundum scil. 3161. tertium scil. 2142. quartum scil. 2819. quintum scil. 3160. denotant.

DE VARIANTIUM LECTIONUM ERRATIS.

Errata, quae in Variantes Lectiones ex Librariorum inscitia incuriave solent frequenter irrepere, ad tres commode classes reducuntur; Enallagen, Elleipsin et Pleonasmum. Enallagen maxime pariunt par litterarum vocumve sonus aut structura, aut quaelibet alia affinitas; item transpositio, et orta ex vocis unius in plures distractione vel plurium in unam confusione depravatio. Aliquot exempla singularum ex multis in lectoris usum sufficient.

α pro *ο*; p. 119. l. 55. *ἀρήγειν* (pro *ὀρέγειν*) 1, 2, 3.
αι pro *ε*; 33, 32. *πάραισις*, 1. 37, 53. *ἐγκαίεται*, 2. *ε* pro *α*;
18, 21. *μάλθεξις*, 2. et pro *αι*; 5, 43. *Πειρεεῖ*. 6, 23. *ἐπι-*
φλεγμένει. 86, 16. *ἀλθέης*, 1. etc. quae mutatio est admo-
dum frequens. et pro *ι*; 65, 15. *χρεομένη*, 5. 112, 6.
διαχρέειν, 1, 2, 3. et pro *η*; 5, 42. *Ἀθήνεσι*. *ει* pro *η*;
44, 24. *φθινώδεις*, 1, 2, 3, 5. 99, 9. *σεσεισμένος*. et pro *η*;
30, 12. *αὔξει*, 1. et pro *ι*, 18 17. *ἐλείξεσι*, 2. 137, 27.
ἐπτείσθω, 1. et pro *υ*; 92, 38. *ἀπείρου*. 62, 12. *χεῖμα*,
1, 4. et pro *ω*; 99, 45. *πεῖρον*, 1, 2, 4, 5. *η* pro *ε*; 97, 46.
διαστάσησι, 2, 3. et pro *ει*; 82, 46. *ἀληφάτων*. 120, 33.
δῆπνον. et pro *αι*; 122, 10. *τλῆεν*, 1. et pro *ι*; 41, 47.
βρήθει, 1, 2, 3. 84, 20. *χρῆσιν*, 1, 2, 3, 4, 5. et pro *υ*;
104, 4, 5. *ὑπεληλήθη*, 2, 3. 97, 24. *παχῆναι*, 3. *η* pro *ι*;
23, 40. *κανθάρησι*, 1, 2, 3, 4, 5. *ι* pro *η*; 6, 13, 14. *ἰσχνό-*
τις, *ὠχρότις*, 5. 82, 54. *ἄλιτον*, 1, 4, 5. 89, 22. *κικὶς*,
1, 2, 3, 4, 5. et pro *ει*; 98, 31. *λίη*, 1. et pro *υ*; 99, 6.
ὄριζα, 2. *ο* pro *α*; 25, 33. et 32, 53. *ἄμφοδον*, 4. et
pro *ι*; 131, 39. *σόγκου*, 5. et pro *υ*; 107, 39. *εὐρότητι*,
2, 4. et pro *ω*; 11, 49. *ὑπερόη*, 1, 4. *οι* pro *υ*; 25, 30.
ἐπίλοιποι. *υ* pro *η*, 110, 32, 33. *ἐπιθυμάτων*, 2. et pro *ι*;
16, 12. *σύνεται*, 2. et alibi, *ψύχες*, 2. et pro *ο*; 47, 35.
μυρία; 2, 3, 4, 5. (sed cuius loco etiam ibi in aliis *μηρία*)
et pro *ω*; 53, 53. *πυροειδέα*. *ω* pro *ο*; 12, 53. *ὠλεθρίη*,
2. 77, 6. et 78, 54. *καταιωνεῖν*, 2, 3. et pro *υ*; 54, 25.
πωώδεες, 4. *γ* pro *κ*; 20, 57. *ξυνέγραψεν* (pro *ξυνέκρυψε*)
2, 3. *δ* pro *θ*; 29, 8. *δυσμάδεες*, 2, 3, 4, 5. 52, 20, 21.
κακόηδες, 1. et pro *λ* (*Δ* pro *Λ*); 100, 8. *δύσιν*, 1. 93, 8.
κοκκάδου, 1, 2, 3, 4, 5. *θ* pro *χ*; 44, 52. *θυμοῦ*, 1. et
pro *ψ*; 130, 42. *θυίας*, 5. *λ* pro *γ*; 30, 32. *φυλανθρω-*
πίη, 1. et pro *ρ*; 23, 41. *βουπλήστεϊ*. 1, 5. *μ* pro *β*; 59, 23.
μειούμεναι (pro *βιούμεναι*) 3. et pro *π*; 29, 7, 8. *μέμψαι*
(pro *πέψαι*). *ν* pro *υ*; 51, 45. *ἀναλέοι*, 2. 77, 13. *ἀναι-*
νομένου. 112, 29. *θνητὰ*, 2, 4. *ξ* pro *ζ*; 80, 19. *μάξη*, 1.
π pro *τ*; 98, 36. *πράσου* (pro *τράγου*) 1, 4, 5. et pro *φ*;
108, 33, 34. *τεθάλπτωσαν*, 2. At forsan Ionismus erit po-

tius quam erratum. ϱ pro γ; 38, 29. μέϱιστα, 1, 2, 3, 4. τ pro ϑ; 106, 19, 20. κάτεπτος (pro κάϑεφϑος) 1, 2, 4, 5. Hic etiam, uti supra, potest esse Ionismus. et pro π; 61, 26. ἐπιτετάννυτο 1. et pro σ; 88, 14. φλεγματίης, 5. χ pro γ; 84, 38. ἔκλειχμα, 1, 2, 3, 4. 93, 11. ἔκλεχμα, 1, 2, 3. 46, 34. χεύμασι, 2, 3, 4. et pro ϑ; 54, 31. ἀναλχέες, 2. et pro φ; 83, 19. ἀτϱοχίης, 3. et pro ψ; 78, 34. ξυνεχείσϑω, 1. Praeterea ex soni aut figurae in literis, syllabis, vocibusque proferendis et scribendis affinitate multae aliae oriuntur earundem mutationes, omissiones, additiones, transpositiones, coniunctiones, et distractiones; quarum nonnulla mox dabuntur exempla: Mutationum; 28, 2. κυαναὶ (pro κενεαὶ) 1, 2, 3, 4, 5. 31, 25. ἐγκεομένου (pro ἀκεομένου) 1, 3. 59, 42. χολώδεες (χολάδες) 1, 2, 3, 5. 80, 9. ὀδακνισμὸν (ὀδαξισμὸν) 2, 3. 45, 55. μελδόσεσι (μελεδώνεσι) 1, 3, 4, 5. 107, 5. ὑσσώπῳ (οἰσύπῳ) 1, 2, 3, 4, 5. 133, 33. ὑσσωπώδεα (οἰσυπώδεα) 1. Omissionum; 70, 25. ἀπίσχει (ἀμπίσχει) 2, 3. 30, 25. ἀληϑὲς (ἀληϑέες) 1, 4. (et id crebro 70, 29. ὀχϑῶδες, 1, 2.) 27, 23. ἀφημέϱινον, 4, 18, 25. διαφοϱὴ (διαφϑοϱὴ) 2. 56, 6. ἐκπέψαι (ἐκπέμψαι). Literarum geminarum altera saepe omittitur; 6, 37. στεϱὸν (στεῤῥὸν) 3. sic 12, 41. στύματα, 1. 39, 20. μελούσης, 1. Finalis litera ante similem initialem aliquando omittitur; 35, 45. ὠκέω σωλῆν (ὠκέως, σωλῆνι) 1, 2, 3, 4, 5. Additionum; 36, 49. γϱυπτοὶ (γϱυποὶ) 2, 3. 41, 9. ἀποκτείνεται (ἀποτείνεται) 2, 3. 14, 49. ἀφϱώδεες (ἀφϱῶδες) 1, 4. (et id crebro; 21, 29, 30. χολώδεες, 1, 3, 4. 22, 50. ξυνεχέες, 2, 4, 5.) 101, 13. νεοπέμπτων (νεοπέπτων) 1. 108, 53, 54. ὄϱϑϱιος (ὄϱϑιος) 2. 102, 3. ποιεῖν (πιεῖν) 1, 5. Litera saepe geminari solet, praesertim ϱ; 35, 39, 40. ἀφήλλατο, 2, 3, 4, 5. 94, 16. πϱῆσσις, 1, 4, 5. alibi, ἀῤῥῆξαι, 2. 82, 20. εὐῤῥόως, 2, 3. 95, 9. εὔῤῥοα, 3. Syllaba aliquando geminatur; 5, 2. κατατάξαι (κατάξαι) 2, 3. 35, 41. καὶ κακίων (καὶ κίων) 1, 4, 5. Huius generis est 88, 40. δεσμοῖς σφίγγοντες (δεσμοὶ σφίγγοντες) 1, 2, 3, 4, 5. Transpositionum; 66, 25. ἴηξεν (ἤϊξεν) 1. 97, 4. πινέοντα (πινόεντα) 2. 45, 20. ζωγϱοῦσι (χϱώζωσι) 2. 28, 28. μέλαν σηπίησι (μέλανι σηπίης) 2. 102, 51. ψύγος (γύψος) 1, 2, 3, 4. Huc refer 69, 54. κατοικίαν λίαν (κάτω κοιλίαν) 1, 4. 88, 54. διεϑέντα (δευϑέντα) 5. Coniunctionum; 20, 45, 46. ἀνέλασμα (ἂν ἔλασμα) 1, 4. 83. 46. διαψύχων (δι' ἀψύχων) 5. 119, 54. ἐπειδὴ (ἐπὶ δὲ) 1, 2, 3, 4, 5. 28, 21, 22. ἐπαυξήσῃ (ἐπ' αὐξήσει) 1, 4, 5. 54, 31. ἐνοῦσι (αἱ νοῦσοι) 2. 63, 45. χϱυσιῆτις (χϱοιὴ τῆς) 1. 8, 45. οὑμὴν (ὁ ὑμὴν) 1, 2, 3, 4, 5.

75, 25. *ναυτιλλομένου* (*ναυτίλῳ μὲν ἢ*) 1. 119, 54. *ὑπέρτατοι* (*οἱ περίπατοι*) 1, 2, 3. Distractionum; 23, 11. *πρὸς ὦτα* (*προσωτάτω*) 1, 2, 3, 4, 5. 50, 6. *σαρκὸς ἰδέα* (*σαρκοειδέα*) 1, 3, 4. 56, 45. *δ' ἐν αὐτῇ* (*δὲ ναυτίῃ*) 1, 2, 3, 4, 5. 50, 34. *διὰ δὲ* (*δι' ἅδε*) 1, 2, 3, 4, 5. 55, 55, 56. *τό γ' οὖν οὐ* (*τοῦ γούνου*) 2, 3, 4, 5. 38, 22. *καὶ κίον* (*κακίων*) 1. 59, 22. *αἱ διέξοδοι* (*ἀδιέξοδοι*) 1, 5. 63, 2. *τούτῳ οἶσι* (*τουτέοισι*) 1, 2, 3, 4, 5. 69, 55. *οὐ δοκῶ* (*οὐδέκω*) 1, 2, 3, 4. 53, 6. *ἧσσον μεγέθεα* (*ἰσομεγέθεα*) 1, 2, 3, 4, 5. 98, 16. *ἢ μία κυάθου* (*ἡμικυάθου*) 3. 97, 27. *πρὸς μὲν ἔωσι* (*προσμενέωσι*) 5. 115, 21. *καὶ νεαγγέειν* (*κενεαγγέειν*) 2. 133, 17. *βολαὶ σίτου* (*βολαῖσι τοῦ*) 5. 135, 45, 46. *κορύκοβοι λεῖαι* (*κορυκοβολίαι*) 1. Error denique aliquando ex vocibus per compendium scriptis exoritur; 54, 48. *μέζων* (*μεζόνων*) 1, 2, 3, 4, 5. 106, 6. *βουβὼν* (*βουβώνων*) 2.

De Variantibus Lectionibus, quae, quamvis in erratorum numero haberi non debeant, haud magnum tamen momentum afferre ad sensum videntur.

Huiusmodi lectiones pariunt plerumque Dialectus neglecta; 73, 40. *ἀδηφαγίης* (*ἀδδηφαγίης*) 4. 54, 51, 52. *ἀέναον* (*ἀένναον*) 3. 4, 25. *μεσηγὺ* (*μεσσηγὺ*) 5. 54, 28. *ἄνοσμα* (*ἄνοδμα*) 3. 4, 4. *θώρακι* (*θώρηκι*) 1, 2, 3. 88, 14. *τραύματος* (*τρώματος*) 1, 4, 5, 83, 9. *ἰητρείην* (*ἰητρίην*) 5. 8, 48. *κλεῖδας* (*κληΐδας*) 2. 52, 40. *ὄρχεες* (*ὄρχιες*) 1, 4, 5. 75, 8. *τέγξεων* (*τεγξίων*) 1, 2, 3, 4. 75, 40. *φυσῶν* (*φυσέων*) 2, 3. 14, 2. *ῥήξεσι* (*ῥήξισι*) 1, 2, 3, 4, 5. -*ει* perquam frequentissime in Dativo singulari pro -*ι*; 2, 15, 16. *προγνώσει*, et 3, 2, 4. *θλίψει*, *πιέσει*, *προβλήσει*, 2, 3. 13, 22, 34. *ἐντάσει*, *ἀναθήσει*, *ἀραιώσει*, 1, 2, 3, 4, 5. etc. 17, 43, 44. *μείζους* (*μέζονες*) 1, 2, 3, 4. 74, 7. *ἐνηψημένων* (*ἐνεψημένων*) 1, 2. Dialectus inducta; 11, 39. *διαδιδρήσκουσι* (*διαδιδράσκουσι*) 5. 2, 23. *ὤνθρωπος* (*ἄνθρωπος*) 3. 54, 15. *πουλὺ* (*πολὺ*) 3. 108, 11. *σημήοισι* (*σημείοισι*) 1, 3. 131, 15. *ξύντηξιν* (*σύντηξιν*) 5. 87, 59. *εἴσωθεν* (*ἔσωθεν*) 1, 2, 3, 4. 76, 47. *κραδίῃ* (*καρδίῃ*) 2. 4, 20. *ὦν* (*οὖν*) 5. 62, 29. *ἄσση* (*ἄσῃ*) 1, 2, 3. 74, 23. *χώρῃ* (*χώρᾳ*) 4. 56, 37. *συμπαθίῃ* (*συμπαθείῃ*) 2, 3, 4, 5. 66, 40. *λοξέην* (*λοξὴν*) 1, 4. 31, 58. *μουσάων* (*μουσέων*) 1. 90, 2. *ἑτέρης* (*ἑτέρῃσι*) 1. 13, 15. *πυρετοῖσι* (*πυρετοῖς*) 2, 4. 79, 49. *πεπέριος* (*πεπέρεος*) 1, 5. 91, 22. *πεπέριϊ* (*πεπέρεϊ*) 4, 5. 20, 34. *ἐλάσσους* (*ἐλάσσονες*) 2, 3, 4, 5. 35, 43. *ὄψει* (*ὄψεαι*) 3. 78, 21. *βούλει* (*βούλῃ*) 1. 83, 26. *ὑπεραιρέονται* (*ὑπεραίροντα*) 1, 4, 5. 4, 31. *περιδινεύμενοι* (*περιδινούμενοι*) 2, 3. 89, 42. *δύναντο* (*ἠδύναντο*) 2, 3. 52, 36. *προσχύθη* (*προσεχύθη*) 1, 4. Omissio consonae *ν* in fine vocum ante ini-

tialem vocalem; 8, 17. *ἐμπνέουσιν ἄσηροι* — Aut eiusdem additio ante consonam; 7, 39. *ἀπέταμεν, καὶ* — —

Varia vocis eiusdem scriptura, aut flexio: 24, 51. *ὑποβορβορίζει* (*ὑποβορβορύζει*) 3. 51, 55. *σίελος* (*σίαλος*) 2, 3. 33, 22. *παραπληξίη* (*παραπληγίη*) 1. 95, 28. *νίτρου* (*λίτρου*) 2. 41, 50. *πυκνὴ* (*πυκινὴ*) 2, 3. 76, 4. *μαρσίποισι* (*μαρσύποισι*) 3. 78, 38. *μάραθον* (*μάραθρον*) 5. 79, 30, 31. *δίκταμνον* (*δίκταμον*) 5. 57, 40. *ἀγρυπνίη* (*ἀϋπνίη*) 3. 53, 4. *ὀλιγοήμεροι* (*ὀλγήμεροι*) 2, 4. 9, 32. *τὸ πύον* (*τὸ πύος*) 2, 3, 4, 5. 45, 30. *κυψελὴ* (*κυψελὶς*) 3, 4. 50, 21. *οἴδῳ* (*οἴδεϊ*) 2, 3, 4, 5. 76, 58. *χαμαιμήλῳ* (*χαμαιμήλῃ*) 1. 81, 46. *ἀναισθησίης* (*ἀναισθήσιος*) 5, 4, 32. *ἰγνύη* (*ἰγνύϊ*) 1, 3, 4. 82, 48, 49. *χαλβάνου* (*χαλβάνης*) 2, 3. 62, 46. *παχέες* (*παχεῖαι*) 2, 3, 5. sic 70, 12. *βαθεῖς* (*βαθεῖαι*) 1, 2, 3. et 23, 4. *ὀξέσι* (*ὀξείαισι*) 1, 2, 3, 4, 5. (lege Indic. in voce *νούσων*.) 40, 5. *κατακλιθῇ* (*κατακλινθῇ*) 1. 85, 34, 35. *πεφωσμένην* (*πεφωγμένην*) 1, 5. 65, 36. *λάζηται* (*λάζυται*) 2, 3. Voces sensu affines pro se invicem positae; 109, 28. *οὔροισι* (*οὐρῆσι*) 1. 3, 40. *ἀμβλώσει* (*ἀμβλώματι*) 3. 4, 18, 19. *μέσφι* (*μέχρι*) 5. 92, 20. *ὑγιηρὸν* (*ὑγιεινὸν*) 1, 4, 5. 47, 4. *ὠχρότης* (*ὦχρος*) 1. 43, 45. *ἀπόστημα* (*ἀπόστασις*) 2, 3. 26, 32. *ξύμπαν* (*πάμπαν*) 2, 3. 20, 38. *διατορήσασα* (*διαπερήσασα*) 1, 2. Partes orationis inter se permutatae: Articulus alius pro alio; 62, 16. *ὧν δε* (*τῶνδε*) 1, 2, 3, 4, 5. Et pro Adiectivo; 93, 23. *τῆς* (*τὶς*) 1, 2, 3, 4, 5. Et pro Adverbio; 28, 23. *τάτε* (*τότε*) 4. Nomen pro Verbo; 95, 16. *ἐγρήγορσις πάννυχος* (*ἐγρηγορῶσι πάννυχοι*) 2, 3. Substantivum pro Adiectivo; 30, 39. *βορῇ* (*βοροὶ*) 3. 46, 2. *αἰτίαι* (*αἴτια*) 55, 25. *ὄλεθρον* (*ὀλέθριον*) 4. Adiectivum pro Substantivo; 96, 47. *ὀμφάκινον* (*ὀμφάκιον*) 1. Et pro Adverbio; 52, 35. *ἀθρόον* (*ἀθρόως*) 2, 4. Et pro Participio; 81, 8. *ξύμφορα* (*ξυμφέροντα*) 4, 5. Verbum pro Articulo; 45, 21. *ἔῃ* (*ἡ*) 1, 2, 3, 4. Et pro Participio; 49, 49, 50. *μεταῤῥέει* (*μεταῤῥέων*) 1, 4. Et pro Nomine; 11, 51. *ἀναχρέμψουσι* (*ἀναχρέμψισι*) 1, 2, 3, 4, 5. Participium pro Verbo; 68, 42. *καλέοντες* (*καλέουσι*) 1, 4. Adverbium pro Adiectivo; 69, 52. *ῥηϊδίως* (*ῥηϊδίη*) 1. 101, 15, 16. *συνεχῶς* (*ξυνεχὲς*) 2, 3. Praepositio alia pro alia; tam in compositione quam regimine; 17, 53. *ἀπὸ* (*ὑπὸ*) 2, 3. 34, 31. *ἐπ'* (*ἀπ'*) 1, 2, 3. 118, 11. *ὑπὸ* (*ἀπὸ*) 2, 3. 113, 45. *προΐσχοντα* (*προσίσχοντα*) 1, 2, 3, 4, 5. 5, 19. *προσβολῆς* (*προβολῆς*) 1, 2, 3, 4. Particula alia pro alia; 72, 20. *ἄνευ* (*ἄνευθε*) 1. 62, 31. *μήκω* (*μηδέκω*) 5. 3, 57. *δὲ* (*τε*) 1, 4, 5. 6, 12. *τε* (*δὲ*) 4. Vocum simplicium et compositarum mutua

commutatio; 36, 16. λάμπῃ (ἐκλάμπῃ) 3. 39, 37. συμμεμιγμένα (μεμιγμένα) 4, 5. 12, 46. διαναπνοῆς (ἀναπνοῆς) 5. 125, 35. εὐκρινῆσαι (προευκρινῆσαι) 1. Accidentium, quae ad orationis partes pertinent: Numerorum; 35, 2. φόβος (φόβοι) 1, 4. 105, 33. τοῖς ἀρχιητροῖς (τῷ ἀρχιητρῷ) 2, 3. Casuum; 101, 27. σῖτον, καὶ οἶνον (σίτων, καὶ οἴνου) 3. 124, 34. στομάχῳ (στομάχου) 1. Generis; 102, 2. ἄθερμοι (ἄθερμα) 2. Graduum; 68, 12. μελαντάτῳ (μελαντέρῳ) 4. Modorum; 85, 52. δεῖ (δέῃ) 4, 5. 73, 13, 14. ὀρέουσι, φαντάζονται (ὀρέωσι, φαντάζωνται) 1, 4, 5. 6, 11. ὑπογίγνεται (ὑπογίγνηται) 1, 5. 92, 54. ἔσται (ἔστω) 2, 3. 79, 17. ἄγει (ἄγειν) 2, 3. 15, 17. εἰρήσθω (εἰρῆσθαι) 1, 2, 3, 4, 5. 99, 25. ἐθελήσαις (ἐθέλεις) 2. 46, 46. ἐγχρονίσαι (ἐγχρονίσῃ) 1. 2, 31. ἱζάνῃ (ἱζάνει) 2, 3. 9, 31. τρέπηται (τρέπεται) 1, 4. 57, 49. ἀπάγῃ (ἀπάγοι) 1. 83, 15. τιθέσθαι (τιθέσθω) 1, 4, 5. Vocis; 99, 20. προσεπιπασσέτω (προσεπιπασσέσθω) 2, 3, 4. Temporum; 46, 11. ἐπανθέσει (ἐπανθέει) 2, 3, 4, 5. 11, 29. ἐτρέπετο (ἐτράπετο) 2, 3. Personarum; 4, 58. ἐθέλοις (ἐθέλοι) 1. 50, 9. τάμῃ (τάμῃς) 5. Syntaxeos variatio; 106, 10, 11. μυρίαι ἄλλαι πεῖραι γεγόνασι πισταὶ (μυρία ἄλλα πείρῃ γεγόνασι πιστὰ) 1, 2, 3, 4, 5. 16, 22. γνώμῃ εὐσταθεστέρῃ καὶ ψυχῇ καθαρωτέρῃ (εὐσταθέστεροι, καθαρώτεραι) 1, 4. Omissiones vocum; 6, 34. ἀπὸ ἀναπνοῆς (ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς) 113, 41. μὲν νεύρων (μέν ἐστι νεύρων) 2, 3. 87, 15. γὰρ τῇ (γὰρ σὺν τῇ) 2, 3. 29, 36. πολλῆς θηριώδεος (πολλῆς καὶ θηριώδεος) 3. Omittitur syllaba; 36, 20. ἐσαρκοῦτό τε (ἐσαρκοῦτο τότε) 1, 4, 5. Additiones; 9, 37. ὁ ἄνθρωπος (ἄνθρωπος) 6, 46. εἰ δὲ κατὰ (εἰ κατὰ) Syllabae geminantur; 14, 18, 19. κάρτα κατακορέως (κατακορέως). Transpositiones; 51, 23. οὐδὲ νῦν (νῦν οὐδὲν) 4, 5. Coniunctiones; 56, 45. μένῃ (μὲν ᾗ) 1, 2, 3, 4. 104, 19. ξυντάσει (ξὺν τάσι) 1. 27, 23. παρήμερον (παρ' ἡμέρην) 5. Distractiones; 108, 11. ἀλλ' ἃ (ἀλλά) 5. 49, 35, 36. ἔσω ὠθεῖν (εἰσωθεῖν).

Expositis Variantium Lectionum originibus; quae sunt mera scribae indocti aut indiligentis ac festinantis σφάλματα, vel quae vocis structuram magis quam sensum afficiunt (utcunque ars critice solet aliquando et his et illis uti ad veritatem lectionis eruendam;) accedo ad eas, quae sensum aliquo modo explicant aut variant.

SYLLABUS VARIANTIUM LECTIONUM.

3, 32. ἀνάκλισιν) ἀνάκλησιν, 2. Ionice, pro ἀνάκλασιν ab ἀνακλάω. Ἀνάκλησις autem ab ἀνακαλέω aliud

significat; 4, 20. *ἴδια*] *ἰδέῃ*, 1, 3, 4, 5. 37. *γένυς ἐπὶ τοῖσι στέρνοισι πεπηγυῖα.* deest 5. 5, 10. *πάθος*] *ἢ πάθους*, 1, 2, 3, 4, 5. 17. *ἐκχεῖται*] 3, 4, 5. aut potius *ἔκκειται* ab *ἔκκειμαι*. 37. *χυλοὶ*] *ἴσως χυμοί*. 6, 33. *διαπάρσιες*] *διαπαρέσιες*, 1, 2, 3, 4, 5. Reperio *πάρεσις*, non *διαπάρεσις*. 7, 15. *κάρτα πονηρὴ*] *καταπολερὴ*, 1, 2, 4, 5. Forsan *κάρτα θολερή*. 8, 22. *ἀπορίης*] *ἀπειρόης*, 1, 2, 3, 4, 5. 8, 39. *ταῦτα*] *ταῦτα πάντα*, 1, 2, 3, 4, 5. 9, 10. *ξύνδοσις*] *ξύνοδος*— vox altera in alteram transit facili metathesi literarum. 9, 33. *πύος*] *πτύον*, 1. alibi. *διακονευμένης*] *διακενευμένης*, 1. a *διακενόω*, a *διάκενος*: *ου* enim ab *-όω*, uti et ab *-έω*, in *ευ* migrat. Lege Dial. Gr. Ling. p. 209. B. 13, 34. *ἀποτιθέεται*] *ἀποτίθεται*, 2, 3. Vide Coniectur. 42. *περιόδοισι*] *προθεσμίῃσι*, 2, 3. 15, 49. *ἐμφύνει*] *ἐμφύει*, 2. Sic 20, 55. Vid. Coniectur. 16, 5. *ἡ καρδίῃ*] *τῇ καρδίῃ*, 1, 2, 3, 4, 5. 18, 54. *ἀπολελημμένη*] *ἀπολελυμένη*, 1. uti legitur 25, 40. 19, 33. *τῇδε*] *τῆς δὲ*, 1, 2, 3, 4, 5. 19, 54. *καὶ ἀφωνίη* deest; 20, 18. *διήλλαντο*] *διήλαντο*. Vid. Indic. in *διάλλομαι*. 21, 25. *ἀλλ' οὐδὲ τὸ δέρμα μαλθαζούσης* deest. 1. 32. *εἶδον*] *ἰδέην*, 1, 2, 3, 4. Lege Editoris Not. 22, 25. *ξυμφορὴ*] *ξυμμορφὴ*, 2, 4, 5. (sic 23, 15. et 54, 2.) Facilis est literarum transpositio. Vox *ξυμμορφῆ* occurrit 24, 24. ubi lege Editoris Not. 23, 28. *ὀξύτατα*] *ὀξύτητι*, 1, 2, 3, 4, 5. 35. *περίτασις*] *περίστασις* — quae vox occurrit 64, 31. 35. *ἔπειτα χολώδεες*, etc. usque ad *σφυγμοὶ* deest 1. 24, 6. *καὶ ἔνθα* deest 3, 23 *καινῷ κάρῳ*] *καὶ νῷ κάρος*. Sensu sane commodissimo. 24. 45. *ζωώδεες*] *ἴσως ζοφῶδες*. 24, 53. *ὠκίστη*, 1, 2, 3, 4, 5. 27, 6. *οὐ γὰρ τοῦ σώματος* deest; 5. 31, 43. *ἀπηνδρώθησαν*] *ἀπηδρώθησαν*, 3. Reperio *ἁδροῦμαι*, *adolesco*, non *ἀφαδροῦμαι*, quod haec lectio exhibet: cum *π* pro *φ*, Ionice. 33, 52. *ξυμφυέα*] *ξυναφέα*, 5. quae vox legitur 34, 13, 14. *ἢν δε*, etc. usque ad *παραλύεται* deest, 5. 27. *ἴσχει*, etc. usque ad *ἐξ* deest, 3. 35, 47. *τοῖσι*, etc. usque ad *περιτάσι* deest, 1, 3, 5. 36, 47, *ξυντεταμένος*] *ξυντεταγμένος*— sic 40, 5 *ἀνατέταται*] *ἀνατέτακται*, 2, 3. 37, 23, 24. *καὶ ὑγιάζονται*, deest 5. 53. *ἐγκέεται*] *ἐγκαίεται*, 2. Sic 124, 26. et 124, 52. *ἐγκεομένης*] *ἐγκαιομένης*, 2, 3. 40, 12. *κολλώδεα*] *κολπώδεα*, 1. 41, 4. *πνευμῶδες*] *πνευματῶδες*, 1. *ἔμπλεως*] *ἔμπλεω* (sic 42, 6.) 1, 2 Terminatio *-ω* pro *-ων* authoribus est familiaris; lege Dial. Gr. Ling. p. 28. C. et p. 29. D. 42, 7. *ἠδὲ*] *ὅδε*, 1, 2, 3, 4, 5. 7. *μίμνωσι* deest, 43, 35. *θίξει*] *θήξει*, 2, 3, 5. Consule H. Steph. Thes. in voce *θῆξις*. 44, 15. *ἥττοιτο*] *ἥττητο*, 1, 4. *ἥττητο*, 2, 3. Vid. Coniectur. 45, 26. *παντὶ μὲν*, etc. usque ad *παντὶ δὲ*

deest, 1. 46, 19, 20. λευκόχλωροι] λευκόχροοι, 2, 3. 48, 30. ἴῶνται] ἴῆνται, 1, 2, 3, 4, 5. Hoc verbum ubi formatum reperiam, nescio, nisi in Perfecto, ἴημαι. 49, 7. καὶ ἕτερον deest, 2. 52, 14. διαβάθρῃ] διαβαθρεῖ, 1, 2, 3, 4, 5. Vide Coniectur. 52, 29. καὶ ἐπίσχῃ deest, 1, 3. 53, 14. τοῖσι — ἀλλὰ] οὐ τοῖσι — ἀλλά. 3. ξυνῷ ὁμοβιαίῳ] ἴσως, ξὺν ὁρμῇ βιαίῃ. 54, 17. ἐπὶ τῇ ῥαγῇ] ἴσως, ἐπὴν δέ τι ῥαγῇ. διαΐσσει] διάσσει, 1. Vide ἄσσονται in Indic. 57, 36. ὀλιγοσιτίῃ] ὀλιγοποσίῃ, 3, 4. 59, 18. λευκόχλωροι deest. 60, 46. κωφοῦ] κουφοῦ, 1, 2, 3, 4. 61, 14. πλεῦνα] πλεύμονα, 1, 2, 3, 4, 5. 62, 56. ἐκδιδάσκει] ἐκδιδράσκει, 2, 3. 64, 32. πεπνυμένοισι] πεπνυμένῃσι, 2, 3. 64, 53. τόκῳ] κόπῳ, 5. 65, 7. συνήφθη] συνήχθη, 2, 3. 9. μορίοισι] μηρίοισι, 2, 3. 17. καὶ ἰσχιάδος deest, 1. 66, 33. ξὺν, etc. usque ad νεφρῶν deest, 1. 68, 10. ὠσὶ] ὤμοισι, 1, 4. 21. οἱ μέσοι] ἴσως, ἢ μέσων 69, 23. οὐ deest 1, 2, 3, 4. 69, 33. ἐπιπολαίως] ἐπιπολῆσι, 1, 4. quae vox legitur paulo ante l. 2. 38. οὐ deest, 1. 70, 12. ῥύπεϊ] θρύψιες — Vid. Coniectur. 70, 2. τοῦ ἀνθρώπου] τὸν ἄνθρωπον, 1, 2, 3. et lege προαποθνήσκειν, uti in Var. Lect. V. A. G. v. l. 12. οὐ, deest, 1, 2. 73, 2. βληστρίζεσθαι] ἤγουν ὀλισθαίνειν. 75, 41. πεῖσιν] πῆσιν, 1, 2, 3, 4. Vox πῆσις non in Lexicis occurrit, regulariter tamen ab obsoleto πήθω derivatur. 76, 3. ἡ γαστὴρ, etc. usque ad κοῦφον deest. 2. 76, 14. πρησιας] ἤγουν πρίσματα. 24. πρηδόνες] ἤγουν ἀναθυμιάσεις. 46. καὶ νεύρων κοινωνίης deest, 4, 5. 52. τῷ] τὸ, 1, 2, 3, 4, 5. 77, 54, 55. εὐαφὴς, στρώματα] εὐαφὴς στρώματι, 78, 11, 12. καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὀχετευθῇ deest. 5. 34. κεγχρίδων] κογχαρίων, 4. κογχαρίδων, 5. 43. αἰσθήσιες] ἀλθήσιες, 4, 5. 79, 4. χρέεσθαι] χρίεσθαι. 7. περιτάσιες] περιστάσιες, 2, 3. 8. εἰρυομένου] εἰργομένου, 2, 3. 36. μὴ deest, 2, 3. 37. ἐνεξέσθη, κυάθοις τρισὶ] ἐνίζεσθαι κυάθων τριῶν, 1, 2, 3, 4, 5. 80, 21. οἰδαλεηθήμεναι] οἶδ' ἀλαιηθήμεναι, 1, 4. Legerem forte οἶδ' ἀλεηθήμεναι (ab ἀλεαίνομαι) i. e. *novit incalescere.* Vide etiam Coniectur. 81, 7. καὶ ὑγρῆναι deest, 1. 82, 29, 30. ἢ ξυμπάντεσι ξυμμεμιγμένοισι deest. 1. 33. κρησέρῃ] ἤγουν κοσκίνῳ. 82. 49. νίτρῳ Αἰγυπτίῳ] νίτρον Αἰγυπτίου, 1, 4, 5. Omitte ξὺν, ut genitivus a τριπλάσιον regatur. 83, 43. ἀεὶ] οὐκ ἀεὶ, 1, 3, 4, 5. 85, 38. τάς δε] τά δε, 4. 88, 27. καὶ μήκεϊ, etc. usque ad ἀπὸ deest, 1, 4, 5. 89, 53. καὶ ποτῶν deest. 5. 90, 2. τοῦ μὴ] ἴσως μὴ τῆς. 25. φλεγμασίῃ] θερμασίῃ, 2, 3. 92, 3. ἄγλισχρον] ἤγουν καθαρόν. 92, 55. πικέριον] μελίττωμα. 95, 47. ἐξ ἀναγωγῆς] ἴσως, ἀναγωγαί. 48. et 56. ῥήξιος] τήξιος, 1, 2, 3, 4, 5. 98, 13. τα-

μισὸς] *πυτία*, 1, 3, 5. 98, 43. *τρωμάτων*] *χρωμάτων*, 1, 2, 3, 4, 5. 99, 3. *κατὰ*] *ἴσως*, *καὶ τὰ* 99, 32. *φὰρ*] *ζειά*, 2, 5. 51. *ἑτέρων*] *ἕτερον*, 1, 2, 3, 4, 5. 100, 31, 32. *φλεγμασίης τὶ ὑποχόνδριον*] *ἴσως φλεγμασίη τίνος ὑποχονδρίου*. 34. *σμικρῆς*, deest, 1. *τομῆς* deest 5. 101, 21. *ἀμφύει*] *βλαστάνει*. 101, 45. *ὑποικουρέωσι*] *ἤγουν ἐνδομυχῶσι*. 57. *ἐπὶ τοῖσι δὲ συνανέχειν*] *ἐπὶ τοῖσι δὲ ἀνέχειν*, 5. 102, 17. *ἀνειλήφθω*] *ἀνηλείφθω*, 1, 2, 3, 4. *ἄσηρον*] *ἄχρηστον*, 18. 1, 5. 104, 24. *πρόσθεσιν* deest, 2, 3. 105, 20. *ἔντασις*] *ἔνστασις*, 1, 2, 4, 5. quae vox legitur: 130, 49. 106, 2. *φωχθέντων*] *ἤγουν φρυχθέντων*. 19. *κογχαρίων*] *ἐχόντων μέγα κάλλος*, 1, 5. 26. *ἄπνος*] *ἄπονος*, 1, 2, 3, 4, 5. 108, 22. *ἀναλάβῃ*] *ἀναβάλλῃ*, 2, 3. *ἀναθύσσῃ*, 1, 4, 5. *ἀναθύω*, H. Steph. in Thes. exp. *ἀναλαμβάνω τὸ πρᾶγμα διὰ χρόνου*, *ad opus intermissum quasi cum impetu feror*. 32. *ῥῆξιν*] *δῆξιν*, 1, 4. 41. *εἰλευμένου*] *συστρεφομένου δηλαδή*. 109, 50. *πριονίτης πριονίτις ἴσως βριονίτης*. 110, 15. *στραγγουρίη* deest, 1, 32. *χυλῷ*] *χυμῷ*, 5. 111, 6. *τὴν τριχάδα*] *τήν τε ὑποκάτω τῆς βαλάνου*. 24. *πάθεϊ*] *βάθεϊ*, 2, 3, 4. 26. *ἀσηρὸν*] *ἤγουν διεστηκὸς*, 1, 5. 112, 7. *ἀγωγὰ*] *ἴσως ἀγωγοῖς* 8. *γλισχροῖσι* deest 1. 22, *πρὸς* deest, 5. 25. *οἰκευμένην*] *φερομένην*, 1, 2, 3. 113, 9. *τὴν πληχάδα*] *τὸ περίνιον*, 1, 5. 115, 44. *κάστορος τοῖ ὄρχιος*] *κάστορος ὄρχις*. 116, 21. *κατειάδιον*] *εἶδος ὀργάνου εἰς τὸ λῦσαι τὰς τῆς ῥινὸς φλέβας*, 1. 116, 55. *ἐπιξέσαντες*, *ἢ* deest, 2, 3. 118, 44. *φλέβα*, etc. usque ad *ἢ τὰς* deest 1. 119, 37. *πρόνοια καὶ ἐπιμονὴ* deest 1. 120, 17. *ὑγείης*, etc. usque ad *θερμολουσίη* deest. 121, 6. *καὶ κινδυνώδεος*, etc. usque ad l. 26. l. 23. *λειποθυμίη* deest, 3. 121, 37. *μύδησιν*] *σῆψιν*, 1, 122, 21. *γαλεοὶ*] *τὰς γεμφίτζας λέγει*, 1. vox barbara. 122, 50. *βέμβηκα*] *τροχὸν*, 1. *βέβικα*. 123, 41. *ὡραίοισι* deest, 2. 124, 16. *ἀμοργὴ*] *ἡ τρυγία τοῦ ἐλαίου*, 1. 125, 32. *νήστιες*] *οἱ πρὸ τροφῆς*, 1. 133, 15, 16. *καὶ ἡ ἀναπνοὴ* deest.

VARIAE LECTIONES.

Litera G, vocem vocesve Graecas hanc proxime antecedentes ita in *Goupyli* Editione: O, in *Oxoniensi*, legi indicat; H, eam easve in *Harleyano* Codice: V. in *Vaticano:* A, in *Augustano:* F, inter *Fabricii:* M, inter *Maittarii:* G. v. l. inter *Goupyli* Varias Lectiones: H. m. in *Harleyani* Codicis Margine, V. m. in Margine *Vaticani*, inveniri significat.

1, 2 *ἐν* G, *τῶν ἐν* V. 4 *βληχρὴ* G. *βληχροὶ*, V. G. v. l.

2, 1 *εἴδεος* G. *ἴδεος* A. V. *ἰδέας* G. v. l. *δέος* (*ἴσως*) G. v. l. 7 *βέμβικι* G. V. *βέβικι* A. *κατέβαλε* G. V. *κατέλαβε* A. 13 *τουτέων* G. V. *ἴκηται, τουτέων* A. *ἧκεν. ἣν ἕρπον* G. *ἧκεν. ἕρπον* V. 16 *ἐκδιηγῶνται* V. *ἐνδιηγῶνται* G. 17 *ὁκόσοισι* G. *ὕκος οἶσι* V.

3, 1 *ἐπίῃ* G. *ἐπὴν* V. 4 *ἐμπειρίης* G. *ἀπειρίης* V. G. v. l. *ἀνακλάειν* G. *ἀνακλάνειν* V. G. v. l. *ἀνακλάζειν* G. v. l. 7 *ἡμέρην* (*ἴσως*) G. v. l. *ἡμετέρην* G. V. 10 *κέεται* G. *καίεται* V. *ξυνέρχονται* G. V. *ξυνέχονται* M. 14 *ἄλλοτε* G. V. *καὶ ὅτε* A. *εὖτε* G. *ἤν τε* V. A.

4, 2 *ξυνερείσουσιν* G. *ξυνερίσσουσιν* V. 9 *ἐξαληλίφθαι* G. *ἐξηληλεῖφθαι* V. 10 *κοτὲ* G. H. *ποτὲ* V. A. 15 *καὶ εἰ μέγα ἐμβοῆς* G. *καὶ εἰ μέγα ἐμβοεῖς* V. *καὶ μέγα ἐμβοεῖν* G. v. l.

5, 10 *ἢν* G. *ἐν* V. G. v. l. 12 *ἀναπνέῃ* G. *ἀναπνοὴ* V. G. v. l. 14 *δὴ* G. *δὲ* V. G. v. l.

6, 3 *Κεφ. ϛ'.* G. *η'.* V. 4 *ῥηΐδιοι* G. H. *ῥηϊδίως* V. G. v. l. 6 *ξυμπαθέα τῇσι ἀρχῇσι γίγνεται* G. V. *τῇσι ἀρχῇσι γίγνεται ξυμπαθέα* H. 7 *ἐς* G. *ἐπ'* H. A. *ἐπ' ἐς* V. 12 *ἀνάκλισιν* G. H. *ἀνάκλησιν* V. *Ὀπισθότονον* G. H. *ὀπισθότατον* V. 13 *Ἐμπροσθότονον* G. H. *ἐμπροσθότατον* V.

7, 2 *ἀμβλώματι* G. H. *ἀμβλώσει* V. A. 4 *ψύξις δὲ κάρτα* H. V. A. *ψύξις κάρτα* G.

8, 1 εἰρῆσθαι G. ἠρεῖσθαι H. V. F. G. v. l. 3 σφηνὶ διὰ ῥηϊδίως στῆσαι G. σφηνὶ νὴ Δία ῥηϊδίως στῆσαι H. M. σφηνὶ ῥηϊδίως στῆσαι V. 5 τὶς G. V. M. τι H. V. 9 ἐρυθρὰ G. ἐρευθῆ H. V. 15 ἐκχεόμενα G. H. ἐγχεόμενα V. κύστιος H. κύστεος G. V. 16 Σπασμῶν G. σπασμὸς H. V. A. Ἴδια H. ἰδίη G. V. ἰδέη V. m. ἑκάστης G. H. V. ἕκαστος A. 17 ὅλου G. H. V. ἥλου A.

9, 2 ἀγκύλει H. V. ἀγκύλλει G. 3 βρόχος G. H. V. βρόγχος F. 5 ῥωχμὸς G. H. V. ῥογμὸς F. 7 κεκλασμέναι· σκίλεα ξυγκεκαμμένα· ἐναντίως H. V. G. v. l. κεκλασμέναι· ἐκαντίως G. 8 ξυγκεκαμμένα H. V. G. v. l. ξυγκεκαυμένα A. ἰγνύϊ G. V. ἰγνύη H. 11 ὅλη H. V. A. ἕλκει G. κεφαλὴ H. κορυφὴ, κεφαλὴ G. V. 12 πεπηγυῖα G. H. περιπεπηγυῖα V. A. 18 ἔη G. ἔην H. V. A.

10, 3 ἐπὶ G. H. V. ἔτι A. 12 ἐπαρκέει G. V. ἀπαρκέει H. 13 ἐθέλοι τὰ μέλη, ζῶντα ἂν διατμῆξαι καὶ κατάξαι G. ἐθέλοις ζῶντα τὰ μέλη, διατμήξαις ἂν καὶ κατάξαις H. 14 κατάξαι G. κατατάξαι V. G. v. l.

11, 3 πάθος G. ἢ πάθους H. V. G. v. l. ὠυτέου G. H. ὠετέου V. A. αἰτίην G. H. αἰτίαν V. A. 4 ἐπιγλωττίδος G. H. V. ἐπιγλώττιδος A. 6 προβάλλουσι G. προσβάλλουσι H. V. A. 8 ὑπὲρ G. ὑπὸ H. V. G. v. l. ἐκχεῖται G. ἐκκεῖται H. V. F. 10 προβολῆς G. προσβολῆς H. V. 12 ξύμπτωσις G. V. m. ξύμπτωμα H. V. 17 ἔμμεναι G. H. ἔμεναι V. A. πονηρὴν G. H. V. πονηρὸν A.

12, 1 τρεπομένου ἄνευθεν G. V. προτρεπομένου ἄνωθεν H. 3 Χαρωνίοισιν αἱ G. V. Χαρήνοισι καὶ V. ὀξυτάτῳ H. V. ὀξύταται G. 5 τὸ σῶμα G. H. τὰ σώματα V. γλώσσης G. H. V. λύττης (ἴσως) G. v. l. 6 οὔτι G. H. οὔτοι V. 11 ἴκελαι H. G. (γρ.) ἴκελαι G. ἰκέλαι V. ἀπὸ G. H. V. ἄνευ F.

13, 13 ὑπογίγνηται G. V. ὑπογίγνεται H. 16 γαργαρεὼν G. H. V. γαργαρέων A. 17 ἀφωνίη. Πνὶξ ἢ H. V. G. v. l. (γρ.) ἀφωνίη, πνίξ. ἢ G.

14, 1 κραταιοτέρη G. V. κρατεοτέρη H. 3 ὅπη G. H. ὅποι V. 5 ἀπέθανον G. H. ἀπέθανε V. 6 ὁκόσοις V. A. ὁκόσον G. H. τρέπηται G. H. τρέποιτο V. 7 Κυνάγχην ἀπὸ Συνάγχης O. Συνάγχην ἀπὸ Κυνάγχης G. H. V. 9 ἢ σικύη G. εἰ συκίη V. 11 εἵλκυσε G. H. V. εἵλκωσε G. v. l. 13 ἀπετάθη G. H. ἀπεστάθη V. 14 ἔπνιξε G. v. l. ἐπανῆξε G. H. V. 15 διαπάρσιες G. διαπαρέσιες V. διαπερέσιες H.

15, 2 ἐκκρεμὲς A. V. ἐκκρεμὲν G. H. F. μεσηγὺ G. μεσσηγὺ H. F. μεσυγὴ V. στεῤῥὸν G. H. στέρνον V. παρι-

σθμίων H. V. παρσθμίων G. 9 εἰ G. H. εἰ δὲ V. στρογγύλεται G. V. στρογγυλαίνεται H. 13 λαίφεα H. F. λαίπεα V. λέπεα G. πτέρυγες F. G. v. l. (γρ) πτέργες G. πτερύγεσιν H. V. 16 Κιονὶς G. H. ἡ κιονὶς V. τι G. V. τινὰ H. δὲ G. V. H. καὶ A.

16, 3 δικρόα G. δίκρεα H. V. 4 πάθος G. H. πάθεος V. 8 γαργαλισμὸς G. V. γαργαρισμὸς H. 9 τι G. V. τινι H. 11 κάρτα πονηρὴ G. κατὰ πονερὴ H. V. 12 συμπαθίη G. H. V. συμπαθιεῖ F. 14 πολύαιμοι G. V. πολύαιμος H. 15 παισὶ G. H. παιδίοις V. A. πάντα μὲν ἀσινέα H. V. πάντα ἀσινέα G.

λι
17, 5 ῥυπαρὰ H. λιπαρὰ G. V. 12 νέμηται G. H. V. νεμῆται A. 15 ἐκινήθησαν, καὶ ἐμελάνθησαν, καὶ ἐς G. V. ἐκινήθησαν, καὶ ἐς H. 17 κακωδίη G. κακοδώη H. V. κακοδύνη G. v. l.

18, 2 οὔτε G. H. οὐδὲ V. 4 τρηχέων G. H. V. τροχέων A. 7 διακονέεται G. V. διαχωνέεται H. διακηνέεται A. 14 μέγα H. V. A. μεγάλα G. 16 ἡ Αἴγυπτος H. Αἴγυπτος G. V.

19, 2 κριθέων G. H. κνηθέων V. G. v. l. δριμὺ δὲ τὸ G. V. δρῆ δὲ καὶ τὸ H. 3 Συρίῃ, μάλιστα κοίλῃ G. H. κοίλη Συρία μάλιστα V. A. 4 μὲν G. H. δὲ V. 7 ἐμπνέουσι G. V. ἐκπνέουσι H. 8 ἀσηροὶ H. ἀσειροὶ G. V. 12 κατακέωνται G. κατακαίωνται H. V. 13 ἀπορίης G. ἀπειρίης H. M. V. ἀπειρίοις A. 15 ἠρεμίην G. ἐρημίην H. V.

20, 2 βράγχος G. V. βράχος H. 9 πτυάλοισι G. H. πτυέλοισι V. 10 ταῦτα ἀλλήλοισι G. ταῦτα πάντα ἀλλήλοισι H. V. A. ξύμπνοα V. ξύπνοα A. ξύμπνοια G. H. 11 ἄλλο H. ἄλλα G. V. 12 ἅμα G. V. ὁμοῦ H. 15 ὁ ὑμὴν G. οὐ μὴν H. V. G. v. l.

21, 5 ὑπόξανθον G. H. V. ἀπόξανθον A. 11 οἵδε θνήσκουσι G. H. οἵδε δὲ θνήσκουσι V. 15 ξύνδοσις G. V. H. m. ξύνοδος H. M.

22, 9 ἀναβήσσουσι G. H. ἀναβήσσωσι V. 15 ἀνα-
ζε
καθίνυσθαι G. V. ἀνακαθίνυσθαι H. ἀνακαθίζεσθαι M. 16 πύος G. H. V. πύον A. πτύον G. v. l.

23, 2 κορυφὴν G. V. κορυφὴ H. προβάληται G. προσβάληται A. προσβάλληται H. V. G. v. l. 5 γίγνοιτο G. H. γένοιτο V. 6 ἑτέρων τὸ G. V. ἑτέρων οἵδε τὸ H. 12 πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ αἰτίῃ, οὐδὲ σμικρῇ φλεγμονῇ H. V. G. v. l. πάθοιεν ἐπὶ σμικρῇ φλεγμονῇ G. τοῖσι

μεγάλοισι G. V. *τῇσι μεγάλῃσι* H. 15 *μεγάλη* G. H. V. *μεγάλα* A.

24, 1 *Περὶ Αἰτίων καὶ Σημείων Ὀξέων Παθῶν, Βιβλίον δεύτερον. Τάδε ἔνεστι ἐν τῷ δευτέρῳ Βιβλίῳ* G. H. *Ὀξέων Παθῶν Αἰτίαι* (*Αἴτια* A.) *καὶ Σημεῖα* V. A. 9 *πλεύμονος* H. *πνεύμονος* G. V. *πνεύμονα* A.

25, 5 *μακρὸν* V. G. v. l. *μακρὰν* G. H. *ἀμβολὴ* G. H. V. *ἀβολὴ* A. 6 *ζώει* G. H. *ζώη* V. *μὴ* F. *μὲν* G. H. V. 11 *φλεγμήνῃ* G. V. *φλεγμαίνῃ* H.

26, 1 *θέλουσι* G. H. *ἐθέλουσι* V. 4 *ἄκρη* G. H. V. *ἄρχη* A. 15 *ἐπανείρῃ* G. *ἐπανήρῃ* H. V. 16 *ἄκρεα* H. V. *ἄκρα* G.

27, 1 *γρυποὶ* F. *ἄγρυπνοι* G. H. V. *σφυγμοὶ* H. V. *σφιγμοὶ* G. 3 *κοτε* G. H. *ποτε* V. A. *τρέπηται* G. H. *τράπηται* V. *τράκειται* A. 4 *κοιλίης* V. A. *κοιλίῃ* G. H.
νειαίρην
5 *νειαίρην* G. *ἱερὴν* H. *ἱερὴν* V. G. v. l. 8 *πύος* G. *πύον* V. *ἕλκος* H. 15 *ἐκχύσι* G. H. *ἐγχύσει* V.

28, 1 *τοι* G. H. *τι* V. 3 *Αἵματος* G. V. *Αἱμάτων* V. 6 *ἀναχρέμψισι* V. *ἀναχρέμψουσι* H. V. G. v. l. 8 *ἀνάχρεμψις* G. H. V. *ἀνάχρεψις* A. 9 *Ἔμπτυσις* G. H. V. *Ἔμπυσις* A. *ἐπὶ δὲ* G. *ἐπεὶ δὲ* H. *ἐπειδὴ* V. 10 *βραχείη* H. V. A. *βραχέῃ* G. 11 *ἔῃ* G. *εἴη* H. V. A. *οὔκοτε* G. H. *ὁκότε* V. A. 12 *Πτύσις* G. V. *Εμπτυσις* H. 14 *τρηχείης* H. V. *τριχείης* G. 16 *δ'* G. H. *δι'* V. A. 17 *ὁκόσα* G. H. *ὁκόσον* V. A.

29, 5 *ἦχοι* G. H. V. *ἦχον* A. 6 *διατάσιες* G. H. *διαστάσιες* V. *σκοτόδινοι* V. A. *σκοτόδινος* G. H. 8 *ἀθρόον* G. H. *ἀθρόῃ* V. *ἀθρόον δὲ καὶ* H. V. A. *ἀθρόον καὶ* G. 10 *ἴσχεται* H. V. A. *ἴσχνεται* G. 12 *ἔῃ* G. *εἴη* H. V. A. *γαργαλισμὸς* G. V. *γαργαρισμὸς* H. 13 *βύζεται* G. *σβέννυται* M. H. *σβύζεται* V. H. m. *βύεται* H. m. *οὐ* O. *εὖ* G. H. V. 14 *βήσσουσι* G. H. V. *βιώσουσι* A.

30, 1 *ξὺν ναυτίῃ* V. *ξὺν αὐτῇ* G. H. *ὡς* G. H. V. *ἕως* A. 3 *Πτύσιος* G. H. V. *πτώσιος* A. 8 *μὲν ἐς* G. V. *δὲ καὶ* H. 17 *φθορῆς* H. V. G. v. l. *φορῆς* G.

31, 1 *αἵματος* G. H. V. *αἵματα* A. 2 *του τῶν* H. *τούτων* G. V. 3 *ἔῃ* G. *εἴη* H. V. A. *διακονευμένης* G. H. V. *διακινευμένης* G. v. l.

32, 1 *ἢ* G. H. V. *ἡ* A. 3 *ἐξαπιναίως* G. H. V. *ἀπιναίως* A. 4 *ἐντάσι* G. V. *ἐκτάσι* H. 6 *διαβρώσιος* V. A. *βρώσιος* G. H. 11 *λεπτυνθέντα* G. H. *λεπτωθέντα* V. *ἀπαναλωθῇ* G. H. *ἐπαναλωθῇ* V. A. 12 *ἐξ ἀραιώσιος* V. A. *ἐξαραίωσις* G. H. 14 *ἀποτιθέεται* G. H. *ἀποτίθεται* V. A.

33, 3 τὰ V. τάδε G. H. 6 ἀντιπερίῃσι H. V. G. v. l. ἀντιπερίοισι G. 7 διαφορὴ G. V. H. m. ἀναφορὴ H. διαστροφὴ H. m. εἰ G. ἢ H. V. 14 συμφύει H. V. A. συμφέρει G. ἢν G. H. ἡ V. 15 μακρὴ H. V. G. v. l. κακὸν G. 16 ἀφικνέεται G. H. ἀφικνεῖται V. A.

34, 2 ἔμψυξις G. H. V. ἔκψυξις A. 10 ἀνεπτύσθη G. H. ἀπεπτύσθη V. 13 ἀρτηρίαι G. H. αἱ ἀρτηρίαι V.

35, 4 μετεξετέροισι δὲ καὶ μέσφι H. μετεξετέροισι οἵδε μέσφι G. V. 6 κοτὲ G. ὅτε H. V. 7 ἀποσιτίη G. H. ἀποσιτίης V. A. 8 ἀλλὰ ῥεμβώδεες G. H. ἀλλ' ἐρεμβώδεες V. F. 13 ἅμα ἀλίζεται G. V. αἷμα ἀλλίζεται H. 14 πολὺ V. πολλὰ F. πολλὴ G. H. 16 τῆς G. V. καὶ H. 17 τρηχείης G. H. V. τραχείης A.

36, 1 πόνου F. πόνος G. H. V. 3 εἰ G. V. ἢ *H.* 7 ἄλλῃ G. V. ἀλλ' εἰ *H.*

37, 4 ἔαρος G. H. V. θέρους F. 7 εἰρῆσθαι G. εἰρήσθω H. V. 10 οὕτως H. V. οὕτω G. ὡς ὁρῇν G. H. V. ὃς ὁρῶν F.

38, 5 ὠκυφόνου F. M. ὦ κύφων οὗ G. H. V.
8 πρήγματος H. V. A. πράγματος G. 14 μεθίῃσι G. V. μεθίῃ H. 15 θωῦμα G. H. θῶμα V. A.
16 μερέων G. H. μερῶν V. A. περ ἐμφύνει G. παρεμφύνῃ H. A. παρεμφήνῃ G. v. l. περ ἐμφύῃσι F.

39, 2 ὧδε G. H. V. τῶδε A. 5 ἐστάθη V. A. ἐτάθη G. H. 9 ἕλκει G. V. ἕλκεται H. 11 ἡ καρδίη G. H. τῇ καρδίῃ V. A. 13 στόμαχος G. H. V. στόμαχον A. χωρίον G. H. V. χώριον A. 14 ἀτονίην G. H. ἀπονίην V.

40, 6 ὡς ἰδεῖν G. H. V. ὠσιδυεῖν A. 7 εὐσταθέστεροι G. V. εὐσταθεστέρῃ H. καθαρώτεροι G. V. καθαρωτέρῃ H. 11 ἧς G. V. οἷς ἧς H. νούσου G. H. V. νοῦσος A. 15 γὰρ καὶ ἔῤῥωται H. γὰρ ἔῤῥωται G. V.
16 σημαίνει G. H. συμμένει V.

41, 5 Καύσων G. V. Καύσωνος H. 9 κατακορέως G. H. V. κατακόρως A. 14 ψυχροῦ G. V. ψυχροῦ τ' H.

42, 1 ἐπομβρίην G. H. V. ἐποβρίην A. 3 μεταβάλλουσι G. H. V. μεταβαίνουσι A. ἐπὴν οὖν G. H. V. ἐπὸ νοῦν A. 4 ἄσχετος ἱδρὼς πάντῃ τοῦ σώματος G. H. ἱδρὼς πάντῃ τοῦ σώματος ἄσχετος V. A. 14 ἀλλοφάσσειν F. ἄλλο φασὶ G. H. V. 15 θωυμάζουσι G. H.

θωμάζουσιν V. A. 16 κατοιχομένων G. H. κατοιχουμένων V. 17 ὀρεῦντες G. H. V. ὀρεοῦντες A.

43, 4 ἐρέουσι G. H. V. ὀρέουσι F. 7 τοι G. V. τι H. ἐξηερωμένης G. V. ἐξιερωμένης H. G. v. l. 15 ἀπεψίαι H. V. A. ἀπέψιες G. 17 ῥηϊδίως ἄπονος G. H. V. ῥηϊδίως, ἀπόνως (ἴσως) G. v. l. ῥηΐδιος, ἄπονος A. 18 ἐντάσεσι G. H. ἐν τὰ σε V.

44, 1 μέζονες H.. μείζονες G. μείζους V. A. 2 ἀπορίη, ἀποσιτίη G. H. ἀποσιτίη, ἀπορίη V. A. 9 οὖρα σχεθέντα κύστει V. A. οὖρα σχεθεῖσα κύστις G. οὖρα ὅμοια, ἣν ἡ κύστις σχεθῇ H. 12 ξυνεχέες G. H. V. ξυνοχέες A. 12 κενεαὶ G. κυαναὶ H. V. G. v. l. 14 σπασμῷ G. H. V. σπασμὸς A. 15 θέρος H. V. A. θέριος G. 16 ἀκμαζόντων G. H. V. ἀμαζόντων A.

45, 4 ὀλεθρίην G. H. ὀλέθριον V. 11 Χόρδαψος τοιοῦτόν G. H. V. Χόρδαψος δὲ τοιοῦτόν A. οὔνομα· ἔψησις H. οὔνομα δ' ἔψησις G. V. οὔνομα δὲ ἔψησις A. 13 τὰ μεσηγὺ G. V. τά τε μεσηγὺ H. 16 ξυνηθέων G. H. V. ξυνήθων A.

46, 1 σηπίης G. H. σηπίησιν V. A. δὲ οὐδὲ πληγὴ V. A. δὲ πληγὴ G. H. 2 ἄδδην G. H. ἄδην V. A. 3 τὸν G. H. τὸ V. 5 οἶσι περ G. οἶσπερ H. V. A. 10 πολλοῖσι V. πολλοῖσι G. H. (λοὶ) ἐπὶ τούτοισι G. H. ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισι V. A. 11 πύος G. H. πύον V. A. 13 ἢν H. V. εἰ G. 16 μέσφι G. H. μέχρι V. A.

47, 1 φλέγματος G. H. φλεγμάτων V. G. v. l. φλέγματα A. ἐμοῦσι G. H. V. ἐμοῖσι A. 4 μηδὲ G. V. μηδὲν H. 8 ξυνεμπίπτει G. H. V. ξυνεπίπτει A. 9 ξυνόντα G. V. ὀξύνοντα H. F. ξυμμορφὴ G. H. V. συμφορὴ F. 10 πύος G. H. πύον V. A. ἐγγένηται G. H. V. ἐγγένη τε A. 11 πόνος δὲ ἰσχνὸς G. H. V. πόνος ἰσχνὸς A. 13 διαΐσσει F. διάσσει G. H. V. 15 ἔνθα καὶ ἔνθα H. V. ἐνθάδε καὶ ἔνθα G.

48, 1 ἕλικας F. ἴλιγας G. V. ἴλιγγας H. 10 αἵματος G. H. V. αἵματα A. 11 πύλησι G. H. σιπύλησιν *V.* 13 ὑμέσι G. H. ὑμένοισι *V.* 15 Τῇδε G. H. τῇσδε V. A. 18 ἐπίκαιρα *V.* ἐπικαίρια G. H.

49, 4 δὲ G. H. V. γὰρ F. 5 γὰρ G. H. V. δὲ F. 6 μέζονι G. H. V. μέζον A. 8 γίγνηται *V.* γίγνεται G. H. 14 ἕλκοντα ἀπὸ G. V. ἕλκοντα τὰ ἀπὸ H. 15 ἐς τὴν G. ἐστι H. V. κληΐδα G. *V.* κληΐδος H. βὴξ δὲ ἀτελὴς G. H. βὴξ ἀτελὴς *V.*

50, 9 τετυφωμένη G. V. τυφομένη ἢ H. G. v. l.

51, 3 *σὺν πλήθοις V. σὺν πλῆθος G. σὺν τούτοις καὶ πλῆθος* H. M. 6 *νούσου* H. V. A. *νόσου G.* 8 *ἀφανέα* G. H. *ἀφανέας V.* 9 *ἄλλων* G. H. *ἄλλα* V. A. 14 *διαπερήσασα G. διατορήσασα* H. V, 16 *ἐμφύνει G. ἐμφύνῃ* A. *ἐμφύῃ* H. V. A.

52, 1 *ἔξεισι* G. H. V. *ἔξεισι* A. *παρατέταται* G. H. V. *περατέταται* A. 2 *οὔνομα γὰρ τὸ* H. V. *οὔνομα τὸ G.* 4 *ἐθέλοι V. ἐθέλει* G. H. 13 *ἐμφύῃ* G. H. V. *ἐμφύνῃ* G. v. l. 17 *ἐκχεομένου* G. H. *ἐγχεομένου V.*

53, 1 *καθὲν* O. *καθ' ἓν* G. H. V. 10 *στόματος* G. H. V. *στόματα* A. 14 *ἦν* H. V. *ἦν G.* 15 *διασημαίνει* H. V. *διασημαίνῃ G.* 18 *ἐπὶ* H. V. *καὶ ἐπὶ G.*

54, 2 *ταραχώδεες* G. H. V. *αταρχώδεες* A. 5 *εἶδον G. ἰδέην* H. V. *Καῦσον* G. H. *Καύσον V.* 9 *οἷσι* G. H. *οἷς* V. A. 10 *ὄλλυνται* G. H. V. *ὄλυνται* A.

55, 3 *ἐπισπώμενοι* G. H. V. *ἐπισπάμενοι* A. 5 *ἄδδην* G. H. *ἄδην* V. A. 7 *τοῖσι ἄλλοισι Καύσοισι V. τῇσι ἄλλῃσι καύσεσι* G. H. 16 *δὲ ὄλεθρον* G. H. V. *δὲ τὸ ὄλεθρον* A. 17 *ἦτε* G. H. V. *ὅτε* A.

56, 5 *τὰ ὑποχόνδρια* V. A. *τὸ ὑποχόνδριον* G. H. *ἐπίσχεσις* G. H. *ἐπίσχεσι* A. 6 *ἐπιθυμίη* G. V. *ἐπιθυμίαι* H. 9 *ξυμφορὴ* G. H. *ξυμμορφὴ* V. M.

57, 4 *γὰρ* G. H. *δὲ* V. A. 5 *ἡ τῆς* G. H. V. *ὁ τῆς* A. 6 *διαπνεομένης* G. V. *διαπλεομένης* H. 7 *διεξίῃ V. διεξιέναι* G. H. 10 *αἵπερ* G. H. V. *οἵπερ* A. 12 *ξυνεχὲς G. ξυνεχέες* H. V.

58, 1 *ὀξείαισι G. ὀξέσι* H. V. A. 5 *μὲν τοῦ* H. *τοῦ* G. V. 6 *νειαίρῃ* G. H. *ἱερῇ* V. A. 7 *ἴζει G. ἴζῃ* H. *ἴξει* V. A. *προσωτάτω τοῦ G. πρὸς ὦτα τοῦ* H. V. G. v. l. 10 *ξυμφορῇ G. ξυμμορφῇ* H. V. A. *θανατώδες G. θανατώδεες* H. V. 13 *αἰδοῦς* G. H. V. *αἰδοῖς* A.

59, 4 *ὁκόσα μὴ ὀξύτατα ᾖ, ἐν G. ὁκόσα μὴ ὀξύτητι ᾖ, ἐν* H. V. *ὁκόσα δὲ ὀξύτητι καὶ ἐν* G. v. l. 5 *ἐν δέκα* H. *ἐν ιδ'* G. V. *ἐνδεκάτῃ δ'* A. 9 *ὄγκος* G. H. V. *ὄγκον* A. 10 *περίτασις* G. H. V. *περίστασι* A. *ὠχρὸς V. ὁ ὠχρὸς* G. H. 12 *μέζον* H. A. *μέσον* G. 13 *ἀτάξιοι* H. F. *ἀταξίῃ* G. V. 15 *βουπρήστεϊ ἐμπίπραται* H. *βουπρήστεϊ, καὶ πνεύμασι, ἐμπίπραται* G. V. 17 *πάντα κακίων* G. V. *πάντα τὰ κακίων* H.

61, 1 *ἤδε* G. V. *εἰ δ'* H. 4 *τὸν Ἐπιληπτικὸν* G. V. *τῶν Ἐπιληπτικῶν* H. 5 *ὠκέως* G. H. V. *ἀκέως* A. 11 *Κατοχώδεα* G. H. V. *αὐτοχώδεα A.*

62, 2 *Ὑστέρης G. ὑγροτέρης* H. V. G. v. l. *ὄκνος* G. V. *ὄκνοι* H. 4 *λύονται* G. H. V. *λύοντας* A. 5 *ἑκα-*

τέρωθεν *G.* ἑκάτερθεν H. V. 10 ζωώδεις *G.* ζωῶδες H. V. G. v. l. 13 κεκαμμένοι G. H. V. κεκαυμένοι A. 15 ὑποβορβορύζει G. H. ὑποβορβορίζει *V.* 16 ὠκίστη *G.* ἥκιστα H. V. G. v. l.

63, 3 ἀνοχῆες H. F. ἀνώχιες V. A. ὀχῆες *G.* αὐτῆς G. H. V. αὐτοὺς A. 8 et 10 καὶ ὑστέρη G. H. καὶ ἡ ὑστέρη.

64, 1 θείου H. θεοῦ G. V. 12 ἀμφαδὸν *G.* ἄμφοδον H. V. G. v. l.

65, 3 ἐπηρμένοι G. V. ἐπηρμένην H. G. v. l. 7 ὁμοίως G. V. ὁμοίων H. 14 καὶ ἦτε G. H. ἦτε *V.*

66, 1 Περὶ Αἰτίων καὶ Σημείων Χρονίων Παθῶν G. H. Χρονίων Σημειωτικὸν V. G. v. l. Χρονίων Σημειωτικῶν A. 2 Παθῶν G. H. Παθῶν Αἴτια καὶ Σημεῖα V. A. Χρονίων παθῶν G. H. Χρονίων Παθῶν Αἰτίων καὶ Σημείων V. A. 4 Χρονίων G. V. Προοίμιον, Χρονίων H. 6 πάμπαν G. H. ξύμπαν V. A. 10 λιμοῦ G. V. λοιμοῦ H.

68, 1 ὀδυνέων V. A. ὀδυνωδέων G. H. ὥνπερ G. V. ὥσπερ H. 3 θανάτου *G.* θάνατον H. V. 4 καὶ χάριτος G. V. χάριτός τε H. 7 μοῦνον G. H. μόνου V. 8 ταχὺ *G.* τὰ χρὴ H. V. G. v. l. ἀνασμύχει G. V. ἀνασμύχειν H. δάπτει G. V. δάπτειν H. 9 ἐκτρέπει G. V. ἐκτρέπειν H. καὶ τὴν ψυχὴν G. V. H. m. γὰρ τὴν ψυχὴν H. 13 Κεφαλαίης G. H. Κεφαλῆς *V.* κεφαλὴ σχεδίως ἐπὶ G. V. κεφαλὴ ἐπὶ H. 16 μακρῇσι καὶ πολλοῖσι G. V. μακροῖσι καὶ πολλοῖς H.

69, 1 καὶ πλεῦνον G. V. καὶ πλεῦνον καὶ H. 4 ἄλλοισι G. H. ἄλλοι V. δύσιος *G.* πτήσιος V. G. v. l. πτήσεως H. 7 τοῖσι *G.* τισὶ H. V. 9 τοῖσι *G.* τισὶ H. V. δὲ τὰ V. δὲ καὶ τὰ G. H. 10 ὅρων G. H. ὁρῶν V. A. 12 εἷς G. εἰς H. ἐς G. V. τέμνει G. V. τέμνῃ H. 13 μίμνει G. V. μίμνῃ H. 14 τόδε μοῦνον G. H. τὸ δεσμῶν V.

70, 1 κέρασι G. H. κεράεσι V. 2 σπασμώδεες G. V. σπασμωδέως H. 3 πόνος G. H. ὕπνος V. 11 ἐκτρέπονται G. H. ἐκτέρπονται V. 17 βομβέῃ G. H. V. βοβέῃ A.

71, 1 ἐγκυβερνέῃ, ἢ αὐλῶν *G.* ἐνεργέϊ νηΐ, ἢ αὐλῶν H. M. ἐν κυβερνίῃ αὐλῶν V. G. v. l. ἐνοπῇ G. H. ἐν ὀπὶ V. 12 κῆν G. H. V. καὶ ἦν A. αὐξήσει G. V. αὔξησιν H. 13 τότε *G.* τά τε H. V.

72, 6 καὶ ὥρῃ τῇ ὡραίῃ G. H. καὶ ὥρῃ τε τῇ ὡρέῃ *V.* 7 τότε G. H. κότε V. 12 ῥίζην A. ῥίζαν G. H. V. ἰητρῷ G. H. ἰητρὸς V.

73, 1 ἀπόλειψις G. H. ἀπόληψις *V*. 5 ἀνθρωπίνης H. V. ἀνθρωπίης G. 7 ξυμπάντων G. H. ξὺν πάντων *V*. 12 δυσμαθέες *G*. δυσμαδέες H. V. νωθείη G. νωθέης H. V. G. v. l. νευθείης A. 15 τρωμάτων G. H. V. τρωματέων A.

74, 2 δέ κοτε καὶ G. H. δὲ καὶ V. 3 μωραίνειν G. H. V. μαραίνειν A. 7 ὑπίῃ G. H. V. ἐπίῃ A. 8 ἐπιμηνίων G. H. V. ἐπιμονίων A. 9 ἢ ἐς φρένας G. H. ἢ φρένας V. A. 13 ἐκίκλησκον G. V. ἐπικίκλησκον H. 17 πολλῆς καὶ θηριώδεος G. H. πολλῆς θηριώδεος *V*.

75, 3 Ἀχνύμενος G. V. ἀχλύμενος H. μέλαιναι G. H. V. μέλαινα A. 4 Πίμπλαντ' G. πίμπλαντο H. V. πέμπλετο A. 7 δοκέει τε δὲ G. V. δοκέει δὲ H. 8 μαινομένοισι G. H. V. μαραινομένοισι G. v. l. 9 θυμηδίην G. V. θυμηδίης H. 12 μελαγχολῶσι G. V. μελαγχολοῦσι H. 13 ἐρημίην G. V. ἐρήμην H. 17 κοίων G. V. ὁκοίων H.

76, 3 ἀμείβεται G. ἀμείβηται H. V. 7 αἱ G. H. V. καὶ A. 8 θέρος μὲν καὶ φθινόπωρον G. v. l. θέρους μὲν καὶ φθινοπώρου G. θέρους μὲν φθινόπωρον *H. V*. 10 ἢ γὰρ G. H. V. εἰ γὰρ (ἴσως) G. v. l. 16 τὸ G. H. V. τὰ A.

77, 2 φυγανθρωπίη G. H. V. φιλανθρωπίη G. v. l. 3 ὀλοφύρσιες (ἴσως) G. v. l. ὀλοφύρσεις A. ὀλόφυρσοι G. *H*. V. 6 πονηρὸν G. *H*. πονηρὴν *V*. 7 μελάγχωρος G. H. V. μελαγχλώρης A. 8 βοροὶ μὲν, ἰσχνοὶ δὲ G. *H*. βορῇ μὲν ἰσχνοὶ *V*. θερῇ μὲν ἰσχνοὶ δὲ A. 9 ὕπνος G. H. V. ὕπνον A. 10 ἔξω φορὴν G. *H*. ξυμφορὴν *V*. 12 χολώδεα G. *H*. χολῶδες V. A. 13 ἐρυγαὶ κακώδεες, βρομώδεες, ὡς G. V. ἐρυγαὶ κακώδεες, ὡς *H*. ἐρυγαὶ κακώδεες, ὁκόσα βρομώδεες, ὡς G. v. l. 14 ὀρυγμίη *H*. G. v. l. ὀρεγμίη G. V. 16 πυκινοὶ *H*. V. πυκνοὶ G. ὅτι G. H. V. ἔτι A. τοιῶνδε τὶς G. V. τοίων τὶς *H*.

78, 3 δύσθυμον H. V. M. δύσφημον G. 11 ἄνευθε H. V. ἄνευθεν *G*. 13 Ἐκφλέγει δὲ *H*. ἐκφλέγει γὰρ G. V.

79, 1 ἧδε O. ἠδὲ G. H. V. 5 ἀτελὴς, ἣν τῷ G. V. ἀτελὴς τῷ *H*. 6 ἀκεομένου *G*. ἐγκεομένου *V*. ἐγχεομένου *H*. 13 πρὸς τὸ καμεῖν H. προσκαμεῖν G. V.

80, 2 λαγνείη H. V. λαχνείη G. 3 ἐμάνησαν δέ κοτε H. ἐμάνησάν κοτε G. V. γυναῖκες ὑπὸ G. V. γυναῖκες καὶ τοῦτο ὑπὸ H. 5 μᾶλλον ῥηϊδίως H. V. μᾶλλον

δὲ ῥηϊδίως G. 8 ἦ ἡ G. V. ἦ καὶ H. 13 πέλας G. V. πέλασιν H. ἥδε G. οἱ δὲ H. V.

81, 4 ἑωυτὸν G. H. V. ἑωυτέων A. 8 ἐργοδότῃσι G. ἐργοδοτέῃσιν H. ἐργοδοτέοισιν V. A.

82, 2 ξυντιμωροῦντα G. H. ξυντιμωροῦνται V. 7 ἄλλῳ G. V. ἄλλως H.

83, 2 ἢ G. V. ἢν H. 7 ἀπαστράπτοντος G. H. ἀπαστράπτοντα V. 8 τάρβος G. H. V. τάρθος A. 11 ἀμφαδὸν αἰδὼς ἢ G. ἄμφοδον αἰδῶσιν V. H. m. G. v. l. ἄφοδον αἰδῶσιν H. 12 πάμπαν G. H. πᾶν V. 14 οὔτε G. H. οὕτως V. 15 δ' αὖ G. H. δὲ V.

84, 6 ἢ θυμηδίῃ H. καὶ θυμηδίῃ G. V. 15 σκήνεος G. H. V. σώματος A. G. v. l.

85, 4 τοιόνδε G. V. τοιοῦτον H. 7 ἄναλθες G. H. V. ἄνελθες A. 11 ἢν G. H. V. ἢ A. σπασμῷ G. V. σπασμῶν H. A. G. v. l. 12 Κυνικὸς Σπασμὸς G. H. Κυνικοὶ Σπασμοὶ V. 13 πρόσκαιρον G. H. προσκαίρου V. G. v. l. ἀψυχίην G. H. ἀψυξίην V. 15 ἢ G. H. καὶ V. 16 ὁμοῦ G. ὦμου H. V. A.

86, 1 ἀκριβὲς G. H. ἀκριβέες V. A. 3 ξυμφυέα G. V. H. m. ξυναφέα H. ἐς τὸ (ἴσως) G. v. l. ἔς τε G. H. εὖτε V.

87, 2 παραλύεται G. H. V. καλέεται G. v. l. 7 περάτωνδε O. παρὰ τῶνδε H. V. G. v. l. περατῶνται G. 8 Χιασμὸν σχήματος G. H. Χιεσμὸν σχήματος V. G. v. l. Χιεσμὸν σχήματα A. 9 εἰρῆσθαι G. H. ἠρεῖσθαι V. εἴτε G. H. V. ἤντε A. 10 ἄλλοτε G. ἄλλῳ H. ἄλλα V. 15 μῦας G. H. μύσαν V. περαινόμενα G. H. παρεούμενα V. A. 16 κῦρος G. H. V. μῦρος A.

88, 1 ἀπ' G. H. ἐπ' V. A. 6 κραινόντων G. κραίνουσιν H. G. v. l. κρένουσιν V. 15 ἠδὲ G. v. l. ἥδε G. H. V.

89, 1 εὖτε ὅταν πλησθῇ G. V. εὖτε πλησθῇ H. 3 ψυχῆς G. H. ψυχῇ V. A. 4 φόβοι G. V. φόβος H. 8 ἢ ξηρότητι G. H. ἡ ξηρότης V. 9 ἀναλθὴς G. H. V. ἀνελθὴς A. 11 ἔαρ G. H. ἔαρ δὲ V.

90, 2 νάρκη G. H. νάρκαι V. 5 δεξιὰ δὲ G. δεξιὰ H. V. 6 τὰ ἀριστερὰ V. τἀριστερὰ G. H. 9 ἕτερον G. H. V. ἔντερον A. 10 μήλου G. H. V. μύλου A. 11 πάλλεται G. H. V. παλαίνεται G. v. l. 17 ἀφήλατο G. ἀφήλλατο H. V.

91, 1 τἄνδοθεν G. τὰ ἔνδοθεν V. ἔνδοθεν H. 2 ἢν G. H. εἰ V. A. διαστήσῃ G. H. διαστήσῃς V. ὄψεαι τὴν G. V. ὄψεαι ἐς τὴν H. ὄψαι ἐς τὴν G. v. l. 3 οὐρανῷ G. V. οὐρανίσκῳ H. M. 4 ὠκέως σωλῆνι G. ὠκέω σω-

λῆνι V. ὠκέω-σπληνὶ H. 5 ἤδε G. H. V. ᾔδει A. 6 ἀπαθέα G. πάθεα H. V. A. 7 περιτάσι G. H. περιστάσι V. 13 ἐντὸς G. ἐκτὸς H. V. G. v. l. 15 ἀναβήσσῃ G. V. ἀναβήσσει H. πύον G. H. πύος V. A. 16 ἐμπυήσῃ G. V. ἐμποιήσῃ H. 17 Ἐμπύῃ ἤδε G. Ἔμπυοι οἵδε H. V. G. v. l.

92, 2 Ἐμπύῃ G. Ἔμπυοι H. V. G. v. l. 4 ἴδια G. διὰ H. V. G. v. l. 5 ζωπυρῇ G. H. ζωοπυρῇ V. 6 ἐκλάμπῃ G. H. λάμπῃ V. A. φωλεύῃ H. V. φωλεύει G. 8 ἦν G. H. εἰ V. A. 9 ἐσαρκοῦτο τότε H. ἐσαρκοῦτό τε G. V. καὶ G. V. γὰρ καὶ H. 10 ἀνάγει G. V. ἀνάγκῃ H. αὔξεται H. V. αὐξέεται G. 13 μελάνων G. H. V. μελαινῶν A.

93, 1 ἀπάσης H. V. πάσης G. 2 εἴδεος H. V. ἴδεος G. 13 ξυντεταμένος G. V. H. m. ξυντεταγμένος H. 14 αἱ σάρκες G. H. καὶ σάρκες *V.*

94, 3 τὰ στερεὰ G. H. V. στερεαὶ A. 8 ἴχνη G. V. ἰσχνοὶ H. 10 ῥηΐδιον G. H. οὐ ῥηΐδιον *V.* 11 συναρθρώσιες *V.* συναθρώσιες G. H. 15 ἔξαρθρα G. H. ἔξαθρα V. A. 16 ἰσχίον H. V. ἰσχύον G.

95, 2 ἢν G. V. εἰ H. ἡ κοιλίη H. κοιλίῃ G. V. 4 πάσχειν G. V. πάσχουσι H. 6 βηχὶ G. βήσσῃ H. V. G. v. l. 7 φθόης G. H. V. θόης A. 8 ἐξεχέβρογχοι G. ἐξεχέβροχοι H. V. A. ἐξεχέβρωχοι G. v. l.

96, 4 κύστις G. H. κύστει V. A. 6 ἐπὶ δεξιὰ H. V. A. τὰ ἐπὶ δεξιὰ G. 12 ἀπόσκηψις G. H. V. ἀπόσκειψις A. 13 ἐγκέεται G. ἐκκέεται H. G. v. l. ἐκκαύεται *V.* 14 ἐμποιέον H. ἐμποιέων G. V.

97, 2 ὁ ὑμὴν O. οὐ μὴν G. H. V. 10 γε G. τε H. V. ξυνὸν G. H. ξυνῶν *V.* 12 καὶ χειρῶν G. V. καὶ χειρῶν καὶ H. 16 ζοφώδης M. ζωώδης G. H. V.

98, 5 παράληροι G. H. παράλογοι *V.* 7 ἀποτάσιος O. ἀποστάσιος G. H. V. 12 ἀτρεκέει G. ἀτρεκέει H. ἀτρεκέῃ *V.*

99, 4 ἐμπλόωντα G. H. V. ἐμπλήωντα A. 9 κακίω G. V. κακίων H. 11 ξυνομαρτέοντα G. H. ξυναμαρτέοντα *V.* ξυναμαρτανέοντα A. 12 πέσσει G. V. πέσσῃ H.

100, 1 χονδρώδεα G. χονδρώδη H. V. A. 2 ἀνεκπύητα G. H. ἂν ἐκπύηται *V.* 4 σμικρὸν H. V. μικρὸν G. μακρὸν (ἴσως) G. v. l. 6 θανατώδεα G. V. θανατώδεα. Περὶ Πνευμονικῶν Κεφ. ι΄. H. 7 κατὰ V. A. εἰς G. H. περὶ τῶν κατὰ τὸν Πνεύμονα Ἀποστάσεων Κεφ. ι΄. G. V. Περὶ Πνευμονικῶν (Πνευμονικῆς

G. v. l.) *Κεφ. ι΄. Περὶ τῶν κατὰ Πνεύμονα Ἀποστάσεων Κεφ. ια΄.* H. G. v. l. 8 *ἢ* G. V. *ἦν* H. 11 *Ἐμπύοισι* G. H. *Ἐμπυΐκοῖσι* V. A. 13 *ὅκως περ* H. V. *ὅπως περ* G. 14 *ἀραιώσιων* G. H. V. *ἀραιωσίων* A. 16 *ἀπ'* G. V. *ἐπ'* H.

101, 1 *ἥκειν* G. H. *εἴκειν* V. 4 *ἀναπνιγῇ* G. V. *ἀναπνοὴ* H. 7 *Ἐμπυΐκῶν* G. V. *Ἐμπυΐκὸν* *H.* *σιάλῳ* G. H. *σιέλῳ* V. A. *μεμιγμένα* G. *συμμεμιγμένα* H. V. 9 *βρογχίζον* G. *βρογχίζων* *H. V.* *βρεγχίζον* A. 10 *ἀναφέρονται* G. H. V. *ἐναφέρονται* A.

102, 1 *δυσπνοεῖ* G. V. *δυσπνοὴ* H. A. 5 *ἐν κατακλίσι* G. H. V. *κατακλίσι* A. 7 *κατακλινθῇ* G. V. *κατακλιθῇ* H. 10 *καρδίη* G. H. *κραδίη* V. A. *διαρκέσειε* G. H. V. *διαρκέσειαι* A. 12 *κολλώδεα* G. H. V. *κολπώδεα* A. 17 *ὅσοισι* G. H. *ἴσοισι* V. A.

103, 1 *διαίθεται* G. H. *διήθεται* G. v. l. *διατίθεται* *V.* 2 *ἢ λουτρῶν* G. H. V. *ἤλβουτρων* A. 5 *βραγχώδεες* G. *βραχὺ δέ* H. V. A. 9 *ῥωχμὸς ἐν ἐγρηγόρσι* G. *ῥωχμὸς, ἐγρήγορσις* H. V. A. *ῥογμὸς, ἐγρήγορσις* G. v. l. 10 *μέζον* H. V. *μέζων* G. *τὸ κακὸν ἐν ὕπνῳ* G. H. *ἐν ὕπνῳ τὸ κακὸν* A. *ἐν ὕπνῳ* *V.* 11 *ἐπιθυμίη· ἐς τὸ* G. H. V. *ἐπιθυμίῃ ἐς τὸ* (*ἴσως*) G. v. l. 15 *ὠχροὶ* G. H. V. *ἄχροι* A.

104, 1 *πρήσι* G. *πρήσσῃ* H. V. 4 *μικροτέρη* O. *μακροτέρη* G. H. V. 5 *τε πύων* G. H. *τε καὶ πύων* *V.* 8 *κοτε* V. A. *ποτε* G. H.

105, 4 *ἅπαντες* G. H. V. *ἅπαντας* A. 7 *ἦν* V. A. *εἰ* G. H. 9 *ἀδιάστροφος δὲ ἤδε* H. *ἀδιάστροφος ἤδε* G. V. 10 *ἦν* G. H. *εἰ* V. A. 11 *ἔμπλεως* G. *ἔμπλεω* H. V. *ἔμπλω* A.

106, 3 *ἀτὰρ καὶ ἐν* G. H. *ἀτὰρ ἐν* *V.* 10 *μέσφι* G. H. *μέχρι* *V.* 14 *ἤδε* G. *ὅδε* H. V. A. 16 *χλοήβαρος* H. *χλοήβαφοι* G. V. *χλοήβαθοι* A.

107, 5 *πιεζεύμενον* G. *πιεζευμένοις* H. V. *ἔμπλεον* A. *ἔμπλεων* G. *ἔμπλεω* H. *ἔμπλω* V. *ὑγρασίης* G. *ὑγρασίῃ* H. V. A. 10 *ἀφανὴς* G. V. *ἀποφανὴς* H. 13 *ἤντε* G. H. V. *ἦν δὲ* A.

108, 8 *αἱμάλωψ* H. A. G. v. l. (*γρ.*) *αἱμώλωψ* G. V. 12 *πέπτει* V. A. *πέττει* G. H. 13 *πάντων* G. H. V. *πάντως* A.

109, 5 *ἐς* V. A. *εἰς* G. H. 6 *ἱδρύεσθαι* M. *ἱδρύεται* G. H. V. 7 *γευμάτων* G. H. V. *γεύματα* A.

110, 4 *ἰκμαλέοι* G. *ἰκμαλαῖοι* H. V. 6 *μέσφι* G. H. *μέχρι* V. 7 *Δυσεντερίῃ καὶ Ξυντήξεσι* H. V.

δυσεντερίη ξυντήξεσι G. 8 ἐκίκλησκον G. V. ἐκάλεον H. 12 ἐπιπνοίης G. V. H. m. ἐπιπονίης H.

111, 3 θίξει H. θήξει G. V. 8 ῥίγεα G. H. ῥήγεα V. ἄριγοι G. ἄρηγοι V. ἄριστοι H. M. 10 Ἀπόστασις G. H. Ἀπόστημα V. A. 14 ὡς δοκέειν G. H. V. ὡς μὴ δοκέεις G. v. l.

112, 5 τι G. H. καὶ V. 6 φύσει G. V. σφίσι H. 12 ἢν H. εἰ G. V. ἥττοιτο G. H. ἥττητο V. 13 Ὕδρωψ G. H. ὕδωρ V. 14 οὗτος G. H. V. τοῦτε A.

113, 4 ἑλώδεα H. V. A. ἑλκώδεα G. 9 ἐν G. H. ἐξ V. 14 ὧδε (ἴσως) G. v. l. ὅδε G. H. V. 15 ἡμῖν G. ἢ μὴν V. ἢ μὲν H.

114, 5 ἰδέη G. ἰδέα H. V. A. 6 χολόβαφα H. χολήβαρα G. V. 8 γαστὴρ G. V. γὰρ H. δάκνεται G. H. V. δύνατε A. 15 μελαντέρη G. μελάντεροι H. V. G. v. l. 17 ἴκτερος G. H. V. ἴτερος A. καὶ τὸ κῶλον H. M. καὶ τῷ κώλῳ G. V. σὺν τῷ κώλῳ M.

115, 3 ἰδίην ἐργασίην G. H. ἰδέην ἐργασίη V. G. v. l. 10 ἐς V. A. εἰς G. H. 13 ᾗ G. H. οὗ V. ᾗ τῆς G. ἐῇ τῆς H. V. A. 17 πέψιν G. H. V. μέψιν A. 18 ἄλλῳ μὲν H. ἄλλων μὲν G. ἄλλων τε V.

116, 2 κυψελὶς G. H. κυψέλη V. 8 εἴδεϊ G. H. ἤδη V. 9 καλὸν G. V. κακὸν H. 11 οἱ ὦπες οἵδε G. V. οἷοί περ οἵδε H. 12 εἴδεα τοῦ πάθεος δοιὰ G. V. ἰδέαι τοῦ πάθεος δοιαὶ H.

117, 1 ἰσατώδης H. ἰσσατώδης G. V. 2 παραλλαγαὶ G. H. V. παραλλαγὰς H. 11 μέζων ἐπανθέει G. H. μέζον ἐπανθέσει V. μέζων ἐπανθέσι A.

118, 1 λευκότερον G. V. λευκόχλωρον H. 2 λευκόχλωροι G. V. λευκόχροοι H. G. v. l. 8 γλυκέων G. H. γλυκειῶν V. A. 9 ἐπίπροσθεν G. H. ἔμπροσθεν V. 11 αἰσθάνεται G. H. αἴσθηται V. αἴσθεται A. 13 γεύμασι G. H. χεύμασι V. G. v. l. 14 οἶδε κινέειν H. εἶδε κενεὴν G. V. 15 αἴσθησις G. H. V. αἴσθησιν A.

119, 1 ἰξαίνοντι H. M. ἰξαῖνον G. V. 2 μόνον H. μόνος G. μοῦνος V. 3 καὶ ἐνπικροῖσι H. V. καὶ πικροῖσι G. 4 προκάλυμμα G. H. V. προκάλυμα A. 5 ἀσινὲς G. H. ἀσινὴς V. A. 6 ἐπιφλεγμαίνῃ G. H. ἐπιφλεγμήνῃ V. ἀπιφλεγμαίνῃ V. 7 ἐς Ὕδρωπα G. H. V. ἐνύδρωπα G. v. l. 11 ὁμοῦ παθέων G. V. ὁμοῦ τῶν παθέων H.

120, 2 ὦχρος G. V. ὠχρότης H. G. v. l. 9 καὶ οὐδὲ G. V. οὐδὲ H. 10 γὰρ τῶν G. H. τῶν V. ἀπάν-

των τροπῇ G. H. ἁπάντων ἐστὶ τροπὴ V. 11 νοσήματα G. H. νοσήματος V. 12 τοι H. V. τι G. 14 μικρὴ G. μακρὴ H. V. 16 ἐργασίῃ G. H. ἐργασίης H.

121, 9 τε G. H. δὲ V. δὲ τὰ G. H. τὰ δὲ V. 10 μόρια O. μηρία G. μυρία V. οἶδος H. V. εἶδος G. 14 ταχυτέρῃ G. παχυτέρῃ H. V. 15 τρέψις G. v. l. θρέψις G. H. V.

122, 2 ὠμῶν G. v. l. ὠμὸν G. H. V. 10 πάσῃ H. V. πᾶσι G. 11 ἐπηρμέναι G. H. V. ἐπηρμένη A.

124, 1 Σημειωτικὸν Βιβλίον Δεύτερον G. Σημειωτικὸν V. Σημειωτικὸν Βιβλίον Δεύτερον, ἐν ᾧ ταῦτα περιέχεται H. 7 ἰῶνται G. ἴΐνται H. V. G. v. l. ἢ G. εἰ V. H.

125, 10 ἐκχέῃ G. H. ἐγχέῃ V. 12 ἧς G. H. ἦν V. A. ἡ G. H. εἴη V. A. 13 ἐμπλώῃ G. ἐμπλέῃ H. V. G. v. l. ὑπὸ H. V. ἀπὸ G. 14 δοκέῃ G. H δοκέει V. 16 Ἀσκίτην G. H. Ἀσκίτης V. A.

126, 1 καὶ παχέϊ G. V. παχεῖτε H. 5 εἷς ἐνὶ τῶν G. εἰς ἐνιτὸν V. εἷς ἐνὶ αὐτόν τις H. 10 ἀνελπίστοισι H. V. G. v. l. ἀπελπίστοισι G. ὁ μείων H. ὁμοίως G. V. 11 εἰ G. ἢν H. V. 12 ἴκηται V. ἥκηται G. H. 16 πόσθῃ G. H. V. πόσθαι A.

127, 4 ποιέει G. H. V. πεποιέει A. 5 χρόνον M χῶρον G. H. V. 6 τάδε μὲν οὖν τὰ V. τάδε μὲν τὰ G. H. 11 καὶ γὰρ Ἀσκίτης G. H. καὶ Ἀσκίτης V. 13 μεταῤῥέων G. V. μεταῤῥέει H. G. v. l. 14 φλέγματος G. H. V. φλέγματα A. 17 Λευκοφλεγματίᾳ V. λευκῷ φλεγματίᾳ G. H.

128, 4 σαρκοειδέα G. σαρκὸς ἰδέα H. V. 6 ἐπιπολῆς O. ἐπὶ πολὺ G. H. V. 7 τοῖν δυοῖν H. V. A. τῶν δυεῖν G. 9 ἢν δὲ G. H. οὐδὲ V. 10 πλησμονῆς G. H. V. Σπληνὸς A. 13 ἐπιφανέες καὶ G. H. ἐπιφανέες τε καὶ V. 14 ἐπιγαστρίῳ G. V. ἐπιγάστριον V. 15 οἴδεϊ G. H. V. οἴδῳ A.

129, 9 δι' ἅδε G. H. διὰ δὲ V.

130, 1 μὲν πάντα G. V. μὲν πάντα μὲν H. 7 αὐτέοις G. αὐτέων H. V. G. v. l. 8 χαλεπὸν H. χαλεπὴ G. V. 9 τῷδε τῷ πάθεϊ H. τῷδε πάθεϊ G. V. 11 ὑδερίῃ H. G. v. l. ὑδεριᾷ G. οὐδερίῃ V. 12 Ἧπαρ G. H. V. ἀτὰρ A.

131, 3 ἀτὰρ ἐμπλέωσι V. ἀτὰρ ἢν ἐμπλέωσι G. H. 7 γὰρ ἂν ἐκπέσωσι G. V. γὰρ ἐκπέσωσι H. 9 νῦν οὐδὲν G. H. οὐδὲ νῦν V. 10 περὶ G. H. V. ἐπὶ A. 12 ἠδὲ O. ἡ δὲ G. H. V.

132, 2 τε G. δὲ H. V. 3 ἀφέξιος G. H. V. ἀφέσιος (ἴσως) G. v. l. 9 ἐπίσχοι G. ἐπίσχῃ H. V. 16 οὖρον G. V. H. m. ὕδωρ *H.* 17 ἐξαιίρεται H. ἐξαήρεται G. V.

133, 2 σίαλος G. H. σίελος V. A. 7 θέρμανσις G. H. θέρμη V. 11 διαβήτης ἐὼν O. διαβητησέων G. H. V. 13 διαβάθρῃ G. διαβαθρεῖ H. V. διαβασθρῇ A. ἔξοδον H. V. ὄξοδον G. 15 πονέοντες G. H. πονῶντες V. G. v. l. πονεῶντες A. 16 ἔρχεται G. H. ἐξέρχεται *V.*

134, 4 τῶν G. H. V. τῆς A. 5 ἐδάκη τις ὑπὸ G. δακέτων ὁ H. V. A. 7 πίνουσι M. πίπτουσί G. H. V. 8 δίψεος ἄκος O. δίψος ἄκεος G. H. V. 9 ποτοῦ G. H. V. πότου A. 10 καὶ ἐπίσχῃ τὸ ὑγρὸν G. ἐπίσχῃς τὸ ὑγρὸν *H.* τὸ ὑγρὸν ἐπίσχῃς V. ἐπισχίης τὸ ὑγρὸν A. 14 δὲ τοῦ ὑγροῦ H. δὲ ὑγροῦ G. V. 15 ἀθρόως G. H. ἀθρόον *V.*

135, 1 χροιὴν G. H. V. χροιῇ G. v. l. 5 ἐκπεφύκασι G. H. ἐμπεφύκασι *V.* 8 τούςδε O. τῆςδε G. V. τῶνδε H. 10 φλεγμονῇσι G. H. φλεγμονῇ V. 13 οὖν G. H. V. μὲν A. 17 οἱ G. H. V. ἡ M. τοῖσι G. V. ἡ H.

136, 1 μίμνουσι G. H. μίμνωσι V. ἢν G. ἢ H. V. A. 4 ἰσομεγέθεα G. H. ἧσσον μεγέθεα *V.* 5 σμικροῖς G. H. σμικρὸν *V.*

137, 6 ἢν δέ τι G. H. κἢν τι V. 7 ῥηΐδιοι G. H. *V.* ῥηϊδίως A. 9 ἅλις G. H. V. ἄλλις A. 14 Οὐρήθρης G. H. V. οὐρήθης A. ἐνίσχεται G. H. V. ἐνίσχηται A. 17 διέξοδος G. H. ἔξοδος *V.* ὤπωπα G. V. ὄπωπα H.

138, 7 δὲ τὰ παχέα O. δὲ τὰ πάθεα G. V. τὰ πάθεα δὲ *H.* 8 τῶν θερμῶν G. τὸ θερμὸν H. V. πωροειδέα H. πωρωειδέα G. ποροειδέα V. 9 ὑπὸ G. ἤπερ *H.* V. G. v. l. καὶ ἧπαρ G. v. l. 11 τοιάδε V. τοιῆδε G. H. 13 ξυμφορὴ G. H. ξυμμορφὴ V. G. v. l. 15 ἔκλυτοι, πάρετοι τὰ μέλεα G. V. ἔκλυτοι τὰ μέλεα, καὶ πάρετοι H.

139, 6 ἐκρέῃ G. H. ἐκρυῇ *V.* 15 πυώδεες G. H. πωώδεες V. A.

140, 1 ἢ G. H. V. δὲ A. 6 εὐήθες G. H. ἀηθες V. 8 ἀναλθὴς G. H. ἀναχθὴς V. 9 φαρμάκῳ ἀμφιθρύπτῳ G. v. l. φαρμάκῳ ἢ ἀμφιθρύπτοιτο G. H. φαρμάκῳ ἢ ἀμφιθρύπτῳ *V.* 13 τηκεδόσι G. τηκεδόνι H. V. A. 16 οὔρων G. H. νεύρων V. G. v. l.

141, 2 ἐκφύγῃ G. H. ἐκφύγοι V. κἢν G. H. V. καὶ ἢν A. 6 τῇσι μελεδώνεσι G. τοῖσι μελδόσεσι H. τῇσι

μελδόσεσι V. G. v. l. τῇσι μελδώσεσι G. v. l. τῇσι τηκεδώσεσι M.

142, 1 διΐῃσι G. v. l. δίῃσι G. δίεισιν H. V. 5 ἢν G. V. ἢ H. A. 11 φανῇ G. H. ἐκφανῇ V. ὀλέθριον G. H. V. ὄλεθρον A. 13 δὲ τὴν V. A. δὲ ὡς τὴν G.

143, 1 Ἔμπνος G. H. Ἔμπνον V. A. 2 ἐπὶ φλεγμασίῃ γὰρ M. ἐπὶ φλέγμασι· εἰ γὰρ G. H. ἐπιφλεγμαίνει· εἰ γὰρ V. 3 κίνδυνοι δὲ οἱ H. V. κίνδυνοι οἱ G. 4 οὐ κάκοδμον G. V. οὐκ ἄοδμον H. 8 διαΐσσει G. V. διάσσει H. ἄκρον G. H. ἄκρῳ V. 11 γλυκέα καὶ ὀξέα G. γλευκέη καὶ ὀξέη H. V. 15 ἀκοῆς G. V. ἀκουῆς *H.*

144, 3 τοῦ γούνου γίγνεται G. H. τόγ᾽ οὖν οὐ γίγνεται V. τὸ γοῦν γίγνεται V. τὸ γοῦν γίγνεται G. v. l. 5 τῇσι G. τισι *H. V.* 6 ἀναισχύντῳ G. V. ἀναισθήτῳ H. 7 ὀδάξονται G. H. V. ὀδεύξονται A. 12 ἀπόσίτους G. H. V. ἀπόσιτοι G. v. l. ψυχροὺς G. V. ψυχροὶ H. G. v. l. νάρκας σκελέων, ἀκρατέας, καὶ ἐς πάντα παρέτους *G. V.* νάρκαι σκελέων, ἀκρατέες, καὶ ἐς πάντα πάρετοι *H.* *G.* v. l. 14 ἀλκήεις H. M. ἀλκῆς G. ἀλγέης V. G. v. l. 16 κρέσσονες G. H. V. χρέσσοντες A. 17 ἐγκρατίης γίγνονται κρεσσόνων κρέσσονες G. ἐγκρατίης πολλὸν τῶν κρεσσόνων γίνονται κρέσσονες *H.* ἐγκρατίης γίγνονται κρέσσον μὲν οὖν κρέσσονες V. A. ἀκρατίης γίγνονται κρέσσων μὲν οὖν κρέσσονες G. v. l.

145, 10 εὐψυχίην G. V. ἀψυχίην A. 11 Σατυριήσεως *H.* V. Σατηριήσεως G. Γονοῤῥοίης *G. H.* Γονοῤῥοίας *V.* Γονόῤῥοιαν A. 16 εὐπεψίη G. *H.* ἀπεψίη *V.*

146, 1 τουτέων τἀναντία G. V. τὰ τούτων ἐναντία H. 2 κἀποσιτίη G. H. καὶ ἀποσιτίη *V.* μῖσος G. V. ἢ μῖσος H. 3 ἢν G. H. ἂν V. A. προσαίρωνται G. H. προσαιροῦνται V. 4 μὲν ᾖ G. H. μένῃ V. G. v. l. δὲ ναυτίῃ *G.* δ᾽ ἐν αὐτῇ H. V. G. v. l. 6 τείρῃ G. H. V. γείρῃ A. 8 καὶ ὑπ᾽ *G.* ὑπ᾽ H. V. 9 λεῆναι G. H. V. λελῆναι H. 12 φύσιν G. H. V. φύσει A.

147, 3 ἑστήκωσι G. V. ἑστήκασι H. 4 δένδρεα G. H. V. δένδρα A. 6 νωθροὶ, νυσταλέοι *G.* νωθροὶ, διψαλέες, νυσταλέες H. νωθροὶ, νυσταλέες *V.* 7 ἀτρεκέϊ G. H. ἀτρεκέω V. A. 9 ὀργίλοι G. H. V. ὀργίλοις A. 11 ἐνδιδόντος G. H. V. ἐκδιδόντος A. εἶναι G. H. V. εἴτε A. 13 ἡγεῦνται H. V. A. ἡγοῦνται *G.* 14 καρδίης G. H. κραδίης V. 15 μέσον *G.* V. μέσῃ H.

148, 4 ξύνηθες δὲ G. H. ξυνήθεσι V. A. 5 λεπτῇ καὶ σκληροτέρῃ διαίτῃ G. H. λεπτῇσι καὶ σκληροτέρῃσι

διαίταις *V*. 7 ὀλιγοσιτίῃ *G*. ὀλιγοποσίῃ H. V. A. 12 τε χρῆσις G. V. τε καὶ χρῆσις H.

ῥοιέως

149, 2 ἄχροοι καὶ G. V. ἄχροοι τὴν μορφὴν καὶ H. 7 ἤδε O. εἰ δὲ G. H. V.

150, 11 ᾗ δὲ *G*. ἢ δὲ H. V. 13 διεκθέοντος G. H. V. διεκθέοντα A.

151, 7 ἤδη V. ἤδε G. H. 9 ἀπ' G. ἐπ' H. V. G. v. l. 10 σκυβάλοισι G. κυμβάλοισι H. V. G. v. l. 13 καὶ G. H. δὲ καὶ V. 15 ἥκῃ H. V. ἥκει G. ἤδε G. V. ὅδε H.

152, 4 σβέσι G. σβέσῃ V. H. 5 χρονίῃ G. V. χρονίῳ H. 10 ἔνθα δὴ V. A. ἐνθάδε G. *H*. 16 ἀδιέξοδοι G. αἱ διέξοδοι H. V. A. 17 βιούμεναι G. H. μειούμεναι V. A.

153, 1 ὀξυρεγμιώδεες G. V. ὀξυρεγμώδεες H. 2 Νεφροὶ H. Νεφρὸς G. V. 7 ἀντ' ἄλλων ἄλλα G. H. ἄλλα ἀντ' ἄλλων V. ἄλλα ἄνυ ἄλλων A. 10 φλέγμασι G. H. V. φλέγματι M. 11 ὥρῃ *G*. *H*. *V*. ὥρῃ A. 14 Χολάδες *G*. *H*. χολώδεες *V*. *A*. ἐπίκλησιν *H*. ἐπίκλην *G*. *V*.

154, 4 ἀλλ' ἢν δὲ σμικρῷ H. ἄλλη δὲ εἰ σμικρῷ G. ἄλλη δὲ εἰ σμικρὸν *V*. 5 ἔτι βαθύτερα G. V. ἐπιβαθύτερα H. 6 βαθέα G. V. κακοήθεα H. 8 περίβρωτα G. H. περίβρωα V. A. 10 ὄζους H. ὄζον G. ὄζων V. 11 δυσαλθέα H. V. δυσαχθέα G. δυσαλθέω A. 14 αὐτοῦ, καὶ σκορόδου H. αὐτοῦ, σκορόδου G. αὐτοῦ, σκόρδου V. A. 15 βρυτέων G. v. l. ῥυτέων G. H. V. γρυτέων A. 16 οἷα G. οἷον H. V.

155, 4 ἐντέρων G. H. ἔντερον V. A. 7 σηπεδὼν G. V. σηπεδονώδεα H. 8 τὴν ὀσμὴν H. ἡ ὀσμὴ G. V. 11 τάδε G. V. ταῦτα H.

156, 1 πίων G. H. πύων *V*. 3 εἶναι G. H. V. εἶται A. 9 Τεινεσμὸς G. V. v. l. Τεινασμὸς G. H. 10 Κωφοῦ G. κούφου H. V. A. 13 ἐσθίῃ G. V. ἐσθίηται H. 14 μηδενὶ H. V. A. μηδὲν G. 15 κροκώδεα G. V. κροκώδεσι H.

157, 3 θρομβώδεα G. H. V. θρημβώδεα A. 5 πλεῦνα G. πλεύμονα H. V. A. 6 ἀμφὶ ἐντέρου (ἴσως) G. v. l. ἀμφὶ ἔντερον G. H. V. 7 τοῦ πρήγματος G. H. V. τὸ πρῆγμα (ἴσως) G. v. l. 8 δοιοὶ G. δοιαὶ H. V. 11 ἀλθέξονται H. ἀλθάξονται G. V. ζώωσι G. H. ζώοσι *V*. 15 ἐπιπετάννυτο G. H. ἐπιτάννυτο V. θρομβοῦται γὰρ ἢν H. G. v. l. θρομβοῦται ἢν G. V.

158, 1 μέζων H. V. μέζον G. 5 ἐκκρίσιες G. H. V. ἐκκρίσεις A. 10 ἠδὲ O. ἤδε G. V. δὲ H. 11 φράσω H. V. φράζω G.

159, 1 ἔμπνοι H. ἔμπνον G. V. 10 ἀσώδεες G. V. ἀσσώδεες *H.* 11 τουτέων G. H. τούτων V. A. 15 διαβρώσεσι G. V. διαβιβρώσεσι H. 17 ὀμφαλὸν G. H. ὀμφαλόον V. A.

160, 1 μικρὰ O. μικτὰ G. H. V. ἢ νομῆς G. H. ἢ νομὴ V. G. v. l. 4 χῦμα G. V. χεῖμα H. 5 θάνατον G. θάνατος H. V. A. 7 τῶνδε G. ὧνδε V. A. 8 ἀρτηρίης G. H. ἀρτηρίη A. ἀρτερίη *V.* ὠκὺς G. V. ὅκως H. 9 ἐσμάσασθαι G. αἱμάσασθαι V. A. αἱμάσσασθαι H. 10 θίγειν G. H. θήγειν *V.* προσβάλλειν G. H. προσβαίνειν V. 17 ἄση G. ἄσση H. V. A.

161, 4 ὥρη G. V. ὥρης H. G. v. l. 11 ἐγγίγνωνται G. H. γίγνωνται *V.* πυκιναὶ H. V. πυκναὶ G. παχεῖαι G. H. παχέες *V.* 16 ἴσχει G. H. V. ἔσχει A.

162, 2 διαῤῥυεῖσα G. H. V. διαῤῥέειν (ἴσως) G. v. l. 3 ἐκδιδάσκει G. H. ἐκδιδράσκει *V.* 3 τουτέοισι G. τούτῳ οἷσι H. V. G. v. l. 4 καταπέσσῃ G. καταπέσσειν H. v. l. καταπέσσον V. A. 5 ἀναΐσσῃ G. ἀναΐσσειν H. G. v. l. ἀναΐσσον V. A. ἄκρατον G. H. ἄκρατος V. A. 8 προσοκείλῃ H. πρὸς ὠκέϊ G. πρὸς ὠκεῖ *V.*

163, 5 οἷον G. H. V. οἷτε A. 14 περὶ πλεῖστον G. H. V. ἐπὶ πλεῖστον G. v. l.

164, 2 θνήσκουσι G. H. V. θνήσκουσα A. 3 χριοὴ τῆς ἀνθρώπου G. χρυσιῆτις ἀνθρώπου H. χρυσιῆτις V. 5 κάκοδμον G. H. V. κάκοδμοι A. 8 κακίων G. H. V. κακός V. A. 9 πυώδης H. πιώδης G. 11 πολλὸν G. H. πολλῷ V. 12 μὲν καὶ G. μὲν ἔῃ καὶ H. V. 16 τοῖσι καὶ ὑγροῦ G. τοῖσιν ὑγροῦ V. τισι ὑγροῦ H.

165, 3 τοῦ G. τὸ *H. V.* 5 πάσχει V. G. v. l. ἴσχει G. H. 7 et 9 πύον G. πύος H. V. A. 11 ἢ τρηχέα G. ἠτρεκία H. V. 14 ἰὸν G. V. ἐὸν H.

166, 1 πῶς G. H. πᾶς V. G. v. l. 3 ἐστι G. οἷσι H. ἦσι V. εἰσὶ A. πεπνυμένοισι G. H. πεπνυμένῃσιν V. 12 κότε G. H. δέ κοτε V. 13 μηροῖσι G. H. σμικροῖσι V.

167, 2 ἀΐσσῃ G. H. V. αἰΐσσῃ A. 3 ἀμβλωσμῷ H. ἀμβλυσμῷ G. V. 10 ἐκτρωσμῷ H. V. ἐντρωσμῷ G. 13 συνήφθη G. H. συνήχθη V. 16 θυμίῃσι G. V. καὶ θυμιάσι H.

168, 3 *Περὶ Ἀρθρίτιδος καὶ Ἰσχιάδος* G. V. *Περὶ Ἀρθρίτιδος* H. 5 *Ἰσχιάδα δὲ, ἰσχίων· Χειράγρην δὲ, χειρῶν* G. H. *ἰσχίων δὲ, Ἰσχιάδα χειρῶν δὲ, Χειράγρην* V. A. 6 *μὴν* G. H. *μὲν* V. 9 *μὲν ξυλλήβδην* H. V. *ξυλλήβδην* G. 11 *ἐν ὀστέοισι* G. H. V, *ὀστέων οἷσι* G. v. l. 12 *ἐμφύνει* G. *εὐθύνει* V. A. *ἐκφήνῃ* H.

169, 2 *λάζυται* G. *λάζηται* H. V. 5 *ἄνθρωποι* G. *ἀνθρώποισι* H. V. A. 6 *τρώσιος* G. H. V. *χώσιος* G. v. l. 7 *ἐν* G. *ἂν* H. V. A. 10 *αἴσθοιτο* G. V. *αἴσθηται* H. 16 *ἐγχρίμπτεται* G. H. *ἐγχρίπτεται* V. A. 17 *Ἀρθρῖτις* H. V. *Ἀρθρῆτις* G. 18 *γυῖος* G. H. *γύιος* V. *γόννυος* H. m. *μικρὸν ἤγουν εὖτε* H. V. A. *μικρὸν εὖτε* G.

170, 3 *οὐχ ὑπερβαίνει* G. V. H. m. *οὐ δεῖ ὑπερβαίνειν* H. 4 *ἰσχιάδος* G. H. V. *οὐχιάδος* A. 7 *ὀκέλλει* H. G. v. l. (*ἴσως*) *ἰκέλῃ* G. V. 10 *ἧκε* G. H. *ἧκον* V. A. 11 *καινεῆς* H. *κενεῆς* G. V. 13 *φράζει* H. *φράσει* G. V. 16 *ἐνίσταται* G. H. V. *ἀνίσταται* A.

171, 7 *τοῖσι κοτύλαι* G. V. *τῇσι κοτύλῃσι* H. 11 *ἰδίῃ* H. *ἰδέῃ* G. V. *ἀδένες* V. A. *ἠδέ νυ* G. H.

172, 5 *ἀπηνέες* G. *ἀπηνεῖς* H. V. A. 7 *γὰρ τοῦ* G. *γὰρ τὸ τοῦ* H. V. 9 *οἷσι τῶν εὖ βδελυκτέων* G. V. *οἵ τι ων εὖ δὲ λικέων* H. G. v. l. 11 *ἐπιδώῃ* G. H. *ἐπιδώσῃ* V. A. 16 *χρὴ* G. H. V. *χρήζει* (*ἴσως*) G. v. l.

173, 4 *ξυμφέρει* H. V. *ξομφέρει* G. 5 *ἄλλοτε· ὡς δὲ ἔπος* H. V. *ἄλλοτε. ὡς δὲ ἔβλαψεν ἄλλοτε· ὡς δὲ ἔπος* G. 8 *νίκησε* G. V. *ἐνίκησε* G.

174, 7 *μύρια* O. *μόρια* G. H. V. 8 *ἀτὰρ οὐδὲ* G. *ἀτὰρ οὔτε* H. *ἀλλὰ οὐδὲ* V. A. 10 *διαφέρον* G. *διαφέρων* H. V. 11 *ἂν* G. V. *ἓν* H. 13 *ἴκελον* G. H. *ἴκελος* V. A. 14 *μέλανες κατακορέως* V. *μέλανος κατακορέος* G. *ἐς μέλαν κατακορὲς* H. *μέλανας κατακορέος* A. 15 *οἱ θρήϊκες* G. H. V. G. v. l. (*γρ.*) 16 *ὅκως Μενέλεω Πόδαργος* G. V. *ὅκως οἱ Μενέλεω* H.

175, 1 *Ἵππῳ ἐεισάμενος* G. *ἵππῳ δ' ἐεισάμενος* H. V. *κυανοχαίτῃ* H. *κυανοχαίτης* G. V. 3 *Ἐλέφαντες* G. H. V. *Ἐλέφαντας* A. 4 *μὲν μελάντατα κατέχων* H. *μὲν κατέχων* G. V. 8 *μέσφι* G. H. *μέχρι* V. A. *ὃς* G. V. *ἃ* H. *τὸν* G. H. V. *τὴν* A. 9 *ὦσι* G. *ὤμοισι* H. V. G. v. l. 10 *μελαντάτῳ* G. H. V. *μελαντέρῳ* G. v. l. 15 *δατύσσεσθαι* O. *ἐντύσσεσθαι* G. *ἐντύσσεται* H. V. A. *δατύσσεται* H. m.

176, 5 ἐτέτρηνεν G. H. ἐτέτριεν V. χρέεται G. H. V. χρήεται A. 9 ἣν G. εἰ H. V. A. 11 ἔσθων G. ἐσθίων H. ἔσθει V. A. 16 φόρτον μέγαν G. V. χόρτον μέγα H. ὁκόσα τῇ ῥινὶ * μᾶλλον H. ὁκόσα * μᾶλλον G. V.

177, 1 καλέουσι G. V. καλέοντες H. 3 τῷ H. V. τὸ G. 7 εἶτ' αὖθις G. H. V. εἶτ' αὖθα A. 8 πλήσῃ G. H. πρήσῃ V. 9 ὀχθώδεας G. H. ἠχθώδεις V. A. 10 ἴσχοντα G. H. V. ἴσχονται A. 13 χαῖται· Ἐλέφασι δὲ G. χέεται, καὶ αἱ τρίχες· Ἐλέφαντι δὲ H. χέται Ἐλεφαντίδος V. χαῖται Ἐλεφαντίδος A. 17 τε G. H. δὲ V.

178, 2 ἐκίκλησκον G. V. ἐπεκίκλησκον H. 4 ἠδὲ Σατυρίησιν G. H. ἧδε Σατυρίησις V. A. 11 θερμοῦ οὐ μικρὰ G. θερμοῦ μικρὰ H. V. ἔν τι G. H. V. ἔτι G. v. l. 12 τρέπεται G. τρέπηται V. τρέπῃ H. ἢ καὶ χάλαζαν G. V. ἢ χάλαζαν H.

179, 1 αἴδηλον H. αἴδη V. αἴδι G. 6 οὐ πρὸς G. V. πρὸς H. 10 κάρτα οὐκ ἀήθεα G. H. κάρτα ἀήθεα V. 11 αὐξήσεσι G. H. V. αὐξέσεσι A. 12 ἤ τι G. ἤτοι H. V. 18 ῥηϊδίῃ G. V. ῥηϊδίως H. G. v. l.

180, 2 παρ' G. V. ἐπ' H. 3 οὐδέκω G. H. οὐ δοκῶ G. V. v. l. 4 τὸν H. τὸ G. V. εὐρεῖαι δὲ καὶ φλέβες οὐ G. H. ἔρεα δὲ καὶ φλέβες ὃ A. ἔρια δὲ φλέβες ὃ V. 8 κνήμῃσι G. H. κνήμῃ V. 13 ῥύπεϊ G. ῥύπτει H. V. G v. l. συχναὶ G. H. V. συγχναὶ A. βαθεῖαι G. βαθεῖς H. V. G. v. l. ὄχθοι G. H. αἱ ὄχθοι V.

181, 7 ἐρευθῇ H. V. ἐρεύθει V. 8 ὄττιες G. V. ὦτιες H. ὄψιες (ἴσως) G. v. l. 9 προβλῆτες G. H. προσβλῆτες V. 10 ὀχθώδεες G. H. ὀχθῶδες V. 11 καλύπτον H. V. καλύπτειν G. 12 Λεόντιον G. H. Λεόντειον V.

182, 1 ῥύσις, κνησμώδεα G. V. ῥύσις, τὰ κνησμώδεα H. 2 βαθεῖαι G. H. βραχεῖαι V. 3 τοῦτο G. H. τόδε V. καὶ ὁ Ἐλέφας G. V. καὶ Ἐλέφας H. 4 μέσων τῶν δακτύλων G. μέσῳ τῶν δακτύλων V. δακτύλων μέσων H. 9 προαποθνήσκει τοῦ ἀνθρώπου G. προαποθνήσκειν τοῦ ἀνθρώπου H. προαποθνήσκειν τὸν ἄνθρωπον V. A. G. v. l. 14 ἔῃ G. H. V. ἐκ G. v. l. ἐπικύπτει G. ἐπικοπεὶς H. V. A.

183, 1 ἀχθέει G. αὐχθὴς H. V. αἰχθὴς A. 2 οὐ λουτροῖσι G. H. λουτροῖσι V. 3 ἠρεμίῃ G. H. ἠρεμεῖ

V. A. ἐφέστηκε G. V. ἀφέστηκε H. 5 γοῦν τινὲς κατέστρεψαν G. V. γοῦν κατέστρεψαν H.

184, 6 ἐξήγρετο G. H. ἐξέγρετο V. A. 9 ἐκηροπλάστεεν G. H. ἐκηροπλάτεεν V. A. 11 τὸν παλαιὸν ῥινὸν H. τὸ παλαιὸν ῥῆνος G. V. 12 δὲ ἐς H. V. G. v. l. δὲ ὡς ἐς G. ζωῆς G. H. ζωὴν V. G. v. l.

185, 1 Ὀξέων Νούσων Θεραπευτικὸν Βιβλίον πρῶτον G. H. Ὀξέων Θεραπευτικῶν α'. V. A. 4 Προοίμιον H. deest G. V. Προοίμιον G. H. Θεραπεία Φρενιτικῶν α'. V.

186, 2 ἄκεα G. H. ἄλκεα G. v. l. 9 αὐτὸν τὸν νοσέοντα V. αὐτὸν νοσέοντα G. H. 12 ἄχναι G. V. ἄχναις H. εὔκοσμοι G. V. εὐκόσμοισι H. 13 ἀμφαιρέουσι G. ἀφαιρέουσι H. V. A. ἀμφαιωρέουσι A. 17 στεινῆς H. V. στενῆς G.

187, 1 κροκυδίζειν G. H. κροκιδίζειν V.

188, 1 πυρετῶν H. πυρετὸν G. V. 2 ἐς τε G. H. εὖτε G. v. l. 8 περιόδου G. H. V. περίοδοι A. 10 πολλὸν πρὸ G. V. πολλὸν γὰρ πρὸ H. 11 ἐρεθισμοῖσι H. ἐρεθμοῖσι G. V. 15 οἶδε G. V. εἰ δὲ H.

189, 2 ἐνθάδε G. ἔνθα H. V. 4 καρδίης H. καρδίῃ G. κραδίῃ V. 10 φρενιτικοῖσι H. φρενετικοῖσι G. A. 17 ἐπιξηρότεροι G. H. V. ἐπιξηροτέρη A.

190, 4 ἐνεψημένων G. ἐνηψημένων H. V. A. 9 κολοκύντη H. κολοκύνται G. V. 10 Πτισάνης G. V. Πτισσάνης H. 11 ἀτροφώτερος (ἴσως) G. v. l. εὐτροφώτερος G. H. V. ἔτι H. ἔς τι G. V. 12 προήκοι G. V. προήκῃ H.

191, 1 ἔστων G. ἔστω H. V. 2 χώρα G. H. χώρῃ V. A. ἄλλης G. H. ἄλλην V. 3 ἰδέαι G. H. ἰδέην V. ὀπώρης G. H. V. ὀπώρας A. 12 γὰρ G. V. δὲ H. 14 ἔμψυξιν G. V. ἔκψυξιν H. 15 ἑρπύλλου H. ἑρπύλου G. V.

192, 1 σπονδύλιον G. V. σπόνδυλον H. 3 τὰ H. V. G. v. l. ἃ G. 4 τὸν G. H. V. τὴν A. 6 πᾶς H. V. πάσης G. πλὴν G. V. πρὶν H. 9 ὥρῃ G. V. ὥρης H. 13 τοῖσι διαχρίειν V. τοῖσι δὲ διαχρίειν G. H.

193, 1 ἐναφεψήματι G. ἐν ἀφεψήματι H. V. 2 λίπαϊ H. V. A. λείπασι G. 3 ἔμβρεγμα H. βρέγμα G. V. 7 νωθὲς G. H. νωθέες V. A. 10 ἐγχέειν G. H. ἐγχεῖν A. ψαῦσις G. H. V. ψαύσι A. 18 λύρης G. H. λύρας V. A. πηκτίδος H. πυκτίδος G. V. παίδων G. H. παιδίων V.

194, 3 φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαίρηται· ἔλαιον O. φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαείρηται· ἔλαιον H. φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαίρηται καὶ φῦσα· ἔλαιον G. V. H. m. 6 φλεγμασίη H. V. φλγμασίη G. 8 οὔρων G. οὔρου H. V. 9 ἐνσήσαντα H. ἐνσείσαντα G. V. 10 πεῖσιν G. πῆσιν H. V. πάθην H. m. οἰσύπῳ G. H. οἰσώπῳ *V.* οἰσώπων A. 12 χρὴ G. V. χερὶ H. μελίλωτον G. H. V. μελίλωπον A. 13 τε G. H. V. σε A. καταιονεῖν G. H. καταιωνεῖν H. καταινοκεῖν A. 15 δονέει G. V. δονέοι *H.* 18 ξὺν αὐτέῳ παχὺ πικέριον H. H. m. ξὺν αὐτέῳ παχεῖ ἐπικαίριον G. V. πικέριον H. m. πικείριον H.

195, 4 τῆλις G. H. V. πίλος A. 5 ἄλητον G. H. ἄλιτον V. ἄλιτον ἀντὶ τοῦ ἄλφιτον G. v. l. 6 μαρσύποισι G. μαρσίποισι *V.* μαρσίπποισι H. 16 πρήσιας H. πρίσιας G. V. πρῆσι A.

196, 3 ἔκκρισιν H. ἐς κρίσιν G. V. 6 Σικύην G. H. Συκίην *V.* 13 ὕσσωπος G. V. ὕσσωπον H. 15 αὐτέοισι G. H. ὀστέοισι *V.* ἑωυτὰ G. V. ὠυτὰ H. 16 κουρὴ G. V. κουρῇ G. v. l.

197, 3 κεκολλήσθω G. H. V. κεκολλῆσθαι A. 13 τῷ G. τὸ H. V. G. v. l. 16 ἄκρεα H. V. ἄκρα G. 17 ἀρήγειν G. H. ἀρηγεῖν A. ἀῤῥήγειν *V.*

198, 2 αὐστηρῷ G. H. καυστηρῷ *V.* 6 ἀναλαμβάνειν H. V. ἀναλαμβάειν G. 11 κύαθον G. κυάμου V. A. G. v. l. 15 αὐαινομένου G. H. ἀναινομένου *V.* ἀναινομένων A.

199, 9 ἔς τε ἀκηδίην μὲν τῆς G. ἔς τε ἀκηδίην τῆς V. ἔς τε ἀκηδίη μὲν τῆς H.

200, 2 ἥκη χρόνου, ὅ, τε πυρετὸς H. ἥκει χρόνον, ὅταν δὲ ὁ πυρετὸς G. V. 9 καθαρεύεται δὲ τῆς H. καθαρεύεται τῆς G. V. 12 Θεραπεία G. V. Περὶ Θεραπείας H.

201, 13 ἀγκῶνι G. V. ἀγκῶνος H. 16 βούλῃ G. βούλει H. V. 17 ∠β'. G. V. ∠∠β'. H. γ'. β'. A.

202, 1 μελικρήτου G. H. μελικρήτῳ V. 4 ∠α'. G. H. V. γα'. A. λυομένης H. λυομένη G. V. 5 ὀλιγοσιτίη G. H. ὀλιγοποσίη V. 9 ἀλεκτορίδων, κεγχρίδων· H. ἀλεκτορίδι, κεγχρίδι· G. ἀλεκτορίδι καρχαρίδι V. ἀλεκτορίδι κογχαρίδι A. 10 λινοζώστει H. λινοζώστῳ G. V. 11 πτισάνης G. H. πτισάνη V. G. v. l.

203, 1 αἰσθήσιες G. H. ἀλθήσιες V. G. v. l. ἀλθήσης A. 2 ῥοδίνου G. H. V. ῥοδίνοις A. 4 πολλὸν V. A. πολλῷ G. H. 12 σικυωνίῳ G. H. σικυώ-

νιον G. v. l. συκιώνιον V. 14 χρίσις H. V. χρῆσις G. 16 εἰρυομένου G. H. εἰργομένου V. G. v. l. 17 μοι G. H. V. μὲν A.

204, 6 ἄγειν G. H. ἄγει A. 7 φυσέων G. H. V. φύσεως A. 13 ὕσσωπον G. V. ὕσσωπος H. 14 ὀρίγανον G. V. ὀρίγανος H. 16 ὕσσωπον G. V. ὕσσωπος H. G. v. l. 17 ἑψηθὲν G. V. ἑψηθεῖσα H. G. v. l. 18 ὀρίγανον G. V. ὀρίγανος H. G. v. l. δριμέα G. δριμεῖα H. V. δριμὺ G. v. l.

205, 5 ἐνεξέσθη κυάθοις τρισὶ G. ἐνέζεσθαι κυάθων τριῶν V. ἐνέζεται κυάθων τριῶν H. G. v. l. 6 Τὸ δὲ διπλόον H. τὸ διπλόον G. V. 9 δὴ G. δὲ H. V.

206, 1 αἰσθήσιος H. V. G. v. l. (γρ.) ἀσθήσιος G. 4 ξυμμίσγειν G. H. ξυμμίγειν V. A. 17 λημνίστιδος G. V. λιμνήστιδος H. G. v. l. (γρ.)

207, 2 ἀπομάξαντα G. V. ἀποσμάξαντα H. 7 οἰδαλεηθήμεναι G. οἰδαλέη θήμεναι V. ἠδ' ἀλεηθήμεναι H. εἰ κίνδυνος G. H. ἀκίνδυνος V. 11 ἐσβολῇσι G. V. ἐπιβολῇσι H. 12 μέν τι G. H. V. μέντοι V. 14 μάσησιν G. H. V. μάστησιν A. 15 δὲ μάλιστα G. V. δὲ καὶ μάλιστα H.

208, 3 γαστέρα G. V. τὰ στερὰ H. 8 χρίσιν V. χρῆσιν G. H. 9 ὑδὰρ G. V. ὕδαρ H. (ἀδάρκι) ὕφεαρ (ἴσως) G. v. l. θαψίην G. H. θαψίη V. 10 τρύχιον O. στρύχνον G. H. V. ἐμπλάσσειν H. ἐμπάσσειν G. V. 13 λελυμένων H. λελουμένων G. V.

209, 1 ἰητήριον G. H. V. ἰητήριων A. 3 ξυμφέροντα G. H. ξύμφορα V. A. ὁμοίη G. H. ὁκοίη V. 4 ἑωυτῇ O. ἐν ὠυτῇ H. ἐν αὐτῇ G. V. 8 τοῖσι Γυναικείοισι G. V. τῇσι γυναικείῃσι H. 11 νεκρώδεες G. V. νεκρώδεα H. ἣν καὶ ὁ G. V. ἣν δὲ καὶ ὁ G. v. l. ἣν ὁ H. 12 ξύνηθες G. H. ξυνήθεσι V. G. v. l. 18 δυστέκμαρτον G. H. δυστεκμαρτέον V.

210, 10 εἰ G. V. ἢ H. G. v. l. 15 πιέσιος A. πίσιος G. V. πέσσιος H.

211, 1 ἐς κένωσιν G. H. ἐς μὲν κένωσιν V. 6 τρίβολον H. τριώβολον G. V. 9 μέλι τὸ ξύνηθες καὶ πήγανον H. τοῦ μέλιτος τῷ ξυνήθει πήγανον G. τῷ μέλιτι τῷ ξυνήθει πήγανον V. A. 10 τερμίνθου τοῦ δένδρεος V. θερμίνθου τοῦ δένδρεος G. θερμίνθου τοῦ δένδρεω G. v. l. τερμίνθου μέρος τοῦ δένδρεος H. 11 ἀλῶν G. H. V. ἄλλων V. A. 17 κώλυμα G. H. V. κάλυμα G. v. l. ἔοι G. H. ἔῃ V.

212, 1 *ἀτρέμα* G. H. *ἀτρέμας* H. A. 2 *ξυνεχὲς* G. H. *ξυνεχέες* V. A. 4 *ἢν* V. *εἰ* G. H. 5 *ἀποτρέπειν· ἤτε* G. H. *ἀποτρέπειν * ἤτε V.* 11 *ξυμπάντεσι* H. V. *ξὺν πάντεσι* G. 14 *σησθέντα* H. V. *σηθέντα* G. *κρησέρῃ* G. *κρισέρῃ* H. V. G. v. l. 15 *Παρέτων* G. H. V. *παρέντων* A. *καὶ τὸ* G. V. *τὸ* H.

213, 2 *χρίσματα* G. H. V. *χρίματα* A. 5 *ἔς τε τὰ* G. V. *ἐς τὰ* H. 6 *ἀΐδιον G.* H. *ἴδιον* V. A. 8 *δὲ* G. *H. δὲ τὸ V. ῥητίνῃ G. H. ῥητίνης* H. 9 *εὐφορβίου* G. H. V. *εὐφόρβιν* A. *λιμνήστιδος* H. *λημνίστιδος* G. V. 10 *νίτρῳ Αἰγυπτίῳ* G. *νίτρου Αἰγυπτίου* H. *νίτρου Αἰγυπτίῳ* V. 14 *σπέρμα* G. H. V. *σπέρματος* A. *ἄλητον* H. *ἄλφιτον* G. V. 15 *ἐξέσθῃ* G. V. *ἔξεσται* H. *ἀλθαίης* G. H. *ἀλθαίας* V. A. 16 *ὥστε* V. A. *ὡς* G. H. *γενέσθαι* G. H. V. *γενέσθω* A. 17 *ἄπυροι* G. H. V. *ἄπωροι* G. v. l.

214, 6 *λεπτῇσι V. λεπτοῖσι* G. H. 12 *ὠμοπλατέων* G. H. V. *ὠμοπλατῶν* A. *κούφη* V. A. *κούφην* G. H. *τιθέσθω G. τίθεσθαι H. τιθέστω V.* 14 *μούνη V. μούνη καὶ G. μούνης καὶ H.*

215, 1 *τὸν ὠσμὸν* G. H. *τὴν ὀσμὴν* V. 3 *μελίκρητον* G. H. V. *μελικρήτῳ* A. 7 *τόνδε αὐχένα* H. *τόνδε τὸν αὐχένα* G. V. 13 *περιστολὴν* G. H. V. *ἐπιστολὴν* G. v. l. *κεφαλὴν* A. 14 *πληροῖ* G. H. V. *πληροῦν* A.

216, 1 *περιττῶν ἀεὶ* G. *περιττῶν οὐκ ἀεὶ* H. V. G. v. l.

217, 2 *ὡς χρονίῃ* G. V. *ὡς ἐν χρονίῃ H.* 11 *ἄχρηστον* F. *ἄχρι σπασμῶν* G. H. V. *χρίσιν* G. *χρῆσιν H. V.* 12 *ἐκκρεμὲς* G. V. *ἐκκρεμῆ* H. G. v. l. *προβάλλοντα G. προσβάλλοντα* H. V. *προβάλλις* A. 15 *ξύμπας τιταίνηταί οἱ ὢψ* F. *ξὺν παντὶ τείνηταί οἱ ὢψ G. ξύμπαν τιταίνηται οἱ ὢψ* H. V. 16 *ψηλαφίῃ* G. *γαιοψηλαφίῃ* H. V. G. v. l. *γαιοψηλαφίῃ* (*ἴσως*) G. v. l.

218, 2 *τρύχεσι* G. V. *τρηχέσι* H. 5 *διεξίουσι* *σθαι* G. V. *διεξίουσαι* H. *παῖδες* G. V. *παιδίοισιν* H. 6 *μέρος ἓν G. μέρος α΄. V. μέρος H.* 7 *κεκαυμένου μέρος* H. *κερ. α΄.* G. *κέρατα α΄.* V. 8 *πιέζουσι* G. H. V. *πιέζουσα* A. 9 *ἔκλειγμα* G. H. *ἔκλειχμα V.* 10 *ἴριδος τῆς ῥίζης μέρος α΄.* G. V. *μέρος ἴριδος ῥίζης* H. 11 *νίτρῳ διπλασίῳ* V. *νίτρου διπλασίῳ* G. H. *τρίτον* G. H. V. *τρίτη* A. 15 *τάδε μὲν ξύμφορα* H. *τάδε ξύμφορα* G. 16 *βολβοῦ* M. *βολβοὺς* G. H.

219, 7 μόγις H. V. μόλις G. 12 οὔ G. V. ὁ H. 14 ἀμβλώματι H. ἀμβλώσει G. V. γυναικὸς G. H. V. γυναικὶ G. v. l.

220, 3 ἔνθλιψιν H. V. A. ἔκθλιψιν G. ἔνθληψιν G. v. l. 5 μαλθακώτατα H. μαλακώτατα G. V. 7 ἐν οἷς G. H. v. l. (γρ.) H. V. 14 κούφοις G. H. V. κούφης A. μαρσίποις G. V. μαρσίπποις H. 15 πεφωγμένην G. V. πεφωσμένην H. 16 ἐπικέηνται G. V. ἐπικέηται H. πυριωμένων G. V. πεπυριαμένων H.

221, 5 ἄκνισσον H. ἄκνισον G. V. ἀγγείῳ *H. V.* ἐγγείῳ G. 11 δὲ καὶ ἐπιπλάσσειν *H.* V. δὲ ἐπιπλάσσειν G. 12 δέῃ G. δεῖ H. V. 13 τοῦ λίνου σπέρματος V. τοῦ λίνου τοῦ σπέρματος G. H.

222, 3 τέκμαρ *G.* τεκμαρτέον H. V. 6 μετεξέτεροί τε G. H. μετεξετέροισί τε V. G. v. l. 10 θερμαίνει τε G. V. θερμαίνηται H. πύον G. H. V. πύος A. 12 ῥητίνης G. H. V. ῥητίνος A. 15 ἐμπάσσοντα G. V. ἐμπλάσσοντα H. ἐμπέσσοντα A.

223, 1 δὲ καὶ τὰς H. δὲ τὰς G. V. 6 Κυρήνης G. H. V. Κυρκόης A. 13 τάσιος G. H. V. στάσιος A. 17 κόπριον H. V. κόπρον G. 18 ∢ G. V. ∢∢ H.

224, 3 ἡ Ἱερὴ H. Ἱερὴ G. V. 6 ὁ γαργαρεὼν G. V. οἱ γαργαρεῶνες H. 9 μέσφι H. μέχρι G. V. 14 ἀποσπᾶσαί τι H. ἀποσπᾶσθαι τι G V. 15 ἀλλὰ G. H. V. τἄλλα F. κενταυρίου G. H. V. κενταρίον A. 16 ἑψήματα G. H. ἑψήματι *V.*

225, 1 ὅδε G. V. ὧδε H. 3 μέσφι H. μέχρι G. V. 6 ἄριστον G. V. ἄριστοι H. 8 ἐλατήριον G. H. V. ἐλατηρίου A. ξὺν G. V. καὶ ξὺν H. 9 ἱκανὸν ἢ τὸν G. ἱκανὸν ἦν τὸν H. A. ἱκανὸν τὸν V. ἐλατήριον G. H. V. ἐλατηρίου A. 13 τάμνειν H. τέμνειν G. V. 17 οἰσύπῳ O. ὑσσώπῳ G. H. V.

226, 1 ῥόδοισι G. H. V. ῥοδίοισι F. 3 ἄλητον H. ἄλφιτον G. V. ἢ λίνου G. H. λίνου V. 7 ἐμπασσέσθω G. H. V. ἐμπλασσέσθω F. Πυρίη θερμὴ G. H. πυρίῃ θερμῇ V. G. v. l. πυρίης θερμὴ A. 12 μέσφι H. μέχρι G. V. 13 ἢ ῥοιῶν H. ῥοιῶν G. V. 15 χελιδόνων H. F. χελιδονίων G. χεληδονίων V.

227, 1 τῶν πιόνων G. τὰ πίονα H. V. A. τε πίονα G. v. l. 7 κηρωτὴν G. V. κηρωτὴ H. κηρωτῶν A. 8 σινήπι G. σινήπυϊ V. A. 11 Ὁκόσοι G. H. ὅσοι V. A.

228, 11 *Κίονα* H. *Κιονίδα* G. *V*. 12 *πάχεϊ* G. H. V. *πασχίει* A. 13 *πάχεϊ ἀπὸ* H. V. *πάχεϊ καὶ μήκεϊ ξυνίστανται, ὡς ἐς τὴν Ἀρτηρίην ἐκκρεμέα γίγνεσθαι. ἴσῳ μὲν πάχεϊ ἀπὸ* G.

229, 2 *μέζονι τῇ τομῇ* G. *μέζονι τῆς τομῆς* H. *μέζον τῆς τομῆς* V. G. v. l. 3 *Δεῖ* H. *ἢν* G. V. 5 *ἐς* H. *ἐπὶ* G. V. 14 *Ἐγχρίσμασι* G. H. V. *ἐχρίσμασι* A.

230, 1 *δευθέντα* G. V. *διεθέντα* H. 3 *τε* G. *τι* H. V. 11 *Ἐπιπλάσιες* G. *Ἐπιπλήσιες* H. G. v. l. 12 *Χρίσιες* G. *V*. *χρήσιες* H. G. v. l. 17 *ἀρωγὸν, ἀλλ' ἀξύνετον* G. *ἀρωγὸν ἀλλὰ ξυνετὸν* *V*. *ἄνω' γὰρ, ἀλλὰ ξύνετον* H. A.

231, 1 *ἐσχαρέων* G. H. *ἐσχάρων* V. A. 2 *στυπτηρίῃ* G. H. *στυπτηρία* V. A. 6 *ῥήου* H. *ῥίον* G. V. 10 *ἐγχέειν* G. H. V. *ἀγχέειν* A. 11 *τότε* G. V. *τόδε* H. 14 *χυλῷ* G. V. *χυλοῖς* *H*. *σπέρματος* H. A. *σπέρματι* G. V.

232, 8 *τάμνειν* G. H. V. *τέμνειν* A. 9 *ὑπ'* G. V. *ἀπ'* *H*. 12 *τοῦ μὴ* G. *μὴ τοῦ* H. V. 17 *κοινωνὸς* G. H. *κοινωνὸν* *V*.

233, 2 *Περιπνευμονίης* G. V. *Πνευμονίης* *H*. *εὐηθέστερον γὰρ* H. *εὐηθέστερον* G. V. 5 *ἑτέρης* G. H. *ὑστέρης* *V*. 12 *φλεγμασίῃ* G. H. *θερμασίῃ* V. G. v. l. 13 *τὸ δὲ* H. *τόδ'* G. V. 17 *σμηγματώδης* G. *μιγματώδης* H. V. G. v. l.

234, 3 *μέλιτι πεποιημένῃ μοῦνον* G. *μέλιτι δὲ μοῦνον πεπονημένῃ* H. V. 4 *πεποιημένῃ* G. H. m. *πεπονημένῃ* H. V. 17 *ἐπίσχειν* H. *ἐπίσχεσιν* G. V.

235, 2 *εὔκρητος* G. H. V. *εὔκριτος* F. 6 *ἄγλισχρον* G. *ἄνισχρον* *V*. *ἄκισχρον* H.

236, 11 *μήλων ἑφθῶν* G. *μήλῳ ἑφθῷ* H. V. G. v. l.

237, 2 *πρὸς δὲ ταῖσι* *V*. *πρὸς τοῖσι* G. H. 5 *αἴρης* (*αἴρης*) G. *σέῤῥης* V. G. v. l. *σέῤῥης* H. 7 *ἐγκεομένης* G. H. V. *ἐγκαιομένης* G. v. l. 9 *κάγχρυ* H. V. G. v. l. *κάγχρυς* G.

238, 10 *ἀφαιρέοις* G. V. *ἀφαιρέουσιν* H. 12 *τῇσι* *V*. *τοῖσι* G. A. 17 *χωρίῳ* G. H. *χώρῳ* V. A.

239, 5 *ἡ τροφὴ* O. *ἢ τροφὴ* G. V. *αἱ τροφαὶ* H. 6 *ἐκρέει* G. V. *ἐκρέουσι* H. *προευκρινήσας* G. H. *προσευκρινήσας* *V*. 8 *πτύελα* V. G. v. l. *πτύαλα* G. H. 11 *ἁρμόζον* G. *ἁρμόζοντα* H. V. A. 12 *εὐρὺ ἢ τὸ χάλκεον* G. *εὐρὺν ἢ τὸν χάλκεον* H. V. A. *πρηνὶς* G.

πρηνέα A. τρηνέα H. V. 13 ἀλγέουσι. Ὑποτιθέναι G. V. ἀλγέουσι. ἐπι. ὑποτιθέναι H. 16 ἀποσβεσθείη H. διασβεσθείη G. V. 17 ἐκείνου G. V. τοῦ ἐκείνου H. ἔστω G. H. V. ἔσται A.

240, 5 ἔστω δή τι καὶ τῶν ποικίλων G. V. ἔστω δέ τι τῶν ποικίλων H. ἔστω δή τι καὶ τῶν ποικίλων· πικέριοι ξὺν μέλιτι O. ἔστω δὴ τὸ ποικ. ἔρειον νεαρὸν ξὺν μέλιτι F. πικέριον H. V. G. v. l. πινέριον G.

241, 13 κοκκάλου G. H. κοκκάδου V. G. v. l. 16 ἐς ἂν ἔκλειγμα G. ἐς ἂν ἔλειχμα V. A. ἐστ' ἂν ἔλειγμα H. 17 ⊲ δύο G. ⊲⊲ β'. H. ⊲ β'. V. γ'. β'. A.

242, 1 κρόκου μίη G. H. κρόκου ⊲ α'. V. κρόκου γ'. α'. A. κόκκος G. κόκκους A. F. κοκκία V. κοκκίω A. 6 ξυμβαλέειν G. V. τὸ ξυμβαλέειν H. 7 τινες H. V. F. τινος G. 8 εἶναι G. H. V. εἴτε A. 9 ἰδέη τις G. δέη τῆς H. δέει τῆς V. G. v. l. ἔκκρισις ἐοῦσα F. ἐκκρίσιος ἐὼν G. H. V. 11 μὲν ἔσχε Πλευρίτιδος V. μὲν Πλευρίτιδος G. H.

243, 1 Ὀξέων Νούσων θεραπευτικὸν βιβλίον δεύτερον G. H. Ὀξέων θεραπευτικῶν β'. V. 3 δεύτερον G. H. δεύτερον, ἐν ᾧ ταῦτα ἔνεστι H. 4 Περιπνευμονίης H. Πνευμονίης G. V.

244, 9 μέζων G. H. μεζόνων V. ἢ H. ἡ G. V. 12 ὕσσωπον G. H. ὕσσωπος V. A. 18 ἐφέλκηται H. V. ἐφέλκυται G.

245, 11 ἐγρηγοροῦσι πάννυχοι G. H. ἐγρήγορσις πάννυχος V. A. δέος μὴ G. V. δέος δὲ μὴ H.

246, 3 σιτηρῶν F. αὐστηρὸν G. H. V. 16 χρίσιες G. V. χρήσιες H. δεσμοὶ G. H. δεσμὸς V.

247, 3 ῥήξιος G. V. τήξϊος H. 9 ῥήξιος G. V. συντήξιος H. (ἐπι) 17 ἐπίφλεβοι G. H. πολύφλεβοι V.

248, 3 κοίλην G. H. V. κοιλίην A. 5 ἀσινέως G. H. ἀπηνέως V. 8 οὐδὲν F. οὐδένα G. H. V. μέζον G. V. F. μέζων H. ἡ O. ἢ G. H. V. ἀνωτέρω G. V. ἀνώτερον H. τῆς μέσης H. V. A. τῆς μέζης G. 9 ὁκόσοι H. V. ὅσοι G. 14 τοῖσι M. τρισὶ G. H. V. 15 ἀγκῶνι G. V. ἀγκῶνος H. τάμνοι G. H. τάμνει V.

249, 8 διάσφιγξις H. V. διάσφυγξις G. 9 πινόεντα G. H. V. πινέοντα A. 10 οἰσύπῳ G. H. υσσώπῳ V. A. 11 μυρσίνῳ G. V. μυρσινίνῳ H. 13 ὑπαλειφέσθω G. V. ὑπαλείφθω H.

250, 1 *δυνάμεις* H. V. *δύναμις G. στύψαι* H. V. *G.* v. l. *ψύξαι* G. 5 *καὶ χαλκὸν, καὶ κεκαυμένον, καὶ λεπίδα* H. *καὶ χαλκὸν κεκαυμένον, καὶ λεπίδα* G. V. *ὁκόσαι τοιαίδε* G. V. *ὁκόσα τοιάδε* H. 6 *πινόεντα* G. H. V. *πινέοντα* A. *ἐν βραχέϊ* G. V. *ἐς βραχὺ* H. 8 *Ἐπίθεμα* G. V. *Ἐπίθημα* H. 10 *τρύχιον* G. V. *τρίχινον* H. 12 *ῥοδίνῳ μύρῳ* G. H. *ῥοδίνῳ ἢ μύρῳ V.* 14 *βραβύλων G. βραβίλων* H. V. *ῥαβύλων* A.

251, 1 *χαρίσασθαι* G. H. V. *χρίσασθαι* A. 5 *ῥόου* G. H. *ῥοὸς* V. A. *δῆσαι* G. V. *στῆσαι* H. 10 *διαῤῥέει γὰρ* G. H. *διαῤῥεῖ γὰρ* V. *διαιρεῖ γὰρ* A. *διαιρεῖ γυ* G. v. l. 12 *μὲν ἡ ἰητρείη* H. *μὲν ἰητρείη* G. V.

252, 6 *κερατίων* F. *κεράτων* G. H. V. 11 *μοίρῃ* G. *μοίρην* H. V. G. v. l. 12 *ξηρῶν* G. H. *ξηρὰ* V. *ἐμπάσσειν* G. H. V. *πάσσειν G.* v. l. 15 *τὸν* G. H. *τὴν* V. A. 17 *τὸ ῥῆον* F. *τὸ ῥίον* G. H. V. *τοῦ ῥίου* M.

253, 6 *τοῖσι δεχομένοισι* G. H. *τοῖσι δὲ χρωμένοισι* V. 8 *λαγοῦ* G. V. *λαγωοῦ* H. 9 *ταμισὸς* H. V. *θαμισὸς G. πτεία* A. (ἢ) *πυτία* V. 11 *ἡμικυάθου* H. *ἡμικύαθον G. ἡ μία κύαθος* V. 13 *ἀρίστη Σαμία* G. H. *ἀριστήσασα μία* V. 14 *καὶ ἡ σφραγὶς* H. *καὶ σφραγὶς G. V.* 17 *κερατίων G. κεράτων* H. V. A.

254, 1 *σειραίῳ τῷ Κρητικῷ* H. *σιραίῳ τῷ Κρῆτι G. σιρέῳ τῷ Κρῆτι* V. 2 *ἄριστον* H. V. A. *ἄριστος G.* 8 *καὶ ὀξυλαπάθου* H. *καὶ ὁ ὀξυλαπάθου G. V. ἰδίῃ* G. H. V. *ἰδίης* A. 10 *κόμμι* G. H. V. *κόμμις* A. 10 *καὶ τράγου τῆς ἀκάνθης* F. *καὶ πράσον τῆς ἀκάνθης* G. H. V. *πράσον* G. H. V. *πράσσον* A. 17 *τρωμάτων* H. *χρωμάτων* V. G. v. l. *χραμάτων* A. *χρωτῶν* G.

255, 1 *ὑπὸ* G. H. V. *ἀπὸ* A. 5 *μὲν οὐ μούνη ἐς* G. *μὴ οὐ μούνη ἐς* H. *μὴ ἐς* V. *μὲν ἐς* V. m. 6 *ἥκειν* G. v. l. *εἴκειν* G. H. V. 11 *σεσησμένος* G. H. V. *σεσημένος* A. *ἀπάντων ὧν ῥόφημα* V. *ἐς πάντων ὧν ῥόφημα* G. *ἐς πάντων ἢ ῥόφημα* H. A. 12 *ἅλεσι* G. v. l. *ἁλσὶ* G. H. V. 13 *τι τῷ κάμνοντι* V. *τι κάμνοντι* G. H.

256, 1 *ὀῤῥωδέης* H. V. *ὀῤῥωδέῃ* G. 2 *ἀπηνέα* G. H. *ἀπηνὲς* V. A. 3 *προσεπιπασσέσθω* G. H. *προσεπιπασσέτω* V. A. 4 *παχέα* G. H. V. *παχεῖα* A. 11 *ἑψείσθωσαν* G. *ἑψείσθοσαν* V. m. *ἑψήσθωσαν* H. *ὑφείσθωσαν* A. *ἑψείσθω* V. 13 *φὰρ* G. H. V. (ἢ) *ζειὰ* H. m. V. m. *ζεὰ* A.

257, 2 τε G. τῆς H. V. 3 πρήσσηται H. F. πρήσηται G. V. 6 ἤδη G. H. V. ἦσος A. 7 τὸν πῶρον O. τὸν πόρον F. τὸ πευροῦν H. τὸ πειρὸν V. τὸ πιηρὸν G. 11 ἑτέρων G. H. ἕτερον V. ὕστερον (ἴσως) G. v. l. 16 ἔνσεο G. V. ἔνθεο H. ἐνέσω A. ἐξελάοις G. H. ἐξέλαες V. A. 17 διαδιδρήσκουσι H. V. διδρήσκουσι G.

258, 1 παλίσσυτος G. παλίνσυτος H. V. 5 ἐφραζόμεθα G. ἐμφραζόμεθα V. A. ἐφράζομεν H. 6 σημήϊα G. H. V. σημήϊως A. 9 ἠέρα G. H. V. ἔω A. 16 προαπηνδηκε G. H. V. προατηνδηκε A. 17 οὐδὲ γὰρ οὐδὲ G. H. οὐ γὰρ ἄνευ V.

259, 4 σμικρῆς τομῆς τῆς σχάσιος G. σμικρῆς τῆς τομῆς τῆς σχάσιος V. σμικρῆς τῆς σχάσιος H. 7 ἀφαιρέειν G. H. V. ἀφαίρεσιν A. 9 νεόχμωσιν G. H. νεώχνέων μωσιν V. 10 ποταινίων G. H. ποταινίων V. 12 Συκίην G. H. σικένη V. σικύνη A. προσβάλλειν G. H. V. προσβάλλεις A. 14 περιόδοιο G. H. V. περίδοισι A.

260, 1 ἐπιπλάσιος G. ἔπιπλα V. ἐπιπλασμάτων H. 3 ἐπὶ τῇ G. H. V. τῇσι ἐῇ A. 12 ἀβαρέες ἐς O. ἀβαρέες H. ἀβαρὲς ἐς G. V.

261, 1 ἡδὲ καὶ ἡδεῖα G. V. ἔστω δὲ καὶ ἡδεῖα H. ἔστω δὲ καὶ ἡδέα V. χεῖρον V. G. v. l. χείρων G. H. G. v. l. (γρ.) 3 ἀμφύει G. ἀμφύνει H. V. G. v. l. (ἴσως) 6 σφυγμὸς H. V. σφιγμὸς G. 8 ἐνεργῶς V. ἐναργῶς G. H. ἐναρπὴς A. 9 προησφαλίσθαι G. V. προησφαλίσασθαι H. 11 πλησμονῆς G. H. G. v. l. (γρ.) πλησμονῇ V. A. 14 ἤρκεσε G. H. V. ἤρκεσαν A.

262, 4 ὑποικουρέωσι G. H. ὑπηκουρέωσαι V. 6 ἄλλοι G. H. V. ἄλλος A. 10 Κρίσιος G. H. κρισέρης V. 11 σιτίον H. V. σιτίων G. 12 δίψεος G. G. v. l. (γρ.) δίψους H. A. δίψος V. 13 Προνοεῖσθαι A. V. m. προϋπερηρεῖσθαι G. H. V. 15 τοῖσι δὲ συνανέχειν G. τοῖσδε σινανέχειν V. τοῖσιν ἀνέχειν H. τὴν δέσιν ἀνέχειν A.

263, 2 ξυνήθης G. H. V. ξυνήθως A. 4 διαστάσιος V. διαστήσιος G. H. 8 ποικίλη G. H. V. ποικίλον A. 9 ἐνεργῷ G. G. v. l. (γρ.) ἐνεργοῦ H. V. A. 10 ἀνάστασιν G. H. ἐπανάστασιν V. 11 Ἐπίθημα G. H. V. Ἐπίθημεν A. 12 λεῖοι G. H. V. λεῖον A. 16 ἀψινθίου G. H. V. ἀψίνθου A. κόμης V. κόμην G. H. 17 μάννης G. H. V. μάνης A.

264, 1 φυράσαντα G. H. φυρήσαντα V. A. 3 ἀκμαῖον G. H. V. ἐκμᾶλλον A. κόμμι δὲ, ῥοὸς G. κόμμι, ῥοὸς H. V. 5 οἰνάνθης H. V. οἰνάνθη G. 9 λειμῶνας G. H. λιμῶνας *V.* λειμένα A. 17 ἠέρα G. ἀέρα H. V. A. 18 πάσσειν G. H. πάσειν V. πᾶσιν A. κληΐδας G. H. κληΐδα V. A. ἀλφίτοισι G. ἄλφιτα H. A. ἄλφητα *V.*

ἡ δὲ ἀπαλὴ
265, 2 παιπάλη δὲ G. παιπάλη H. ἡ ἀπαλὴ καὶ *V.*
πα
ἀπαλαίη δὲ A. ἐμπάσσειν O. ἐμπλάσσειν H. ἐμπλάσσειν G. V. 5 τίτανον G. τίτανος V. A. 6 γύψον ὀπτὴν G. γύψος ὀπτὴ H. ψύγος ὀπτὴ *V.* 9 διαχρίειν G. H. διαχρέειν V. A. 13 κάχρυ G. κάγχρυ H. V. ποθίζει G. H. ποθ᾽ ἴζει V.

266, 4 οὐδαμᾶ G. H. V. οὐδαμᾶς A. 7 ξυνήθης G. H. V. ξυνήθους A. ζωώδης G. H. ζωώδεα V. 9 ἐξένηψε G. ἐξένιψε H. V. 10 εὐσταλὴς G. H. ἀσταλὴς V. 15 καταβλακεύειν G. H. V. m. καταμαλακεύειν V.

267, 3 καὶ γὰρ οἶδε G. V. καὶ γὰρ καὶ οἶδε H. 6 Θεραπεία Χολέρης G. V. Περὶ Χολέρης Θεραπεία H. Χολέρης G. H. V. Χολερῆς A. 7 ἄπεπτα G. H. V. ἄπεπτε A. εἰ ῥηϊδίως H. V. A. ῥηϊδίως G. 8 ἦν V. εἰ G. H. 9 ῥυμφάνειν G. ῥομφαίνειν H. V. ῥοφαίνειν A. 16 κόπρεα G. V. κόπρια H. 18 ἔμετος G. H. V. ἔμεστος A.

268, 12 ἐπιστάζειν G. H. V. ἐπιστάζει A.

269, 7 αἰώρης H. αἰώρης (ἴσως) G. v. l. ὥρης G. V. αὔρης F.

270, 1 θήμεναι G. V. θέμεναι H. 7 νάρδου H. ναρδίνῳ G. V. ναρδὶν A. 12 εἰρίοισι H. ἐρίοισι G. V. 18 ἀδικῇ G. H. ἀδηκῇ V.

271, 1 λούσαντα G. v. l. λύσαντα G. H. V. τρέπειν G. H. V. πρέπειν A. 7 ἔντασις G. ἔνστασις H. V. A. πρῆσσις G. H. πρίσσις V. 10 πόνοι G. V. πόνου V. F. 13 ἀθρόον V. A. ἀθρόως G. H. 16 ἀνάπνευσις G. H. ἀνάπνευσιν *V.*

272, 1 σαφῶς A. σαφὰ G. H. V. 2 καρηβαρίη O. καρηβαρέη G. V. καρηβαρέη H 3 διαφθορῇ H. V. M. διαφορῇ G. 5 συχνὸν G. εὔχνου V. A. εὔχου H. 8 πάντα H. πάντας G. *V.* τῇ G. H. τε V. τῆς A. 12 Πυρίημα G. H. Πυρέημα V. A.

273, 2 βουβώνων G. H. V. βουβῶν A. 4 ξυμφέροι G. ξυμφέρει *H. V.* 6 μυρία G. μυρίαι H. V. ἄλλα G. ἄλλαι H. V. A. πιστὰ G. πισταὶ H. V. A. 13 ἀλεκτορίδων, κογχαρίων G. H. V. (ἢ) ἐχόντων μέγα κάλλος V. m. κάθεφθος *G. V.* κάθεπτος A. κάτεπτος *V.* 15 λίτρον G. H. V. m. λύτρον V.

274, 1 ἢ τελλίνης G. τῆς τελλίνης H. τῆς ἰτελίνης V. 2 κάχρυ G. κάγχρυ V. κάγχρυϊ H. 3 ἄπυος G. ἄπονος H. V. A. 5 κινάμωμον G. V. κιννάμωμον *H.* 7 χρεόμενον G. H. V. χρεόμενος A. 8 ἡ θεραπείη V. θεραπείη G. H. 12 ἀφεψῃ G. V. m. ἀφε H. ἀφῃ V. 15 νέει G. V. νέῃ H. 18 ἀμερθὲν G. H. V. χωρισθὲν V. m.

275, 3 τάμνοντα G. H. V. τάμνειντα A. 6 διασκιδνάναι G. H. διασκιδάναι A. διασκηδάναι V. 7 πινόεντα G. H. V. πινέοντα A. οἰσύπῳ G. H. ὑσσώπῳ *V.* οἰσώπῳ A. 10 οἴνου G. V. λίνου H. 13 δάφνης H. G. v. l. (γρ.) δάφνου G. V. 17 ἢ σχάσαι G. χάσαι H. V.

276, 4 ἰσχαίμασι G. H. V. ἰσχαίμοισι (ἴσως) G. v. l. 5 μάννῃ *G.* μάννης H. V. A. ἀλόῃ G. V. ἀλόης H. 15 ἐγχέῃ τι G. ἐγχέῃ τις V. ἐγκέῃ τι H. ἐγχεῖν τι A.

277, 1 εὐρύτητι G. *H.* εὐρότητι V. A. 2 καὶ Συκίῃ G. καὶ σικύῃσι H. σικύῃσιν V. 3 προσβαλλόντα G. H. V. προσβαλλήειν τὰ A. κατ' G. H. ἐς V. A. 4 σχοίνῳ G. V. σχίνῳ H. 5 διαδράναι G. V. διαδρῆναι H. 7 πύον G. H. πύος V. A. 10 τόνδε H. V. G. v. l. (γρ.) τοῦδε G. 13 Καύσου *G.* Καύσοισιν H. V. G. v. l. 14 πρόσθεν G. H. V. πρόθεν A. 18 τῇσι Καύσεσι G. τῇσι Καύσοισι H. τοῖσι Καύσεσι *V.*

278, 1 ἀρχὴ H. V. ἀρχῆς G. 4 φλεβὶ *G. H. V.* φλέβα A. 8 ἀναλάβῃ G. ἀναβάλλῃ A. V. m. ἀνεσύθῃ H. ἀνεθύσσῃ V. 11 τε G. H. V. τὰς A. 17 ῥῆξιν G. δῆξιν H. V. A.

279, 1 τεθάλφθωσαν *G. H.* τεθάλθωσαν A. τεθάλπτωσαν V. 3 τε G. H. V. τῷ A. μῆον H. F. μίον G. V. 5 κασσίῃ F. σικύῃ G. H. V. 7 πυρὸς G. V. πυροῦ H. εἰλευμένου G. ἐλευμένου V. A. ἀληλεσμένου H. (ἢ) συστρεφομένου V. m. 8 πολλῆς H. V. A. πολλῇ G. 10 ἐμβεβλήσθω *G. H. V.* ἐμβεβλήσω A. 16 ὄρθιος G. H. ὄρθριος *V.* A.

280, 1 οὕτως H. A. οὗτος G. V. 13 μὲν μὴ G. μὲν δὲ H. V. A. 15 ξυνήσωνται A. ξυνήσονται V. συνήσονται H. ἀθροίζωνται A. ἀθροίζονται V. m. 16 ἀμφὶ δὲ θερμασίης *H. V.* ἀμφὶ θερμασίης G.

281, 1 ἔν τε G. H. V. εὖτε A. 5 διεκθέουσι G. H. διεκθείουσι V. A. 7 σχοῖνος G. V. σχίνος *H.* 13 Ἤπατι V. ἥπατος *G. H.* 15 χρήσιμον G. H. V. χρήσει μὲν A. 16 ὅτι G. H. V. ἔτι (ἴσως) G. v. l. 17 ἄπυροι H. ἄποροι G. V. ἄπωροι G. v. l. ἄπυοι G. v. l.

282, 1 πληρεῦντα H. V. A. πληροῦντα G. 5 ἁπλαῖ G. ἁπλοῖσι *H. V.* A. πριονίτης G. πριονίτις V. A. 6 ἑφθαὶ G. H. ἑφθὰ *V.* 7 Βιστίνου H. Βιστίμου G. V. Βουστίνου F. 8 κοσκίνου G. V. κοσκῖνου H. καρκίνου F. ὀνίσκου M. 13 εἰθισμένοι G. H. V. ἠσθημένοι F.

283, 4 Ἄρης G. H. V. (ἢ) θάνατος V. m. 5 κενεῶνα G. H. V. ἀγκῶνα F. 9 προκαλέεται G. H. V. προσκαλέεται A. 11 ἴσχειν G. H. V. ἔσχειν A. 14 οἰσύπου G. H. οἰσώπου A. ὑσσώπου V. 15 δευθέντες G. H. V. δευθέντας A. 16 βάρεα G. H. βαρέα V. A.

284, 5 θηραιὸς G. v. l. G. V. θηρινὸς H. Σκυβαλίτης G. *H.* σκυμβαλίτης *V.* 6 τέττιγες G. H. τέττιγγες V. τόντιγες A. 9 τέττιξι G. H. *V.* τόντιξι A. 10 Λίθων G. H. λίθῳ *V.* A. 13 φλεγμονῇσι G. H. V. φλέγμασι A. 15 τριχάδα G. H. V. (ἢ) τὸ ὑποκάτω τῆς βαλάνου V. m. πληχάδα, ἢ τὸ ὑπὸ κάτω τῆς βαλάνου M. πληχάδα F. 18 Ῥοιάδα *G. H.* ῥοάδα *V. A.*

285, 2 οἰκτίστως G. H. V. οἴκτιστοι A. 5 ἠδὲ H. ἦδε G. V. ἴδεε F. 7 προσιόντων G. V. m. προσίτων V. προειλησι τῶν F. 10 ἀπόστασιν G. V. ἀναπόστασιν H. 12 πάθεϊ G. βάθεϊ H. V. G. v. l. 14 ἀσηρὸν G. V. ἀσσηρὸν H. διεστηκὸν A. (ἢ) τὸ διεστηκὸς V. m. 17 τὴν *H. V.* τὸν G.

286, 1 καὶ τοὺς *H. V.* τοὺς G. 3 ὧν τοῖς G. V. ὧν ἂν τοῖς H. 5 ἐπὶ G. H. ἐν *V.* 7 ἂν καὶ *G.* ἄν τις καὶ *H. V.* 10 λύχνου G. H. V. λύχνος A. καστορίου *G. V.* καστόριον H. 12 κάρτα G. H. V. κάρτου A. 14 ἐπιβλητέον G. H. V. ἐπιβλητέειν A. 15 μύρῳ G. H. V. μύρων F. 16 βάκχαρι G. H. V. βάκταρι A.

287, 1 Ἰνδικοῦ G. H. ἰνδοῦ V. A. τοῦ δένδρεος τοῦ Ἰνδικοῦ G. τοῦ Ἰνδικοῦ δένδρεος H. 2 τῶν *G. H. V.* τῷ A. 4 ἔγχυτον O. ἔνχυτον G. ἐγχύτειν A. ἐντυχεῖν *V.*

Διαχρίειν G. H. V. *διαχρέειν* A. 9 *λαπάξιος* G. *λαπάσιος* H. V. G. v. l. 14 *ἤξειε* H. V. *ἤξειε* G. *φυσῆν* G. *φύσιν* H. *V*. *οἷά γε* G. H. V. *οἴακε* (*ἴσως*) G. v. l.

288, 2 *οἰκευμένην* G. *εἰκευμένην* V. *ἀκευμένην* H. *φερομένην* A. V. m. 4 *ἐμποιήσι* G. H. V. *ἐμποιήσεις* F. 5 *ὑποθυμιῆν* G. H. V. *ὑπομενίην* A. 6 *πρὸ* G. H. V. *πρὸς* A. 8 *τρέπειν* G. H. V. *πρέπειν* A. *τὴν* G. A. V. *τὸν* A. 11 *ὄρθιον* G. H. V. *ὄρθριον* A. 15 *ἐς ἀναισχυντίην ἐπὶ παῤῥησίῃ τοῦ* G. *V*. *ἐς ἀναισχυντίην* H. 16 *πράγματος* H. m. *πτώματος* G. *V*. *θώματος* *H*. *ἀκυρίῃ* G. V. *ἀκαιρίῃ* *H*. 17 *ἀναλωφήσωσι* G. *ἀναλωφάσωσι* A. *ἂν λωφάσωσι* *H*. *αὖ λεφάσωσιν* V.

289, 4 *αἰδοῖον* G. H. *ἴδιον* V. 5 *πρηΰνσιας* H. G. *πρηΰσιας* *G*. *V*. 11 *πληχάδα* G. H. V. (*ἢ*) *τὸ παρίνιον* V. m. 12 *διᾶναι* G. *διέναι* H. *δίαιται* V. 13 *καταιονοῦντα* G. H. *καταιονοῦνται* A. *καταιωνῶντα* V. 18 *νάρκην* G. H. *νάρκαν* A.

290, 4 *ἀντερείσθωσαν* G. H. *ἀντειρήσθωσαν* V. 7 *ἐλελισφάκου* G. *ἐλελισφάγνου* H. V. *ἐνελισφάγμου* A. 8 *εὖτ' ἦν* G. H. *εἶταν* *V*. 16 *βλίτον* G. H. V. m. *κρίτον* *V*. 17 *πεπέων* G. V. *πέπων* H.

291, 1 *πολλῆς* G. H. *πολλὸν* V. 5 *προσίσχοντα* G. V. *προΐσχοντα* H.

292, 1 *Χρονίων Νούσων Θεραπευτικὸν Βιβλίον πρῶτον* G. H. *Χρονίων θεραπευτικῶν α'*. *V*. 4 *Προοίμιον Κεφ. α'.* desunt V. 9 *κοτε* G. H. *ποτε* V. A.

293, 2 *ὑποδιδρήσκειν* G. V. m. *ἀποδιδρήσκειν* H. V. 3 *καταμβλακεύειν* *G*. *καταβλακεύειν* V. *καταμαλακεύειν* H. 6 *ξυνδιαιτέονται* G. H. *ξυνδιαιτέοντα* A. *ξυνδιαιτεῶνται* *V*. 7 *θάνατον* G. H. *τῇ θάνατον* V. *τάδε* G. V. *τόδε* H. 9 *φράσω* H. V. *σφράσω* G. 10 *Θεραπεία* G. H. *Περὶ* V. *Κεφ. β'*. G. H. *α'*. V. 12 *σμικρῷ ἄλγεϊ* G. V. *σμικρῷ πάθεϊ ἢ ἄλγεϊ* H. 13 *προσλάβοι* G. V. *προσλάβῃ* H. *προσβάλλοι* A. 15 *ἰήθη* G. H. *ἰάνθη* V. G. v. l. *ξάνθη* A. 16 *χρόνου* G. V. *χρόνον* H. 18 *ἡμέραιν* G. H. V. *ἡμέραν* A.

294, 1 *ἢν* *G*. *ὢν* H. V. A. 11 *κοτύλης* G. H. V. *κολύτης* A. 12 *κενεαγγέειν* G. H. *καὶ νεαγγέειν* V. 15 *ἀναίμακτον* G. H. V. *ἀναιμάκτος* A. 16 *ἀφειδέως* G. H. V. *ἀφειδέει* A. *τε* G. H. V. *τὴν* A. 17 *Κεφαλαίην* *G*. *κεφαλαίῃ* H. V.

295, 1 *ἥκῃ* G. H. *εἴη* V. 2 *διπλαῖ* G. H. V. *διπλὰς* A. *τι* G. *τῷ* H. V. A. 6 *ἐπικέαται* G. *ἐπικέανται* H. V. 7 *λεπταὶ* G. H. *λεπαὶ* V. A. 8 *Κεφαλαίῃσι* G. V. *κεφαλαίῃ τε* H. 9 *ἁπάσῃσι* G. H. *ἅπασι* V. A.

296, 9 *ἐπεὶ* G. H. *ἐπὶ* V. 18 *χρέω* G. V. *χρεὼν* H.

297, 1 *τῆς τερμίνθου* G. *τῆς τερμινθίνης* V. A. *τερμινθίνης* H. 3 *Κατειάδιον* G. H. V. *εἶδος ὀργάνου εἰς τὸ λῦσαι τὰς τῆς ῥινὸς φλέβας* V. m. 4 *Στορύνη* G. V. *στορόνη* H. 6 *ὀδόντα* G. *ὀδὸν* H. V. A. 8 *ξυγχαράσσοιτο* G. H. V. *ξυγχαράσοι τὸ* A. 13 *ἢ* G. H. *καὶ* V. *τοῖσι* H. V. M. *τισὶ* G. 14 *κενώσαντα* G. H. V. *κενώσαν* A. *ὁκόσον* G. H. V. *ὑκόσειν* A. 15 *μάσσειν* G. *αἱμάσσειν* H. V. 16 *βαλαύστιον* G. H. V. *καλαύστιον* A.

298, 1 *καύειν* G. H. V. m. *καὶ ἐν* V. 3 *ἐπιπολῆς* G. H. *ἐπὶ πολλῆς* V. 4 *ἀπάνευθεν* G. *ἀπάνευθε* V. *ἐπάνευθε* H. 11 *βυθίοισι* H. *βαθίοισι* G. V.

299, 3 *ἀλτήρων* G. *καυτήρων* H. V. G. v. l. 6 *ἐμπάττειν* G. H. V. *ἐμπλάττειν* (*ἴσως*) G. v. l. *φοινίσσειν* G. H. V. *φοινίσων* A. 7 *ἐγχρίοντα* G. H. V. *ἐγχρέοντα* A. 8 *ξύνθετον τὸ διὰ* G. H. *ξυντεθὲν διὰ* V. 12 *φάρμακα* G. H. V. *φαρμάκῳ* A. 13 *Δίαιτα* H. V. *δίαιται* G. 14 *λεπτὴ* G. H. V. *λεπτὴν* A.

300, 4 *πόνου* G. *τὸ* H. V. A. 8 *κάρου* G. H. *κάρῳ* V. G. v. l. 9 *κρέσσων* G. *κρέσσον* V. *κρέσσειν* A. 13 *λαγὸς* V. *λαγωὸς* G. H. *ὀπτὸς* G. H. *ὄπος* A. 14 *παχῦνόν τε* G. *παχύνοντα* H. V. A. 16 *ἐφθῶν* G. H. V. *ἐθῶν* A.

301, 6 *ἴσχειν* G. H. *ἰσχνὸν* V. 9 *ὠφελούντων* G. H. V. *ἀφελούντων* A. 11 *εὔπνοοι* G. *εὔπνοες* H. V. G. v. l. 12 *εὔφοροι* G. V. *ἔφοροι* H. 16 *ἐξαγωγὴ* G. H. *δὲ ἀγωγὴ* V. *διεξαγωγὴ* (*ἴσως*) G. v. l.

302, 12 *ξυστῇ* H. *ξυνστῇ* G. V. 13 *Κεφαλαίῃσι* G. *κεφαλῇσι* H. V. *τίσι* G. *τοῖσι* H. V. 17 *μέλλῃ* G. H. V. *μάλλῃ* A.

303, 2 *πλημμύροντι* G. *πλημμύρον τι* V. *πλημμυροῦντι* H. 4 *ἐκρῇ* G. H. *ἐκρεῖ* V. 7 *ἢ* G. H. *καὶ* V. 13 *ἐπὴν* G. *ἐπεὶ* H. *ἐπὶ* V. 16 *ἐστὶ* G. *ἐστὸν* V.

304, 2 *τὸν* H. V. *τὸ* G. 4 *τετμηκέναι* H. *τετμημέναι* G. V. (*ἐν ἄλλῳ*) *τετμηκέναι* V. m. 5 *δραχμαὶ* G. H. *δράχμας* V. 9 *ὑπανατρέφειν* G. *ὑπανατραφεῖν* V. *ὑπαναστραφέειν* H. *ὑπαναταφεῖν* A. 14 *ἢ σπονδύλιον* G. H. *καὶ σπονδύλιον* V.

305, 7 *μαρμαρυγῶν* G. *μαρμαρυγμῶν* H. V. 9 *τόδε* H. *τάδε* G. V. 12 *καμάτων· Πρόνοια, καὶ ἐπιμονή· προεδρίῃ* G. *καμάτων· προεδρίῃ* H. *καμάτων· προεδρίῃ* V. (ἢ) *πρόνοια καὶ ἐπιμονὴ* V. m.

306, 8 *οἱ περίπατοι* G. *ὑπέρτατοι* H. V. G. v. l. 14 *διωσμὸν* G. V. *διωγμὸν* H.

307, 5 *κεφαλὴν* G. H. *κεφαλῇ* A. *κεφα* V. 9 *πίεσις* G. *πιέξιες* H. V. A. 10 *προπόσιες* G. H. *προσόπιες* V. A. *ὕδατος ἢ οἴνου* H. V. *ὕδατος πόσι ἢ οἴνου* G. 13 *θύμβρης* H. V. *θρύμβρης* G.

308, 2 *ἢ εὔχαρι* H. *εὔχαρι ἢ* G. V. 6 *πτισάνη* G. H. V. *πτισάνης* A. 7 *ὄξος* G. *ὄξεος* H. V. A. 12 *εὖ καλὸν ἐν τούτοις τοῖσιν* A. *εὖ τοῖσιν* G. H. *εὖ τοῖσιν* V. (ἢ) *καλὸν ἐν τούτοις* V. m. 15 *Θεραπεία* G. H. *Περὶ* V.

309, 1 *γὰρ οὐ μοῦνον* G. *γὰρ μοῦνον* H. V. G. v. l. 5 *ζώειν* G. V. *ζωὴν* H. *τλαῖεν* G. *τλῆεν* H. V. A.

310, 8 *σμικρὸν* H. V. *σμικρὰ* G. 10 *μύδησιν* G. H. V. *σῆψιν* A. V. m. 11 *ξυμβῇ* G. *ξυνέβη* H. V. A. 13 *εἰρέαται* G. H. *εἰρέανται* V. A.

311, 12 *κρέσσον* H. *κρέσσων* G. V. 14 *τωυτὸν* G. V. *τούτων* H. 16 *Βηστίνου* G. *Βυστίνου* H. V.

312, 1 *κασίην* G. V. *κασσίην* H. 4 *αἰθυίης* G. H. *αἰθρίης* V. 5 *ἐνοικάδιοι* G. H. V. *ἐνοικάδεει* A. 8 *πίνοντας* G. H. V. *πιόντας* H. m. 14 *πρήσσειν* G. H. V. *πρήσσεις* A. 15 *ὠφελεῦντα* G. H. V. *ὠφελεῦνται* A. 16 *μὴ* G. V. *μὲν* H. *θηητὰ* G. *θεητὰ* H. V.

313, 3 *ἔκκρισις* G. H. V. *ἔκκρισι* A. 6 *καλαμίνθῃ* G. H. V. *καλαμίθῃ* A. 10 *ἐν* G. H. *ἐς* V. A. 11 *βέμβηκα* G. H. V. (ἢ) *τρόχον* V. m. 12 *ἱστάναι* G. *ἑστάναι* H. V. 14 *ἠρεμαῖος* G. H. V. *ὑρωμαῖος* A. *ἡσυχίη* H. *ἡ ἡσυχίη* G. *ἡ σικύη* V.

314, 1 *ὠμοῖσι* G. H. V. *ὤμοισι* A. *λιπαρὸν* G. H. V. *λιπαρεῖν* A. 9 *κακὸν* G. H. V. *κακεῖν* A. 17 *ὑῶν* H. V. M. *οἷον* G.

315, 4 *σίκυος* G. *σίκυες* V. *σίκυα* H. 5 *κακὸν* G. H. V. *κακεῖν* A. 7 *ὡραίως* H. *ὡραῖος* G. *ὁραῖος* V. 14 *ἥδε* G. H. *ἦν δὲ* V.

316, 1 *ἕκαστον* H. *ἑκάστου* G. *ἑκάστην* V. 2 *εἴασι* G. V. *εἴασι* H. *ἔασι* (*ἴσως*) G. v. 1. 6 *Θεραπεία*

G. H. *Περὶ* V. 14 *αἴσθηται* H. *αἴσθητο* G. V. 16 *ἔῃ* H. V. A. *εἴη* G.

317, 3 *δὲ* G. H. *δεῖ* V. 6 *ἐγκεομένης* G. H. *ἐγκαιομένης* V. 11 *μέρος* H. *μέρους* G. V. ⋖ G. ⋖⋖ H. V. 13 *στομάχου γὰρ τῇ δυνάμει* G. *στομάχῳ γὰρ καὶ τῇ δυνάμει* H. V.

319, 2 *φράσω* H. V. *φράζω* G. 5 *γυναικὸς* H. V. A. *γυναικῶν* G. 9 *ἡγεόμενον* G. H. V. (*ἢ*) *ἀρχόμενον* V. m. *ἀρχούμενον* A. 11 *ἀναθρέψιος* G. V. *ἀνατρίψιος* (κ υ) H. 13 *ἐγχρίπτοντα* G. *ἐγχρέπτοντα* A. *ἐγχρεπτοντα* H. *ἐγχρέμπτοντα* V. (*ἢ*) *ἐντιθέντα* V. m.

320, 1 *ἐγκοτεῖ* G. *ἐν κοτεῖ* H. V. 9 *ὅκως* G. H. *ὅπως* V. A. *προευκρινῆσαι* G. V. *εὐκρινῆσαι* H. 10 *Ἄπιστον* G. V. *ἄριστον* H. 13 *περιμένον* G. V. *περιμενέειν* A. 15 *ᾖ* G. V. *ἦν* H. G. v. l. (*ἴσως*). *ἢ γὰρ ἂν ἰητρὸς* G. V. *ἦν γὰρ ἰητρὸς* H.

321, 1 *ἀπαυδῆν* G. *ἀπαυδεῖν* V. *ἀπαυδεῖ* H. 8 *ἔῃ χρηστὰ* H. A. *εἴη χρηστὰ* G. *εὔχρηστα* V.

322, 4 *δέχοντα* G. *δεσχοντὰ* H. *σχεδὸν τὰ* V. A. 5 *σειραίῳ τῷ Κρητικῷ* H. *θηραίῳ τῷ Κρητὶ* G. *σκυβελλίτῃ* G. *σκυβέλλιτι* H.

323, 3 *τερμίνθου* H. *θερμίνθου* G. 15 *ἴξεχὲς* G. *ὄξεχὲς* H.

324, 2 *δὲ καὶ τερπνὸν* H. *δὲ τερπνὸν* G. 12 *λιτὴ* G. *λιτῆς* H.

325, 1 *ἦν* G. *ἢ* H.

326, 4 *ὀσφύϊ* G. *ὀσφὺν* H. 7 *ἔμετοι* G. *ἔμετος* H.

327, 4 *βλάψαι* G. *βλάψαι δύναται* H. 10 *μήου* H. *μείου* G. 11 *ξὺν* H. *ζὺν* G. *Βηστίνου* G. *Βησσίνου* H.

328, 2 *ἢ οἱ διὰ* H. *ἢ διὰ* G. 6 *γένωνται* G. *γεννῶνται* H. 12 *χρέο* G. *χρέος* H. 16 *μαλθακωτάτοισι· αἵ* H. *μαλθακωτάτοισι* G.

329, 5 *Θεραπεία* G. *Περὶ* H. 6 *τοῦ* G. *τὸ* H.

330, 4 *ἐκρέον* H. *ἐκκρέον* G. 13 *χυμὸς* G. *χυλὸς* H. 15 *μαστίχῃσι* G. *μαστίχῃ* H.

331, 12 *Θεραπεία* G. *Περὶ* H.

332. 2 *θέμεναι* G. *θήμεναι* H. *διέξοδον ὅκως ἀρήγειν* G. H. *διέξοδον ἀρήγειν* M. 9 *σφίγξιας* H. *σφύξιας* G. 11 *ψυίας* G. *ψύας* H. *ἡ* G. *ὁ* G.

333, 1 ἀλίτοισι G. ἀλφίτοισι H. 3 τάδε σοι G. τὰ μέσα H. 8 μῆον H. μεῖον G. πριονίτην G. H. βρυωνίτην H. m. πετροσέλινον H. πετρόσελι G. 9 ποικίλων δὲ, μύρα μὲν ὁκόσα G. ποικίλων μὲν ὁκόσα μύρα H. 16 Θεραπεία G. Περὶ H.

334, 4 ψυῶν G. ἢ ψυῶν H. λαγόνος G. λαγόνων H. 6 ἐς τὸ τὰς G. ἐς τὰς H. 10 λιβανωτὶς H. λιβανωτὸν G. 18 ἁλικακάβου H. ἁλικακκάβου G.

335, 3 καὶ διὰ τοῦ σίγκου G. καὶ τὸ διὰ σόγκου H. 9 ὤκιστα G. ἥκιστα H.

336, 2 τῆσι H. τοῖσι G. 15 ἀκρισίης G. H. ἀκρατῆς (ἴσως) G. v. l. ἄθρεπτος G. H. ἄτρεπτος (ἴσως) G. v. l.

337, 4 ἔη G. ἔοι H. 5 στύψιν G. γύψον H. G. v. l. 8 τοῖσδε καὶ H. τοῖσδε δὲ G. 13 ἢδὲ G. εἰ δὲ H. κραίνῃ G. κραίνοι H.

338, 12 ἢν G. πῃ H. μηδὲν ἢ G. μηδενὶ H. 17 οἱ ὕπνοι G. ἄϋπνοι H.

339, 3 βολαῖσι τοῦ G. βολαὶ, σίτου H. 4 τόνον G. τοίην H.

340, 4 κολοκύνθης H. κολοκύντης G. ἀρνόγλωσσον G. ἀρνογλώσσου H. 6 βρύον H. βρίῳ G.

342, 13 πιεῖν G. ποιεῖν H.

343, 18 Κελτέων H. Κελτίων G.

344, 13 ἀμμωνιακὸν H. ἀμμονιακὸν G.

345, 5 κορυκοβολίαι G. κορύκὂβοι λεῖαι H. κόρυμβοι λεῖαι M. H. m. 15 λαγῶς G. λαγωὸς H.

346, 8 κρέσσον G. κρέσσων H. 11 ἀτὰρ καὶ πάντων G. ἀτὰρ ἁπάντων H. 14 παρεκθέων G. περ ἐκθέων H.

APPENDIX.*)

P. 1, 4 βληχρῇ] βληχρίη R. (i. e. Reiskius.)

P. 2, 2 εἴδεος] ἤδη δέος R. 5 ὑπὸ] ἄνευ R. 13 ἐς κεφαλὴν — ἧκεν delet R. 17 μὲν τοίη] μέντοι ἡ R.

P. 3, 2 ἄρξηται, ξυνηθέας] ἄρξηται ξυνηθέος, R. 4 ἀνακλαίειν] ἀνακλίνειν, vel ἀνακλάειν pro ἀνακλᾷν R. 7 ἡμετέρην] ἑτέρην R. 14 εὖτε] „Id est εἶτα" R.

P. 4, 2 ποτε] εἴ ποτε R. 9 „μῆλα ἐρυθρὰ dele; sequuntur enim statim." R. 15 καὶ εἰ] εἰ καὶ R. νυγμὸς] ἰυγμὸς Bernardus in Vita Reiskii p. 291. 295.

P. 5, 7 προβλῆσι] προκλῆσι R. 9 μᾶλλον] μαλλὸν Bernardus p. 291. et ad Theoph. Nonnum I. p. 319. πλῆθος αὐτέου] μῆκος αὐτὸ R. 12 αἰτίων] „ἀγγείων. Crassus videtur αὐτέων in suis habuisse." R. 13 διαπνοὰς] „spiracula cutis" R. τὸ πνεῦμα] τῷ πνεύματι R. 14 ἁπάντων] ἀπαντᾶν R. 15 ἡ] ᾗ R.

P. 6, 10 τῷ χωρίῳ] ἀπὸ τῶν χωρίων R.

P. 7, 14 θανάτου] „Scil. αἰτίη" R. φύσις] ψύξις R. ἔφιξις Bernardus p. 320. 16 ἀθρόον μὲν] ὡς ἀθρόον ἐφ' R.

P. 8, 16 ξὺν πάσῃ ἰδέῃ] ξυμπάσῃ ἰδέῃ R. ἑκάστης] „Scil. ἰδέῃ" R. 17 ὅλου] „Scil. σώματος" Bernardus ad Nonn. I. p. 173. ὅλη R.

P. 9, 8 κακόν τι] κάτοπιν R. 11 ἕλκει] ἐξέχει R. Vid. Bernard. p. 281. et ad Nonn. I. p. 16. κορυφὴ delet R. κεφαλὴ delet Bernardus p. 269. et ad Nonnum I. p. 16.

P. 10, 5 κατὰ γόνυ τὸ] τὸ κατὰ γόνυ R.

P. 11, 15 συνεύουσαν] συννεύουσαν R.

---

*) Hanc appendicem curavit G. Dindorfius. Insunt Reiskii emendationes ex margine exemplaris Henischiani descriptae ab O. D. Blochio.

P. 12, 1 *ἄνευθεν τοῦ σώματος*] *ἄνευ τοῦ στόματος* Bernardus ad Nonn. I. p. 371. 5 *γλώσσης*] *λύσσης* R. 12 *πυρετῶν*] *φαρμάκων* R. 15 *ἄνθρωποι*] *οἱ ἄνθρωποι* R.

P. 13, 1 *ψῦχον*] *ψυχρόν* R. 5 *ποθὴ*] *πόθη* R. 7 *ῥηΐδίως*] *ῥηΐδιος* Bernardus p. 269. et ad Nonn. I. p. 429. 10 *παρ᾽ οὖς ἔξω, ἢ ἔνδον ἐς τὰ* — distinguit R. 15 *ξυνάγχης*] *ξυνάγχη* R.

P. 14, 6 *ἐπὶ*] *ἔτι τῇ* R. 7 *ὡς κυνάγχειν ἀπὸ συνάγχης* R. 14 *ἐπανῆξε*] *ἔπνιξε* R. 14 — 16 Aetius tetrab. II. Serm. 4. c. 50. p. 163. ed. Ald. ab Kühnio indicatus, *Ἀρεταῖος δέ φησιν, αἰτίαι τῆς συνάγχης πολλαὶ μὲν, μάλιστα δὲ ψύξις πλείων τῶν ἐγκαύσεων, καὶ πληγὴ καὶ ἰχθήρων (ἰχθυηρῶν?) εἰς τὰ παρίσθμια ἔμπρασις καὶ ψυχροποσίη, μέθη, πλησμονὴ καὶ τὰ ἀναπνεόμενα κακά.*

P. 15, 1 *κακῶν*] Bernardus p. 269. 12 *ἔνθα καὶ ἔνθα*] *ἐξάπλωσις* add. R.

P. 16, 3 *δικρόα*] Libri quidam *δίκρεα*: unde Kühnius *δίκραια*, coll. Hering. Obs. c. 13. p. 106. *ὑμέσι*] *ἰκέλῃ ὑμέσι* R. 16 *ἐρυθριῶσι*] „*ἐρυθριώσῃ*, scil. si secetur, nondum sphacelata“ R.

P. 17, 13 *τε μὴν* delet R. 17 *κακωδίῃ*] *καὶ κακωδίῃ* R.

P. 18, 4 *ἔργου*] *ἕλκους* R. 7 *στομάχῳ*] „Mirum quod stomacho cibum deneget, solum potum assignet“ R. 11 *μεγάλα*] *μέγα λίαν* Bernardus p. 269. 12 *πλεῖστον*] Bernardus p. 281. 16 *ἔῃ*] *ἐστὶ* R.

P. 19, 7 *τὸν*] *ἐς τὸν* R.

P. 20, 8 *ἐπὴν ἐν φλεγμονῇ* Bernardus ad Nonnum I. p. 361. 12 *κὴν*] *κὴν μὴ* R.

P. 21, 2 *ὠμοπλάτην. ὅθεν τὴν* R. 13 *καὶ τῶν ξυντεινόντων*] *εἶτα ξυντεινόντων τῶν* R. 15 Post *χρόνου* punctum ponit R. *πάντων*] *ἀπ᾽ αὐτῶν* R.

P. 22, 4 *ἐπειδὴ*] *ἔπειτα* R. 11 *χολωδέων*] *διαρροίῃ χολωδέων* R.

P. 23, 2 *ἐνραγῇ*] *ἐκραγῇ* aut *ἐναράττῃ* R.

P. 25, 15 *αὐτὴ*] *αὐτοῦ* R.

P. 26, 4 *λαμυρώτατα καὶ πίονα*] Schneiderus ad Plutarch. de educat. p. 113. et ad Nicandri Theriac. p. 242. ab Kühnio indicatus.

P. 27, 1 *ἄγρυπνοι*] „*γρυπνοὶ*, i. e. *κυρτοὶ, συγκεκαμμένοι*“ R. 4 *κοιλίῃ*] *κοιλίης* R. *πολλῶν*] *ἐπὶ πολλῶν* R. 13 *ἀλλὰ οὐ περιγίγνονται* R.

P. 28, 9 ἔμπτυσις] ἔκπτυσις R. 10 βραχέη ἐῃ η φορὴ τοῦ R. καὶ οὐκ ἀθρόον R. 12 ἡ πτύσις] ἔκπτυσις R. 13 ἀνήῃ] ἀνίῃ R. 15 τῆς ἄνω] ἀπὸ τῆς ἄνω R. 16 ὁδοῦ] „An σιάλου? certe ὁδοῦ non placet" R. τῆς ὁδοῦ delet Koenius ad Gregor. p. 554. 17 καὶ τὸ] κατὰ τὸ R.

P. 29, 6 διαστάσιες] διατάσιες R. 10 ἴσχνεται] ἴσχεται R. ἰνέεται Bernardus ad Nonn. I. p. 75. 13 Post πτύσις fort. comma ponendum" R.

P. 30, 1 αὐτῇ] ναυτίῃ R. et Bernardus ad Nonn. II. p. 11. 3 πτύσιος αἷμα] ὑπερῴης αἷμα ἐῄ R. 8 δὲ delet R. 11 κεφαλὴν] θεραπείην R. 17 φορῆς] φθόης R.

P. 31, 2 τούτων] τῶν add. R. 3 „ἐῃ cohaeret cum sequente τὸ αἷμα" R. 4 τῆς ἐν καρδίῃ] τῇ καρδίῃ R. 5 ἐν αἱμοῤῥαγίῃ R. 8 φθίσιες] φθισικαὶ R.

P. 32, 6 ἐπὶ τῇ ἀρτηρίᾳ] „ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας, nisi tracheam intelligas" R. βρώσιος] διαβρώσιος R. 14 ἀποτιθέεται] ἀποηθέεται R., contra quem Bernardus p. 320. αὐλισθὲν] ἀλισθὲν R.

P. 33, 2 ὁ γυναιξὶ R. 3 καθαιρομένῃσι τὰ ἐπιμήνια R. 4 ἐπὶ τῇσι] αὐτῇσι add. R. 6 ἀντιπερίεισι R. 7 δὲ ἡ] ἤδε R. 8 καὶ εἰ] καὶ delet R. 14 συμφέρει] συμφύει R. 15 κακὸν, καὶ οὐ] τὸ κακὸν, οὐ R. 16 ἐλλείψεως] „Hiatum; debent enim in omni consolidatione vulneris orae sese contingere." R. 18 ἡ] ἤδε R.

P. 34, 2 καὶ ἄνευ ἰητρίης R. ἔκψυξις] ψύξις R. 5 ἡ ἰητρίη R. οὔτε] „οὔτοι, vel aliquid deest" R.

P. 35, 5 οἱ δὲ] τοῖς δὲ R. 12 κῆν] ἢν R.

P. 36, 6 φθορὴ] φορὴ R. 9 ἀπονίῃ] „an ἀπνοίῃ" R. 10 θώρηκος, κατατείνει ἐς—R. 11 κατατίνῃ] καταβαίνῃ Bernardus in schedis mss. κατὰ τὸ στέρνον delet Bernardus ut glossema vocum ἐς τὸ πρόσθεν. πόνος] πόνος, ὃς τόπον R.

P. 37, 5 οὐ] αἱ R. 9 ἀπόγνωσις R.

P. 38, 4 Εὖ γε ὅλος] Εὔβουλος R. 5 εὖ γε ἐπικλήσιος] ἐγέλα ἐπίκλησιν R. 12 τῆς εἰς] τῆς ἀναγκαίης εἰς R.

P. 39, 5 ἐτάθη] ἐνετάθη R.

P. 40, 5 τοῖσι] οἳ add. R. 8 καὶ] ἀλλὰ καὶ R. 10 ἢ τῶν τῇδε] ἴῃ τῶνδε R. 11 δὲ ᾗς] δὲ τῆσδε R. ἤδε ᾗ] ἰδέῃ R.

P. 41, 1 εὐταξίῃ] Bernardus p. 291. ἐς] ἢ ἐς R.

P. 42, 6 τὰ μάλα διψαλέα R. 14 ἄλλο καὶ ἄλλο φάναι δοκέουσι R.

P. 43, 1 αὐτοῦ] αὖ vel ἂν R. αὐτοὺς (sc. κατοιχομένους) Bernardus ad Nonn. I. p. 38. 3 τοῖσιν ὑγροῖσιν delet Bernardus p. 269. 4 ἱρέουσι τά τε] ἱρέσσουσιν ἅτε R. Bernardus Petiti emendationem ὀρέουσι probat, quam codicis auctoritate confirmari. 17 μέρη] μὲν R. ἄπονος] ἀπόνως R.

P. 44, 8 ἀτὰρ] ἄγαν aut ἄφατον R. 9 σχεθεῖσα] σχέθει ταθεῖσα R. 15 θέρεος] θέρος R.

P. 45, 6 ἀντιθέμεναι (sic Henischii editio)] ἀντιδιέμεναι (i. e. ἀντιδιιέναι) R. 13 καὶ τὰ μεσηγὺ R. 17 ἑλώδεσι R.

P. 46, 4 ἀπελήφθη R. 5 οἷσίπερ ἂν] ὥσπερ αὖ R. 6 ἢ delet R. Interpunctionem ante μᾶλλον tollit R. δὲ] οἶδε R. 10 οὖν ἐπιγίνονται τούτοισι στρόφοι, οἳ — R. 16 φύσῃσι] φύσαι, ᾗσι R. 17 ἐπὶ πᾶσιν] ἐπίτασιν R.

P. 47, 9 συμμορφῇ] συμμορίῃ aut συμμορῇ R. 11 βάθος] πάχος καὶ R. 13 ἴσχον] ἰσχνὸν R. 15 ἐνθάδε] ἔνθα R.

P. 48, 1 παντὶ] πάντῃ R.

P. 49, 5 διαφράγματος ἐντεῦθεν αἱ τοῦ R. 6 ἦν] ὧν add. R. 7 καρτερῇ καὶ] „Post καὶ deest dativus" R. 14 ἕλκονται R. ὡς ἄχθος R.

P. 50, 7 διάτασις R. 11 ἦν δὲ] ταχέως add. R. 13 ἐπὶ πολλοῖσι R. 14 διηλεύαντο R. 15 delet R.

P. 51, 3 πλήθει ὡραίων R. 4 ποικίλῃ aut ἀπὸ ποικίλων R. 15 ἐξεφάνθη (Henisch.)] ἐξυφάνθη R.

P. 52, 12 ἀπὸ] ἐπὶ vel ὑπὲρ R. 17 ἀρτηρίης] „Scil. τρηχείης αἵματος" R.

P. 53, 1 ἀρχὴν] ῥάχιν R. περιέχεται] περιχέεται R. 2 πρώην καθ' ἓν] πρὶν ἐκχυθὲν R. 3 πληρευμένη] ἢ add. R. 4 δὲ] „Vestigium substantivi quod periit, an θέρμη?" R. 12 τῇσδε] τῇδε R. 14 ἦν] ἣν R. 15 διασημαίνει R. 16 κειμένη R. Ante ὡς lacunae signum R. 18 δὲ] τι R.

P. 54, 7 ἐπεὶ] καὶ τρέπεται ἐπὶ R.

P. 55, 2 ὅλον delet R. 4 πλεῖστον καὶ] καὶ πλεῖστον R. αὐτοῖς] αὖτις R. 5 αὖθις] καὶ αὖθις R. 10 τὸ πολλὸν delet R.

P. 56, 1 εὖτε] ἐπὶ R.

P. 57, 2 παλινδρομέει R. 5 διὰ] μετὰ R. οὔρων] „Aut οὐρητήρων" R. 7 ἐνδεῶς] ἐνδῷ ὡς R. et Bernardus ad Synes. p. 260. Aliter in Vita Reiskii p. 269. 15 Post αἷμα R. addit „ἢ . . . an ἢ θρόμβῳ?"

P. 58, 10 γὰρ αὐτέων] Bernardus p. 320. et ad Nonn. I. p. 84.

P. 59, 12 μέσον] μέζον R. 14 ἀπορίη] ἄποροι R. 16 Bernardus p. 268. 275. 17 βιαιοτέρη] ἡ νοῦσος βιαιοτέρη R. κακίω R.

P. 60, 2 τῇδε] τῇ ἰδέῃ R.

P. 61, 9 ξυμμορφῇ] ξυμφορῇ R. et Coraës ad Hippocr. de aëre p. 34. Similiter infra p. 64, 10. 73, 2. ξὺν πνιγὶ] ξυμπνιγίῃ R.

P. 64, 5 πολλαῖσι R. 15 ἐπειδὴ] ἐπεὶ δὲ R. 17 ἀλλ' ἐς] ἄλις Bernardus ad Nonn. II. p. 28.

P. 65, 7 ὁμοίως, οὐκ ἄνευθεν κινδύνου. ἴησις ὕπνος — distinguit R. ἴησις] ἴνησις Bernardus p. 320.

P. 67, 9 ἢν δὲ] ἠδὲ R.

P. 69, 8 ἀμφημερινὸν παρ' ἡμέρην] „Einen Tag um den andern und zwar bei Tage" R. 10 ὅρων delet R. 11 μέσου] τῶν ὁρίων add. R. ex p. 86, 4.

P. 70, 2 εἰλῶνται] εἰλέονται R.

P. 71, 3 Bernardus ad Nonn. I. p. 142. 13 ἕρπονται] ἐρείπονται R.

P. 72, 13 ἐς ἔξοδον R.

P. 75, 5 εὖτ'] ἔς τ' Koenius ad Gregor. p. 473.

P. 76, 10 ἢ γὰρ] ἢν γὰρ R. Ergo proximo versu ἔωσι. 15 ὑπεκτρέπονται R. οἳ] ὄντος R. Vide Bernardum ad Nonn. I. p. 101. 16 ὁρέουσι. ὁρμῆσαι R. 17 αἰσχροὶ] πικροὶ R.

P. 77, 9 οὔτε πόσις οὔτε βρωτὰ R. 11 διιεῖσα R. 12 μέλανι χολώδεϊ R.

P. 78, 5 οὔτε ἐκεῖνον ἢν ἤρα ἐγίγνωσκον R. 8 ἡ γνώμη R.

P. 79, 1 Post γνώμης punctum R. 5 μελεδώνη R. 13 οἶδε] οἱ μὲν R.

P. 80, 5 ἄλλαι δὲ οὐ. μᾶλλον — R. 8 αἶσι μὲν ἐν ἡδονῇ Bernardus ad Synes. p. 149.

P. 81, 11 „F. ἀπῆρεν ὤμων. aut vertendum, *induit humeris*, ut thoracem, hastam, balteum." R. ἔπειγεν ὤμων Bernardus.

P. 82, 4 τοῖσι] ταῖσι R. 7 μόνως] μὲν R. 9 εὐκίνητον R. 12 ἄμφω] „An ἄμορφοι? sed est aliud" R. ἄφνω ἰλλώδεες Bernardus p. 320.

P. 83, 2 εὐσαρκίη] εὔσαρκοι R. 11 αἰδοῖ καὶ ὄκνῳ R. 14 δηρὸν] δῆριν Bernardus p. 320.

P. 84, 8 ἀπομανῶσι R.

P. 85, 9 κύστιος — πάρεσις] οὔρων δὲ ἀκρασίη, κύστιος πάρεσις R. Mire Bernardus p. 265. 11 ἢν ἐπὶ R. 13 ἀψυχίην R. ἀσφυξίην Kühnius.

P. 86, 2 καὶ ἰδίῃ] καὶ ὁμοῦ R. 3 ἔστε ἶσον] ἔς τε γεῖσον Bernardus ad Nonn. I. p. 224. 8 ἑρκέων λύεται (vel κεύθει vel κεῖται vel πέλει) κρυπτὰ Bernardus in mss.

P. 87, 6 μέχρι περάτων γε R. 8 χιασμοῦ σχῆμα R. ἀθρόον] ἄπορον Bernardus in mss.

P. 88, 1 προσδιδοῖ R. 6 κραινόντων] περαινόντων R. 9 κυλλὰ R. et Bernardus p. 316. 11 κανὰ καταξέεται, ὧν — R. Vide Vitam Reiskii p. 278. 282. et Bernard. ad Synes. p. 267. 15 ἢν delet R.

P. 89, 8 πάσχει bis delet R. 10 εὐανάτλητοι R. 16 ἀνάτλησιν R.

P. 90, 9 ἴλλωσις R. 15 πιτυσμὸν R. πίτυλον Bernardus p. 321.

P. 91, 2 διαστήσῃς R. 6 τὰ delet R. ἀπαθέα R. 8 Bernardus ad Nonn. I. p. 101.

P. 92, 4 σὺν ἱδρῶτι R. 6 φωλεύῃ R.

P. 93, 14 γρυποί, δακτύλων αἱ R.

P. 94, 1 ἤδε] φροίδη vel οἴχεται R. 3 καὶ τὰ] ἀπαλῶν καίτοι R. κάρτα Bernardus p. 269. 6 ποιεῖ delet R. προσιζάνει R. 7 πάντα] λοιπὰ R. 15 λαγὼν] λαγόνων R. ἔξαρθρα] „Quorum articuli tanquam dentes serrae eminent." R. 17 κοίλη] ὁμαλὴ R. ἑκατέρωθεν R.

P. 95, 2 ἀνέλπιστοι R. 6 ξυνεχεῖ R. ἐχόμενα addit Kühnius. 7 Post κοτὲ comma R. ὑγιάζονται R. 15 „Forte sic scribendus totus locus, καὶ ἐν μὲν θώρηκι ἐνδέχεται γίνεσθαι φθόην ἐν τοῖς βρογχίοισι ἢ ἐν τῷ πνεύμονι ἢ ἐν ὑπεζωκότι πλευρῷ ἢ στέρνῳ" R. Vide Bernardum p. 265.

P. 96, 2 Post ἄλλῃ punctum R. 4 κύστι R. 5 ὑστέρῃ R. 13 ἄλλῳ] ἄλλως R. μὲν] δὲ R. δακτῶς] δακτῶδες vel δακνῶδες R. 14 ἐμποιέον R.

P. 97, 5 αὐτέων μένουσιν, ἢν φθίσιν R. 7 μέσων τῶν R. 8 παρωθέεται R. 10 πόνος ἢ βάρος

γε R. 15 οἰκείῃ] ὁκοίῃ Bernardus p. 321. 16 ἢ χρονὴ R. ἀναπνοὴ] Bernardus ibidem.

P. 98, 2 πιέζει] πνΐσκη R. 7 μέζονι. καὶ ἄνεισι (vel ἀνάγεται) ἐκ — βιαίης τὰ — R. 10 βαθέων] βαρέων R. 13 „ὀξὺς ἔχει πόνος, aut ante τὰ intellig. κατά." R. 14 περίρροια] διάρροια R.

P. 99, 9 σηπεδόνι γὰρ ἀνεσθ. — R. 12 εὖ τε R.

P. 100, 4 μικροῦ δὲ δ. χρόνου R. 8 ἢν φλέγμα εἴη ἢ μὴ] ἡ φλεγμασίη μὴ R. 9 „περιγίγνονται, οἴδε.— Si superstites manent ii, quibus inflammatio pulmonum discussa non fuerit, illi evadentes τὸ acutum istius affectionis, fiunt empyici." R. 13 σώμασι] ἐμπύοισι R.

P. 101, 1 τῇ μέσφι] „τῷ μέσφι, aut potius τῇ ὕλῃ, ὥστε μέσφι." R. 3 πνεῦμα] πύον vel φῦμα R. 4 ἀποπνιγῇ R. 7 ἐμπυϊκὸν R. 12 ἐς χώραν τῆς ὑγρ. R. 14 ἐρευθῇ R.

P. 102, 2 καλεῖται. ἡ νοῦσος δὲ ἡ ὀρθόπνοια καὶ R. 6 τόνου] πόνου R. ὀρθόπνοια—πνιγῆναι] „Haec forte ex altera editione; sunt enim eadem quae praecedentia." R. 16 ἀμβολὴ] ἀφορμὴ R.

P. 103, 2 μελλησμοῦ R. 9 πολλῷ δὲ μέζον R. 13 σπῆσαι] σπάσαι R.

P. 104, 10 περιΐωσι R. 16 αἰσχρὸν] ἰσχυρὸν Bernardus ad Nonn. I. p. 147.

P. 105, 1 ἄρξῃ] „Scil. τῆς νούσου." R. 4 χρέος] χωρέουσι R. 10 ὁκοῖον R. 16 ἐπ' ἀριστερὰ] ἐπαρίστερα R. 13 ξυνῆπται R. 14 ἄκρα R. 17 λεκιθοχρόου R. φαντασίης R.

P. 107, 2 παράκοποι R. 5 καὶ ὀδυνῇ (doleat) πιεζόμενος R. 6 μίμνωσι οἰδέει, τοῦ] ἵζει (vel ἱζάνει) οἴδεος τοῦ R. Aliter Bernardus p. 321. 7 τοῦ μὲν ἥπατος περιγραφὴ R.

P. 108, 4 παχὺ] παχύτατον R. 5 ἀλθέξεται vel ἀλθέσκεται R. ἐκχέηται R. 6 διαρρείει R. 13 αὖθις] αὐτὴν R.

P. 109, 1 γὰρ] παχὺ R. 11 ἐπίδοσιν] ὑπόστασιν R.

P. 110, 4 γὰρ] δὲ R. 5 ἢν δὲ] ὧν δὲ R. ἐμπύῃ] ἐμπνέεται R. 7 δυσεντερίης R. 12 ἐπινοίης R. 13 κοινωνίῃ] κοιλίῃ R.

P. 111, 5 ἐπαιωρέηται R. 10 εὐαναίσθητον R. 14 ἔτ'] ἐτεὸν Bernardus p. 282. et ad Synes. p. 57. 15 βὴξ] βῆξαι R. 16 ἤν τι] ἢν vel ἤν τοι R.

P. 112, 1 ἧττον] μᾶλλον R. 7 τὸ ἕλκος R. 11 καὶ ἀντιτυπίης R. 12 ἧττον τὸ χρεὼν R.

P. 113, 14 ὅδε] ὧδε R. 15 ἡμῖν] μὲν R. Aliter Bernardus ad Synes. p. 153. 16 τὸ ἐς χολῆς ἐργασίην vel ἄτρεπτον δὲ ἐς ἰδίην ἐργασίην R.

P. 114, 9 λευκόχρου vel λευκοχλώρου coll. p. 116, 13. R. 14 ἴκτεροι R. 15 σπληνὸς] οὐ σπληνὸς R. 16 καὶ περίττωμα R. γίγνεται. γίγνεται καὶ R. 17 καὶ τῷ κώλῳ] καὶ τὸ κῶλον R. ξὺν τῷ κώλῳ Bernardus ad Nonn. I. p. 22.

P. 115, 2 ὠμοτέραν R. 5 et 9 πάντη R. 13 κώλῳ. ἡ γὰρ τῆς R. 14 γένεσιν] „Sc. χολῆς." R.

P. 116, 6 παντὶ τρέφον] πάντη ῥέπον R. 7 παντὶ] πάντη R. γὰρ] οὖν R. 14 τῶνδε] „Sc. aegrorum" R. ἡ αἰτίη] ἥδε ἡ ἰδέη R. Aliter Bernardus ad Nonn. I. p. 106. ad Pallad. p. 99. χολῶν ἐστὶ αἰτίη] προσώπων ἐστὶ δοιὰ R.

P. 117, 3 ἡ τροπὴ] ἐτράπη R. 15 διαχωροῦντα R.

P. 118, 8 δὲ] γὰρ R. 13 ἔθεϊ R. ἐπὶ γεύμασι R. 14 εἶδε] εἷλε R.

P. 119, 12 τροπὴ] „τροφὸς, aut potius mater." R. Vulgatum explicat Bernardus ad Nonn. I. p. 426. 13 φαρμάκων ἐπίδοσιν] νούσων ὑπόστασιν R. 15 σχέδιος] σχεδὸν aut ἰδέη R. καὶ ξυμπτώματα πολλὰ] καίτοι ξυμπτωμάτων πολλῶν R.

P. 120, 1 τόδε. ξύμβολον δὲ ἰσχνότης ἠδὲ ὦχρος R. 7 διὰ κακοχυμίης R. 16 ἀτρέπτων] ἀπέπτων R.

P. 121, 3 εὖτε] „ἔς τε, omnia flocci facere" R. 10 εἶδος] οἶδος R. 11 βάρος] βάθος Bernardus p. 269. et ad Nonn. I. p. 114. II. p. 108. 14 ἀπέπτων] εὐπέπτων R.

P. 122, 2 ὠμὸν] ὠμῶν R. 3 οἴχεται R. 10 πᾶσι] πάσῃ R. 14 ἀναπνοὴ delet R. Aliter Bernardus p. 321. et ad Nonn. II. p. 92.

P. 124, 10 ἄλλοισι] ἀλλήλοισι R.

P. 125, 5 ἀλλόμενον] ἀολλεόμενον R. ἀλιζόμενον Bernardus ad Nonn. I. p. 60. 10 „ὑδρώπιδες, i. e. ὑδάτιδες." R. 14 δοκέῃ πως] δονέῃ ὁμοίως R. 15 ἐμπεριχέηται R. 17 περιοιδαίνῃ R.

P. 126, 4 οὐ θῶυμα. κακίων δὲ — Bernardus p. 330. (cf. p. 343.) et ad Nonn. II. p. 92. 7 τῶν] τοῦ R. 10 ὁμοίως] ὁ μείων R. 11 εἴ τις] εἴς τις R. 12 ἄμ' ἥκηται] ἀνίκηται R.

P. 127, 1 *καταλόγον*] *κατ' ὀλίγον* R. 6 *χῶρον*] *χρόνον* R. 12 *γὰρ* delet R. *ἀπὸ τυμπανίου*] „Scil. *γίνεται*.“ R. 14 *τοῦ λευκοῦ φλέγματος*] *ὁ λευκὸς φλεγματίας* R.

P. 128, 5 *ἀπὸ*] *ἐπὶ* R. 11 Post *ἰκμαλέοι* comma R. 12 *ἀσκίτῃσι*] „Subint. *ἐν*.“ R. 13 *ἐπιφανέες*] „Sc. *αἱ φλέβες*.“ R. *καὶ εὐπ.*] *κἂν εὐπ.* R.

P. 129, 3 *οὔτι φατὸν* vel *οὔ τοι φατὸν* R.

P. 130, 4 *εἴδεα ταῦτά ἐστι· ὕδρωψ* R. 5 *κακὸν*] *κάκιον* R.

P. 131, 10 *οὐδὲ γὰρ*] *οὐδὲ ὧν* R. *περὶ*] *πάρα* male Bernardus ad Nonn. I. p. 136. *ὅτι*] *τὶ* R. 12 *εὐροῆς, ἐς δὲ* R. 13 *τὴν — ξυλλογὴν* R.

P. 132, 17 *ἐξαείρεται* R.

P. 133, 4 *πρόοδος* R. Vid. Bernardus ad Synes. p. 40.

P. 134, 1 Bernardus p. 269. et ad Synes. p. 210. 7 *πίπτουσι*] *πίνουσι* R. 9 *ἀλγέῃ τις*] *ἄλγεϊ τῆς* R. *ἄχθεϊ τοῦ ὑγροῦ* R. 10 Post *ἐπίσχῃ* comma ponit, post *μικρὸν* delet R.

P. 135, 8 *τῇσδε*] *τούσδε* R. 15 *ἀνθρώπου*] *τὸν βίον* add. R. 16 *ὀδυνώδεες δὲ* R. 17 *οἱ*] *τοι* R.

P. 136, 1 *ἀλληλουχίῃ μίμνουσι*] „Manent in sua situatione et respectu suo unius ad alterum vel unus alterum remotum a se tenet, ut urina per hiatus permeare possit.“ R. *ἢν εἷς*] *ἢν δὲ εἷς* R. 5 *δ' ἄρα* R. 10 *παχέες δὲ*] *τὰ ὀπίσω* add. R.

P. 137, 1 Post *ἐπώδυνοι* punctum R. *ἀνείλυστοι* R. 2 „Post *ἔντερον* fort. add. *ἀλγέει* vel simile“ R. *καὶ*] *δὲ* R. 8 *ξυνῷ ὁμοβιαίῳ*] *ξὺν πόνῳ βιαίῳ* R. 10 *κατάστασις*] *διάτασις* R.

P. 138, 4 *δὲ*] *οἶδε* R. 6 *ψυχρὸν δὲ*] *ψύχος δὲ* R. 7 *πάθεα*] *παχέα* R. 10 *πῦρ*] *περ* R. 11 *μετεξέτεροι* R.

P. 139, 4 *τῇδε*] *τάδε* R. 5 Post *αἷμα* comma R. *τὰ γὰρ πολλὰ* R. 6 *μετὰ τῶν οὔρων* R. Punctum post *αἷμα* delet R.

P. 140, 7 *σπασμῷ*] *καὶ σπασμῷ* R. 9 *πόσι*] „An *πιέσει*.“ R. *ἢ ἀμφιθρύπτοιτο* delet R.

P. 141, 6 *διάδηλος*] *ἄδηλος* R. 8 *ἢν δὲ μὴ*] „Sc. *ἡ δυσουρίης ἄτερ*. sed hoc est balbutire et idem per idem dicere.“ R. 14 *ἐν τάσεσι, φαντασίῃ ἐκκρίσεως ὡς* R. 16 *ἑκάτερον πάσχει διὰ τὸ ἕτερον καὶ ἐπὶ φλεγμασίῃ* R.

P. 142, 8 ἐξείλυσε (sic Henisch. ed.)] „Forte bene habet, forte tamen ἐξώλεσε“ R. 4 ὀξέως ὀλέθριοι R. 6 ἥδε] τῇδε R. 14 ποτὶ καὶ — ξυνὴ δίαιτα delet R.

P. 143, 4 ἀλλ' εἰς] ἄλις Bernardus p. 330. et ad Nonn. II. p. 28. 6 Post οὐρέουσι R. addit κοτὶ καὶ τὸ οὖρον χολῶδες, δριμὺ, δακνῶδες.

P. 144, 1 „ψυχρῶν corruptum. Requiritur κοσκίνου vel simile quid.“ R. Vide Bernard. p. 282. 289. 13 ἥδε] τῇδε R.

P. 145, 11 σατυριήσεως R.

P. 146, 4 μένῃ R. 6 ὁμῶς] πόνοις R. 7 τῶνδε] τῶν ἰδεσμάτων R. 9 λιμοῦ] λαιμοῦ Bernardus ad Pallad. p. 18.

P. 149, 3 κοῦφοι] κωφοὶ Casaubonus ad Persium p. 61. b.

P. 152, 2 κοιλίης κύτεϊ] κοιλίην ἐνσκήπτει Koenius ad Gregor. p. 199. 10 Bernardus p. 282.

P. 154, 4 ἄλλῃ ἰδέῃ εἰ Bernardus ad Nonn. I. p. 39.

P. 155, 10 Bernardus ad Nonn. I. p. 310.

P. 156, 3 Bern. p. 291.

P. 158, 17 Bern. p. 283.

P. 161, 8 Bern. p. 330. et ad Nonn. II. p. 34.

P. 169, 15 De hoc loco disseruit P. I. Barthezius, medicus doctissimus, cuius libri non pauca continent medicorum veterum interpreti utilia, in Nouv. élém. de la science de l'homme vol. I. p. 158.

P. 176, 6 ἔπειτα ὅκως ἀμαλλοδετῆρες τῇδε ξυνδήσας Bernardus ad Synes. p. 44.

P. 179, 17 ἥδε] ἰδέῃ Bernardus p. 269. ad Nonn. I. p. 39.

P. 181, 7 Alberti ad Hesych. I. p. 95.

P. 191, 1 εἰσι κρέσσονες. ὡς ἐπίπαν δὲ — Koenius ad Gregor. p. 218. 16 τοῖσι ἐλαίοισι] Bernardus ad Nonn. I. p. 91.

P. 194, 5 ἀλεαῖνον] λεαῖνον Bernardus ad Nonn. I. p. 170.

P. 196, 11 et 15 ὠὺτῇ et ὠὺτὰ Koenius ad Gregor. p. 196.

P. 274, 15 νέει] νέῃ Bernardus ad Nonn. I. p. 52.

P. 304, 4 αἱ ῥίζαι ἐς μέγεθος ἄχνης Bernardus ad Nonn. I. p. 135.

P. 308, 12 εὖ ποιέουσιν ἥδε Bernardus ad Nonn. II. p. 23.

P. 313, 7 ἢν δὲ μὴ, κηπευτοῖσι. καὶ αἰῶραι — Bernardus ad Nonn. II. p. 305.

P. 320, 1 ἐγκοτεῖ] Coniecturis ab Wiggano et ab se ipso prius excogitatis Trillerus in Opusc. vol. III. p. 256. duodecim novas adiecit. Non memini similem unquam vidisse critici cuiusquam εὐπορίαν.

P. 321, 1 ἢ ὦν — ἄμφω] χρὴ ὦν — ἄφνω Bernardus p. 297. 10 ἐξ ἕδρης δὲ ἐκινήθη delet Bernardus p. 297.

P. 329. 331. Cap. II. et III.] Bernardus p. 296.

Folgende medizinische Werke sind bei mir erschienen, und durch alle Buchhandlungen zu erhalten:

Ackermann, Dr. J. L. H., Institutiones historiae medic. 8maj. 20gr.
Albers, Dr. Fr. J. H., die Pathologie u. Therapie der Kohlkopfskrankheiten. gr. 8. 1829. 1 Thlr. 12 gr.
Angeli, der junge Arzt am Krankenbette, nach dem. Ital. für deutsche Aerzte bearbeitet von Dr. Choulant. 8. 16 gr.
Bell, John, über die Natur und Heilung der Wunden; aus dem Engl. umgearbeitet und mit Anmerkungen und Zusätzen von Dr. J. C. Fr. Leune. 2 Theile. gr. 8. 1 Thlr. 6 gr.
Celsus, A. C., von der Arzneiwissenschaft, in 8 Büchern. Aus dem Latein. übersetzt, mit dem Leben des Celsus, nach Bianconi, und einigen erläut. Anmerkungen versehen. gr. 8. 1 Thlr. 16 gr.
Cerutti, L., Beschreibung der patholog. Präparate des anatomischen Theaters zu Leipzig, nebst einem Kupfer. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.
Choulant, Dr. J. L., decas 1 et 2 pelvium spinarumque deformatorum, adiectis nonnullis annotationibus. 4. 18 gr.
Copeland, T., Bemerkungen über die Zufälle und die Behandlung der Krankheiten des Rückgrathes, besonders im ersten Zeitraume desselben. A. d. Engl. von C. Hesse. gr. 8. 12 gr.
Pedanii Dioscorides Anazarbei de materia medica libr. V. Commentario illustr. Dr. C. Sprengel. 2 Tomi 1829—30. 10 Thlr.
Falconer, Dr. W., Abhandlung von der Wirksamkeit des luftsauren alkalischen Wassers in Steinkrankheiten und andern Beschwerden der Harnwege. 8. 16 gr.
Galeni, Claudii, opera omnia, ed. C. G. Kühn. Tom. I—XVIII. 8 maj. 5 Thlr. pr. Band.
Hamilton's, R., Beobachtungen über die Skrophelkrankheiten, Drüsenverhärtung, Krebs und engl. Krankheiten; aus dem Engl. übersetzt. gr. 8. 12 gr.
— — Bemerkungen über den Nutzen u. die Anwendung der abführenden Mittel in verschiedenen Krankheiten; a. d. Engl. gr. 8. 1 Thl. 6 gr.
Hippocratis opera omnia; ed. Dr. C. G. Kühn. 3 Tomi. 8maj. 15 Thl.
Hufelands, Dr. C. W., neueste Annalen der französ. Arzneikunde und Wundarzneikunst. 3 Bde. mit Kupfern. gr. 8. 5 Thlr. 6 gr.
Jahrbücher f. Anthropologie oder zur Pathologie u. Therapie des Irrseyns. In Verbindung mit mehren Gelehrten herausgegeb. v. Dr. Fr. Nasse. 1r Bd. mit 1. Abbildung. gr. 8. 1829. 1 Thlr. 16 gr.
Jörg, Dr. Joh. Chr. Gottfr., Handbuch der Krankh. des Weibes, nebst einer Einleitung in die Physiologie und Psychologie des weiblichen Organismus; mit 1 Kupf. gr. 8. 2te Aufl. 3 Thlr. 18 gr.
— — diätetische Belehrungen für Schwangere, Gebährende und Wöchnerinnen ꝛc. in 10 an gebildete Frauen gehaltenen Vorlesungen, mit einem Kupf. 3te Aufl. 8. geh. 1 Thlr.
— — kritische Hefte für Aerzte und Wundärzte. gr. 8. 3 Hefte. 1 Thlr. 19 gr.
— — Materialien zu einer künftigen Materia medica. 1r Theil. gr. 8. 2 Thlr. 12 gr.
— — Handbuch zum Erkennen und Heilen der Kinderkrankheiten nebst der Physiologie, Psychologie und diätetischen Behandlung des Kindes. gr. 8. 4 Thlr. 12 gr.
Keßler, Dr. A. C., Prüfung des Gall'schen Systems der Hirn- und Schädellehre. 8. 12 gr.
— — über die innere Form der Medicin. 8. 18 gr.
— — über die Natur der Sinne. Ein Fragment zur Physik des animalischen Organismus. 8. 1 Thlr. 8 gr.

Keßler, Dr. A. E., Grundzüge zu einem System der Physiologie des Organismus. 8. 1 Thlr. 16 gr.
Köhlers, Dr. J. V. H., Anleitung zum Verband und zur Kenntniß der nöthigsten Instrumente in der Wundarzneikunst; mit Kupfern. gr. 8. 2 Thlr.
Kohlrusch, Dr. G. Fr., commentatio, chirurgica, sistens exstirpationem steatomatis in pelvis cavitate radicantis, cum 3 tab. aen. 4. 12 gr.
Königs, Dr. G., praktische Abhandlung über die Krankheiten der Nieren, durch Krankheitsfälle erläutert. 1826. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.
Krimer, Dr. W., Untersuchung über die nächste Ursache des Hustens mit Beziehung für die Lehre von Athemholen und vom Croupp. gr. 8. 12 gr.
— — Physiologie des Blutes. gr. 8. 1 Thlr. 16 gr.
— — physiol. Untersuchungen. Mit 3 Kpfrn. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.
Kühn, M. O. B., Versuche einer Anthropochemie. gr. 8. 21 gr.
Loders, Dr. von, einige Bemerkungen über die Aerzte und ärztlichen Anstalten Italiens, im Jahre 1811. gr. 8. 2 Thlr. 6 gr.
Müller, Dr. J., de respiratione foetus. Comment. physiol., cum tab. aen. 1823. 8 maj. 1 Thlr.
— — zur vergl. Physiologie des Gesichtssinnes des Menschen und der Thiere, nebst einem Versuche über die Bewegungen der Augen und über den menschl. Blick. 1826. gr. 8. mit 8 Kupfern. 3 Thlr. 12 gr.
Nasse, Fr., von der Stellung der Aerzte im Staate. gr. 8. 2 Thle.
Neumanns, K. G., Erkenntniß und Kur in Krankheiten des Vorstellungs-Vermögens. gr. 8. 1 Thlr. 18 gr.
Rush, Dr. B., medizinische Untersuchungen und Beobachtungen über die Seelenkrankheiten. Nach der 2ten Aufl. bearb. mit Anmerkungen von Dr. G. König. 1825. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.
Schneegaß, Dr. C. P., über die Erzeugung oder Aufzählung und Beurtheilung aller bisherigen Zeugungstheorien, nebst einer neuen Erklärung dieses bewundernswürdigen Geschäftes der Natur. 8. 16 gr.
Versuche und Beobachtungen über 3 neuerdings durch ihre giftigen Wirkungen auf d. thier. Körper merkwürdig gewordene Substanzen, die Blausäure, das Wurst u. d. Kaugift. Uebers. v. O. P. Kühn. 1824.
Voigtels, F. G., vollständ. System der Arzneimittellehre. Herausgegeben von C. G. Kühn. gr. 8. I. und II. 1—3. 7 Thlr. 12 gr.
Weiz, Dr. F. A., anatomisch-chirurgischer Catechismus für Lehrlinge in der Wundarzneikunst. 5 Bdchn. 3te Aufl. 1 Thlr. 16 gr.
Wiesmann Commentatio de coalitu partium a reliquo corpore humano etc. 4. 18 gr.
Windischmann, C. J. H., über Etwas, das der Heilkunst noth thut. Ein Versuch z. Vereinig. dies. Kunst mit der Philosophie. gr. 8. 1 Thlr. 18 gr.
Wildberg, J. C. L., Rhapsodien aus der gerichtlich. Arzneiwissenschaft, nebst einem Anhange, einen neuen Vorschlag zu einer Anstellung der Lungenprobe enthaltend. gr. 8. 16 gr.
— — Versuch eines Lehrbuchs der medizin. Rechtsgelahrtheit, zum Unterricht für Rechtsgelehrte. gr. 8. 1 Thlr. 6 gr.
— — über den Genuß der Sinnenreize, als Mittel zur Erhaltung des Wohlseyns. gr. 8. 9 gr.
— — einige Worte über das Scharlachfieber und den Gebrauch der Belladonna, als Schutzmittel gegen dasselbe. 8. 4 gr.
— — über die Nothwendigkeit der Berücksichtigung der Neigung des Becken zur jedesmaligen Bestimmung der angemessensten Lage der Gebährenden. 4. 7 gr.
— — Handbuch der Diaetetik für Menschen im gesunden Zustande gr. 8. 1828. 1 Thlr. 6 gr.

4